Q. RHEMNII PALÆMONIS VICENTINI GRAMMATICA.

M. VALERII PROBI Inſtitutionum Grammaticarum libri duo.
Eiuſdem de Notis literarum.

MAGNONIS &

PAVLI DIACONI, eiuſdem argumenti.

PHOCAS De nomine & verbo.

ASPERI IVNIORIS Ars.

AELII DONATI Editio prima.
Eiuſdem de octo partibus orationis Editio ſecunda.
Item De Barbariſmo, Schematibus, & Tropis.

SERVII MARII HONORATI In artem ſecundam Donati interpretatio.
Eiuſdem de ratione vltimarum ſyllabarum.
Item Centimetrum.

SERGIVS In artem primam Donati.

Item in artem ſecundam.

[redacted]

NOBILISS. AMPLISSIMOQVE VIRO

D. MARQVARDO FREhero Sereniss. Electoris Palatini consiliario.

HELIAS PVTSCHIVS S. P. D:

ON semel, Frehere nobilissime, doctorum querelas audiuimus, maiorum nostrorum ignauiam detestantium, qui tot clarissimorum scriptorum labores & monumenta, æuo omni dignissima, per socordiam paulatim passi sunt interire, nosq;, hoc est, posteros suos, tantis diuitiarum cumulis defraudarunt. Et vt poetas, oratores, philosophos, historicos & id genus scriptorum omittam, non etiã grammatici, quos vel tenuitas sua tutos præstare debuisset, ab hac clade immunes permanserunt. Vbi Aelii Stilonis, Aristophanis, Terentii Varronis, aliorumq; de lingua latina dissertationes? Vbi Cæsaris de Analogia, Arũtii de literis, nomine & verbo, Plinii de dubio sermone libri? Et vt cæteros omittã, quorũ nomina hic recensere superuacaneũ duco, vbi Illustres illi Suetonii Grammatici? Imo ipsius Suetonii Grãmaticalia? Temporis edacitas maiorumq; nostrorum barbaries detestanda subduxit omnes; quo satis habuerunt nugas suas & vilissima glossemata memoriæ posteritatis relinquere, simque deq; referentes quid doctissimis illis scriptorib. ex tot bellorũ cladib. reliquis adhuc, fieret vel accideret. Mansere tamẽ nobis ex omniũ Suetonianorũ scriptis, duorũ, hoc est, Rhẽnii Palæmonis, & Valerii Probi aliquot maiorũ operũ reliquiæ, quas dũ sedulo ad libros veteres recẽseo, venit mihi in mentẽ, magis pro bono nos facturos, si omissis lamẽtis & næniis, quas veterũ manib. impendimus, eo potius vires & animum intendamus, vt hæc qualiacunq;, quæ nobis fatorũ benignitas reliqui fecit, a correctorũ audaci & ferrũ ignemq; tenẽte manu vindicemus, & in pristinũ, quantũ quidẽ per manuscriptos licet, nitorẽ restituamus; ne itidẽ posteritati de nobis conquerendi vlla relinquatur occasio. Postquã enim annorum vertẽtium ordine typographia quæstuaria facta est, eoq; irrepserunt, qui magis lucro & cõmodis suis quã reipublicæ literariæ volunt prospectũ, in peius statim omnia torrentis modo abrepta sunt; quo magis annitendũ est, ne boni scriptores aut intercidant aut irrumpantur. Ego, quæ ætas mea est, & vt vires postulant, Palæmonẽ, Probum, Phocã, Asperum, Donatum, Seruium, Sergiũ dum recenseo, operæpretium me fecisse putaui quod tibi offerrem, non quo meritis in me tuis tenui hac opella gratiam aliquã reponere posse existimẽ, sed ne semper gratis ad oraculũ tuũ accederẽ, aliquid potius, quam nihil omnino adferendũ censui; vt hoc quasi pignore apud te deposito, certo statuas, me ad maius quid præstandum tibi obligatum teneri. Tu enim is es, quem, dum hic ago, supra omnes studiis meis fauentem intellexi; quemque conatus meos omni beneuolentiæ genere vnice subleuantem sum expertus. Et licet antehac ne nomine quidem tibi innotuerim, tanti tamen apud te fuit clarissimi affinis nostri Georgii Remi IC. commendatio, ut me ex[illegible]; totque beneficiorum generibus sis prosecutus, vt ingratissimus merito videri possim, nisi ea publica prædicatione honestem. Vale amplissime Frehere, meque porro fouere perge.

Q. RHEM.

Q. RHEMNII PALÆMONIS VICENTINI ARS GRAMMATICA.

MNIA nomina quinque vocalibus ablatiuo casu terminantur, a e i o u, id est, quicquid declinaueris e nomine, ablatiuum casum in has literas ducit, vt puta, hæc Iulia, ab hac Iulia, hic paries, ab hoc pariete, hic & hæc agilis, ab hoc & ab hac agili, hic doctus, ab hoc docto, hic versus, ab hoc versu: præter pauca aptota, quæ nos turbare non debent, quia pauca sunt, vtputa, nequam homo, ab hoc nequam homine, nugas, ab hoc nugas, dicimus hic iure ablatiuos suscepisse m & s; sed in aptotis, non legitimis & regularibus nominibus, quę certo ordine declinantur. Ergo ablatiuus casus singularis numeri, dat nobis regulam ad declinationem pluralis numeri, id est, ad genitiuum, datiuum pluralem casum, quo modo recte inueniatur. Inde si ablatiuus habuerit a & o, parem regulam dant, id est, genitiuum pluralem in um mittunt, & datiuum & ablatiuum pluralem in is, vt, ab hoc docto, horum doctorum ab hac docta harũ doctarum, sic ablatiuum in is, vt, his doctis viris, &c, ab his doctis mulieribus; pręter hęc pauca, quæ contra artem suscepta sunt, vt, mulabus, libertabus, deabus, natabus, filiabus, equabus, asinabus; eodemque, ambabus & duabus.

Diximus de duabus vocalibus, a & o, quia parem regulam habẽt. Restant tres vocales, i e u, quæ similiter disparem regulam habent. Nam si ablatiuus i vel e vel u habuerit: si i, in ium; si e correpta fuerit, in um; si producta in rum; si u, in uum genitiuum pluralem mittunt, datiuum & ablatiuũ in bus, vtputa, forti, horum fortium, his & ab his fortibus: ab hoc homine, horum hominum, his & ab his hominibus: ab hoc versu, horum versuum, his & ab his versibus: ab hac re, harum rerum, his & ab his rebus.

Sed vt colligas ablatiuum, quando exeat in has literas, regulam genitiui singularis attende. Si enim in æ exierit genitiuus, ablatiuũ in a mittit, vt huiꝰ Iuliæ, ab hac Iulia, huius Musę, ab hac Musa. Si genitiuus in is exierit, plerunq; in e, aliquãdo in i, & nunquã in o mittit ablatiuum, vtputa, huius parietis, ab hoc pariete, huius hominis, ab hoc homine. In genere cõmuni nominatiuus & genitiuus si habuerint is, ablatiuum in i mittunt, vt hic & hæc agilis, hic & hæc facilis: ab hoc & ab hac agili, vel facili. Si qua sunt quę differant ab hac regula magis vsu quã ratione factum est, vt hæc ouis huius ouis, ablatiuum in i mittere debuit, & tamen in e mittit, vt ab hac oue, non, oui, sed hoc, vt diximus, vsu magis quã ratione factũ est. Genitiuus si habuerit i in genere masculino, ablatiuũ in o mittit, vt huiꝰ iusti, huius docti: ab hoc iusto, ab hoc docto. Sed ideo dixi in genere masculino hoc obseruari debere, quia in genere feminino inuenitur genitiuꝰ i habere & in e exire ablatiuus, nõ in o, vtputa, huiꝰ rei, ab hac re, huius speciei, ab hac specie. Genitiuus si habuerit vs, ablatiuũ in u mittit, vt, huius versus, huius fluctus; ab hoc versu, ab hoc fluctu. Sic ergo de genitiuo singulari trahis regulã ad ablatiuũ singularẽ, quia ablatiuus casus dat regulã ad genitiuũ & datiuũ pluralẽ, quã supra memoraui. Alia regula. Nominatiuus si is habuerit, aut parẽ habebit genitiuũ, vt hic ignis, huiꝰ ignis: hęc puppis huius puppis: aut si crescit genitiuus, per has crescit, per n r t d, vtputa sanguis, sanguinis: per r, vt cinis cineris, puluis pulueris: per t, Sãnis, Samnitis: per d, cuspis cuspidis. Alia regula: Ablatiuus quum habuerit e, nunquam adiungit vm in nominatiuo, vtputa, verbere in ablatiuo, quæritur vtrum in nominatiuo vm

Masculinũ genus comparatur per has syllabas, per us, per er, per ex. Per vs, vt doctus, doctior, doctissimus. Per Er, vt asper, asperior, asperrimus, niger, nigrior, nigerrimus, tener, tenerior, tenerrimus. Per Ex, in genere masculino vnum nomen est, quod vadit per gradus, vt senex, senior, superlatiuum non habens; neque enim dicimus, senissimus. Commune genus, quod comparari potest, per has syllabas exit, per is, & er. Is, vt hic & hæc agilis, hic & hæc agilior, & hic agillimus. Sic breuior breuissimus. Sic leuis, leuior, leuissimus, vel leuissima. Sed ab hac regula defecerunt pauca euphoniæ gratia, vt facilimus dicatur non facilissimus, vt similimus non similissimus. Sed hæc pauca nos turbare non debent. Per Er vero comparatur genus commune, sed in paucis, vt hic & hæc acer, acrior, acerrimus, pauper pauperior, pauperrimus, vel paupertima. Genus omne per has syllabas comparatur: per ax, ex, ix, ox, vx, ans, ens, ons, ers, ors, am, vs. Ax positiuo vt efficax, comparatiuo efficacior, superlatiuo efficacissimus: sic fallax, fallacior, fallacissimus. Ex, vt simplex, simplicior, simplicissimus. Ix, vt felix, felicior, felicissimus: pernix, pernicior, pernicissimus. Ox, velox, velocior, velocissimus: ferox, ferocior, ferocissimus. Vx, vt trux, trucior, trucissimus. Ans, vt amans, amantior, amantissimus. Ens, vt sapiens, sapientior, sapientissimus. Ons, vt insons, insontior, insontissimus. Ers, vt iners, inertior, inertissimus: sollers, sollertior, sollertissimus. Ors, vt vecors, vecordior, vecordissimus. Am, vt nequam. Vs, vt vetus. Datiuo adducis or, vt forti, comparatiuum fortior. Genitiuo adducis simus, vt fortissimus. A nequam, vt dicas, nequior, tollis am, & adducis i & or, & facis, nequior; adducis simus, & fit, nequissimus. Ab eo vero quod est veter, datiuo adducis or, & facis comparatiuum, veterior, subducis huic i & o & r, & adducis rimus, & facis, veterrim⁹. Sic obseruabis in femininis & neutris, & facies, veterrima & veterrimum. Vetustissimus autem a vetusto venit, & facit, vetustus, vetustior, vetustissimus: sic feminino, vetusta, vetustior, vetustissima: sic neutro, vetustum, vetustius, vetustissimum.

Sunt nomina generis neutri, quæ tres casus tantum in plurali numero, nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum habent, vt iura, accusatiuo hæc iura, vocatiuo o iura. Sic & maria, & vina, & mella, & fella, & æra. Vocantur autem triptota.

Alia regula: Genitiuus aut par debet esse nominatiuo, aut plus vna syllaba excedere. Sed inuenta sunt pauca nomina cõtra regulã venire, vt anceps, quod duarum syllabarũ est, & in genitiuo duas syllabas creuit, facitque, ancipitis, præceps præcipitis, supellex supellectilis, iter itineris. Quæstio est, si princeps principis, præceps præcipitis; quare non præcipis, quomodo principis, dicimus? Sed princeps, quod primus capiat, dictus est, & venit a capiendo: præceps vero a capitis significatione dicitur, quod præbeat caput. Quæstio est, quãdo producimus decoris, quando corripimus? Genere neutro corripim⁹, ab eo, quod est decus: masculino producimus ab eo, quod est decor. producit autem decoris, quo modo candoris, honoris, coloris.

Nomina quæ significant finẽ, non diminuuntur, vt ipse finis, nõ dicimus finiculus: dicimus nouissimus, non dicimus nouissimulus: dicimus extremus, non dicimus extremulus: dicimus vltimus, non dicimus vltimulus. Et ratio est, quia quæ in fine sunt, non habent quo minuantur.

Sũt nomina in singulari numero neutri generis, in plurali masculini, hoc cœlũ, hi cœli, non cœla; quo modo sunt, quę in singulari masculini, in plurali neutri, vt hic tartarus, in plurali, hæc tartara.

Nomina tertiæ declinationis, quæ in o exeũt nominatiuo singulari, generis sunt feminini, exceptis paucis masculinis; quorũ numero sunt, ordo, ligo: & quæ cõmunis generis sunt, vt homo, nemo, bubo, & mango. Nã cætera feminini enuntia-

& ceruicale, quia nominatiuus singularis debet esse minor nominatiuo plurali duabus syllabis. Sed in his nominibus, quæ perpauca sunt, magis vsus obtinuit. Quæritur aût, vtrû hoc ossum dicamus, an hoc os? Sed si hoc ossum diceremus, nunquã datiuus pluralis in bus exiret, sed in is. Ait enim Virgilius: *atq; ossibus implicat ignem.* Etenim nomina generis neutri, in nominatiuo um habentia, in ablatiuo o habêt, vt hoc templû, ab hoc templo. datiuo plurali, templis, facit. Vnde si *ossibus* legimus in Virgilio, non exiret datiuo plurali in bus, nisi ablatiuo singulari in e terminato. Ablatiuus ergo exiret in e aut u, aut i. Sed quia nec u exit, nec nominatiuus pluralis ossua facit, nec i terminatur, vt ossi dicam⁹, remanet, ab osse. Nã genitiuus ideo exit in is, quia nomina in s os habet, non um. Vnde declinam⁹ sic: hoc os, huius ossis, huic ossi, hoc os, o os, ab hoc osse. & pluraliter: hæc ossa, horû ossium, his ossibus, hæc ossa, o ossa, ab his ossib. Sed hoc nomen corripimus in nominatiuo singulari: ab eo vero quod sunt ora, id est, vult⁹, in nominatiuo singulari producitur os, & facit, hoc os, hui⁹ oris, huic ori, hoc os, o os, ab hoc ore: & pluraliter, hęc ora, horum orû, his oribus, hæc ora, o ora, ab his oribus. Alia regula est: Quomodo declines terga & tergora? Terga aût sunt dorsa, & tergora veniunt a genere neutro, quod in vs exit in nominatiuo singulari, vt hoc tergus. & pluraliter nominatiuo, hæc tergora. Et declinabis hoc nomẽ sic, quo modo, pecus & vulnus. Tergum aût declinabis, quo modo, templû. Alia regula est: Nomina semper generis masculini & feminini, quæ habuerint a in nominatiuo, genitiuû & datiuum in æ mittunt, vtputa, hic Seneca, huius Senecæ, huic Senecæ: hæc Iulia, huius Iulię huic Iulię. Sed inueniuntur pauca nomina, vel pronomina contra hanc regulã venientia, vt cum nominatiuo solum a habeant, in genitiuo ius accipiant, in datiuo i, vt sola solius, soli: tota, totius, toti: vna, vnius, vni: vlla, vllius, vlli: nulla, nullius, nulli: vtra, vtrius, vtri: aliqua, alicuius, alicui: illa, illius, illi: ista isti⁹, isti: ipsa, ipsius, ipsi. Sed quæ pauca sunt nos turbare nõ debet. Superior aût regula in immensû tẽditur, vt hæc Musa, huius Musæ. Hæc analogia est, id est, regula perpetua. Horum vero nominum & pronominû anomalia est, id est, inæqualis declinatio contra regulam; sed in paucis est, vt dixi.

Nomina quæ in As exeunt, tunc exeunt in e ablatiuo singulari, si genitiuus is habuerit, vt Mæcenas, Męcenatis, ab hoc Mæcenate. Ideo dixi attendendum esse genitiuum singularem, quia inueniuntur nomina quæ in as exeunt, & tamen non in e mittunt ablatiuum, sed in a, vt Æneas, ab hoc Ænea, Menalcas ab hoc Menalca. Ergo quum inueneris in nominatiuo as, genitiuum attende: si habuerit is, sic pronuntia ablatiuû, quod in e exit. Sed si ablatiuus tibi notus, & de genitiuo dubitas, scito quia in is exit, quum in e fuerit ablatiuus terminatus. Gentilia quoq; ablatiuum in i mittunt, vt Arpinas, Arpinati, Capenas, Capenati. Sed veteres hæc nomina magis in is, & in e nominatiuo pronuntiabant, vt hic & hæc Arpinas, & hoc Arpinate. Nominatiuus in Es ablatiuum in e mittit, vt hæres, hærede; nisi genitiuus in æ exierit, vt Anchises, Anchisæ, tunc enim ablatiuus etiam in a exit. & locuples: quod est omnis generis, a locuplete, vel locupleti. Nominatiuus si Is fuerit in genere masculino vel feminino, ablatiuum in e mittit, vt hic collis, hic vomis, hic lapis: ab hoc colle, vomere, lapide: hæc lis, ab hac lite: hæc vitis, ab hac vite: hæc cutis, ab hac cute. Pauca vero masculina in i vel in e mittunt, vt ignis, vectis amnis, anguis, postis. Illa quoque feminina in i etiam exeunt, quæ accusatiuos in im mittunt, vt puppim, puppi: restim, resti: & ab his quæ sunt, vis, strigilis, vt, ab hac vi, ab hac strigili. Ablatiuos dicimus ab eo quod est, auis, ab aue vel aui. In communi quoque genere is in nominatiuo, ablatiuum in e mittit, nisi neutrum genus sit in e, vtputa; hic

& hæc hostis, & hoc hoste; licet ciuis a ciue, vel ciui faciat. Os si habuerit nominatiuus, in e mittit ablatiuum, vt hæc dos, ab hac dote: hoc os, ab hoc osse. In genere neutro si vs nominatiuus habuerit, ablatiuum in e mittit, vt hoc vulnus, huius vulneris, ab hoc vulnere; præter vulgus & pelagus. Vetus autem, quod est omnis generis, a vetere vel veteri, ablatiuum in e & in i ex se mittit. In genere masculino vs si fuerit nominatiuus, genitiuum in i mittit, & ablatiuum in o, vt hic doctus, huius docti, ab hoc docto. Sic in femininis, quæ exeunt in vs, si in genitiuo i habuerit, in o mittit ablatiuum, vt hæc laurus, ab hac lauro: hæc cupressus, huius cupressi, ab hac cupresso. Quod si genitiuus is exierit, ablatiuum in e mittit, vt hæc virtus, huius virtutis, ab hac virtute. Si vero nominatiuus vs habuerit & genitiuus vs, ablatiuum in v mittit: sic in masculinis, sic in femininis. in masculinis, vt hic versus, hic fluctus: genitiuo huius versus, hui⁹ fluctus: ablatiuo ab hoc versu, ab hoc fluctu. in femininis nominatiuo hæc porticus, hæc quercus, huius porticus, huius quercus: ablatiuo ab hac porticu, ab hac quercu. Sic cætera obseruabis. Sed si talium nominum te declinatio turbauerit, tanta vis est regularum, vt aut de genitiuo, aut de datiuo, aut de ablatiuo, sed de istis tribus vno inuento docearis, ac totius nominis declinationę singularis, pluralis ve numeri. Quare hoc dixerim, puta si sint nomina, fluctus, aut, versus, quorum declinationem nescias, inde crede: quod in quacunque lectione aut datiuum inueneris, aut ablatiuum, aut genitiuum, quorum trium vnum si habeas notum, docebit te de omnibus casibus, vt puta, si scias, quia ab hoc fluctu, sequitur, quia nominatiuus singularis vs habeat. sic & genitiuus, & datiu⁹ i habeat, accusatiu⁹ vm, vocatiuus vs. ecce vnus casus docuit te declinationem omnium. Sic si inueneris dictum in genitiuo, huius versus, docebit te, quod ablatiuus docuit. Sic si inueneris in datiuo, huic versui; & ipse hoc te docebit, quod & ablatiuus & genitiuus. Vides ergo vno inuento casu in quacunque veritate lectionis doceri te, quemadmodum totum nomen declines. In vs vero nominibus, quæ in o mittunt ablatiuum, regula est, vt genitiuus i habeat, datiuo o, vt puta si leges ablatiuo casu positum, lauro, sequitur vt genitiuus i habeat, huius lauri, datiu⁹ huic lauro; sequitur vt nominatiuus vs habeat, laurus. Verum quia lapsi sumus ad has supradictas regulas, nunc redeamus ad rem. Loquebamur enim si nominatiuus in as exierit, quando mittit in a, quando in e. Diximus de es regula, quæ in a mittit ablatiuum, & in e. Diximus de regula os, quia semper in e mittit. Diximus de vs regula, quomodo obseruandum sit; quæ regula plerunque in e genere neutro mittit: præter illa duo, vulgus, & pelagus. In genere masculino vel feminino, aut in u, aut in o, aut in e mittit. Quod vt cognoscas, quando in o, quando in e, quando in u, genitiuum attende. Si habuerit & ipse vs, in u mittit ablatiuum, tam in masculino quam in feminino; & si in i, in o; & si in is, in e. Ergo quantum necessitas temporis passa est, regulas non paucas nominum scripsimus. Pauca de pronominibus dicamus, in quibus non ardua moles est.

DE PRONOMINE.

Pronomina aut finita sunt, aut infinita, aut minus quam finita. Finita sunt, quę notant certam personam, vt, Ego. Infinita, vt, quis, quicunque, aliquis. Minus quam finita sunt pronomina, quæ non sic plene definiunt personam, vt non egeant monstratore, quo modo, Ego. Nã & ipsum, Tu, non plene finitum est, nisi in personam direxeris digitum. Sic ergo minus quam finita dicenda sunt; habent enim quandam designationem, sed non plenæ significationis, quomodo Ego. vt puta pone, esse turbam, minime significanter dicitur in turba, Tu; quo modo de turba

turba si dixerit vnº, Ego. Sed vt de multis significemus, quem quærimus aut nomẽ adiicimus, aut digitum intendimus, vt appareat certius, quem vocemus. Ergo & Tu, Ille, & Iste, & Hic, & alia, quæ quasi possunt ex parte definire personam, minus quam finita vocanda sunt.

Regula: Prima persona quæ dicitur Ego, tam in singulari, quam in plurali numero, non habet vocatiuum casum, quia nemo se vocat. Sed quum forte contigerit vt dicamus, *o ego. o nos*, non tam pronominis ratione, quam interiectionis, id est, dolendi gratia continget, quam vocandi.

Quæstio, a qua declinatione veniat quis, quod significat, quibus, & vnde veniat ipsum quibus, cum dicimus. Sed datiuus pluralis cum exit, quis, ab ablatiuo singulari venit, qui exit, a quo: cum nominatiuus exit, qui, non, quis, quo modo in nominibus, a docto doctis, a iusto iustis; sic a quo quis. Datiuus pluralis qui exit in bus, id est, quibº, ab ablatiuo venit singulari qui exit, a qui; quomodo in nominibus omnia quæ exeunt ablatiuo in i, datiuum pluralem in bus mittunt, sic in hoc pronomine, a qui, ablatiuo, datiuo in bus, quibus, eius nominatiuus erit, quis, non, qui, quod antiqui communi genere dixerunt, hic & hæc quis, ab hoc & ab hac qui; vt adeo frequenter inuenimus lectum, *quicum*, quod significat, cũ quo, vel, cum qua. Nam Virgilius ait, quum de femina loqueretur, *Qui cum partiri curas*, id est, cum qua partiri.

Quæstio alia pronominis, quæ ita obscura est, vt vix a paucis soluatur; quare cum dicamus, illud, istud, in genere neutro, vtputa, *illud vel istud templum*, ipsud non dicamus, sed ipsum. Sed quæ in e exeunt in masculinis, ipsa sunt, quæ genus neutrum sic fecerũt vt illud istud. Ipsum vero ideo, non, ipsud, quia apud antiquos magis in vs intendebant nominatiuum generis masculini, vt dicerent, *Ipsus*. hoc habemus in Terentio, *Ipsus Pamphilus dixit*, non, ipse Pamphilus. Et quomodo in regula nominũ, omnia quæ in masculino genere vs habẽt nominatiuo singulari, in feminino a habent, in neutro vm, vt doctus, docta, doctum, pius, pia, pium; sic ex nominum regula emanauit analogia, vt ab hoc pronomine (vtputa quia *Ipsus* dicebant antiqui) fiat in feminino, ipsa, in neutro, ipsum; quomodo dicimus de nomine iustus, iusta, iustum.

Pronomen, quod dicitur, Idem, & masculino & neutro seruit, nam & *idẽ homo* dicitur, & *idem tempus*. Is pronomen sic declinabis, is homo, eius, ei, eum, ab eo: & pluraliter, ii, eorum, eis vel iis, eos, eis vel iis. Femininum, Ea, eius, ei, eam, ab ea: & pluraliter, eæ, earum, eis vel iis, eas, eis vel iis. Neutrum, Id, eius, ei, id, ab eo. pluraliter, ea, eorum, iis vel eis, ea, iis vel eis. Ideo volui hoc pronomẽ declinatum esse, quia facit aliquibus dubietatem, præcipue in accusatiuo casu. Vnde si tibi mẽtio fuerit nominis neutralis in accusatiuo singulari, sic dicis, vtputa, *per id templũ transeamus, per id pelagus nauigemus, per id iter progrediamur*. cui ad ornatum adiecta est em syllaba, & facit Idẽ, non quia aliud significet Id, aliud Idem: sed Idem ornatus dicimus, quomodo Quidã, dam syllaba ad ornatum accessit, non quia aliud significet Qui, & aliud Quidam. Sic Idem, sic Eadem, acceperunt dem syllabam, non vt aliud significarent, sed vt euphonia esset. Etenim studiũ fuit omnibus musicari latinitatem, & id addere, quod in aures laberetur; id demere, quod rancidius offendere auditum. Dicta sunt de pronomine illa, quę paulo obscura viderentur. Cætera.n. a diligentibus artigraphis plene declinata sunt, quæ facile reperias.

DE VERBO.

Verborum ratio ita lata est, vt nominis, ita quoq; inusitata est, vt in nominibus demonstraui. Namque plurima in verbis, quę rancidule audiebantur, polita sunt, vt per anomaliam molliº sonarent, quam per rectam regulam, quam postea dicemus.

Verba tribus modis accipimus. Dicimus, *verba*, pro fallacia, vt puta, *dedit mihi verba*. Dicimus pro sermonib. quibusque, vt *fecit verba Cicero*. Dicimus hæc, & quæ per modos & tempora & personas declinamus. Sunt autem principalia verba, actiua, passiua, neutra, communia, deponentia. De cæteris vero dicemus, istis catholicis, & generalibus explicatis. Actiua sunt, quibus nos aliqua agere significam⁹, vt lego, legis, legit: scribo, scribis, scribit. Passiua sunt, quę de actiuis nascuntur, quibus nos pati aliquid enuntiamus, vt legor, legeris, legitur: scribor, scriberis, scribitur. Neutralia sunt, quibus nos nec agere, nec pati aliquid demonstramus, vt sedeo, iaceo, sto, & alia in quibus nullum negotium est, nec agẽdi, nec patiendi. Communia sunt, quæ in or desinunt, nunquam in o, & tam agere, quam pati significant, vt criminor illum, criminor ab illo; non enim dicim⁹, crimino illum. Deponentia sunt, quod deponant passiuitatem, & sumant actiuitatem, cum passiue enuntientur in r litera, nihil tamen patiuntur, sed solum agunt, vt luctor, luctaris, luctatur, conuiuor, conuiuaris, loquor, nanciscor, & cætera talia. Sane illud monemur, quomodo in omnibus maior quantitas est masculini & feminini generis, neutri vero minor & communis: sic & in verbis multa fuerunt actiua multa æque & passiua, non tanta neutralia, nec communia, nec deponentia. Et propter hoc regula actiuorum, passiuorumque, in immensum tenditur. Cæterorũ vero verborum regulæ a diligentibus colliguntur. Ergo diximus de generibus quot sunt; nunc dicendum de cõiugationibus, per quarum regulas omnia verba sine offensione funduntur, quas coniugationes, si quis animaduerterit diligenter, quasi ex vado vitiorum emergens citius ad portum latinitatis accedet. Quærendum est autem de illis quæ sunt, & vbi quærantur, quo proficiant, id est, qui te doceant cauere.

Sunt autem a e i. Sed hæc tertia tam correpta est quã producta, sed correpta aliam vim habet prӕsentis sui, aliã producta. Diximus quot sunt, & quæ sint dictũ est. Vbi quęrantur? Quærũtur aũt indicatiuo modo, tẽpore prӕsenti, secũda persona, ante nouissimã literam, sed in actiuis, & neutralibus; in aliis vero trib. verbis, passiuis, & communibus & deponentibus, ante nouissimam syllabam, quod vt scias, apertius intimabo. Dixi enim, vbi quærendum sit. Restat quarta pars, quæ nos docet, Quare inuentæ sint, id est, ob quam vtilitatem. Earum igitur vtilitas duplex est. Docet te de futuro tempore, quando in am syllabam exeat, quando in bo. Docet iterum infinitum modũ, quando corripitur, quando producitur. Ergo redeamus ad primam coniugationem, & de eadem lucidius tractemus.

Prima coniugatio, quæ est a, quæritur in actiuis & neutralib. verbis, vt diximus, ante nouissimam literam in secunda persona, venit ab his quatuor modis: ab o, vt clamo, clamas clamat: ab eo, vt commeo, commeas, cõmeat: ab io, vt lanio, as, at: ab uo, vt fluctuo as, at. Atqui cognoscis vtiq; primã esse, iam quod te doceat hinc attentius considera, vt talia, cum in bo mittas futurum tempus ipsorum, vt clamabo, dicas, laniabo, fluctuabo, cõmeabo. Ecce docui te de promissiuo tẽpore, de infinito docebo te. Et quia producere debes eũ, dicas, clamare, laniare, fluctuare, cõmeare, vt ante te nouissimam, a litera produci possit semper. Dixim⁹ de prima, deinde de Secunda, quæ dicitur e, & venit ab vno modo, id est, ab eo tantum, vt terreo, terres doceo, doces: præbeo, præbes: sedeo sedes: hæreo, hæres. Ergo & hæc, quo modo superior parem regulã dat, vt promissiuum modum in bo mittat, vt tenebo, docebo præbebo, sedebo, habebo Et sic omnia hujus regulę obseruabis. Sic etiam infinitum producit, quo modo prima coniugatio, terrere, docete, monere, sedere. Ergo duæ istæ parem regulam habent. Remanet tertia coniugatio, quæ tã producta quam correpta, quæ & ipsa

& ipsa quæritur vbi etiam superiores, sed in actiuis, vt diximus, & neutris verbis. Venit autem ab his modis: ab o, vt lego, legis, scribo, scribis: ab io, vt rapio, rapis, iacio, iacis: ab uo, vt ruo, ruis, fluo, fluis. Ergo & hęc te docet, vt futurum tempus mittas in am, non, in bo, quo modo superiores, & facit am, vt legam, scribam. Nec dicas faciebo, scribebo, legebo; quia tertia coniugatio, quæ semper promissiuum tempus mittit in am. Quam coniugationem, vt dixi, quæris in secunda persona ante nouissimam literam. Infinitum vero modum corripit, vt legere, facere, scribere, ruere; non, quo modo superiores, producit. Quantum apertius potuit dictum est de tertia correpta: nunc attende, quę sit ratio tertię productæ, vel quomodo potest discerni a tertia correpta, quum vtraque in vno i constent, quod ante nouissimam literam est, puta exempli gratia, dicimus, fugio fugis & sentio sentis per is, vnde debet intelligi, vtrum correpta an producta sit? Hoc intelligitur sic, id est de imperatiuo modo, si exeat in i, a tertia producta venit, vt sentio, sentis, imperatiuo modo, senti, facit: haurio imperatiuo modo hauri facit: seruio, seruis, imperatiuo modo serui facit. Tertia vero correpta, licet simili forma exeat, tamen hoc discernitur de ipso imperatiuo, quem semper in e mittit, vt fugio, fugis, fuge facit: ruo, ruis, rue facit. Ergo discernuntur sic, quia correpta in e mittit imperatiuum, producta in i. Sed quid docet ipsa tertia producta attende: cuius futurum tempus etiam est in bo, sed magis in am, vtputa de futuro si dicimus, seruio, seruiam, & seruibo. nescio, nesciam, & nescibo. Infinitum vero producit semper, vtputa, haurire, sentire, nescire. Nam regula est actiuorum, &c, neutralium verborum, vt in quacunque coniugatione addas re syllabam ad imperatiuum modum, vtputa prima coniugatione exit imperatiuus in a, vt clama, voca, lania; adduce re, & facit infinitiuum, clamare, laniare, vocare. A secunda coniugatione exit imperatiuus productus in e: huic adduce re, & facit infinitiuum, mone, monere, doce, docere, præbe, præbete. A tertia coniugatione correpta exit imperatiuus in e correptam; huic adduce re, & facit infinitiuum, vt scribe, scribere, lege, legere, tolle tollere. A quarta coniugatione producta, imperatiuus exit in i, huic adduce re, & facit infinitiuum, serui, seruire audi, audire; hauri, haurire. Sed quæstio de Dic, Duc, & Fac; nunquam enim addita re integre sonuerit infinitiuus, sed hoc vsu plurimum valuit. Nam Virgilius dicit *duce*, & Terentius *face*, quibus si adiicias re, faciũt integre sonare infinitiuũ modũ, dicere, facere, ducere.

Abunde dicta sunt de cõiugationibus actiuorum neutraliumq;, quæ quæruntur, vt diximus, in secunda persona ante nouissimam literam. Nunc restat de passiuorum, communium, & deponentium verborum coniugationibus dicere, quæ quæruntur ante nouissimam syllabam, non literam, vtputa, clamor, clamaris, ante ris syllabam a habet prima coniugatio, quæ in bor habet mittere promissiuum, vt clamabor, clamaberis, clamabitur, clamabimur, clamabimini, clamabuntur. In communibus primæ coniugationis, vtputa, criminor, criminatis, a ante ris syllabam, in bor habet mittere promissiuum, vt criminabor, criminaberis, criminabitur, criminabimur, criminabimini, criminabuntur. In deponentibus primæ cõiugationis vt luctor, luctaris, ante ris syllabam a litera est, quæ in bor mittit promissiuum modũ, vt luctabor, luctaberis, luctabitur, luctabimur, luctabimini, luctabũtur. Diximus de prima cõiugatione passiuorũ, cõmuniũ, deponentiũq; verborũ, quę ante nouissimã syllabã quæruntur, nunc dein de secunda cõiugatione ipsorũ verborũ, & quæ similiter illic quęrũtur. Vbi primũ in passiuis, vt, moneor moneris, ante ris, e literã inuenimus: quę est secũda cõiugatio, quę in promissiuo tempore exit in bor, vt monebor, moneberis, monebitur, mone-

bimur, monebimini, monebuntur. In communibus, vereor, veretis, ante is e inuenies; quæ mittit promissiuũ in bor, vt, verebor, vereberis, verebitur, verebimur, verebimini, verebuntur. Cõmune est enim, vt, *vereor te, vereor a te.* In deponentibus, vt, medeor, mederis, ante ris e inuenies: quia futurum tempus in bor, vt medebor, medeberis, medebitur, medebimur, medebimini, medebuntur. Remanet tertia coniugatio, cuius locum impleuit quarta litera correpta; vt in passiuis legor, legeris, legitur, ante ris e est. Sed quia correptum est, locum tenet per i: sic per hoc ante e correptum est quod cedet & per i: quoniam in actiuis promissiuum modum in am mittit, non in bo; sic in passiuis in ar mittit, non in bor. sic communibus & deponentibus, vtputa, sequor sequeris, ante ris e correptum est pro incorrepto, mittit promissiuum in ar, vt, sequar, dicas, non sequebor. Remanet tertia coniugatio producta: vtputa in passiuis, vt nutrior, nutriris, ante ris i productum habet. Ergo quia est, exit in ar, vt dicamus de futuro, vt nutriar; & producta exit in bor, vt dicamus & nutribor. Ergo sic obseruabis in communibus & deponentibus. Infinitus vero ipsorum verborum a prima coniugatione, secunda, tertia producta, in ri exit: vtputa a prima, vt clamari: a secunda, vt moneri: a tertia producta, nutriri. A tertia vero correpta nunquam exit in ri, sed in i, vtputa, legi, dicimus infinitiuo, & scribi, non legeri, & scriberi. Sic vngi, non vngeri; quia vngo dicimus, non vngeo. Nam quomodo de vngeri & vngi, habita quæstione, quid diceremus ne sic de tergeri, & de tergi? sed infinitiuo tergeri, non tergi: quia indicatiuo tergeo facit, non tergo. Sic in cæteris obseruabis, vt vbi inueneris secundam coniugationem ri habere infinitiuo modo, eo dicas indicatiuo actiuæ significationis, caueri, doceri, terreor, terreri, coerceor, coerceri; licet pauca primæ coniugationis in eo exeant indicatiuo actiuæ significationis vtputa, meo, meas, beo, beas, laqueo, laqueas, nauseo, nauseas, enucleo, enucleas, creo, creas, excreo, excreas. eodem modo queo & eo quæ duo tantum tertiæ coniugationi cesserunt ad productum. Sunt autem pauca verba, quæ magis per anomaliam dicuntur, vt fero fers, volo vis, sum es, edo es. Quantum ratio postulauit de coniugationu ordine tractauimus: Nunc de participiis pauca dicenda sunt.

DE PARTICIPIO.

Participia dicta sunt, quod partem capiant nominis, partemq; verbi. Trahunt enim a nomine casus, a verbo tempora, vtpura, legens, lecturus. Ecce enim tractum a verbo aliquid, id est, tẽpus. Nã, legens præsentis temporis participiũ est, lecturus futuri. Et declinantur quo modo nomina, vtputa sic: legens, huius legentis, huic legenti; & sic per omnes casus declines tam singulariter, quam pluraliter. Sic & hic lecturus, huius lecturi, huic lecturo & cætera. Ecce traxit a nomine declinationem. Sane omnia participia in præsenti tempore, aut in ans exeunt, & veniunt a prima coniugatione, vt amans, clamans: aut in ens, & veniunt a secunda, vel tertia correpta, vel producta, vt mœrens, legens, seruiens. Nam mœrẽs a secunda coniugatione est, legens a tertia correpta, seruiens a tertia producta. Futuri temporis participia semper in rus exeunt, ab omnibus verbis, nisi passiuis. Præteriti temporis semper in tus, aut in sus, aut in xus. In tus, vt lectus. scriptus, amatus. In sus, vt falsus, lapsus. In xus, vt nexus. Est vnum in uus vt mortuus. Futuri temporis participia a passiuis, vel cõmunibus semper. Nam deponens nunquam habet duo futura, neque enim dicimus, *luctandus est ille*, aut *nascendus*; sed habet vnum, vt, luctaturus, nasciturus, locuturus: licet apud veteres talia quoq; communis generis reperiantur. Sane regula est: Participia omnia præsentis temporis,

poris, generis esse omnis, id est, quæcunque exeunt in ans, quæque in ens, vt hic & hæc & hoc amans, legens, seruiens.

DE ADVERBIO.

ADuerbia aut ab aliis veniunt, aut, ex se. Sunt loci, temporis. Vtputa loci; hic, istic, illic, & cætera, quæ locum significant. Temporis, vt hodie, cras, heri, & cætera, quæ tempus significãt. Ab aliis aduerbia veniunt, aut a nomine, aut a participio, vt a docto; docte: a iusto iuste. Sane aduerbiorum biformis regula est. Ablatiuo enim diriguntur aduerbia. Nã si habuerit ablatiuus o; aduerbium in e mittit, vt supra dictum est, a docto docte, a iusto, iuste, ab impio; impie, a religioso, religiose. Si vero ablatiuus in i exierit, aduerbium in ter exierit, vt a simili similiter, ab agili agiliter, a veloci velociter, a forti fortiter, a grandi granditer.

DE PRAEPOSITIONE.

PRæpositiones notæ sunt accusatiuæ, & ablatiuæ: vtputa Ad præpositio masculinis, vt. ***ad illum vado:*** femininis, ***ad illam vado:*** in neutris, ***ad illud vado templum, vel theatrũ.*** Et pluraliter in masculino, ***ad illos:*** in feminino, ***ad illas:*** in neutris, ***ad illa templa vado.*** Sane si tibi per hoc nomen interrogatio fit, vtputa si dico: ***ad quem vadis? ad quam? ad quod?*** In plurali vero vide ne dicas, ***ad templa vadis?*** sed, ***ad quæ templa?*** sic, ***ad quæ loca pergis? ad quæ palatia? ad quæ spatia?*** & alia similiter. In ablatiuis autem dicimus, ***a te venio;*** sic, ***ab illo, a theatro, ab illa, a nobis, ab ædibus, ab illis venio.*** Remanent præpositiones vtriusque, quæ discernunt de motu & situ. De motu; vt puta, ***quo is?*** vides quia mouet. Sed quid respondebitur? ad accusatiuum casum, vt dicas, ***in forum, in templum, in balneum.*** Si vero situs est, & significat se fuisse alicubi, in ablatiuo respondebis, vt dicas, ***in foro fui.*** Ergo tu sic attende, vt si fuerit alicubi, respondeas ablatiuo, si adhuc velis ire, accusatiuo. Abunde dictum sit de præpositionibus. Nam cætera habemus in artibus plenissime dicta.

M. VALERII PROBI

GRAMMATICARVM INSTITVTIONVM LIBER I.

VALERIVS PROBVS AD COELESTINVM.

Accipe nostra tuis audacius edita iussis,
COELESTINE *potens, & mentibus insere dicta.*
Quo cumulante, mihi semper fortuna fauore
Haud inuita dedit sese comitante benigno,
Quem superi voluere virum mihi condere famam.
Ausus enim incipio (quoniam tua iussa fatigant)
Tempora, vel numeros verborum & commata, verbis
Vt possum monstrare meis; licet alta subire
Mens humilis vetet, & res metrica fortius arcet;
Aptius esse tamen conantes iussa fatemur
Arcta subire nimis, quam voce animoq; silere.

DE ELEMENTIS LIterarum.

Literarum elementa tria sunt, quæ planius genera memoramus. Vnum vocalium; alterum semiuocalium; postremum mutarum. Elementum Vocalium literarum, quibus ex vocalitate inditum nomen est, apud nos quinque literis continetur, apud Græcos septem. Harum illi aliquas & corripiunt & producunt, aliquas semper longas, aliquas semper breues habent: nos vero quoniam numero sumus exigui vocalium literarum, pro natura vniuscuiusque syllabę easdem corripere & producere possumus. Sunt autem hæ, a e i o u. His quæcunque syllaba, aut singularibus constat, vt, *A virgo infelix*, &, *O Dea*: aut adhærentibus ex qualibet parte consonantibus, vt, *Ne pete connubiis natam*, &, *En quid ago?* Aut duplicatis vocalibus, quod Græci δίφθογγον vocant; interdum sine aliqua consonante, vt, *Oenotrii coluere viri*; aliquando præcedentibus consonantibus, vt, *Preterea genus*; aut interdum consequentibus, vt, *Aestatem increpitans seram*.

Elementum Semiuocalium septem literis constat, quæ per se quidem proferri singulæ possunt, sine vocali tamen per se syllabam facere nequeunt. Ideoque Semiuocales dictæ, quod quum per se proferantur, vocalitatis nomen attingunt; quod per se syllabam non faciant, mutis similes inueniuntur. Sunt autem numero septem, f l m n r s x.

Elementum Mutarum literarum nouē literis cōstat, quib. ex natura suum vocabulum cessit. Ideo enim Mutæ dicuntur, quoniam per vocales literas pronunciantur, neque etiam per se syllabam facere possunt. Sunt autem numero nouem, b c d g h k p q r. Harum omnium diuersi elementi literarum vim naturamque per ordinem memorabo.

De Vocalibus literis.

Vocales literæ quinq; sunt. Ex his omnibus o litera specialem continet rationem, & ω Græcam semper productam, non tamen plenius imitatur: nam &si naturaliter breuis fuerit, pro longa poni potest: in vltima duntaxat syllaba sæpe contingit quibuscunque partibus orationis. In nominibus masculinis & femininis casu nominatiuo recte O litera producitur, quia & in genitiuo singulari producta est, vt, Cato, &, ratio, vt. *Quis te magne Cato tacitum?* vt, *Arduus arma tenens: non te rationis egentem.* Lucanus vero breuem posuit o syllabam superioris nominis, vt, *Arcano sacras reddit Cato pectore voces.* hic eam, quoniam vltima syllaba pedis est, videtur corripuisse; ille quoniam non solum pedi faciat caput, sed etiam, quod manifeste longa sit, produxit. At in hoc nomine, virgo virginis, vbi manifeste breuis est, quoniam genitiuo deficit, quemadmodum eam longam poneret Virgilius in hoc versu, *Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem*, nisi eam pro longa poni posse secundum eius literæ naturam sciret? non quod initium pedi faciat, vt quibusdam placet. In verbis quoque licet breuis sit, pro longa ponitur, vt, *En quid ago? Lustra domosque traho.* Ne verearis ergo hanc vocalem vltimam verbi, non pedis, in qualibet parte orationis producere. A autem & E naturam suæ vocalitatis, siue correptæ, siue productæ, custodiunt. Duæ vero, I, & V, nunc vocales, nunc pro consonantibus ponuntur; ea ratione, si eas præcedenteis aut vocalis aliqua de superioribus consequatur; vt, *Inueni germana viam*: aut harum duarum de quibus agimus, alteram præcedentem qualibet fuerit altera consecuta, vt, *Tum Iuno omnipotens*, &, *Altius ad viuū persedit.* Nec immerito prior a posteriore comprimitur, quia facul-

tas,

tas obruendi præcedentem a tergo insidiantibus exhibetur. Præterea vim naturamque I literæ vocalis plenissime debemus cognoscere, quod duarum interdum loco consonantium ponatur. Hanc enim ex suo numero vocales duplicem literam mittunt, vt cætera elementa literarum singulas duplices mittunt; de quibus suo disputabimus loco. Illa ergo ratione I litera duplicem sonum designat, vna quamuis figura forma sit, si vndique fuerit cincta vocalibus vt, *acerrimus Aiax* &c,

Aio te AEacida Romanos vincere posse.

De Semiuocalibus.

Semiuocales literæ septem, sunt f l m n r s x. harum natura generalis ea est, vt omnes consonantium loco ponantur. nam & semiuocales mutæ consonantes appellantur. Verum tamen istarum quatuor, l m n r, Liquidæ sunt, si consonantibus aliis, in vna tamen sed posterior duntaxat syllaba postponatur. Idcirco dictæ liquidæ, quoniam postpositæ propriam vim potestatemque deperdunt, dum eorum sonus liquescit & tenuatur, & nunc breuem nunc longam, communemque syllabam, per positionē eam quæ præcesserit pro arbitrio scribentis, efficiunt; si tamen consonans vna præcesserit liquidam, vt, *Phebe graueis Troia*, &, *Euandrum Euandrique domus.* Nam si duæ liquidam præcesserint mutæ, necessario fiat præcedens syllaba positione longa. Recte igitur liquidæ dictæ, quod sibi inhærere non possunt, exceptis duobus nominibus. vt, *Mnestens* &, *Mnasylus.* X quoque specialem vim tenet; quod quāuis vna consonans sit, tamen pro duplici semper præcedit, & sola facit positione longam, siue in præcedenti syllaba sit, siue in consequenti. in præcedenti; vt, *Nox erat.* in consequenti, vt, *Axem humero torquet.* Hanc ergo semiuocales literam Duplicem mittunt.

Mutæ literæ nouem sunt, b c d g h k p q t. Hæ omnes, præter C, in oratione positæ, simplices sunt; quoniam C litera duplex in solis duntaxat pronominibus inuenitur, & vna pro duabus consonantibus cedit, quoniam crassum sonum reddit, ac duplicem, vt, *Hoc illud germana*, &, *pro Iuppiter ibit Hic, ait*, &, *Hoc erat alma parens.* In cæteris autem partibus orationis duplicem non obtinet potestatem. Nam si dicas, *Nec erat alma parens*, *Nec ait*; pro vna cedit, & vis illa soni deficit crassioris. H literam vero scire debemus consonantis loco poni non posse, quia nota est aspirationis, non solida litera, quam Græci non tam figura aliqua literæ, quam titulo pronunciationis ostendunt.

Græcæ literæ duæ sunt in oratione latinitatis, Y & Z, quarum diuersa natura est. Y vocalis est, quæ & produci & corripi potest. Producitur in hoc, *Quos neque Tydides.* Corripitur in hoc, *Sic demum lucos Stygios.* L autem consonans est. Has latinitas de Græco fonte deriuauit non tam suorum necessitate verborum, quam Græcorum nominum ratione. Sed Z litera apud Græcos duplex est; ita & apud latinos inuenitur, vt est, *Contemptorque deum Mezentius*, &, *At medias inter cædes exultat Amazon.*

DE SYLLABIS NATVRAlibus.

Vocalis litera naturæ deseruit; consonans positioni. Ex litera syllaba nascitur; ex syllaba pes; ex pede comma; ex commate versus; ex versu, colon; ex colo periodos κόμμα, Comma est, cum particula versus, vim sensus ostendit; vt, *O pater.* κῶλον, Colon cum in fine versus ex maxima parte sensus concluditur, vt, *O pater, o hominum rerumque æterna potestas.* περίοδος, Periodos est, quum protractus per multa sensus, sequenti versu plenius

explicatur; vt, ***O pater, o hominum rerumque æterna potestas: Namque aliud quid sit, quod iam implorare queamus?***

Natura syllabarum breuium atque longarum in nominibus cæterisque orationis partibus, per ordinem nulla potest ratione artis comprehendi, sed sola auctoritate inuestigari potest. Neque enim omnium nominum Græcorum atq; nostrorum possumus numerum deprehendere diuersorum. Ergo licet profunda sit atque difficilis ratio, syllabarum naturalium vim qualitatemque monstrare, tamen de postremis syllabis regulariter disputabo.

Syllaba naturaliter longa est quatuor modis. Ea enim aut constat, aut incipit, aut habet, aut desinit. Constat (dicitur) quando sola vocalis syllabam facit, vt, ***O decus***. Incipit, cũ in principio syllabæ fuerit, vt, ***En ego victa situ***. Habet, cũ in medio fuerit, vt, ***Vos æterni ignes***. Desinit, quando in fine posita est, vt, ***Te quoq; magna Pales***.

Nominatiuus singularis duodecim literis terminatur, per has omnes nouissimarum syllabarum naturas aperiam.

Nominatiu9 singularis A litera terminatus, in omni genere postremam syllabam breuẽ facit. Masculino, vt, ***aduena nostris***. Feminino, vt, ***Irim de cœlo misit Saturnia Iuno***. Neutro quoque in solis nominibus Græcis (quoniã Latina non sunt) breuis est, vt, Horatius in Arte poetica: ***Sic animis natũ inuentumq; poema iuuandis***. Et communi genere eadem syllaba breuis est, ne in exemplis diutissime remoremur.

Nominatiuus singularis E litera terminatus, masculino & feminino genere, nominum Græcorum est, & nouissimam syllabam semper longam facit, vt, ***Præterea sceptrum Ilione***, & , ***Non Beroe vobis***. Neutro autem genere latinorum nominum est, & semper breuem recipit, vt, ***Tum vero omne mihi visum***. & , ***Nomine quenque vocans***.

Nominatiuus singularis I litera terminatus, non fere accidit, tamẽ si euenerit, nouissimam syllabam longam recipit.

Nominatiuus singularis latini nominis, O litera terminatus, vt superius dictũ est, semper longam recipit, vt, ***Alecto toruam faciem***. ***Pyrgo tot Priami natorum***.

Nominatiuum singularem ἀπτώτων nominis aptoti, neutri generis, V, litera terminatum, in poemate aliquo nõ facilius inuenies, vt, si facies, hoc cornu, hoc genu, vel hoc gelu. nam hæc nomina apud Virgilium septimo casu inueniũtur. Veruntamen si nominatiuum casum conlocare volueris, vltimam hanc syllabam longam ponito, quoniam necesse est in ablatiuo eam produci, vt, Tullius in Arato, ***Iam Tauri læuum cornu, dexterq́; simul pes***. Ibidem & corripuit, vt, ***Hac propter læuum genu nisi parte locatus***. In ablatiuo tamen sine ambiguitate producitur.

Nominatiuus singularis sex literis semiuocalibus terminatur, l m n r s x.

Nominatiuus singularis L litera terminatus, masculino & neutro genere, præcedentibus tribus vocalibus, a, e, u, nouissimam syllabam breuem recipit, vt, Lucanus, ***quamsi Pœnus transcenderit Alpes Annibal***. Et si facias, mel & fel. Præcedente o litera, longa est, vt, ***Sol medium cœli***. Nam natura longa vbique est, non positione, non immerito; quia & in genitiuo producitur, vt, ***Solis equi***.

Nominatiuus singularis M litera terminatus, semper breuem facit; sed si sola restiterit & in συναλοιφὴν synalœpham nõ ceciderit, duram structuram metro facit, & ideo apud Virgilium in συναλοιφὴν synalæpham semper cadit a vocali excepta, & fit positione longa, vt, ***Ilium & omnis humo fumat***. &, ***Atque vbi iam patria***. Per hoc vigilantia Virgiliana laudanda est, quod vbiq; hæc litera finalis a vocali excipiatur aut ab aspiratione, vt sit συναλοιφῆ synalœphæ locus, & per se stare non possit.

Nominatiuus singularis N litera terminatus, præcedentibus vocalibus, varias

rias naturas syllabarum facit, quas per singulas vocales ostendemus.

An syllaba nominatiui casus singularis, quæ masculino & feminino genere in Græcis nominibus inuenitur, semper longa est, vt; *quorum alter Acarnan.* & Lucanus, *Vnde venit Titan.*

Nominatiuus singularis En syllaba terminatur, Græci nominis est. & masculino siue feminino genere, semper longa est. Masculino, vt, Hymen, vt, Seneca in Hecuba: *Quicunque hymen funestus inletabilis.* Neutro vero genere latina sunt nomina; & syllabam breuem semper recipiunt, vt, *Fulmen erat.* &, *Fulmen agit.* Sunt & masculina vt, *Attollens apicē generoso verticeflamen.* Ergo quæ Græca sunt nomina, vltimam syllabam producunt; Latina corripiunr.

Nominatiuus singularis On syllaba terminat⁹, masculino & feminino genere, nominum græcorum, longam habet. Masculino genere, vt, *Armiger Automedon.* &, *Hunc vehit immanis Triton.* Feminino, vt, Calydon, Babylon. Neutro sane genere vltima breuis est.

Nominatiuus singularis In vel Vn syllabis terminatus, non fere contingit.

Nominatiuus singularis R litera finitus, omni genere. Græcis Latinisq; nomminibus breuem habet. Græcis, vt, *Hector vbi est?* Latinis, vt, *ager ille malus.* &, *Hic vir, hic est.* &, *Ipse doli fabricator Epeus.* &, *Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.*

Nominatiuus singularis S litera terminatus, per naturas vocalium, vltimam syllabam per diuersa nomina & producit & corripit. Has me necesse est explanare per ordinem vocalium literarum.

As syllaba terminatus nominatiuus in Græcis nominibus masculino duntaxat genere, longam aliquando recipit. *Vna ingens Periphas.* &, *Filius huic Pallas.* interdum breuem, vt, *Arcas eques.* Ergo in propria qualitate nominis producitur: at in appellatiua corripitur. Feminino autem genere, Græci quoque nominis breuis est, vt Horatius, *Pallas honores*, dipodia dactylice, vt fit dactylus & spōdeus, vt Virgilius: *Atq; Geta, atq; Hebrus, atque Actias Orithyia.* Latinis vero nominib. masculino genere & feminino semper producitur, vt, *Hanc etiam Mecenas*, &, *Labentem pietas*, siue crudelitas. Non frustra ergo producitur, quia eadē a litera vocalis genitiuo casu longa est, vt, pietatis, crudelitatis. Item neutro longa est genere, vt, *Sit mihi fas audita.* & in Lucano: *In commune nefas.*

Es producta syllaba in Græcis nominibus nominatiuus singularis semper explicatur, vt, *Aeneas Anchisiades*, &, *Priamides.* In latinis autem nominibus alibi altera corripitur, alteram alibi produci necesse est. Corripitur in his nominibus, quæ genitiuum singularem in tis syllabam mittunt, vt, comes, comitis, vt, *Filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.* Interdum tamen huius declinationis es syllaba longa est, vt Virgilius posuit in Bucolicis: *Ipse aries etiam nunc vellera siccat.* &. *Arebant, & iam victum seges ægra negabat.* Ea vero nomine, quæ genitiuum lis aut mis, vel dis aut pis, cæterisue syllabis finiuntur, vltimam syllabam producunt, vt Lucretius in VI libro de rerum natura: *Sustentata ruet moles & machina mundi.* & Virgilius: *Hec erat illa fames.* &, *Ille velut pelagi rupes immota, manebat.* Illa quoq; nomina sine ambiguitate semper producūt vltimam nominatiui casus syllabam, quæ genitiuum singularis in e & i syllabam mittunt, vt facies faciei, vt, *Visa maris facies*, & huius declinationis analogia e literam in ablatiuo casu semper producit, superiores autem corripiunt aliquæ, aliæ producunt. corripiunt, vt, *Mole tenet scopuli.* producunt, vt, Lucanus: *Vbera sicca fame medios mittentur in ignes.*

Is syllaba nominatiui casus breuis est, masculino siue feminino genere, atque communi. Masculino, vt, *Namq; suam patria antiqua cinis ater habebat.* Feminino, vt Caluus in X. *Frigida iam celeri per-*

agrata Borysthenis ora. In monosyllabis vero inuenitur longa, vt, *Degenerasse tamen: ni uis humana quotannis.*

Os syllaba græci nominis, masculino genere siue feminino breuis est, si aut nulla consonans vocalem præcesserit, aut r litera præcesserit. Masculino, vt, *Chromis & Mnasylos in antro.* &, *Scorpios & cœli iusta plus.* aut, *Ismaros, aut Rhodope.* Si autem n litera vocalem, præcesserit, longa est, vt, *Quæsitor Minos vrnam mouet.* Hoc monosyllabo etiam nomine longa est, vt, *Tros, ait, Aenea cessas?* Feminino breuis, vt, *Dulichium Sameque & Neritos ardua saxis.* &, *Desuper: omnis eo terrore Aegyptos & Indi.* Neutro breuis, vt Virgilius: *Et chaos & Phlegethon.* Latini nominis sæpe producta est, vt, *Mos erat Hesperio in Latio,* &, *Vomeris huc & falcis honos.* &, *Os humerosque deo similis.* &, *Luce sedet custos, aut summi culmine tecti.* Et breuis inuenitur, vt in hoc nomine, hoc os, vnde fit genitiuus, huius ossis.

Vs syllaba masculino genere semper & neutro breuis est, vt, *Campus aget gemitus,* &, *Hoc nemus, hunc, inquit, fontem.* Feminino sane genere ea nomina vltimam syllabam corripiunt, quæ aut similem genitiuum nominatiuo habuerint, vt, *At manus interea muris tectisque propinquant,* aut quæ genitiuum i litera concluserint vocali. Ea vero producunt, quæ vocalem vltimæ syllabæ nominatiui casus in genitiuo produxerint, & tis vel ris syllabam habuerint, vt, virtus virtutis, & tellus telluris, vt Lucanus, *Ne tanta in cassum virtus eat.* & Virgilius: *Heu quæ nunc tellus, inquit.* Etiam si duplex u fuerit, penultima quoque corripitur, vt *Carduus, & spinis.* &, *Arduus arma tenens.*

Y Græca litera vocali & S latina terminatus nominatiuus, longam habet, vt, *Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis.* At masculino breuis est, vt, *At Capys & quorum melior.* Eadem in accusatiuo breuis est, vt, *Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.*

T litera terminatus nominatiuus non tantum in nomine sed vbique nouissimam syllabam breuem facit, vt, *Hoc caput.*

X litera finitus nominatiuus, licet longam semper positione faciat syllabam, tamen naturaliter nunc corripit, nunc producit. Corripit in hoc: *Nox erat.* Producit in hoc: *Hic primum noua lux oculis,* &, *Si fratrem Pollux.* Et ea, quæ producuntur nominatiuo casu, eandem vocalem etiam in genitiuo producunt penultimæ syllabæ, vt *Intonuit, radiisque ardentem lucis & auro.* &, *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis.*

Hactenus de nominatiuo, iam de genitiuo disputandum est.

Genitiuus singularis æ syllaba terminatus diphthongum faciente, semper longam recipit in omni genere.

I quoque litera semper longa est. At si duplex i fuerit penultima syllaba breuis erit, posterior longa, vt dixi, *Dardaniique rogum.* Necessarium esse existimo rationem horum nominum & declinationis exponere, quæ genitiui singularis vel nominatiui & vocatiui pluralium i literam vltimam debeant duplicare. Ea nomina, quæ nominatiuo casu singulari i literam vocalem ante vltimam syllabam habuerint, in omni genere i literam debent necessario geminare, non solum metri gratia, sed etiam propter vitium βαρβαρισμοῦ, & vt ne fit contra rationem nominatiuo breuior genitiuus, vt, *Aoniique patris,* quia dicimus, *hic Aonius*, ergo rite i literam geminauit, vt Massylius Massylii. At si ante vltimam syllabam in nominatiuo casu V litera non fuerit, nullo modo duplicari potest.

O litera

O litera genitiuus terminatus græcus est, eamque produci necesse est, vt, *In foribus lethum Androgeo.* est enim proprie Græcus genitiuus; licet aliqui sic legunt, *In foribus lethum Androgei,* græcæ declinationis ignari. &, *Portusque subimus Chaonio*, pro, Chaonii maris portus; quamuis legatur, *portusque subimus Chaonios.* est ergo genitiuus, *Chaonio.*

Genitiuus singularis Es syllaba terminatus græcam declinationem habet, & longam recipit, vt Lucanus, *Aestifere Libyes*, vt *Andromaches*, & *Beroes.*

Tis, vel Ris, aut Dis, & similis syllaba, qualibet præcedente consonante vocalem i, in eodem casu genitiuo semper breuis est, *Quanquam o si solite quicquam virtutis adesset.* Et, *Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.* Et, *Euaditque celer ripam irremeabilis vnde.* Et, *Nec non ad templum summasque ad Palladis arces.* Et, *Aspice ventosi ceciderunt murmuris aure.*

Genitiuus singularis Os syllaba terminatus in Græca declinatione inueniti potest, & eadem masculino genere & feminino corripitur, vt, *Parrhasio dictum Panos de more Lycei.* Feminino, vt Lucanus, *Vt Pegasea ratis peteret cum Phasidos.* & in Terentio: *Quaque fretum torrens Mæotidos.* & Virgilius, *cum Daphnidos arcum.*

Vs syllaba terminatus genitiuus Græci nominis non cito apud Poetas latinos inuenitur; tamen si fuerit, longa est, vt si facias Διδοῦς, Ἀλλεκτοῦς, Didus & Alectus. Latini etiam nominis longa est, vt, huius manus, & huius cuttus; vt discrepet a nominatiuo genitiuus, vt, *Attonita magna ora domus: & talia fatur.*

Datiui casus omnis postrema syllaba, quacunque vocali terminata fuerit, semper longa est in omnibus generibus.

Accusatiuus A litera, correpta terminatur in omni genere, & est græcæ declinationis. Masculino, vt, *Hectora circum.* Feminino vt, *lampada quassans.* Neutro sine dubio breuis.

Accusatiuus singularis E litera correpta terminatus in generibus neutris inuenitur, vt, *Infelix nati funus crudele.* Et, *Hoc genus acre virum.*

Accusatiuus casus singularis I litera terminatus, genere neutro in aptotis nominibus inuenitur, & longam habet vltimam, vt si facias, hoc sinapi.

O litera terminatus accusatiuus Græci nominis & feminini generis inuenitur, quam produci necesse est, vt, *Luctificam Alecto.*

V litera terminatus accusatiuus singularis in genere neutro tantummodo inuenitur, & nominatiuo consentit, cuius de postrema syllaba disputatum est. Scire autem oportet, quod in generibus neutris Græcis latinisque, tres casus similes sui, nominatiuus accusatiuus & vocatiuus, vtroque numero vltimam syllabam breuem habent.

L litera terminatus accusatiuus genere tantum neutro comprehenditur, & semper breuem recipit.

M litera terminatus accusatiuus in omni genere semper breuem habet.

N litera consonante terminatus accusatiuus omnibus generibus reperitur, sed naturæ diuersæ. Etenim masculino & feminino genere Græcorum nominum longa erit vltima.

A litera præcedente, vt, *Aeneam num quisquam.*

E litera præcedente, vt, *Priamiden Helenum. Et patrio Andromachen.*

O litera præcedente breuis, vt Virgilius, *Pelion hinnitu fugiens.* Feminino genere, vt Horatius in primo

Carminum, *Sperne delectam Cypron.* Neutro autem genere latina syllaba est, & vbique, vt supra dixi, breuis.

R litera terminatus accusatiuus, vel, S, aut T, in generibus neutris, semper breuem habet, vt superius dictum est.

Vocatiuus casus A litera terminatus, in latinis quidem breuem syllabam recipit, vt, *Et scelerum poenas, & te Catilina minaci.* &, *O Dea.* In græcis vero nominibus semper longa est, vt, *o Lycida.* & *Quo fugis Ænea?*

E litera vocatiui casus longa est, græci duntaxat nominis, vt, *Tydide, mene Iliacis.* nec immerito longa, quia & in nominatiuo singulari producitur. Latina sane si fuerit, breuis est, vt, *Turne quod optanti.* &, *Aeole namque tibi.*

I litera terminatus vocatiuus singularis interdum breuem habet, interdum longam. Breuem in hoc, *Tybri pater.* &, *O crudelis Alexi.* &, *Daphni quid antiquos.* Item genere feminino vt, *Iri decus cœli.* Longam in hoc: *An te lacus tantos? te Lari maxime* recte hic producitur postrema, quia nominatiuus, ri, & postea, vs, syllabis explicatur, hoc est, hic Larius huius Larii. Ergo ea nomina producunt i literam, quæ in genitiuo duplicauerint. Nam quæ is syllabam habuerint, eodem casu genitiuo corripiunt.

O litera terminatus vocatiuus nominatiuo congruit.

V litera terminatus græcis nominibus longam habet, vt, *Quo res summa loco Panthu?* Neutro vero genere, nominatiuo atq; accusatiuo respondet nominum latinorum.

Vocatiuus singularis latini nominis siue græci, quacunque consonante finitus fuerit, breuem habebit, vt nominatiuus.

Ablatiuus singularis qualibet vocali terminatus, longam habet vltimam syllabam, præter e literam correptam. hæc enim sola in isto casu duplex est. Producitur vero specialiter, si nominatiuus habuerit es syllabam longam, & genitiuum suum e & i syllabis explicuerit, vt, macies maciei, species speciei, vt, *Cum subito e syluis macie confecta suprema.* vt, *Causa fuit, neque enim specie famaue mouetur.* Potest etiam in his produci nominibus, quæ genitiuo casu ab hac declinatione desciscunt, vt hæc fames huius famis, nam longa est vltima nominatiuo & ablatiuo, vt, *Hac erat illa fames.* &, *Amissis (vt fama) apibus morboque fameque.* In aliquibus nominibus es syllaba, vt in nominatiuo breuis est, ita & in ablatiuo, vt, *Impius hæc tam culta noualia miles habebit?* & alibi, *Ingentes, vterumque armato milite complent.* Inueniuntur etiam nomina, quę in ablatiuo postremā e literam vocalem corripiunt, cum in nominatiuo longa sit, vt, *Rupe sub aeria.* &, *Mole tenent scopuli,* quare in his ambiguitatibus auctoritas inquirenda est. Verum si in nominibus græcis ablatiuum nostrum, quem illi non habent, formaueris, nouissimam syllabam breuem esse intelliges, vt, *Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.* &, *Postera cum primo lustrabit lampade terras.* Latina vero nomina, præsertim ea quæ nominatiuo es, & genitiuo tis syllabas recipiunt, in ablatiuo casu semper breuem habent.

De numero plurali.

PLurali numero in vltimis nominum syllabis, nullam difficultatem reperies, etenim nominatiuus, accusatiuus, & vocatiuus omni in genere, exceptis nominibus græcis, & neutro genere nostro, postremam syllabam semper longam recipiunt. Græca enim & neutra semper breuem, nominatiuo casu, vt, *Thyrrhenique omnes;* accusatiuo, *Arcades accensos monitu;* vocatiuo, *Arcades hæc, inquit.* Feminino item genere per nominatiuum casum, vt, *Pulsant & pictis bellantur Amazones armis.* Et tamen græca nomina, quæ nominatiuo casu plurali nouissimam syllabam longam per diphthon-

rhongum habent, hanc quoque in accusatiuo producunt, vt Virgilius, *Arctos oceani metuenteis aequore tingi.* Item es syllaba, vt supra diximus graeca, breuis est in accusatiuo, *Cyclades & crebris legimus.* & vocatiuo, vt, *Nympha noster amor Libethrides*, &, *Naiades indigno.* Neutro genere, in casibus supradictis, sine ambiguitate breuis est, graecis latinisque nominibus. per nominatiuum, vt, *Carmina vel caelo possunt deducere lunam.* per accusatiuum, vt, *Arma manu.* per vocatiuum, *O patria, o diuum domus Ilium, & inclyta bello Moenia.* Graeci etiam nominis exempla subiiciamus Ennius in primo: *Nam latos populos res atque poemata nostra Cluebant.* & in Virgilio, *Arcada piscosae cui circum flumina Lernae.*

Nominatiuus pluralis i litera terminatus, duas formas habet. etenim aut simplicē habet, vt, *Cunctiq; fremebant.* aut interdum duplicem, vt, *O socii, neq; enim ignari sumus ante malorum.* vtraque tamen forma nouissimam syllabam longam recipit. geminata autem i litera penultimam syllabam breuem facit. huius autem declinationis rationem in genitiuo singulari plenissime disputatum est.

Nominatiuus pluralis diphthongo finitus semper longam habet.

Genitiuus pluralis semper breuem habet latino seu graeco nomine sed huic aut positio subuenire debet, vt longa fiat, aut a vocali excipi, vt synaloepham faciat, sicut in accusatiuo diximus.

Datiuus pluralis & ablatiuus duabus tantum, sed diuersis syllabis terminantur. is & bus. Is syllaba semper longa est, sed haec interdum vnam i literam habet, vt, *It comes & paribus curis vestigia figit.* interdum duplicem secundum genitiui singularis & nominatiui pluralis formā, vt, *Correptis subito mediis.* vt &, *Saxum ingens voluunt alii, radiisque rotarum.* Hic quoque casus, vt nominatiuus pluralis penultimam breuem facit. Bus autem syllaba semper breuis est, penultima quoque corripitur. De postremis syllaba nominum inquantum voluimus disputatum est, nunc ad Pronomina veniamus.

DE PRONOMINE.

Pronomina quoniam non plurima sunt, neque multiplicibus syllabis late distenta, idcirco non tantum de postremis syllabis eorum, sed de omnibus disputabo. Pronomina personalia sunt haec, ego, tu, ille. Primae personae, Ego, duabus breuibus constat, vt, *En ego victa situ*, & *Hic ego nanq; tuas.* aliquando tamē vltima longa esse potest, secūdum naturam o literae vocalis, quae frequenter in vltimo quidem tam produci quam corripi potest. Genitiuus hui9 pronominis ex breui & longa constat, *Securus pelagi atque mei.* Datiuus interdum ex duabus breuibus constat, vt, *Est mihi nanq; domi*; interdum ex breui & longa, vt, *Dic age nanq; mihi fallax.* Hoc autem regulariter accipiendum est, quod haec pronomina, mihi, tibi, nouissimas syllabas, & producunt, & corripiunt. longae sunt in his versibus, *Dic age nanq; mihi*, &, *Aeole nanq; tibi.* breues in his, *Sunt mihi bis septē*, *Nam tibi Thymbre caput* Accusatiuus & ablatiuus longam habent, me, &, a me, vt, *Me me adsum qui feci*, & *Me duce Dardanius.* Item pluralis nominatiuus & accusatiuus primae & secundae personae syllabis longis constant, vos, &, nos. Genitiuus in omnibus personis, m, litera terminatus, breuem habet vltimam; i litera finitus longam, vt, *Nil nostri miserere*, &, *Atque vtinam ex vobis vnus vestrique fuissem.* Datiuus & ablatiuus duabus longis constant.

Item secunda persona nominatiui singularis longam habet, vt, *Tu quoq; litoribus nostris Aeneia nutrix.* Genitiuus ex breui & longa constat, vt, *O genitor nec te miseret gnataeque tuique.* De datiuo, vt supradictum est. Accusatiuus & ablatiuus longa constant, vt, *Te quoq; magna Pales.*

Tertia persona, Ille, illa, illud, nomina-

Carminum, *Sperne dilectam Cypron.* Neutro autem genere latina syllaba est, & vbique, vt supra dixi, breuis.

R litera terminatus accusatiuus, vel, S, aut T, in generibus neutris, semper breuem habet, vt superius dictum est.

Vocatiuus casus A litera terminatus, in latinis quidem breuem syllabam recipit, vt, *Et scelerum poenas, & te Catilina minaci.* &, *O Dea.* In græcis vero nominibus semper longa est, vt, *o Lycida.* & *Quo fugis Ænea?*

E litera vocatiui casus longa est, græci duntaxat nominis, vt, *Tydide, mene Iliacis.* nec immerito longa, quia & in nominatiuo singulari producitur. Latina sane si fuerit, breuis est, vt, *Turne quod optanti.* &, *Aeole namque tibi.*

I litera terminatus vocatiuus singularis interdum breuem habet, interdum longam. Breuem in hoc, *Tybri pater.* &, *O crudelis Alexi.* &, *Daphni quid antiquos.* Item genere feminino vt, *[illegible]i decus cœli.* Longam in hoc: *[illegible]e lacus tantos? te Lari maxime* recte hic producitur postrema, quia nominatiuus, ri, & postea, vs, syllabis explicatur, hoc est, hic Larius huius Larii. Ergo ea nomina producunt i literam, quæ in genitiuo duplicauerint. Nam quæ is syllabam habuerint, eodem casu genitiuo corripiunt.

O litera terminatus vocatiuus nominatiuo congruit.

V litera terminatus græcis nominibus longam habet, vt, *Quo res summa loco Panthu?* Neutro vero genere, nominatiuo atq; accusatiuo respondet nominum latinorum.

Vocatiuus singularis latini nominis siue græci, quacunque consonante finitus fuerit, breuem habebit, vt nominatiuus.

Ablatiuus singularis qualibet vocali terminatus, longam habet vltimam syllabam, præter e literam correptam. hæc enim sola in isto casu duplex est. Producitur vero specialiter, si nominatiuus habuerit es syllabam longam, & genitiuum suum e & i syllabis explicuerit, vt, macies maciei, species speciei, vt, *Cum subito e syluis macie confecta suprema.* vt, *Causa fuit, neque enim specie famaue mouetur.* Potest etiam in his produci nominibus, quæ genitiuo casu ab hac declinatione desciscunt, vt hæc fames huius famis, nam longa est vltima nominatiuo & ablatiuo, vt, *Hæc erat illa fames.* &, *Amissis (vt fama) apibus morboque fameque.* In aliquibus nominibus es syllaba, vt in nominatiuo breuis est, ita & in ablatiuo, vt, *Impius hæc tam culta noualia miles habebit?* & alibi, *Ingentes, vterumque armato milite complent.* Inueniuntur etiam nomina, quę in ablatiuo postremã e literam vocalem corripiunt, cum in nominatiuo longa sit, vt, *Rupe sub aeria.* &, *Mole tenent scopuli*, quare in his ambiguitatibus auctoritas inquirenda est. Verum si in nominibus græcis ablatiuum nostrum, quem illi non habent, formaueris, nouissimam syllabam breuem esse intelliges, vt, *Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.* &, *Postera cum primo lustrabit lampade terras.* Latina vero nomina, præsertim ea quæ nominatiuo es, & genitiuo tis syllabas recipiunt, in ablatiuo casu semper breuem habent.

De numero plurali.

PLurali numero in vltimis nominum syllabis, nullam difficultatem reperies, etenim nominatiuus, accusatiuus, & vocatiuus omni in genere, exceptis nominibus græcis, & neutro genere nostro, postremam syllabam semper longam recipiunt. Græca enim & neutra semper breuem, nominatiuo casu, vt, *Thyrrhenique omnes*; accusatiuo, *Arcades accensos monitu*; vocatiuo, *Arcades hæc, inquit.* Feminino item genere per nominatiuum casum, vt, *Pulsant & pictis bellantur Amazones armis.* Et tamen græca nomina, quæ nominatiuo casu plurali nouissimam syllabam longam per diph-

thon-

thongum habent, hanc quoque in accusatiuo producunt, vt Virgilius, *Arctos oceani metuentes aequore tingi*. Item es syllaba, vt supra diximus graeca, breuis est in accusatiuo, *Cyclades & crebris legimus*. & vocatiuo, vt, *Nymphae noster amor Libethrides*, &, *Naiades indigno*. Neutro genere, in casibus supradictis, sine ambiguitate breuis est, graecis latinisque nominibus. per nominatiuum, vt, *Carmina vel caelo possunt deducere lunam*. per accusatiuum, vt, *Arma manu*. per vocatiuum, *O patria, o diuum domus Ilium, & inclyta bello Moenia*. Graeci etiam nominis exempla subiiciamus Ennius in primo: *Nam latos populos res atque poemata nostra Cluebant*. & in Virgilio, *Arcada piscosae cui circum flumina Lernae*.

Nominatiuus pluralis i litera terminatus, duas formas habet. etenim aut simplicē habet, vt, *Cunctiq; fremebant*. aut interdum duplicem, vt, *O socii, neq; enim ignari sumus ante malorum*. vtraque tamen forma nouissimam syllabam longam recipit. geminata autem i litera penultimam syllabam breuem facit. huius autem declinationis rationem in genitiuo singulari plenissime disputatum est.

Nominatiuus pluralis diphthongo finitus semper longam habet.

Genitiuus pluralis semper breuem habet latino seu graeco nomine sed huic aut positio subuenire debet, vt longa fiat, aut a vocali excipi, et synaloepham faciat, sicut in accusatiuo diximus.

Datiuus pluralis & ablatiuus duabus tantum, sed diuersis syllabis terminantur, is & bus. Is syllaba semper longa est, sed haec interdum vnam i literam habet, vt, *It comes & paribus curis vestigia figit*. interdum duplicem secundum genitiui singularis & nominatiui pluralis formā, vt, *Correptus subito mediis*. vt &, *Saxum ingens voluunt alii, radiisque rotarum*. Hic quoque casus, vt nominatiuus pluralis penultimam breuem facit. Bus autem syllaba semper breuis est, penultima quoque corripitur. De postremis syllaba nominum inquantum voluimus disputatum est, nunc ad Pronomina veniamus.

DE PRONOMINE.

Pronomina quoniam non plurima sunt, neque multiplicibus syllabis late distenta, idcirco non tantum de postremis syllabis eorum, sed de omnibus disputabo. Pronomina personalia sunt haec, ego, tu, ille. Primae personae, Ego, duabus breuibus constat, vt, *En ego victa situ*, & *Hic ego nanq; tuus*. aliquando tamē vltima longa esse potest, secūdum naturam o literae vocalis, quae frequenter in vltimo quidem tam produci quam corripi potest. Genitiuus hui⁹ pronominis ex breui & longa constat, *Securus pelagi atque mei*. Datiuus interdum ex duabus breuibus constat, vt, *Est mihi nanq; domi*; interdum ex breui & longa, vt, *Dic age nanq; mihi fallax*. Hoc autem regulariter accipiendum est, quod haec pronomina, mihi, tibi, nouissimas syllabas, & producunt, & corripiunt. longae sunt in his versibus, *Dic age nanq; mihi*, &, *Aeole nanq; tibi*. breues in his, *Sunt mihi bis septē*, *Nam tibi Thymbre caput* Accusatiuus & ablatiuus longam habent, me, &, a me, vt, *Me me adsum qui feci*, &. *Me duce Dardanius*. Item pluralis nominatiuus & accusatiuus primae & secundae personae syllabis longis constant, vos. &, nos. Genitiuus in omnibus personis, m, litera terminatus, breuem habet vltimam; i litera finitus longam, vt, *Nil nostri miserere*, &, *Atque vtinam ex vobis vnus vestrique fuissem*. Datiuus & ablatiuus duabus longis constant.

Item secunda persona nominatiui singularis longam habet, vt, *Tu quoq; litoribus nostris Aeneia nutrix*. Genitiuus ex breui & longa constat, vt, *O genitor nec te miseret gnatique tuique*. De datiuo, vt supradictum est. Accusatiuus & ablatiuus longa constant, vt, *Te quoq; magna Pales*.

Tertia persona, Ille, illa, illud, nomina-

tiuus casus singularis nouissimam syllabā breuem habet in omni genere, vt, *Ille meum comitatus iter*, &, *Illa vel intactæ segetis*, &, *Ver illud erat.* Genitiuus dactylum recipit, vt, *illius arma*; sed mediam metri causa corripuit, quam in prosa producimus, potest alibi ergo media longa poni. Accusatiuus trochæum recipit. Datiuus & ablatiuus spondeum. Nominatiuus & accusatiuus pluralis, genere masculino & feminino duabus longis constant. Neutro vero genere ex longa, & breui, vt, *Illa manent immota locis.* Genitiuus omnium generum ex duabus longis & breui constat.

Infinitæ qualitatis pronomina, Quis, vel qui, quæ, vel quod vocali finitæ syllabæ longæ sunt, consonanti breues, vt, *Sed quis ad Hesperia?* Genitiuus omnium, eo quod i litera vocalis duplicis consonantis loco ponitur, ex longa & breui constat, vt. *Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas.* Datiuus interdum ex duabus breuibus vt, *Et cui putre solum*: interdum ex breui & longa, vt, *Nunc locus aruorum ingeniis quæ robora cuique*, in synalœpham longa Accusatiuus breuem postremam recipit. Ablatiuus in omnibus pronominibus & generibus longā. Nominatiuus pluralis longam naturaliter capit vltimam syllabam, masculino & feminino genere. Neutro autem tribus casibus breuem, vt, illa. Genitiuus ex longa & breui constat. quorum, vel, quarū, vt, *Externi veniunt, quorumq́; a stirpe nepotes*, &, *Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea.* Accusatiuus masculino & feminino, longam habet, quos, vel quas, vt, *Quos ego, sed motos* &c. Datiuus & ablatiuus si is syllaba terminantur, iambum recipiunt. vt, *Quis ante ora patrum*: si bus, pyrrhichium, vt. *Hic quibus inuisi fratres.* Item Talis, & Qualis, tale, & quale, eiusdem infinitæ qualitatis recipiunt nominatiuo & genitiuo singulari trochæum, vt, *Talis in aduersos*, &, *Qualis erat*, &, *Tale tuum nobis carmen*, &, *Quale sopor fessis.* Accusatiuo trochæū recipit. Datiuo & ablatiuo spondeum, tali, & quali. Plurali numero nominatiuus masculino & feminino genere spondeum recipit, neutro dactylū, vt, *Talia per Latiū*, &, *Qualia multa mari nante.* Accusatiuus masculini & feminini generis spondeū habet, vt, taleis, & qualeis. Cæteri omnes dactylum recipiunt.

Item minus quā finitæ qualitatis pronomina, Is ea, id, masculino & neutro genere nominatiuus singularis breuē syllabā recipit, feminino vtrasque breueis. Genitiuus omniū trochæum capit, eius. Datiuus iambum, ei. Accusatiuus pyrrhichiū eum. vel, eam. Ablatiuus iambū, ab eo. Item pluraliter nominatiuo casu, masculino quidē genere longa est, & vna fit syllaba de duabus vocalibus, vt, ii; genere feminino iambum recipit, vt, eæ; neutro pyrrhichiū. Genitiuus casus in omnibus generibus amphibrachym. Accusatiuus masculino & feminino iambum; neutro pyrrhichiū. Datiuus & ablatiuus iambū.

Item pronomina finita, Iste, ista, istud. nominatiuus singularis omniū generum nouissimā breuem recipit. Genitiuus palimbacchio constat interdū ita vt media lōga sit, istius; interdū dactylus poni potest, vt media syllaba corripiatur, vt, *illius arā.* & *Ipsius ante oculos.* Datiu⁹ spondeū habet, accusatiuus trochæū, ablatiu⁹ spondeū. Item pluralis nominatiuus masculini & feminini generis recipit spōdeum, neutro trochæum. Genitiuus palimbacchiū Accusatiuus nominatiuo cōsentit Datiuus & ablatiuus spōdeo constāt.

Item pronomina possessiua, Noster Vester, nostra vestra, nostrū vestrū. Nominatiu⁹ singularis vbiq; trochęū recipit. Genitiu⁹ spondęū. Datiu⁹ eundē. Accusatiuus trochęū. Ablatiuus spondeū. Pluralis masculino & feminino genere nominatiu⁹ spōdeū habet, neutro tribus casibus similibus trochęū. Genitiu⁹ palimbacchiū. Accusatiuus cęteriq; spondeū.

Itē triprota pronomina. sibi se, a se. Sibi pronomē, datiuo casu vtroq; numero frequenter duabus breuibus constat, vt

Hoc

Hoc sibi pulchra suum. interdum ex breui & longa, quemadmodum est, mihi, tibi, quorum de natura supradictum est, vt Caluus in X. *Mens mea dira sibi prædicens omnia vecors.* Se, autẽ &, a se, vtroq; itẽ numero syllaba longa constat.

Item pronomina, Suus, sua, suum, nominatiuo singulari pyrrhichiũ recipiũt; & neutro genere u litera geminatur, ne sit verbũ, vt, *Anguringq; suum.* Genitiuo, datiuo, siue ablatiuo, iambũ. Accusatiuo pyrrhichiũ. Item pluraliter masculino & feminino iambũ recipit; neutro trib. casibus, pyrrhichiũ. Genitiuus amphibrachym; cæteri vero casus iambum.

Item pronomina finita atq; demõstratiua, Hic, hæc, hoc. nominatiuo singulari masculino siue neutro genere, eadem syllaba breuis est; feminino, longa. Genitiuus casus omniũ trochæũ recipit, non tã natura quam positione; quod i litera duplex sit, vt, *Huius odorato radix est.* Datiuꝰ iambum, huic; sed possunt ambæ syllabæ in synalœpham cadere. vt, *Atq; huic responsum paucis ita reddidit.* Accusatiuus & ablatiuus breuem syllabam recipiunt natura, sed positione longã. Item pluraliter, hi, & hæ. & hæc, nominatiuus longã recipit; genitiuus ex longa & breui constat, cæteri omnes syllabam longam recipiũt.

Item pronomina possessiua & ad aliquid referẽtia. Meus mea, meum, nominatiuus singularis siue accusatiuus & vocatiuus pyrrhichium recipiunt, genitiuus siue ablatiuus iambum. Pluralis nominatiuus & accusatiuus & vocatiuus, masculino & feminino genere, & breui & longa constat, neutro ex duabus breuib. Genitiuus omniũ, breui, & longa. & breui. Datiuus & ablatiuus, ex breui & lõga, vt, *Siue meum corpus spoliatum lumine mauis, Redde meis.*

Item pronomina, Quãtus, Tantus, nominatiuo casu singulari, & accusatiuo, vltimã breuem recipiũt, vt, *Quantus ab occasu, Tantus amor terræ.* Feminino & neutro genere supradictis casibus, eadem syllaba breuis est. Genitiuo quoq; breuis, datiuo & ablatiuo lõga. Item pluralis nominatiuus accusatiuus & vocatiuus masculini & feminini generis longã habent naturaliter vltimã; nam prima positione fit longa. neutro vero genere his casibus breuis erit vltima; genitiuus omnium ex duabus longis & breui constat, vt, *Miserere laborum Tantorum* datiuo & ablatiuo extrema longa est.

Non immerito pleraque pronomina comprehendi, vt aliquantulum patesceret naturalium ratio syllabarum; cætera autem ex his facile colliguntur.

DE VERBO.

De vltimis syllabis dicã penultimisq; verborũ. Verba omnia cũctis significationibus. cõiugationibusq; modis, tẽporib. atq; personis decẽ literis terminãtur: vocalib. quinq;, cõsonantibus totidẽ.

A litera vocali semper producta, vt, *Da nunc Thymbre pater.* E litera modo producta, vt, *Tu vatem tu diua mone.* modo correpta, vt, *En age segnis.* I litera semper producta. tẽpore præsenti. *Nãq; sub Oebalia memini.* Præterito perfecto, vt, *Læta dedi.* O litera frequenter producta, vt *Lustra domosq; traho,* aliquãdo correpta; nam vt superius dictum est, o litera postrema vocalis in nominatiuis casib. nominum, siue pronominũ, personis quoq; verborum, & corripi, & produci potest. V litera semper longa, sed hæc in verbis impersonalib. inuenitur, vt, clamatu, & monitu. Cuius declinationis forma apud Virgilium nostrũ non facilius inuenitur.

Item de consonantibus verba m litera terminata breuem syllabam recipiunt, cuius rationem supra memoraui, vt aut in synalœpham cadat, aut positione longa reddatur syllaba. C litera terminata sæpe producuntur, vt, *Duc, age. duc ad nos,* &, *Dic age nanq; mihi.* interdum corripitur, vt *Fac ergo vt fuerit* In aliis personis temporũ & modorũ, eadẽ syllaba ita vt imperatiuo modo & corripi & produci pro sua natura potest. As vel es syllaba in omnib. verbis & coniugationibus,



præter, sum, & quæ ex ipso nascuntur, vt adsum, &, prosum, quæ & defectiua sunt, & coniugatione carent, semper producuntur, vt, *Vicinosque ignare paras, inadere portus.* &, *Formosam resonare doces Amaryllida syluas.* At in illis defectiuis verbis breuis est. vt, *Huc ades o Galatea.* Is syllaba si fuerit tertiæ coniugationis productæ, producitur; etiam in monosyllabis verbis, quæ coniugatione carent, potest syllaba produci, vt, *Vis & Tarquinios.* At si fuerit tertiæ correptæ, corripitur, vt, *His germana malis oneras atq; obiicis hosti.* Mus vel Tis syllabæ plurali numero inueniuntur, sed semper breues sunt, vt, *Nox ruit Aenea, nos flēdo ducimus horas,* & *Lumina labentem cœlo que ducitis annū.* Verba R litera terminata, qualibet præcedēte vocali, nouissimam syllabam breuem recipiunt. Ar syllaba, vt, *Insequar & quos Sidonia vix vrbe reuelli.* Er syllaba, vt, *magicis inuitam accingier.* Or, vt, *Testor vtrūq; caput.* Vr syllaba, vt, *Ducitur infelix æuo maturus Acetes.* T litera postremam semper breuem syllabam reddit, præcedentibus tribus vocalibus, a, e i, vt, *Lydorumq; manus collectos armat agrestes,* &, *Admonet ira deum,* &, *Nec Turnū segnis retinet mora, sed rapit acer.* Disputauimus generaliter de postremis syllabis, nūc specialiter disceptabimus per significationes, modos, tempora, atque personas.

Prima persona, modo pronunciatiuo, id est, indicatiuo, tempore præsenti, actiuorum neutralium verborum, sæpissime longam recipit, vt *Lustra domosq; traho.* Secunda persona primæ & secundæ vel tertiæ coniugationis productæ, semper producit vltimam syllabam, vt, donas, mones, audis. Tertiæ vero coniugationis correptæ, corripit; vt, *Causando nostros in longum ducis amores.* Tertia persona omnibus quatuor ordinibus coniugationum vltimam syllabam corripit. Plurali numero, prima & secunda, in tribus ordinibus coniugationum productis, excepta tertia coniugatione correpta, penultimam syllabam producunt, nouissimam corripiunt. vt, donamus donatis, monemus monetis, audimus auditis. Tertia vero coniugatione correpta penultima semper corripitur, vt, *Nos flendo ducimus horas,* & *labentem cœloque ducitis annum.* Tempore præterito imperfecto, numero singulari, penultimam syllabam in omnibus personis vtriusque numeri vniuersæ coniugationes longam recipiunt, vt donabam, monebam, audiebam, legebam. Item pluraliter, donabamus, monebamus, audiebamus, legebamus. Nouissima syllaba, singulari numero, prima persona, semper breuis est, in omnibus coniugationibus, vt, clamabam, & cætera. Secunda persona singularis omnium coniugationum semper producit vltimam, vt, clamabas, monebas, audiebas, rapiebas. Tertia autem persona singularis, & prima vel secunda pluralis, semper breuem habent, vt, clamabat. clamabamus, clamabatis. Tertia autem pluralis positione longa fit, vt, clamabant. In defectiuis sane verbis si consideres. sum, & adsum, vel prosum, penultima corripitur, vt, eras aderas profueras. In cæteris personis similiter. Præteritum perfectum tempus semper longam recipit vltimam, siue i litera postrema simplici prima persona terminatur, vt *Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi* siue geminata vt, *Quo feror? vnde abii?* Scire autem necesse est, quænam coniugatio vltimam i literam debeat duplicare. Sola tertia coniugatio producta seu correpta, non tamen in omnibus verbis, geminare potest, vt, *Appetii & Veneris violaui vulnere dextram,* & vt supra dictum est, *Quo feror? vnde abii?* In tertia quoque persona singularis eandem i literam duplicat, vt, adiit, agnouit, & obstupuit, *subiit chari genitoris imago.* Sed in tertia persona singularis, in quibus i litera duplicatur, penultima semper corripitur. In prima autem coniugatione producitur, vt, clamaui, donaui In secunda coniugatione corripitur, vt monui, splendui.

Ac

Ac si primæ coniugationis declinationem hanc induxeris, quæ ex auctoritate, non ex ratione descendit, coniuncto domui, penultimam corripies. In secunda persona singularis semper vltima producitur in omnibus verbis. In tertia persona, coniugationis primæ, penultima syllaba aliquando corripitur, vt, *Intonuit leuum*. nonnunquam producitur, armauit, ornauit. In omnibus autem coniugationibus nouissima breuis inuenitur. Plurali numero, prima persona coniugationum omnium penultimam siue vltimam syllabam semper corripit, vt, *Hac te nos fragili donamimus*, &, *Iunximus hospitio*. Secunda persona vltimam semper corripit. Tertia persona penultimā semper vbique producit, vt, *Et socii amissi petierunt æthera pennis*. Tertia vero duplex persona quam alii quartā nominant, penultimam semper vbique producit & vltimam corripit, vt, *Romanos ad templa deum duxere triumphos*. Præterito plusquamperfecto tempore, numero singulari, prima persona penultimam, vltimāque in omnibus coniugationibus corripit, vt donaueram, splendueram, audieram, iunxeram. Secunda persona penultimam corripit, nouissimam producit, vt, *Audieras & fama fuit*. Tertia personæ primæ consentit, vt, *Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros*. Plurali numero prima persona, secundaque, in omnibus coniugationibus penultimam longam, & vltimam breuem recipit, vt, donaueramus donaueratis, splendueramus splēdueratis, audieramus audieratis, traxeramus traxeratis. Tertia persona penultimam semper corripit, vt donauerāt, traxerant. Tempore futuro, primæ & secundæ coniugationis in omnibus personis penultima syllaba longa est, vt, amabo, monebo, postrema quoque bo syllaba longa est, sed si necesse fuerit, vt pro breui ponatur, licebit; secūdum quod in prima verbi positione disceptauim'. Cęteræ sane personæ supradictarum coniugationum vtroque numero nouissimā semper corripiunt, vt, clamabis, monebis, clamabit, monebit. At in numero plurali etiam penultima corripitur, vt, clamabimus, monebimus, clamabitis, monebitis. Tertiæ vero coniugationis productę, seu correptæ prima persona nouissimam syllabam corripit, vt, audiam, rapiam. Penultima vero syllaba tertiæ productæ semper corripitur, vt, sentiam, audiam, vt, *Audiam, & hæc manes veniet mihi fama sub imos*. Si tertiæ autem coniugationis correptæ penultima syllaba fuerit natura syllabæ, in aliis ita alia corripitur, alia producitur. corripitur in hac, *Mortalem eripiam formam*. producitur in hac, ducā, scribam; quoniam primæ sunt verborum syllabæ, nec declinationibus immutatæ. Secundæ personæ singularis coniugationis tertiæ duplicis, nouissima syllaba semper pducitur, vt audies, scribes, quę syllaba verborum vltima vbique producitur. penultima sane syllaba primæ personæ congruit. Tertia quoque persona similiter in ambabus syllabis consentit. Pluralis personæ omnes sine ambiguitate penultimam semper producunt, & vltimā corripiunt, vt audiemus, rapiemus, audietis rapietis. Tertiæ vero personæ penultima syllaba singularis personæ cōsentit.

Modo Imperatiuo tempore pręsenti, numero singulari, persona secūda, omnes coniugationes productæ, præter tertiam correptam, vltimam syllabam producūt, vt, *Litus ara*, &, *Tu vatem tu diua mone*. Tertiæ sane coniugationis correptæ persona secunda singularis vltimam corripit, vt, *Continuoque greges villis lege*. Tertia persona singularis omnium coniugationum vltimam syllabam corripit, vt donet, moneat, audiat, rapiat. Secunda persona pluralis in prima & secunda vel tertia coniugatione productis, penultimam syllabam semper producit, & vltimam corripit, vt donate, monete, audite. vltima autem breuis est. In tertia cōiugatione correpta, vltima & penultima breues sunt, vt, *Dicite felices animæ*, &, *Cingite fronde comas*.

Futuro tempore, numero singulari, secunda persona in tribus ordinibus coniugationum productis, vltimam & penultimam syllabam semper producit, vt clamato, moneto, audito. In tertia coniugatione correpta penultimam corripit, vt, *Postremas metito*. Tertia persona, coniugationis primæ numero singulari, penultimam producit, si a literam quæ coniugationem ostendit habuerit; eam & aliquando corripit, vt Lucanus in quinto, *Cæsar habet*. & si o vocalem habuerit producit, vt donet. Quoniam, vt supra diximus, primæ verborũ syllabæ in fundamento, non in declinationis flexibilitate consistunt, merito suam naturam penultimo loco custodiunt. At in aliis verbis eiusdem primæ coniugationis vbi declinatio inflectitur, penultima syllaba breuis inuenitur, vt clamitet, quæritet. Cæteræ vero coniugationes huic formæ consentiunt, vt penultimam breuẽ habeant, vt, *Ire neq; ab terra moneat conuellere funem. & Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine sancit.* Nouissima etiam syllaba, quæ t litera consonante semper finitur, in omnibus breuis est. In omnibus autem coniugationibus numero plurali, persona secũda, penultimam syllabam semper longam, & vltimã breuem recipit, vt, clamatote, monetote, auditote, scribitote.

Optatiuo modo, tempore præsenti, & præterito imperfecto, productis coniugationibus, prima persona singularis, penultimam longã, & postremam breuem habet, vtinam amarem, docerem, audirem; tertia correpta, corripit penultimam, vt arriperem, cingerem. Secũda persona duabus longis terminatur, vtinam amares, moneres, audires, moneres. Hæ enim vocales, quibus coniugatio producta cognoscitur, vbiq; produci debent, præter tertiam correptã, quæ e literam correptam recipit. Tertia vero coniugatio correpta penultimam corripit, vtinam cingeres. Tertia persona singularis, primæ consentit. Plurali numero prima & secunda persona omniũ coniugationum penultimam longã & vltimam breuem recipiũt, vt, vtinam clamaremus clamaretis, moneremus moneretis, audiremus audiretis, raperemus raperetis. Tertia persona in productis coniugationibus penultimã producit; in tertia correpta corripit, vtinam cingerent. Tempore præterito perfecto & plusquã perfecto omnibus coniugationibus, persona prima singularis postremam breuem habet; secunda persona longam, es enim syllaba producta terminatur, vt, amasses, audisses Tertia persona primæ congruit. Pluraliter in omnibus coniugationibus prima secũdaq; persona penultimã longã, & postremã breuem habet, vt amassemus amassetis, rapuissemus rapuissetis. Tempore futuro, prima persona penultimam syllabam in omnibus coniugationibus corripit, vtinam clamitem, moneam, audiam, eripiam. Si vero prima verbi syllaba in penultimo loco fuerit, pro natura sui longa inuenitur, vtinam clamẽ, vtinã donem. a litera corripitur, vt, *Flumina amẽ syluasq; inglorius*. Vltima omniũ semper breuis est. In secunda persona eadem erit penultima syllaba quę in prima fuerit. Secũda p̃sona, siue es, siue as, syllabas habuerit, vltimas producit. In tertia persona penultima syllaba eadem quæ in superioribus erit; vltima vero semper breuis. Pluraliter autem & prima & secunda persona in omnibus cõiugationibus penultimam longam recipit, & vltimã breuem, vt, vtinam donemus donetis, moneamus moneatis audiamus audiatis, legamus legatis. Tertia vero tertiæ personæ singularis in penultima syllaba similis inuenitur.

Adiunctiuo modo præsens & pręteritũ imperfectũ & plusquãperfectũ tempus otpatiui modi cõgruit Perfectũ vero tẽpus, numeri singularis in omnibus personis omnium coniugationum penultimas vltimasq; syllabas breues habet, vt cum clamauerim clamaueris clamauerit, vt cũ monuerim monueris monuerit, vt cum audierim audieris audierit, vt cũ scripserim

rim scripseris scripserit. Plurali autem numero in omnibus quatuor coniugationũ modis, personas duas primam & secundã, quæ penultimam semper producunt, vltimam vero corripiunt. Tertia vero persona penultimam corripit, vt cum donauerint, monuerint, audierint, legerint. Tempore futuro alio, (nam duo recipit, quoniam primum futurum tempus, futuro tẽpori modo pronunciatiuo cõsentit) prima persona singularis sola nouissimã syllabam longam habet, vt donauero, monuero: cæteræ duæ singularis, eandem primam atq; penultimam breuem recipiunt, vt donauero donaueris donarit. Plurali numero prima & secunda persona omnium coniugationũ, penultimã longam, & vltimam breuem habent, vt clamauerimus clamaueritis, monuerim' monueritis, audierimus audieritis, dixerimus dixeritis. Tertia persona omnium, penultimam breuem habet.

Infinitiuus modus, tempore præsenti, productis tribus cõiugationibus, penultimam longam habet, vt, *Plausæ sonitum ceruicis amare* Item, docere, monere. Interdum tamen in secunda coniugatione penultima syllaba corripitur, vt, *Feruere Leucaten* &c, *cum litora feruere late.* Sed in hoc verbo recte corripitur, quoniã antiqui tertiam coniugationẽ magis quã secundam esse voluerunt, vt Lucillius, *feruit nunc, feruet ad annum*, & Terentius in Adelphis, *Dũ feruit maxime.* Ergo errare noscũtur hi, qui Virgiliũ nostrũ lõgã pro breui posuisse putãt, vt in his versib. lõgã pro breui sane posuit: *Ille aũt paribus quas fulgere cernis in armis*, &c, *auroq; effulgere.* nam sine dubio huius verbi secunda est coniugatio, quæ debet produci. nam tertiæ coniugationis productæ exemplum subiiciam, *Et stabulo frenos audire sonantes.* Tertia coniugatio correpta, tẽpore præsenti penultimam breuem recipit, vt, *Tu calamos inflare leueis, ego dicere versus.* Vltima autem syllaba, in omnibus coniugationibus breuis est. Tempore præterito, postrema semper vbiq; breuis est, vt, *superas cœli venisse sub auras.* Interdũ aũt præteritum tempus i literã duplicat penultimæ syllabæ, sed in his dũtaxat verbis quę præterito perfecto modi pronunciatiuĩ i duplicauerint vt supradictum est, nõ solum metri causa, sed & ratione, vt, *Nõ abiisserat.* Futuro quoq; tempore penultima longa, & vltima breuis est, sed non facilius huius temporis & modi verbum in poematibus inuenitur.

De declinatione passiuorum, deponentium, communiumq; verborum.

Modo pronunciatiuo, id est indicatiuo tempore præsenti, numero singulari, persona prima penultimã syllabã in aliquibus verbis longam recipit, vt, ducor, clamor; si tamen prima verbi syllaba fuerit: in aliquib. breuem, vt, *Quo feror? vnde abii?* si multarum verbum aliquod fuerit syllabarũ, frequenter penultimam corripit postrema autem semper breuis est & erit. Secunda tertiaq; persona singularis, excepta tertia cõiugatione correpta, penultimam lõgam & postremam breuem recipiũt. Tertia enim correpta, duabus breuibus postremis terminatur, vt, *Ducitur infelix æuo.* Numero plurali persona prima in productis coniugationibus penultimam lõgam habet, vt secunda & tertia persona singularis, vt clamamur, monemur, audimur. In tertia autem correpta breuem recipit, vt, legimur, &c, *Ferimur per opaca locorũ.* Persona secunda penultimã breuem, & vltimam longam admittit vt, amamini & mouemini. Omnis enim syllaba in verbis, vt in aliis partib. orationis, i litera vocali finita semper producitur. tertia persona postremã breuem habet. Tẽpore præterito imperfecto omnibus in coniugationibus personisq;, pręter secundã personã pluralis, penultimã semper longã & vltimã breuẽ inuenies, vt, ducebar ducebaris ducebatur. Itẽ plurali, ducebamur. Secundæ vero personæ pluralis syllaba in tertio ab vltima loco producitur vt, ducebamini, tertia persona pluralis vltimam breuem habet. Tẽpore pręterito perfecto &

plusquãperfecto, numero singulari, prima & tertia coniugatio producta penultimam longam, & postremã breuem habet, vt, donatus, auditus, secunda autem cõiugatio, vel tertia correpta, penultimã syllabam aliquando breuem recipit, vt admonitus; aliquando positione longã, vt scriptus. Plurali autem numero vltima longa est, vt admoniti; penultima breuis. Tempore futuro, prima & secunda coniugatio, persona prima, numero singulari, penultimã longam habet, vt amabor & docebor. secũda & tertia persona breuem, vt Horatius in Arte poetica. ***Nec semper feriet, quodcunque minabitur, arcus.*** Scire autem opottet, quod literæ vocales, quæ tres coniugationes productas ostendunt, frequenter produci debeant. Numero plurali, prima persona postremas breues habet, vt amabimur, monebimur. secunda persona breuem & longam. tertia persona vltimam breuem recipit. Tertia coniugatio producta vel correpta eiusdem temporis futuri, primam personam duabus postremis breuibus explicat, vt nutriar, rapiar. In dissyllabis autem verbis interdum penultima longa, & postrema breuis erit, vt in Horat. I. Carminum. ***Scriberis Vario fortis.*** Plurali numero prima persona, penultimam longam, & postremam breuem habet, vt audiemur, & rapiemur. Secunda persona tertiam ab vltima longam, penultimam breuem, postremam longam habet, vt audiemini, & rapiemini. Tertia persona vltimam breuem habet, vt audientur, rapientur.

Imperatiuus modus, tempore præsenti, numero singulari, persona secũda vel tertia, in coniugationibus productis penultimam longam, & vltimam breuem habet, vt amare ametur, monere moneatur, audire audiatur. In tertia autem cõiugatione correpta, secũda persona vtręque postremę breues sunt, vt scribere, legere. In tertia persona, penultimã longa, & postrema breuis est, vt legatur. Plurali numero, persona prima omniũ cõiugationum penultimam longam & vltimam breuem habet, vt, amemur, moneamur, audiamur, scribamur. secunda persona tertiã ab vltima longam, penultimã breuem, postremam longam habet. tertia persona postremã semper breuẽ recipit. Tempore futuro, in omnib. coniugationibus productis, secunda vel tertia persona singularis penultimã longã habet, & vltimã breuẽ habet, vt, ***Contemplator item cum se nux plurima syluis*** &c. Tertia aũt coniugatio correpta, penultimam syllabam breuem habet, vt legitor, scribitor. Pluralis numerus, persona secunda, coniugatione tertia, correptæ competit.

Optatiuo modo, tempore præsenti & præterito imperfecto, numero singulari, personæ omnes in tribus coniugationib. productis penultimam longam recipiũt, vt, vtinam donarer, monerer, audirer. similiter in cæteris personis singularibus. Item pluralis prima persona singulari cõgruit. Secunda persona tertiã a fine longam habet, penultimã breuem, & vltimã longam, vt, vtinam amaremini, moneremini, audiremini. vltima autem syllaba, præter secundam personam, pluraliter breuis est. Tertia autem coniugatio correpta a superioribus longe discrepat. Nam vt illæ literam vocalem, producunt, quę est index cõiugationis, ita & ista corripit. prima tamen persona singularis, vt, vtinam scriberer, vtinam legerer; secunda autẽ persona vel tertia singularis penultimam producunt, vt, vtinam raperreris, raperetur. Numerus pluralis superiorib. coniugationibus consentit, vtinã scriberemur. Præteritum perfectum & plusquamperfectum tempus, modi pronunciatiui duobus temporib. congruit. Prima persona futuri temporis in prima coniugatione postrema syllaba breui explicatur, penultima autem interdum positione longa, vt, vtinam contempler; aliquando breui, vt, vtinam amer; interdum natura longa, vt vtinam exclamer. Secũda vel tertia persona singularis in omnibus coniugationibus penultimam

mam syllabam semper longam recipiunt, siue a, siue e, vocalem habeant. Prima coniugatio e literam productam habebit, vt, vtinam cõtempletis cõtempletur; cæteræ vero a literam productam habẽt, vt, vtinam moneatis, vtinam audiatis, vtinam legaris. De postrema autẽ omnium non dubitauetis, quin breuis sit eadẽ. Literæ vocales, a, & , e, vim suá etiam numero plurali custodiunt, vt vtinam contemplemur contemplemini, vtinam doceamur doceamini, vtinam audiamur audiamini, vtinam scribamur scribamini. Secundæ personæ penultima breuis est, & vltima longa.

Adiunctiuus modus tempore præsenti, optatiui modi futuro tempori competit. Præteritum imperfectum tempus, præsenti tempori modi superioris cõgruit. Præteritum autem perfectum & plusquamperfectum, modorum superiorum temporibus in sua specie cõsentiunt. Futurum tempus primũ huiuscemodi, pro suis cõiugationibus, tempori futuro modi pronunciatiui congruit, vt contemplabor, cõmonebor, cum audiar, cum legar. Aliud autem futurum vel vlterius, præteritis temporibus perfectis consentit.

Infinitiuus modus, quem & Perpetuũ quidam vocant, tempore præsenti, coniugationibus tribus, quas productas semper esse diximus, penultima, postremaque syllabis longis explicatur, vt clamari, doceri, moueri, vt, *ne quære doceri*, vt, *Mutarine putas bellum*, & , *Hinc exaudiri voces*. Tertia autem coniugatione correpta, tempore item præsenti, si penultima syllaba vbique producta fuerit, & in capite verbi fuerit, hic quoque producenda est, vt, *Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci*. At si vbique corripitur, corripienda, vt in Lucano, *Romano spectante rapi*. Interdum autem & positione longa est, vt *Tantane tam patiens nullo certamine tolli*. Postrema autem syllaba in omnibus sine ambiguitate longa est. Præterito tẽpore, prima & tertia coniugatio producta, penultimam longam, & vltimã breuẽ semper recipiunt, vt, reclamatum esse, auditũ esse. Secunda coniugatio, penultimam syllabam interdum breuem recipit, vt, monitum esse: interdum positione longam, vt ductum esse. Tertia autem cõiugatio correpta, semper positione longam efficit, vt, ductũ esse, deceptum esse. Futurum secundum ratione coniugationũ in prima particula verbi simile est præterito tempori, in postrema particula spondeo constat, vt, clamatum iri, monitum iri, scriptum iri.

Verba impersonalia in ratione syllabarum, actiuis & neutralibus verbis, tertiæ tantum personæ, in omni declinatione, præter infinitum modum similia sunt; & interdum penultimam syllabam breuẽ recipiunt vt, *Non pudet obsidione iterum*. In trisyllabo breuis est, vt pœnitet. Aliquando naturaliter longa est penultima, diphthongi ratione, vt tædet: aliquando positione longa, vt, oportet. Verba sane Infinitæ declinationis, quę alii impersonali modo vindicant, vt, amatur amabatur, docetur docebatur, in cõmuni declinatione temporum, passiuis & deponentibus, & cõmunibus verbis cohærent.

Participia omniũ verborum, quatuor formulis syllabarum vltimarũ explicantur natura diuersis. Prima est, qua præsenti tẽpore duplex inuenitur. Aut enim ans syllaba producta finitur, vt, *Ardet amans Dido*. Aut ens eadem quoq; producta vt, *Bella mouens*. Secũda formula est, quæ tẽpore futuro ex omnibus significationibus veniente verborũ vniformis erumpit. Hæc semper rus syllaba explicatur penultimã longã, & vltimã breuẽ syllabã reddens, vt, *Si visurus eum vino*. Ea autẽ participia huius tẽporis, quorũ verba primã cõiugationẽ recipiũt, etiã syllabã ab vltima semper producũt, vt amaturus, cõtẽplaturus, nõ immerito, quia etiã in verbis a litera, quę est cõiugationis index, necessario producitur. Tertia formula duplex, quemadmodũ prima, & tẽporis præteriti esse cognoscitur. Interdũ enim tus syllaba finitur, vt, *Et ductus*

cornu stabit. Interdum fus syllaba, vt, *furit mugitibus æther Concussus.* vtraque syllaba breuis est. Penultimarum autem rationem syllabarum in verbis præteriti perfecti passiui scilicet ostendimus ne eadem repetita documenta opusculum nimium dilatent. Quarta formula est simplex, & futurum patiendi tempus ostendens, hæc dus syllaba semper breui finitur. Horum omnium participiorum postremæ syllabæ per declinationes casuales, secundum rationem nominum ita seu longę, seu breues intelliguntur. Duo tamen participiis desunt, quod & productam vocalem in fine dũtaxat, nunquã recipiunt; & quod nullus casus eorum, r, l, vel u, terminatur.

DE ADVERBIIS.

QVoniam statuimus, per omnes partes orationis decurrere, & de natura postremarum, siue penultimarum syllabarum, vt fert ratio disceptare, quæ tradi solæ regulariter possunt, nam cæterarum præcedentium docet auctoritas rationem, idcirco decere existimaui de aduerbiis, quę tamen comprehendi possunt, aliquantulum disputare. Ergo per omnes significationes aduerbiorum eundum est.

Aduerbia temporis, sunt, hodie, cras, mane, nuper, olim, aliquando. Hodie, constat anapæsto, vt, *hodie victor spolia illa superbi.* Cras, constat syllaba longa, vt in Horatio primo Carminum, *Cras ingẽs iterabimus æquor.* Mane, constat trochęo, vt, *Mane ruunt portis.* etiam cum nomen fuerit, eundem recipit, vt, *dum mane nouum.* Nuper, quoque aduerbium, trochæo constat. Heri, iambo cõstat. Vesperi, constat cretico. Olim, constat trochęo *Olim arbos.* Aduerbiũ Vt, cum temporis fuerit, & posteaquam significauerit, productam vocalem recipit, licet habeat positionem, vt in VIII. *Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce.* at si fuerit similitudinis, breuem vocalem habebit, vt. *Ac velut ille canum morsu.*

Aduerbia localia. Hic, aduerbium a pronomine distat, quod pronomen corripiatur, & aduerbium producatur, vt, *Hic ego nanque tuas sortes.* Illic, vel Illuc, & Huc aduerbia, postremas longas recipiunt, vt, *Huc illuc aciem circumtulit,* &, *Huc ades.* & Seneca in Hecuba, hendecasyllabo sapphico versu, *Ilium est illic, vbi fumus alte.* Ibi, vel Vbi, sine dubio primas syllabas breueis habent. vltimas autem scire oportet & longas & breueis poni posse; longas, vt, *Cernit vbi mæstos*; breues, vt, *His vbi tum*, &, *Atque vbi iam patriæ.* Inde, & Vnde, aduerbia, postremas syllabas breueis recipiunt, vt, *Inde vbi clara dedit*, &, *vnde laborum.* Quo, vel Qua, & Hac aduerbia, longis syllabis constant, vt, *Quo fugis Ænea?* &, *Qua victrix redit illa*, & *Hac iter Elysium nobis.* Item aduerbia localia quæ sub imagine nominum latent, cum inciderint, ad rationem nominum referuntur. Itẽ Eminus & Cominus dactylo constant, vt, *illũ eminus, eminus ambos*, &, *totũ cui cominus ensem.* Procul aduerbium, pyrrhichio constar, vt, *Aut procul hinc saxo.* Nuper, aduerbium temporis & Donec, pyrrhichio constant, vt, Horatius, *Nuper sollicitum quæ mihi tædium*, &, *Donec vt æstiuis effusus nubibus imber.*

Aduerbia numeri, quæ l, vel r vel s literis terminantur, breueis syllabas vltimas recipiũt, vt in Lucano, *semel omnia victor Iusserit.* & *Mœnia Dardanidum, quater ipso in limine portæ.* in dissyllabis autem etiam primæ syllabæ breues sunt. Illa autem, quæ, ens, vel es, syllabis finiuntur, vltimas syllabas longas habent, vt, *nouies Styx* constat autem anapæsto. Iterum, aduerbium numeri, tribus breuibus constat vt, *Sublimeis animas, iterumque ad tartara.*

Aduerbia ordinis. Denuo, constat cretico. Deinde, constat palimbacchio, vt, *Deinde satis fluuium inducit.* Rursus, constat trochæo, vt, *Rursus abundabat.*

Ad-

Aduerbia negandi, Non, & Haud, longis syllabis constant, vt, *Nō ego Myrmidonum*, & *Haud equidem credo.* Item Nequicquam & Nequaquam, constant palimbacchio, vt, *Nequicquam trepidat.* Frustra aduerbium, constat spondeo, vt, *Vane Ligus frustráque animis.* Etiam aduerbiū, tribrachum recipit, vt, *Hic etiam inuentum Priamon.* Vtique, constat tribus breuibus.

Aduerbia demonstrandi. En longam habet, vt, *En agros.* Ecce aduerbium, cōstat trochæo, vt *Ecce Dionei processit.*

Aduerbia hortantis, age, eia. Age aduerbium, constat duabus breuibus, vt, *Te sine nil altum mens inchoat, eia age segnes* Item Eia constat spondeo, vltima sane syllaba in synalœpham cadit duobus his versibus, *eia age segnes*, &, *Hostis adest eia.*

Aduerbium optandi. Vtinam, constat ex tribus breuibus, vt, *Atque vtinam ex vobis vnus.*

Aduerbium interrogatiuum, Cur, constat syllaba longa, vt, *Cur, inquit, diuersus abis* ? Quare aduerbium, constat trochęo, vt, *Quare age & inceptum.* Quianam aduerbium, constat tribracho, vt, *Heu quianam tanti cinxerunt.*

Aduerbium dubitandi, Fortasse, vltima syllaba breui finitur. Item Forsitan, constat dactylo, vt, *Forsitan & Priami.* Forte, constat trochæo, vt, *Forte sub arguta.*

Aduerbium vocandi, Heus, longam habet, vt, *Heus etiam mensas.* Heu, respondentis aduerbium longa constat, vt Lucanus, *Heu demens.*

Aduerbium prohibendi Ne constat longa, vt, *Ne pete connubiis.* coniunctio autem si fuerit corripitur, vt, *coniunx ne Creusa.*

Aduerbium communicationis, vt, vna, simul pariter. Vna aduerbium, spondeo constat, vt, *His vbi tum natum Anchises vnaque Sibyllam.* Simul, constat pyrrhichio, vt *Illa furens simul arua fuga.* Pariter, constat tribracho, vt, *Dixerat atque animis pariter certantibus.*

Aduerbium separationis seorsum & separatim. Seorsum primam syllabam longam, & postremam breuem recipit. Item Separatim, constat ditrochæo.

Aduerbium similitudinis Sic, constat syllaba longa, vt, *Sic ait.* Veluti, constat anapæsto, vt, *Ac veluti magno in populo.* etiam separatim Vti dicimus, vt Sallustius in Iugurthino, *vtique rem sese habere.* Item, Quasi, constat pyrrhichio, vt Tullius, *Nam quasi bos sibi dedecor ingemuere parentes.*

Aduerbia comparationis, Magis, Potius, omnibus constant breuibus, vt, *Tum magis illa fremens.* &, *Sine antro potius succedimus.* nam vltima positione fit longa. Tam & Quam natura breues syllabæ sunt.

Aduerbium euentus, Forte, constat trochæo, vt, *Forte fuit iuxta tumulus.*

Aduerbia quantitatis, Rarum, Nimium, omnibus breuibus constant, vt Lucanus in quinto, *Quid satis est, si Roma parum ?* & Virgilius, *Esse sinent. nimium vobis Romana propago.* Item Minus, &, Satis, & Amplius, omnibus breuibus constant, vt, *Sit satis AEneide*; &, *Iam minus atque minus*, &, *neque me indecorem germana videbis Amplius.*

Aduerbia qualitatis siue quantitatis pleraque gradus recipiunt, præsertim si a nomine veniant. Nam perpauca sunt aduerbia, quæ abse orta gradus recipiant. Et quoniam, quæ ex aliis partibus orationis deriuantur aduerbia, innumerabilia sunt, merito omnia comprehendi non possunt; tamen horum aduerbiorum regulariter de postremis syllabis disputabimus. Absolutus gradus, quem alii Positiuum vocant, in aduerbio sex literis terminatur, vocalibus tribus, e, vt, sæpe, bene, o semper producta vocali, vt, raro, falso, vt, *Falso queritur de natura*; v semper producta, vt, *Anceps pugna diu.* Con-

sonantibus autem tribus explicatur. m litera correpta, vt, *Illa leuem fugiens partim secat ethera pennis*, &, *tractimque susurrant*. r, litera correpta, vt, *lacerum crudeliter ora*. s, litera correpta, vt, *nec funditus omnes*. Aduerbia E litera terminata, absoluto gradu, pleraque longa syllaba finiuntur, vt, *Ante omnes stupet ipse Dares, longeque recusat*, &, *Si non alium late iactaret odorem*. non sine ratione Virgilius eandem productam in a literam correptam vertit, vt, *Et pede terrã Crebra ferit*. Pauca breuem Rite, Bene, & Impune, & sæpe, vt, *Carpebat somnos rebus iam rite paratis*. &, *Et bene apud memores veteris stat*. &, *Sæpe fugã Danai*. &, *Et sæpe alterius ramos impune videmus Vertere in alterius*. media vero longa est. Aduerbia O litera terminata semper longam habẽt, vt, *Scipiades, cladem Libyæ, paruoq; potentem Fabriciũ*; quamuis & nomen esse possit absolute positum. Cætera autem quæ consonantibus finiuntur aduerbia, supradicto gradu, breues semper vltimas syllabas recipiunt, quorum iam exempla supradicta sunt. Comparatiuus gradus in omnibus aduerbiis, qui semper, ius, literis terminatur & explicatur, semper breui syllaba finitur, vt, *Mollius & solito*. Postremam enim syllabam in omnibus aduerbiis cõsonanti litera finitis, breuem esse oportet. Penultima quoque syllaba comparatiui, siue superlatiui gradus aduerbiorum vt in omnibus gradibus, breuis semper inuenitur, vt, *Atque vbi iam breuiorque dies & mollior æstas*, &, *Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber*. Superlatiuus gradus aduerbiorum, qui vniformi syllaba terminatur, e literam postremã semper longam recipit, eadem enim syllaba in nomine superlatiui gradus vocatiuo casu breuis est, vt, *Optime Graiugenum*, &, *Maxime Teucrorum ductor*. ergo in aduerbiis necessario, me, syllaba ad discretionem partium producetur.

De aduerbiis promiscuis plenissime disputandum est ex auctoritate collectis. Vero, constat spondeo, vt, *Si vero viciamque seres*. Sero aduerbium, constat spondeo, at si nomen fuerit, constabit iambo, vt, *Pasce sero pingui*. Tamen, constat pyrrhichio, vt, *Nos tamen hæc*. Alibi, constat anapæsto, vt, *Arboreı fœtus alibi*. Interea, siue Præterea, constat choriambo, vt, *Interea medium Æneas*, &. *Præterea genus haud vnum*. Penitus, constat tribracho. Funditus, constat dactylo. Nihil, pro, nõ, positum constat pyrrhichio, vt. *Nihil mea carmina curas*? Dum & Cum aduerbia breues syllabas habent, sed sine positione poni non possunt. Satius, constat tribracho, vt, *Nonne fuit satius*? Pridem, cõstat trochæo, vt, *Iam pridem resides populos*. Quoties, vel, Toties, constat anapæsto, vt, *quoties oculos coniecit in hostem*, &, *Quid natum toties*? Certe, constat spondeo, vt, *Certe sine mihi Phyllis*. Paulatim, cõstat palimbacchio, vt, *Paulatim & sulcis frumenti quæreret herbam*. Modo aduerbium, constat pyrrhichio, vt, *Tu modo nascenti puero*; at si nomen fuerit, iambo.

Sane quoniam aduerbia omnia, quæ partim ex se oriuntur, partim ex aliis deducuntur, comprehendi non possunt, merito sigillatim nõ existimo persequẽda; sed tamẽ de postremis syllabis breuiter dicam. Aduerbia A litera finita, quæ pro, e, litera ponitur, breuem habent, vt, *transuersa tuentibus hircis*. at si ex se oriuntur longam habebunt, vt, *Contra ipsa mouent*. E litera finitum aduerbium, vt supradictum est, sæpissime longam recipit, interdum breuem, vt Rite. L litera finita aduerbia, semper breuem habent. M litera similiter correpta finiuntur. O litera producta in gradibus sane finiuntur, vt, *Hic vero victus genitor*. alibi enim & breuis inuenitur, *Tu modo quos in spem statues summittere gentis*. R, litera finita aduerbia semper breuem habent, vt, *Sẽper equos, atque arma virum*, &, *lacerum crudeliter ora*. S litera finita aduerbia semper breuem recipiunt, vt, *Quæ totam luctu concussit funditus vrbem*, &, *Mollius & solito*. V litera finita aduerbia semper longam

longam recipiunt, vt, *Nanq; diu luctans, lentoq; in stirpe moratus.* omnium autem præcedentium syllabarum naturas, magistra docebit auctoritas.

DE CONIVNCTIONIBVS.

COpulatiuę coniunctiones, Et, Que, breuibus syllabis constant, vt, *Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum.* Item: *Iamque eaternatim.*

Disiunctiuæ coniunctiones, ne, nec, neque, vel. Sed omnes correptas syllabas habent. Ne coniunctio, eo aduerbio discrepat, quod hæc corripiatur, & aduerbium producatur, vt, *Ne mihi tum molles.* coniuctionis exépla, vt, *Coniunx ne Creusa.* Aut coniunctio, quoniam diphthongo valet, longa est, vt, *Nunc manes insontem grauis exitus, aut ego veri.*

Expletiuæ coniunctiones, quidem, equidem, quoque, tamen, nempe. Quidē, duabus breuibus constat, vt, *Ista quidem quia nota mihi.* Equidem, tribus breuibus cōstat, vt, *Protendēs equidē merui.* Quoq; duab. breuibus, constat vt, *Tu quoq; litoribus nostris.* Tamen, duas breues habet, vt, *Haud tamen audaci.* Nempe coniunctio, trochæo concluditur, vt Quippe, vt. *Quippe vetor fatis.* Certe, spondeo, vt, *Certe sine mihi Phyllis.*

Causales coniunctiones. Igitur, constat tribracho, vt, *Iliacas igitur classa.* Si coniunctio, producitur, vt, *Si quibus eiectus sylvis.* Etiam coniunctio, tres breueis habet, vt, *Hic etiam inuentum.* Siquidem coniunctio, constat tribracho. Quandoquidem, ex longa & trib. breuibus constat, vt, *Quandoquidem Ausonios.* Quando coniunctio, & breuem & longam nouissimam potest recipere, secundum naturam postremæ vocalis. longa est in hoc, *meque timoris Argue tu Drance, quando tot stragis aceruos.* est enim coniunctio causalis, hoc est, quandoquidem; non aduerbium temporis, cæterum dum componitur, breuis est. Quin coniunctio, natura longa syllaba est, vt, *Quin ego non alio digner te funere Palla.* Sin, syllaba longa est, vt, *Sin has ne possim naturæ accedere partes.* Seu, syllaba longa est, vt, *Seu vos Hesperiam magnam.* Siue, cōstat trochæo, vt, *Siue sub incertas zephyris motantibus vmbras.* Nanque, ex longa & breui constat, vt, *Nanque sub Oebalia.* Ni coniunctio, longa est, vt, *Ni fuga subsidio.* Nisi coniunctio, duas breues habet, vt, *Et nisi me quacunque.* Sed, breuis est, vt, *Ipsa acie nondum falcis tentanda, sed vncis.*

Rationales coniunctiones. Præsertim coniunctio primam syllabam diphthongo longam habet, nouissimam breuem, vt, *Præsertim certis si mensibus.* Enim, duabus breuibus constat, vt, *enim mollibus.* Quia coniunctio, constat pyrrhichio, vt, *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.* Quippe, primam naturaliter longam, & postremam breuem habet, vt, *Quippe solo natura subest.* Quoniam coniunctio, tribus breuibus constat, vt, *Nunc vadi tristis, quoniam fors omnia versat.* Quoniamquidem, omnes breues habet. Ergo coniunctio, postremam syllabam longam sine dubio habet, in hoc præsertim versu, *Quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo.* quamuis ἀδιάφορος, hoc est, cum in fine sit versus, cuius nunquam natura requiritur, tamen longa esse debet. significat enim, *illius causa venimus.* hæc sane sola coniunctio, contra rationem latinitatis vltimam syllabam circumflectit. at si alio intellectu conlocata erit in synalœpham frequentius apud Virgilium cadit, vt, *Ergo vbi delapsa sonitu, &c, Ergo age chare pater.* verum tamen in simplici intellectu repertæ rei sine dubio longa posita est in hoc versu, *Ergo non hyemes illum.* Ideo, constat anapæsto, vt, *Atque ideo tauros procul.* Scilicet coniunctio, constat dactylo, vt, *Scilicet hic superis labor est.* Propterea, constat choriambo. Quare, constat trochæo, vt, *Quare age.* Quid, semper breuis, vt, *Ne quid inexpertum frustra.*

DE PRÆPOSITIONIBVS.

PRæpositiones duobus generibus cōstant. etenim aliæ sunt Loquelares, quæ ornandi sensus, aut agendi, vel minuendi gratia cæteris partibus præponūtur; aliæ autem Casuales vocantur, quod casibus seruiant. Loquelares sunt, an, co, con, re, se, di, dis. An præposita, breuis est, sed semper positione longa fit, vt, *Obuius ambustum*, &, *Quæ rapidus flammis ambit.* Re præpositio, semper breuis est, in quibuscunque partibus orationis fuerit. in nomine, vt, *Hic primam ante aciem digna atque indigna relatu.* in verbo, vt, *Colla armosque lauant, gemitu nemus omne remugit.* participio, vt, *Nunc rapidus retro atque æstu reuoluta resorbens.* Se præpositio, semper longa est, vt, *Et cum frigida mors anima seduxerit artus.* Di præpositio, semper longa est, vt, *Tum vero in curas animum diducitur omnes.* Dis præpositio, breuem syllabam habet, sed eam positione longam fieri oportet, vt, *Disiecitque rates*, &, *Discissos nudis laniabant.* non fere enim in vocalem cadit. Con, &, In, præpositiones loquelares cum fuerint, ita vt per compositionem loquelis inhæreant, ambæ vnius naturæ sunt. hoc genere, si in f vel s literas consonantes ceciderint, naturaliter producuntur, vt, *Inferretque deos Latio*, &, *Insignem pietate virum.* Item *Confidunt tectis*, &, *num vulnus acerbum Conficit.* At si a cæteris consonantibus excipiuntur, positione longæ fient, nec produci in præpositione possunt sine vitio barbarismi. In, verbo cum casualis fuerit, breuis est, si a vocali excipiatur.

Præpositiones accusatiui casus. Ad præpositio, semper breuis est, siue loquelis, siue casibus seruiat, vt, *Eumenidum aspicies? ripamue iniussus*, &, *Iuppiter omnipotens si non exosus ad vnum.* Apud præpositio, duabus breuibus constat, vt, *Qualis apud gelidi cum flumina.* vltima sane positione longa fit. Ante, naturaliter duabus breuibus constat, sed prior positione longa fit, vt, *Ante sinistra caua monuisset.* Cirra præpositio, postremam longam habet. Cis præpositio, breuem syllabam recipit. Circa, postremam syllabam longam recipit, vt, *Corpora multa virum circa, fenterque.* Contra etiam, eadem vltima syllaba longa clauditur, vt, *Contra non nulla est oleis cultura.* Erga præpositio, superiori similis est. Intra, eidem quoque similis. vt, *Iamque intra tectum.* Hoc ergo nobis obseruandum est, vt omneis præpositiones a litera finitas scias vltimas syllabas longas habere. Inter, postremam breuem recipit, vt, *Inter odoratum lauri nemus.* Infra, vltimam longam habet, vt supra memoraui. Iuxta, eadem superiori congruit, vt, *iuxtaque Creusam.* Ob, breuis est, vt, *Ne quis ob inceptum.* Per, eadem quoque breuis est, vt, *Atque per ambages.* Penes, duabus breuibus constat. Prope, duas breueis habet. Propter, vltima breuis est, vt, *Propter aquæ riuum.* Super, constat duabus breuibus, vt, *Aut super Idalium.* Subter, vltima breui finitur. Præter, trochæo constat. Pone, trochæo constat, nam accentu solo a verbo discernitur; quoniam interdum in aduerbium cadit, vt, *Pone subit coniunx.* Secundum, primam syllabam & nouissimam breueis habet vt, *Saltibus in vacuis pascunt. & plena secundum.* Vltra præpositio vltimam longam habet, vt dixi. Vsque, vltimam breuem recipit, vt, *Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.*

De Præpositionibus ablatiui casus.

AB præpositio, semper breuis est, vt, *Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis.* A, siue E, præpositiones semper longæ sunt, siue separarim, seu adhærentes præponantur. separatim, cum casibus seruiūt, vt *Hic iuuenē in tenebris cōuersum a lumine.* &, *At genus e syluis Cyclopum. & mon-*

& montibus altis. A loquelis adhærens, vt, *Amouet & fidum capiti subduxerat*. Absque, postremam syllabam breuem habet, quemadmodum Vsque. Coram, constat trochæo, vt, *coram quem quæritis adsum*. Clam syllaba breuis est. De, semper longa est, siue loquelaris, siue casualis sit. loquelaris, *Deducunt socii naueis*. casualis, vt, *At subita horrifico lapsu de montibus adsunt*. Ex præpositio, breuis est per naturam, sed positione longa fit. Pro præpositio, cum casualis fuerit, semper producitur, vt, *Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto*. At cum loquelaris fuerit, varie ponitur; alibi enim longa, alibi breuis inuenitur. Est operæpretium edocere, quando breuis debeat quando longa constitui. Si hanc præcedentem syllabam secuta fuerit altera syllaba natura longa, necessario prior corripitur, vt in Lucretio, *Omnia veridico qui quondam ex ore profudit*. At cum positione syllaba longa fuerit consecuta, frequenter producitur, in verbis siue participiis, vt, *Procurrūt Laurentum; hinc densi rursus inundant*. Alibi autem breuis, alibi longa est in nominibus. breuis est in hoc, *Ni faciat, maria ac terras, cælumque profundum*. longa in vltimo verbo, breuis ponitur. In his sane varietatibus, quam maxime auctoritas quærenda est. Præ, sine dubio longa est, quod diphthongum habeat. Palam, constat duabus breuibus, vt, *Luce palam*. Sine, duas breueis habet, vt, *Nam sine vi non vlla dabit responsa*. Tenus præpositio, quæ ablatiuo & interdum genitiuo casui pulchre iungitur, vt est, *Crurum tenus*, duabus breuibus constat. Sub præpositio, semper breuem syllabam habet, vt, *Hasta sub exertam donec perlata papillam*.

DE INTERIE-ctione.

INteriectiones, quæ adfectum animi vario motu designant. Interdum enim gaudium; aliquando dolorem mentis ostendunt. Quoniam multæ sunt, ex his paucas ostendam. Interiectio composita syllabis tribus, Hahahe, longas recipit, verum in Comico carmine solo collocari potest, leni scilicet, & humili, vel iucundo. In Lyrico autem, quamuis & ipsum lene sit, quod non possit tumidioribus cothurnatisque verbis ornati, nunquam tamen hæc interiectio apud Horatium reperitur, quanto magis vt Heroico Tragicoque carmini necessaria habeatur, fortia tumidaque verba quærenti. Item, Vah, siue, Vaha, ex breui & longa constat, sed huius vis interiectionis superiori congruit. Heu, siue, Eheu, interiectiones, productas syllabas habent, vt, *Heu quæ nunc tellus inquit*, &, *Eheu quam pingui macer est*. Sed hæc omni genere poetarum aptari potest; etiam liberæ a numeris orationi, quammaxime historicæ, vt Sallustius in bello Iugurthino, *Heu me miserum, Heu me infelicem*. Item interiectio admirationis, Papæ, duabus longis constat. Prima per vnam productam vocalem, postrema per diphthongum; sed & hæc leniotibus apta videtur esse carminibus. Item hortationis interiectio, Eia, constat trochæo, & quia Virgilius vltimam sciebat esse breuem, vbique ei vocalem subiecit, vt, *Eia age rumpe moras*, &, *Hostis adest eia, ingenti*. potest tamen in necessitate pro longa poni. Nefas, cum fuerit interiectio, eandem naturam, quam habet in nomine, reseruabit, constat autem ex breui & longa, vt, *Bactra vehit sequiturque (nefas) Ægyptia coniunx*. Cum aliæ vero interiectiones inciderint, auctoritatis fide poterunt referari.

DE POSITIONIBVS SYLlabarum.

POsitionis ratio decem modis comprehenditur, in his enim syllabis,

quæ cum breues natura sunt, tamen eas necessario fieri longas oportet. sæpe tamen inuenitur positio in syllabis natura longis; sed si naturaliter producuntur, positionem superfluam habebunt. Illic enim est quærenda positio, vbi longitudo naturæ defecerit, vt, quod natum non fuerit, excludatur. Nam quemadmodum vocales naturæ deseruiunt; ita positioni consonantes. Primus modus positionis est, si correpta vocalis desinat in consonantem, & excipiatur ab altera consonanti, vt, *Arma virumque cano*. Definit autem vocalis, cum in se, hoc est, in consonantem suæ syllabæ ceciderit. Excipitur, cum in consonantem consequentis syllabæ transierit. Secundus modus est, si correpta vocalis desinat in duas cōsonantes, vt, *Est in Carpathio Neptuni gurgite vates.* Tertius modus est, cum correpta vocalis excipitur a duabus consonantibus, vt *Acrisioneis Danae fundasse colonis.* Quartus modus est, cum correpta vocalis desinit in duplicem literam x, vt, *Nox erat.* Quintus modus est cum excipitur a duplici, vt *Axem humero torquet.* Hanc rationem & in z obseruabis, siue enim in eam vocalis desinat, siue ab ea excipiatur (quoniam duplex est) facit positione longam, & sane in hac est aliquid obscurum, quod in latina non est, quia illa diiudicatur, cui syllabæ inhæreat; hæc autem ita duplicem efficit sonum, vt cui accommodata sit ignoretur, vt *Mezenti ducis exuuias.* Ergo illi errare noscuntur qui hanc dupliciter scribunt. Sextus modus est, cum correpta vocalis desinit in consonantem, & excipitur a vocali vice posita consonantis, vt, *Nec veni ni fata locum sedemque dedissent.* Septimus modus est, cum correpta vocalis desinit in vnam consonantem, in qua pars orationis finitur, quemadmodum fert opinio multorum, vt, *Omnia vincit amor.* vt, *tibi pampineo grauidus autumno.* Octauus modus est, cum correpta vocalis finem verbo fecerit, vt, *Horresco referens*, &, *Liminaque laurusque*; quæ tamen syllabæ communibus syllabis possunt inferi. Nonus modus est, cum vocalem breuem secuta fuerit i litera, vice posita consonantis, vt *Harpyiaque colunt*. non immerito fit positione longa py syllaba, nisi quia vt supra diximus, i litera cum fuerit in medio vocalium, ita vt consonans sit, decimum sonum reddit. Decimus modus est, si post vocalem subiecta sit consonanti vocalis, vel u, & correptam vocalem habeat consequentem, vt, *Parietibus textum cacis.* In hoc versu quoniam prima pars orationis correptam habet, hoc genere positionis primam syllabam longam efficimus, secundam nanque syllabam resecamus per medium, & præcedentem consonantem primæ syllabæ conglutinamus, vocalem autem ad tertiam reuocamus, & loco consonantis defigimus. Hic sane modus positionis apud Virgilium non superiori exemplo tantum, sed in multis versibus inuenitur, vt, *Arietat in portas*, &, *Transtra per & remos & pictas abiete puppes.* Item, *Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus*, &, *Tenuis vbi argilla dumosis calculus aruis.*

DE COMMVNIBVS SYLLABIS per naturam.

Communes syllabæ naturales duobus modis incurrunt, aut in singulis vocalibus; aut duabus coniunctis, quas Græci διφθόγγους vocant. Communis syllaba per singulas vocales sic intelligitur, si producta vocalis excipiatur a vocali correpta. est enim longa in hoc versu, *Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.* in isto autem breueis eadem productæ, vt, *Te Corydon o Alexi.* Communis syllaba per diphthongum sic intelligi potest, si geminæ vocales a vocali excipiantur. etenim in hoc longa est, *Vlla moram fecere neque Aoniæ Aganippe.* In isto autē breuis

breuis est, *Insulæ Ionio in magno.* Sed tamen contemplanda est poetæ nostri diligentia. Superiore etenim versu recte longam posuit, quoniam eadem syllaba producta a longa vocali excipitur; ergo recte consequentis longitudo naturam prioris oppressit.

DE COMMVNIBVS SYLlabis positionum.

Syllaba desinens in vocalem breuem, si excipiatur a duabus consonantibus, ita tamen, vt præcedat liquidam muta, communis est. nanque longa in hoc, *Immemores socii vasto Cyclopis in antro*; hæc eadem breuis est alibi, *Lustra domosque trabo vastosque ab rupe Cyclopas.* & in aliis nominibus deficit ratio positionis hoc ordine consonantium, vt, *Phœbe graueis Troiæ.* At si liquida præuenerit mutam, obtinebit vim suam positio. Possunt etiam videri communes eæ syllabæ, quæ c litera terminantur, Hic, vel Hoc; quarum de natura disputatum est, hæ enim syllabæ apud Virgilium & longæ & breues ponuntur; si a vocali excipiantur, lõgæ sunt in his versibus, *Pro Iuppiter ibit Hic, ait*, &, *Hoc illud germana fuit.* alibi autem breuis, vt, *Hic vir, hic est, tibi quẽ promitti sæpius audis.* Hęc tamen ratio in pronominibus tantum, non etiam in coniunctionibus inuenitur. Nam, nec, coniunctio communis esse non poterit, quia in pronomine solo c litera reddit duplicem sonum, in coniunctione simplicem, merito ergo breuis est. Scire aũt oportet pronomen, Hic, apud Virgilium duobus tantum locis pro breui esse positum. nam vbique longa est non solum apud Virgilium, sed etiam apud alios.

DE PRODVCTIONE VEL correptione syllabarum.

Svnt aliquæ syllabæ apud Virgilium, quæ necessitate metrica, cum vitio βαρβαρισμῶν, qui apud poetas μεταπλασμοὺς appellatur, contra rationem corripiuntur. Sunt aliquæ, quæ cum breues sint, necessario producuntur. Corripiuntur in his, *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.* Item, *illius arma*, &, *Ipsius ante oculos.* mediam syllabam pronominum, cum sit longa, corripuit. Item, *Obstupui steteruntque comæ. ste* syllabam longam in verbo corripuit. Item, *Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est. ri* syllabam longam corripuit. Item, *Vrbemque Fidenam. fi* syllaba, cum sit longa, hoc loco breuis est. Item, *Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion. O* syllabam corripuit, quæ alibi longa est vt, *Armatumque auro circumspicit Oriona.*

Dein de breuibus dicam, quæ pro longis sunt positæ, *Italiam fato profugus.* primam syllabam, cum sit breuis, longam posuit, quamuis caput pedis faciat; alibi enim breuis est, vt, *Antiqua cedro, Italusque, paterque Sabinus.* Item, *Exercet Diana choros. di* syllabam produxit, quia longa est; alibi eam breuem posuit, vt, *Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.* etiam positione longas de breuibus facit, vt, *Relliquias Troiæ*, &, *Relligione sacræ. l*, literam consonantem contra rationem geminauit. Ideo hæc intelligenda esse arbitror, vt caneti possint. Virgilius enim propter operis magnitudinem & auctoritatẽ sui, qua multum valet, non fine necessitate metrica naturam syllabarum conuertit diuerso genere.

Sunt præterea syllabæ quæ in vna specie positæ, cum intellectu mutantur, ita vt nunc produci, nunc corripi possint, vt est Sinus. Sinum enim, cum pro gremio vel recessu positum intellexerimus, prima syllaba breuis erit, vt, *Hinc sinus Herculei*, &, *Ipse sinu præ se portat*; cum pro vase, sinum intellexerimus dictum, primam syllabam producamus, vt, *Sinum lactis, et hæc tibi liba Priape quotannis.* Item, cum Malum, pro pomo & arbore mali; & Malas, pro

genis accipimus, prima syllaba longa erit, vt, *Malo me Galatea petit lasciua puella*, &, *aduersaque infigitur arbore mali*, &, *Tu quoque flauentes prima lanugine malas*: at si pro pernicie vel labore dictum fuerit, breuis erit, vt, *quae prima malorum Causa fuit*, &, *Adsuetumque malo Ligurem*. Alia, cum intellexerimus nomen esse, primam syllabam longam esse existimamus, vt, *Aliaserpillumque herbas contundit olentes*; cum vero pronomen est, breuis erit, vt, *Perque niues alium perque horrida castra secuta est*. Vobis pronomen, a nomine & scriptura & accentu discernitur. Item Notus, cum pro cognito ponitur, vt sit participium, primam syllabam longam habebit, vt, *Notus tibi*; at cum pro vento intelligitur, breuis erit, vt *Tendūt vela Noti*. Item Plaga, cum pro verbere posita fuerit, primā syllabam longam habebit, vt, *Dant animos plagae*; cum vero pro zona cœli, id est, circulo, breuem, vt, *Et si quem extenta plagarum*. Item Arbos, in omnibus casibus bo syllabam breuem habet, & per b literam scribitur, vt, *Arboris aut vlla*, &, *aduersaque infigitur arbore mali*, &, *Arboribus positis*; si autem ab Aruo feceris genitiuum, pluralis vo syllaba longa erit, & per v literam scribenda est, vt *Hactenus aruorum cultus*.

Sunt alia nomina, quae in vno intellectu per casus syllabae naturam vertunt, vt, Propago, in nominatiuo prima syllaba breuis est, vt, *Esse sinent, nimium vobis Romana propago*. At in ablatiuo longa est, vt, *melius propagine vites Respondent*.

In verbis quoque similiter eadem syllaba, cum tempore immutatur, vt est Moueo, tēpore praesenti & futuro prima syllaba corripitur, vt, *Hinc mouet Euphrates*, &, *Longius & voluens fatorum arcana mouebo*: tēpore praeterito producitur, vt, *Venit amor, subitaque animum dulcedine mouit*. in participiis quoque praesens tempus breuē habet, vt, *Bella mouēs immittit equos*. praeteritum tempus longam habet, quemadmodum nomen, vnde oritur, vt, *Stagna refusa vadis, grauiter commotus*, &, *Hi motus animorum*. Futuri vero temporis participium a verbo dissentit, nam longam recipit, vt Lucanus, *Tentanda que ratus moturi militis iras*. Item Fugio tale est primam enim syllabam praesenti tempore & futuro corripit, vt *Quo fugis Aenea?* &, *vox quoque Mœrim Iam fugit ipsa*. praeterito producit, vt, *Qualis vbi abruptis fugit praesepia vinclis*, &, *subitoque omnis de corpore fugit*. in vtroque & tēpore participiorum, vt in nomine, semper breuis est, vt. *dimitte fugam*, &, *Ille simul fugiens*. In omnib. ergo modis & temporibus haec diuersa syllabarum natura seruanda est. Item verbum, Video, syllabam primam tempore praesenti vbique corripit, vt, *Sed si quis quae multa vides*, &, *Post aliquot mea regna videns*. praeterito perfecto & plusquamperfecto producit, vt, *Vidit ab aduerso venientis*, & Lucanus, *Viderat immensam*. tempore futuro breuis est, modis omnibus, vt, *Laurentisne iterum muros, aut castra videbo?* Infinito modo tempore praesenti, & participio eius temporis prima corripitur, vt *sunat arua videre*, &, *Cui vates horrere videns*. tempore praeterito infiniti modi producitur, vt, *Nec vidisse semel*. futuro tempore, siue infiniti modi, siue participiorum producitur, vt, *Si visurus eum viuo*, &, *casus abies visura marinos*. Item participiū Nitens, si a neutrali verbo venerit, quod est, Niteo, primam syllabam corripit, vt, *Altera candenti perfecta nitens elephanto*. Si a passiuo verbo venerit, quod est, Nitor, quemadmodum in verbo, producit; vt, *Impressoque genu nitens, terrae*. Passiua ergo significatione, in verbis & in participiis omnibus eadem syllaba semper producitur, in nominibus quoque propriis & appellatiuis eadem est appellatio, vt, *Stat grauis Entellus nisuque immotus eodem*. proprio, vt, *Nisus ait*. Item verbum Venio, tempore praesenti & futuro primam syllabam corripit, vt, *pelagi ne venis erroribus*

bus actus,&, *iam venit æstas Torrida*,&, *Ad terram Hesperiam venios.* tempore præterito imperfecto in omnibus verbis eadem illa syllaba, vt in præsenti fuerit, inuenitur, vt, *Redditaque Eurydice superis veniebat ad auras.* præterito perfecto, & plusquamperfecto producitur, vt, *Venisti tandem*, &, *Venerat antiquis.* Item verbum Cogo, superioribus verbis diuersum est, nam tempore præsenti & futuro primam syllabam producit, vt, *Cogit breuis*, &, *Cogitur, inque sinus.* præterito autem tempore eandem corripit, vr Lucanus, *Ad mortem Sylla felicior ire coegit*, &, *cornuque coacto.* Harum sane varietatum rationes, exempla, quoniam legenti atque discenti occurrere facilius possunt, pauca de multis ostendimus. Illud sane nobis plenius est obseruandum, vt ἐφεχεία nunquam nostros oculos sensusque deludat.

DE METAPLASmis.

QVamuis supra dixerimus poetis esse licentiam, metaplasmorum rationibus naturas siue literas inuertere syllabarum; tamen superfluum esse non iudico de ipsis metaplasmis, qui necessarii huic arti valde sunt, disputare, sine quibus exitus faciles, cum in artem venerint poeticam, inueniri non possunt.

Prosthesis est metaplasmus, verbi principio adiiciens literam syllabamue. Literam, vt, *gnatique patrisque.* si enim n literam consonantem, breuis syllaba præcedat verbi superioris, quæ vocali correpta terminetur, accedente g litera, positione poterit longa fieri, licet mutam liquida consequatur, quæ semper communem syllabam facit, vt si facias, *Rura gnate colis.* Aliquando syllabam adiicit, non tam sensus causa quam metri, vt, *cornuque recuruo*. &, *Aut altis referens.* &, *nunquam tetulissem pedem.*

Parenthesis est, quando inseritur medietati syllaba literaue. Litera, vt, *Hacce sti manerunt in relligione nepotes.* Syllaba, vt Lucretius, *Indugredi celeris quod contra sepimenta.* *indugredi* enim dixit, pro ingredi. Interdum diducta syllaba inmissæ literæ syllabam adiiciunt, vt, *Mauortis in an rum*, &, *Nauita dum stellas.*

Prosparalepsis est, cum vltimæ syllabæ superflua syllaba adiicitur, vt, *magicas inuitam accingier artes.*

Aphæresis est, metaplasmus cũ principio verbi syllaba subtrahitur, vt, *Et ren temnere diuos.* pro cõtenere. Et in nominibus inuenitur, vt Plautus dixit a Prænestinis *conias*, pro, ciconias, appellari.

Syncope est medio syllabam subtrahens verbo, vt, *Extinxti*, &, *Vixet cui vitam deus.*

Apocope est interdum aliquid vltimę parti auferens, vt, *nanque suam do*, hoc est, suam domum. vt Lucretius in primo, *Nam fierent iuuenes subito ex infantibus paruis.* sic enim versus scandi potest. Aliquando imminuens, vt Virgilius, *Aspice num mage mage.* pro, magis.

Ectasis est, cum per licentiam breuis producitur, vt, *Exercet Diana choros.*

Systole est econtrario, quando syllaba longa corripitur, vt, *aquosus Orion.* cum prima produci debeat, corripitur.

Diæresis est, siue Diæ.enxis cum in duas syllabas vna diducitur, vt, *diues pictai vestis & auri.* quam declinationem Virgilius quatuor locis tantum posuit in Æneide, *Aulai in medio*, &, *atque aurai simplicis ignem*, &, *furit intus aquai*, &, *diues pictai vestis & auri.*

Episynalœphe est vna syllaba ex duabus facta, vt, *Fixerit aripedem.* pro, aeripedem, tetrasyllabon ex pentasyllabo fecit.

Synalœphe est, cum inter duo verba in concursu duarum vocalium, nulla intercedente consonante, vnius fit vocalis elisio, vt, *Atq; ea diuersa penitus.* Fiunt autem Synalœphæ his modis. Interdum enim breuis in breuem cadit, vt, *Obsedere alii telis angusta viarum.* Interdum breuis in longam, vt, *Tanarias etiam fauces alta ostia Ditis.* Interdum longa in breuẽ, vt, *oppositasq; enicit gurgite moles.* Interdum διφθογγος in simplicem longam, vt *Dardanida e muris.* Aliquando breuis in diphthongum, vt, *Arua neq; Ausoniæ semper.* Interdum diphthongus in diphthongũ. Operæpretium est scire dactylicum versum Synalœphas vbique posse recipere.

Interdum sane vocales inter se concurrentes Synalœpham fieri vetant, & si versus impleri nequiuerit, nulla eliditur, vt, *Et succus pecori, & lac subducitur agnis.*

Ecthlipsis est, cum inter se asperè cõcurrentium syllabarum, intercedente illa m litera consonante, & vocalem & cõsonantem, quam diximus, elidi necesse est, vt, *Multum ille & terris*, &c.

Antithesis est literæ pro litera immutatio, vt, *Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis.*

Metathesis est literarum ordo immutatus, vt, *Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.*

M. VALERII PROBI

GRAMMATICARVM INSTITVTIONVM LIBER II.

Qui est de Catholicis nominum & verborum.

RTIVM instituta quoniam sufficienter tractauimus, nunc de Catholicis nominum verborumque rationib. doceamus. Quidam sic esse declinationes nominum numero quinque voluerunt, sicut verborum coniugationes tres, & omnium declinationem ex genitiuo casu numeri singularis posse cognosci. Et primæ quidem declinationis genitiuum singularem æ diphthongo terminant, generis masculini, & feminini, vt hic poeta huius poetæ, hæc Musa huius Musæ. Nam prima declinatio neutrum nomen non habet, id est, æ diphthongo genitiuus singularis terminatus generis neutri non inuenitur; exceptis quibusdam generis omnis, hic & hæc & hoc verna hic & hæc & hoc aduena, huius vernæ & huius aduenæ. Dicimus enim, *verna puer, verna puella, verna mancipium.* Lectum est & vnum hac declinatione nomen generis neutri apud Sallustium: *Et dextrum flumen Thuria*; huius Thuriæ. Nam e sola, siue correpta, siue producta, nullius generis casus genitiuus reperitur terminatus, nisi antique, vt Virgilius: *Libra die somniq; pares vbi fecerit horas.* & Sallustius: *Dubitauit aciē pars.*

Secundæ declinationis genitiuus singularis i litera terminatur in omni genere, vt hic Plautus huius Plauti, hæc fraxinus huius fraxini, hoc bellum huius belli.

Tertiæ declinationis genitiuus singularis is syllaba terminatur in omni genere,

re, hic orator huius oratoris, hæc virgo huius virginis, hoc carmen huius carminis.

Quarta declinatio genitiuum singularem vs syllaba terminat in genere masculino,& feminino, vt hic fluctus, huius fluctus, hæc manus huius manus. Nam generis neutri genitiuus singularis quartæ declinationis u producta terminatur, vt hoc cornu huius cornu. Quoniam genitiuus singularis vs syllaba terminatus in genere neutro nunquam reperitur.

Quintæ declinationis genitiuus singularis ei separatis terminatur, & regit genus tantummodo femininum, vt hæc species huius speciei; excepto vno communi, duorum generum, masculini & feminini, hic & hæc dies huius diei. E autem, quæ ante i est in genitiuo,& producitur,& corripitur. tunc producitur, cum nominatiuus singularis es pura producta syllaba terminatur, vt hæc series huius seriei. tunc corripitur, cum es syllaba habet ante se aliquam consonantem pariter copulatam, vt fides fidei, res rei, spes spei.

Prima declinatio Datiuum singularem similem genitiuo faciat necesse est æ diphthongo terminatum, huic poetæ, huic Musæ. Accusatiuum in am hunc poetam, hanc Musam. Vocatiuum a, o poeta, o Musa. Ablatiuum a, sed producto, ab hoc poeta, ab hac fortuna. Nominatiuũ & vocatiuum pluralem æ diphthongo, hi poetæ, o poetæ. Genitiuum rum, horum poetarum. Datiuum & Ablatiuum in is, his & ab his poetis. Accusatiuum as, hos poetas.

Secunda declinatio datiuum & ablatiuum singularem o terminat omni genere, huic & ab hoc grammatico, huic & ab hac fraxino, huic & ab hoc regno. Accusatiuum um, hunc grammaticum, hãc fraxinũ, hoc regnum. Vocatiuum, generis quidem masculini aut e correpta, aut i, vel similem nominatiuo, vt o magne, o Sallusti, o puer. Inuenies antiquitus & us syllaba terminatum vocatiuum singularem secundæ declinationis, vt Virgilius: *Corniger Hesperidum fluuius.* pro, fluuie. Feminini generis secundæ declinationis vocatiuus singularis semper e correpto terminatur, o fraxine. neutri um, o regnum. Nominatiuum & vocatiuum pluralem masculini & feminini generis i facit secunda declinatio, hi & o magistri, hæ & o fraxini. Neutri a, hæc & o regna. Genitiuum in omni genere rum, horum magistrorum, harum fraxinorum. Datiuum & ablatiuum is in omni genere, his & ab his magistris, fraxinis, regnis. Accusatiuum generis masculini & feminini os, hos grammaticos, fraxinos. neutri vero a, hæc regna.

Tertiæ declinationis datiuus singularis in omni genere i finitur, huic sacerdoti, huic carmini. Accusatiuus generis quidem masculini, & feminini em, hunc & hanc sacerdotem. neutri vero similis erit nominatiuo & vocatiuo, hoc carmen. Vocatiuus generis omnis similis erit nominatiuo, o sacerdos, o carmen. Ablatiuus in genere masculino, vel feminino, aut e correpta terminabitur, vt ab hoc & ab hac sacerdote, aut i, vt ab hoc & ab hac agili. in genere neutro semper e correpto terminatur, vt ab hoc carmine, ab hoc suaue. Nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum plurales generis masculini & feminini es producta syllaba terminabit tertia declinatio, hi & hæ, hos & has & o sacerdotes. Interdum accusatiuus is, vt hos & has agilis. neutri vero a, vt hæc carmina. Genitiuum in omni genere um, horum & harum sacerdotum, horum carminum. Datiuum & ablatiuum in omni genere bus, his & ab his sacerdotibus.

Quarta declinatio datiuum singularẽ generis masculini & feminini ui separatis facit, vt huic senatui, huic manui. neutri vero generis u sola, huic cornu, Accusatiuum generis masculini & feminini um, hunc senatũ, hanc manum. neutri u, hoc cornu. Vocatiuum in omni genere similem faciet nominatiuo, o sena-

tus, o manus, o cornu. Ablatiuum u terminabit in omni genere, ab hoc senatu, ab hac manu, ab hoc cornu. Nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum plurales in genere masculino & feminino us syllaba terminabit, vt hi & hæ, hos & has & o senatus, manus, neutri vero a, hæc o cornua. Genitiuum in omni genere um, horum senatuum, harum manum, horũ cornuum. Datiuum. & ablatiuum in omni genere, bus, vt ab his senatibus, manibus, cornibus.

Quintę declinationis datiuus singularis similis erit genitiuo, ei separatis, aut producto aut correpto e ante i, huic speciei, huic rei. Accusatiuus em, hanc speciem, hanc rem. Vocatiuus similis erit nominatiuo, o species. Ablatiuus e producto, ab hac specie. vnde dies genere feminino declinanda est, quoniam nullum nomen latinum inuenitur generis masculini ablatiuo singulari e producto terminatum. Nominatiuus, accusatiuus, plurales, similes erunt nominatiuo & vocatiuo singulari, & es terminabuntur, hę has o species. Genitiuus indifferenter & rum & um accipiet, vt harum specierum, vel specieum. Datiuus & ablatiuus bus. his & ab his speciebus.

Ergo, quoniam genitiuo singulari reperto facillime omnium declinationum nomina declinantur, docendum est qualis nominatiuus, qualem faciat genitiuũ. Tractemus igitur per singulas literas, vel syllabas nominatiuum singularẽ, ex quo genitiuus trahitur, quo cognito vtriusq; numeri casus facillime declinabũtur. Sed ante de nominatiuo quinque declinationum breuiter tractemus, quibus literis, vel syllabis, vel modis vnaquæque declinatio nominatiuum terminat singularem.

Primæ igitur declinationis nominatiuus singularis fit modis tribus, a, as, es producta, poeta poetæ, Æneas Æneæ, Anchises Anchisæ.

Secundæ declinationis nominatiuus singularis fit modis sex, er, ir, ur, us, eus, um, puer pueri, vir viri, satur saturi, magnus magni, Tydeus Tydei, regnum regni.

Tertię declinationis nominatiuus singularis fit modis quadraginta vno, a, c, e correpta, e producta, o, t, al, el, il, ol, ul, an, en correpta, en producta, on correpta, on producta, ar, er correpta, er producta, or, ur, as, es producta, es correpta, is, os correpta, os producta, us correpta, us producta, ax, ex, ix, ox, ux, vt toreuma toreumaris, Euterpe Euterpis dulce dulcis, ordo ordinis, Dido Didonis, lac lactis, caput capitis, tribunal tribunalis, mel mellis, Tanaquil Tanaquilis, Sol Solis, Suthul Suthulis, Titã Titanis, crimẽ criminis, lien lienis, Memnon Mẽnonis, Sinõ Sinonis, instar instaris, cadauer cadaueris, ver veris, labor laboris, Tibur Tiburis, facultas facultatis, seges segetis, strages stragis, suauis suauis, os ossis, os oris. Venꝰ Veneris, virtꝰ virtutis, tenax tenacis grex gregis, rex regis, nix niuis, nox noctis, vox vocis, nux nucis, lux lucis. Terminãtur etiã duabus cõsonantib. copulatis n & s, & diuiduntur in modos quinq;. Nam aut a ante ns habet, infans infantis. Aut e productam, vt Vfens Vfentis. nam correpta ante ns, nullum nomẽ reperitur, sicut nec i. Aut o correptam, vt insons insontis. Aut productam, vt fons fontis Aut u, vt Aruns Aruntis. Hoc tamen scire debemus, quod omnia nomina n & s terminata, tis genitiuo faciãt necesse est, exceptis duobus, quæ dis faciunt genitiuum & tis, vt frons, pars capitis, frõtis, & frons, quod est folium, frondis, & lens, animal, lendis, legumen lens lentis. Quidam addunt glans glandis, sed & *hæc glandis* nominatiuo posuit Virgilius.

Quarta declinatio nominatiuum singularem terminat modis duobus, us & u, hic fluctus huius fluctus, hoc cornu huius cornu, hoc genu huius genu.

Quintæ declinationis nominatiuus singularis fit modo vno es semper producta, dies diei, res rei. Hucusque de nomi-

minatiuo, nunc de Genitiuo doceamus, singulis literas vel syllabas nominatiuo de currentes, unde genitiuus qualis sit, poterit declarari. Quo patefacto, poterimus scire, quo modo omnis casus utriusque numeri secundum rationes supra positas declinatur.

A litera terminatus nominatiuus singularis, siue pura, siue aliqua consonanti iuncta generis masculini & feminini tantummodo latinorum nominum reperitur, qui genitiuum æ diphthongo terminans docebit nos, quomodo totos casus utriusque numeri declinemus secundum rationem primæ declinationis, quã paulo ante monstraui. Inueniuntur generis neutri a litera terminata, sed peregrina, quæ declinantur ratione tertiæ declinationis, quæ, sicuti docui, genitiuo is syllaba terminantur, ut hoc toreuma huius toreumatis, schema schematis. Nã quod Plautus in Amphitryone posuit; *cũ seruili schema*, non neutri generis declinationem subuertit, sed genus. Hęc enim schema declinauit, ab hac schema, sicut hæc fortuna ab hac fortuna, primæ declinationis, nõ tertiæ hoc schema genere neutro. nam ab hoc schemate posuisset. a enim terminatum nomen, generis neutri latinitas non habet, exceptis tribus, hic & hæc & hoc verna, aduena, & hoc Thuria, nomen fluminis, lectum in secunda historia Sallustii.

E litera vnum nomen reperitur terminatum generis neutri, declinationis tertiæ, is enim facit genitiuo, hoc lac lactis. quidam putant hoc lact debere dici; sed non legimus, nisi in Varrone de lingua latina. Virgilius. *Lac mihi non æstate nouum non frigore defit*. Plautus hoc lacte declinauit vbique, *sic lacte lacti simile est*. numero tantũ singulari; nam quod Plautus posuit *lacte*, nominatiuo, hoc lac, vel hoc lacte. sed hi lactes, genere masculino numero semper plurali: sunt hæ lactes partes corporis in intestinis pinguissimæ. E ergo nomina terminata græca sunt, vt, Danae, Euterpe, Circe, Agaue. Et si qui voluerit declinare hoc modo faciet secundum græcos Immo addat in genitiuo es & in accusatiuo en, & faciet huius Danaes. vnde est illud. *Lyfere Libyes* hanc Danaen. Ab [illegible] quia græcum est non [illegible] sic, ex e litera a [illegible] Circe unde est illud Horatii. *Vitrente Circe*. ergo in genitiuo, *AEstifera Libyes*. Lucanus. Sallustius: *Apollinis filia & Cyrenes*. E litera terminata nomina generis masculini & feminini nõ inueni latina, sed græca e producta terminata, quæ aut græca ratione latinitatis, vt hæc Danae huius Danaes, qua syllaba nullus genitiuˀ latinus terminatur; aut e in a mutãs nominatiuo declinatur ratione primæ declinationis æ diphthongo faciẽs genitiuũ, huius Danaæ, Helena Helenę. Generis neutri latina nomina repperi e terminata, sed correpto, quæ is facientia genitiuo declinabuntur secundum rationem tertiæ declinationis, hoc suaue huius suauis, hoc monile huius monilis, hoc præsepe huius præsepis: hoc enim genere declinatur. nam quod Plautus, *Hæc præsepes mea est*, genere feminino sicut apud græcos, auctoritas est, non ratio. Pes enim terminata nomina, siue correpta, siue producta, aut tis faciunt genitiuum, aut dis, præpes præpetis, pes pedis. nam dapes numero semper plurali declinantur; Dapem, tantummodo legi numero singulari Sicut multorum nominum aliqui casus inueniuntur, vt sponte, tabo, Iuppiter, o Iuppiter. Nam qui declinat hic Iuppiter, huius Iouis, potest & hic Phœbus, huius Apollinis declinare; & hæc Minerua huius Palladis, & hic Hercules, huius Alcidæ.

F, G, H, his literis nomen non repperi terminatum.

I litera terminata nomina quatuor tantummodo repperi sine aliqua declinatione. nam monoptota sunt duo generis omnis, hic & hæc & hoc nihili, frugi. & duo generis neutri, numero tantummodo singula-

ri, hoc gummi, hoc sinapi: quamuis Plautus in Pseudulo, *hæc sinapis* declinauerit. Inueni & duo in numero plurali masculina, in numero singulari neutra, hi Argi hoc Argos, hi porri hoc porrum.

K. hac litera nullum reperi terminatum.

L litera terminata nomina latina generis masculini & feminini, exceptis quatuor, nulla reperies, hic sol, hęc Tanaquil, hic consul, hic & hæc & hoc exsul. Generis vero neutri plurima nomina reperias hac litera terminata, quæ si erunt monosyllaba, in genitiuo l litera duplicabitur, mel mellis, fel fellis. excipitur hoc sal salis, vnde quidem hoc sale declinant. Omnia tamen ratione tertiæ declinationis flectũtur, nam is syllaba genitiuum proferunt. Si qua alia inuenta fuerint, exceptis suprapositis, generis masculini barbara sunt, vt, Hannibal, Hasdrubal, Hamilcar, Hiempsal, Adherbal. Inueniuntur & generis neutri barbara l litera terminata, hoc Muthul, hoc Suthul.

M litera terminata nomina generis masculini, vel feminini, excepto vno generis omnis monoptoto, latinitas non habet, hic & hæc & hoc nequam. Generis neutri plurima reperies, quæ genitiuo casu aut vna, aut duabus i terminabuntur. Tunc vna, si ante um syllabam nominatiuus i non habuerit, vt hoc bellum, regnum, sceptrum, belli, regni. Si habuerit, genitiuus duabus i terminabitur, vt hoc sacrificium, huius sacrificii; sicut quæ ante us syllabam habent i, vt Terentius Terentii. Ex quibus vna syllaba sublata fit vocatiuus, si sint nomina propria, vt o Terenti; sin appellatiua nouissimam us in e mutabunt in vocatiuo, o egregie. Omnia tamen nomina m litera terminata secundæ sunt declinationis; nam i faciunt genitiuo, excepto vno, nequam, monoptoto.

N litera terminata nomina tertię sunt declinationis; nam omnia nis faciunt genitiuo. Latina quidem generis masculini, & feminini rara habentur, duo figura simplici, hic rien huius rienis, hic Lien huius lienis. composita generis omnis, hic & hæc & hoc tibicen, cornicen, fidicen; tibicinis, cornicinis fidicinis; quamuis Terentius *fidicinam*, & *tibicinam* posuerit. Neutri generis multa reperiuntur n in nominatiuo correpta, in genitiuo e in i mutata, vt hoc pollen pollinis, carmen carminis, lumen luminis, gluten glutinis, crimen criminis, limen liminis. Sed quoniam multa græca, vel barbara nomina reperiuntur generis masculini vel feminini, (nam latina, exceptis supra positis, & vno altero proprio, hic Ligmo Ligmonis, o & in nominatiuo & in genitiuo correpta, alia non inueniuntur) obseruandum est, vt tunc producamus latine, si apud illos producitur, vt Sinon Sinonis, Rubicon Rubiconis; tunc corripiamus, si apud illos corripitur, vt Memnon Memnonis, hic & hæc Saxon Saxonis, hic Titan, Pan, Titanis, Panis, vel, Titanos, Panos, vt Virgilius, *Panos de more Lycei*; sine alicuius declinationis ratione. Nulla enim declinatio genitiuo, nos syllaba terminatur. Vnum excipitur, tis faciens genitiuo, Laocoon Laocoontis. Posuit Lucretius, *hoc sanguen*, nouo more, cum sit, hic sanguis huius sanguinis, contra rationem guis terminatorum, quæ genitiuum similem nominatiuo faciunt, hic anguis, pinguis, huius anguis, pinguis.

O litera pura terminata nomina, genitiuo o producant necesse est, & tertiæ sint declinationis, nam is terminant genitiuum, leo leonis, Pollio Pollionis. excipitur vnum, quod in genitiuo o in e correptam mutat, hic Anio huius Anienis, nomen fluminis. Cum aliqua vero consonanti præposita & corripiuntur, & producuntur. Ideoq; per singulas literas doceamus, iunctas o literę. Per Bo terminata producuntur in genitiuo, Libo Libonis, Carbo Carbonis, Narbo Narbonis. Hoc tamen scire debemus, quod omnis nominatiuus o litera terminatus, siue pura, siue aliqua consonante præposita

sita & iuncta corripitur, exceptis grecis, q producuntur, vt Dido, Manto; ideoque indifferenter declinantur, Latina ratione, huius Didus, Mantus, vt Virgilius, *Fatidicæ Mantus, & Thusci filius amnis.* Co syllaba si inuenta fuerint, producentur. barbara audiui, Sico Siconis, Franco Franconis. Do omnia in genitiuo o in i mutant, ordo ordinis, hirundo hirundinis, cardo cardinis; exceptis duobus quæ o habent in genitiuo productam, vt pedo pedonis, cerdo cerdonis; nam Dido græcum est. Fo terminata producuntur in genitiuo, bufo bufonis, Gorfo Gorfonis, & si qua talia. Go finita, o in i mutet in genitiuo necesse est, & sint generis feminini, virgo virginis, Carthago Carthaginis, vligo, vliginis. excipitur vnum, quod in genitiuo ante o, syllaba producta terminatur, & generis est masculini, ligo ligonis, instrumentum rusticum. ambago, latinum non est: nam, ambages, & compages, nominatiuo vtriusque numeri declinantur; sicut Lucanus, *compages soluta*, non, compagine, a nominatiuo singulari, hæc compages, non, hæc compago; nam, compaginis, & compagine, faceret. Virgilius, *laxis laterum compagibus*, & non, compaginibus. & , *multæ ambages*, non, ambagines. Omnia tamen, sicut docuimus, nomina o terminata, siue pura siue aliqua consonanti antepo-sita & iuncta, tertiæ sunt declinationis, id est, genitiuum is syllaba terminant; exceptis græcis, quæ & græca ratione vs faciunt genitiuo & nis, Dido Didus, Dido Didonis, & si qua talia. Ho finita producunt in genitiuo o, vt lurcho lurchonis, lectum nomen in Plauto, significans ganeonem, nepotem, deuoratorem. Hoc tamen scire debemus, quod omnia nomina post c literam habentia h, peregrina sunt, chorus, Archemorus, charta, Charon, Chrysus, Chalybes; exceptis tribus, quæ latina sunt, lurcho, pulcher, Orchus, sic enim in antiquioribus reperies, non Orcus. Ko non inuenies, ideo quoniam k non scribitur, nisi ante a literam puram in principio nominum, vel cuiuslibet partis orationis consequentis syllabæ consonans principium sit, sicut docui in libro primo. Lo terminata latina producuntur, Milo Milonis, calo calonis. græca o in i mutabunt, Apollo Apollinis. Mo producuntur, temo temonis, Sulmo Sulmonis. excipitur vnum, quod o in i mutat, homo hominis; quamuis antiqui homonis declinabant. No terminatum nullum nomen reperi; qui inuenerit, doceat rationem. Po syllaba terminata producuntur, vt vappo vapponis, animal est volans, quod vulgo *animas* vocant, lectum est apud Lucretium, *hos vappones*. Quo, hac syllaba ideo nulla pars orationis terminatur, quoniam q litera nunquam scribitur, nisi quando u litera & alia vocalis sequens iuncta fuerit, sicut docui in libro primo. Ro terminata producuntur in genitiuo, Cicero Ciceronis, Varro Varronis, tiro tironis. vnum o literam in genitiuo, & in omnibus casibus vtriusque numeri perdit, hæc cato huius carnis; excepto vocatiuo singulari, o caro. So, producuntur, Naso Nasonis, Piso Pisonis. To, latina quidem nomina hac syllaba terminata in genitiuo corripiuntur, Brito Britonis, Santo Santonis. Nomina mulierum græca aut producũtur, aut u habebunt in genitiuo, Manto Mantonis. vel Mantus, Leto Letonis, vel Letus. Vo, non inueni hac syllaba nomen aliquod terminatum. Xo, nec hac syllaba inueni finitum nomen nisi barbarum, quod audiui, Brixo Brixonis. Zo, hac quoq; syllaba nullum nomẽ reperi terminatum, nisi vnum barbaræ ciuitatis lectum in Sallustio, *Vizo Vizonis*.

P, hac litera nullum nomen potuit reperiri, quia nec hac litera nomen aliquod terminatur, ratione supra monstrata.

R litera nomina terminata multa sunt. Hoc tamen scire debemus, quod generis omnis nomina, r litera terminata, & neutri, solius tertiæ sunt declinationis. Nam is syllaba finient genitiuum, hic & hæc & hoc par huius paris, impar impa-

ris, cadauer cadaueris, iecur iecoris; excepto vno, hocir, quod monoptoton est & significans medietatem palmæ, quæ etiã vola dicitur, græce θέναρ. Generis vero masculini & feminini solum, incerta sunt an secũdæ declinationis, & genitiuo i finiantur, an tertiæ declinationis is syllaba terminentur genitiuo, ideoque per singularum literarum r literam antecedentium syllabas decurrentes doceamus, quæ sint declinationis secundæ, quæ tertiæ. Ar pura nullũ nomẽ repperi terminatum. Er pura terminata masculina, secundæ sunt declinationis, puer pueri; feminina is syllaba finiunt genitiuũ, vt mulier mulieris, tertiæ sunt declinationis, & siqua alia, omnia tamen corripientur. Ir pura vnum indeclinabile vel monoptotũ repperi, hocir, contra rationem nominũ neutrorum r litera terminatorum, quæ omnia, sicut ante docui, tertiæ sunt declinationis, id est, genitiuo is syllaba terminantur. Or pura inuenta generis masculini & feminini, tertiæ sunt declinationis, ris terminantia genitiuum, o in nominatiuo correpta, in genitiuo producta, hic & hęc melior huiꝰ melioris Vr pura nullum nomẽ repperi terminatum. Bar tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuum, hoc iubar iubaris, splendorem diei significat, Virgilius, *iubare exorto*, numero semper singulari. Ber terminata nomina & corripiuntur & secundæ sunt declinationis. Nam aut bri faciunt genitiuum, vt Calaber Calabri, Cantaber Cantabri, Insuber Insubri; aut ri, vt liber liberi, vel libri. Tunc beri, si deum, vel ingennum significamus, quamuis in metro Liber deus, & liber ingenuus producitur li, vt est, *Liber & alma Ceres*; in alio significatu corripitur, vt, *alta liber aret in vlmo*. Sed rationabiliter cũ li corripitur, genitiuo bri facimus, liber libri. excipiũtur duo Ber terminata, quæ tertiæ sunt declinationis, imber imbris. Terentius, *imbrem aureum*. Enim syllaba terminata accusatiuo tertiæ sunt declinationis, non secundæ, id est, genitiuo is terminato veniunt, non i, vt Virgilius, *Tres imbris torti radios*. hic suber, huius suberis, Virgilius, *raptus de subere cortex*, a genitiuo is terminato. nam si i terminaretur genitiuus, ablatiuus, a subero, diceret. *liberi*, filii, numero semper plurali declinãtur. Bit, hac syllaba nullum nomẽ repperi terminatũ, qui inuenerit, etiam declinationis doceat rationem. Bor terminata tertiæ sunt declinationis; nã ris faciunt genitiuo, vt labor laboris. Omnia tamẽ nomina or syllaba pura terminata, & cũ alia consonante præposita & iuncta, in nominatiuo quidem corripiuntur, in genitiuo vero si fuerint appellatiua producuntur, vt orator oratoris, præceptor præceptoris, labor laboris, amor amoris; exceptis quatuor, quæ quamuis sint appellatiua, tamẽ corripiuntur, vt, arbor arboris, marmor marmoris, æquor æquoris, hic & hæc & hoc memor memoris. Actor; si appellatiuum fuerit veniens ab agendo, o producit in genitiuo, & facit ris; si sit hominis nomen proprium, corripitur, sicut Virgilius: *Actoris Arunci spolium*. Omnia enim propria or syllaba finita, in genitiuo corripiuntur, vt, Nestor Nestoris, Hector Hectoris, Castor Castoris, etsi qua talia. Quidam putant Virgilium contra rationem propriorũ produxisse, *Herculis Antorem comitem*. Sed errant, nam *hic Antores* declinauit, non, *Antor*: sicut *Diores*. & hoc tamẽ scire debemus, quod appellatiua or terminata, si tracta fuerint a verbo, genus femininum trix terminant, vltor vltrix, vlciscor, præceptor præceptrix, præcipio. Auctor, si sit tractum a verbo augeo, auctrix facit; si non venit a verbo, sed significat principem, quod nomen non venit a verbo, etiam feminino genere auctor facit, sicut Virgilius ex persona Iunonis. *Auctor ego audendi*, princeps, non quæ augeat; nam auctrix diceret. sed excipitur vnum quod quamuis non veniat a verbo, tamen feminino trix facit, genetrix, balneatrix, nam defensatrix rationabiliter debet dici, nisi quoniam male sonant. & nonnunquam quam-

quamuis veniant a verbo, tamen feminino or facit, hic & hæc memor. Bur terminata tertiæ sunt declinationis, nam ris facient genitiuum, u ante ris habentia, Tibur Tiburis. vnum inuenitur in genitiuo u in o correptā mutans, ebur eboris Car, tertię sunt declinationis, ris faciūt genitiuo, Bomilcar Bomilcaris. Cer terminata, si sint generis omnis, tertiæ sunt declinationis, & cris faciunt genitiuum, hic & hæc & hoc acer; quamuis Horatius, *Soluitur acris hiems*. huius acris. acer acris, vel alacer alacris, quamuis Virgilius, *alacris palmas vtrasque tetendit*. Sin aliter, secundæ erunt declinationis, ri terminabunt genitiuum. Aut signum cæleste aut fluuiale animal, cancer, cancri, facer facri, macer macri; exceptis duobus, quæ quamuis sint generis omnis, tamen tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuum, vt, cicer ciceris, hic carcer carceris. Omnia tamen nominatiuo Cer, corripiuntur. Ergo breuiter hoc obseruandum præcipiamus. Cer terminata generis neutri, ris faciunt; masculini vero ri, excepto vno carcer carceris. ergo generis feminini solum Cer terminatum non repetitur. Cir, hac syllaba nullum nomen repperi terminatum. Cor terminatum vnum monosyllabum repperi tertiæ declinationis, dis faciens genitiuo, hoc cor huius cordis, & siqua ab eo deducuntur s litera addita concors concordis, secors secordis facit. Cætera omnia genitiuo ris faciunt. Cur terminata tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, u in o correptam mutata, iecur iecoris, & siqua talia inueneris. Dar syllaba nullum nomen repperi terminatum; qui inuenerit etiam rationem declinationis demonstret. audiui nomen oppidi barbari, hoc Zidar Zidaris. Der syllaba terminata secundæ declinationis corripiuntur in nominatiuo, & græca sunt, & e in genitiuo perdunt, ri faciunt genitiuum, Menander Menādri. Alexander Alexandri, Leander Leandri, Euander Euandri, Thersander Thersandri, quamuis Thersandrus, & Euandrus lectum est. Dir vnum nomen repperi tertiæ declinationis ris faciēs genitiuum, hoc Gadir huius Gadiris, nomē est oppidi. Dor terminata tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, o in genitiuo in propriis, si inuenta fuerint, correpta, secundum rationem suprapositam, in appellatiuis vero o genitiuo producunt, nidor nidoris, splendor splendoris, & siqua talia appellatiua or syllaba fuerint terminata, o in genitiuo producunt, exceptis suprapositis, quæ quamuis sint appellatiua, tamen o in genitiuo corripiunt, sicut propria or terminata, vt, arbor arboris, æquor æquoris, marmor marmoris. Dur terminata, vnum legi in Plauto *Magadur*, est ergo tertiæ declinationis, ris faciens genitiuum, sed vide ne melius sit nominatiuo non Magadur dicere, sed Magaderis; aut si rationabiliter quæramus, placebit, vt monoptoton sit, vel indeclinabile; quoniam nullus accusatiuus vr syllaba terminatur, Magadur ergo per totos casus declinandum est. Far terminatum vnum repperi nomen monosyllabum neutrum tertiæ declinationis, ris faciens genitiuum, litera r duplicata, vt hoc far huius farris, numero semper singulari. nam quod Virgilius numero posuit plurali, *robustaque farra*, poetice posuit, non rationabiliter, sicut, *æra, mella, vina*. Quippe omnia nomina deorum, vel elementorum, vel earum rerum, quæ aut ad pondus, aut ad mensuram pertinent, singulariter declinantur, sicut etiam in primo docui libro.

Fer terminata corripiuntur, & secundæ sunt declinationis, ri terminant genitiuum, Lucifer Luciferi, frugifer frugiferi, signifer signiferi; & siqua a ferendo fuerint deriuata, habebunt in genitiuo e correptam ante ri; sin aliter, e perdunt in genitiuo, Afer Afri. Fir, For, his syllabis nullum nomen repperi terminatum.

Fur, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, hic & hæc & hoc fur, & siqua alia sunt. Gar, non inueni hac syllaba nomen terminatum. Ger terminata corripiuntur, & omnia secundæ sunt declinationis, nam aut gri faciunt genitiuo, aut ri. tum ri, si a gerendo nomen fuerit deriuatum, vt armiger armigeri, aliger aligeri. sin aliter, gri, vt ager agri, piger pigri, niger nigri. excipitur vnum quod ris facit genitiuum, vt agger aggeris. Gir, non repperi nomen hac syllaba terminatum. Gor, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, o in nominatiuo correpta, in genitiuo producta, frigor frigoris, fulgor fulgoris, algor algoris, & siqua talia. Gur, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuum, vt hic & hæc & hoc augur, huius auguris, Ligur Liguris, & siqua talia. Har, non inuenies nomen terminatum. Her pura syllaba nō inuenies, adiecta c ante h inueni vnum, e correpta in nominatiuo, in genitiuo vero pereūte, vt hic pulcher huius pulchri; hoc latinū solū reperies secundæ declinationis, genitiuo i litera terminatū. inueni & Her producta finitū, t literam ante se habens, sed græcū, e in genitiuo corripiens, declinationis tertiæ, is genitiuo terminatur, æther ætheris. Hoc tamen scire debemus, quod post c literam, h latinitas non habet, exceptis pulcher, Orchus, lurcho, sic in antiquis. nam chalybes latinum nō est. y enim literam habet, quæ in peregrinis adhibetur, in latinis nunquā. Hir, Hor, Hur, Iar, Ier, nulla nomina repperi terminata; qui inuenerit, doceat rationem. Ior, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, o in nominatiuo correpta, in genitiuo producta, hic & hæc maior maioris, peior peioris. Iur, Kar, Ker, Kir, Kor, Kur, his syllabis nullum nomen inuenitur. Lar, tertiæ declinationis est, ris facit genitiuo, hic Lar huius Laris. Plautus: *Ego sum Lar familiaris.* Virgilius: *Pergameumque Larem.* multi numero semper plurali declinant quidam dicunt, hic hilar, debere dici, sed barbarismus est. hilaris legi, & *hilarus* in Terentio. Ler, hac syllaba duo nomina terminantur, siler & celer, quæ sunt tertiæ declinationis. Lir, nullum nomen repperi hac syllaba terminatum. Lor tertiæ sunt declinationis, o in nominatiuo correpta, in genitiuo producta tis syllaba terminato, hic calor, pallor, caloris, palloris, color coloris, quamuis Sallustius, *Igitur colos exanguis*; sicut labos, & labor. Lur, Mar, Mir, his syllabis nulla nomina terminantur. Mer, correpta repperi nomen terminatum tertiæ declinationis, ris faciens genitiuo, vt vomer huius vomeris, vbique correptum. dicitur & vomis, sic faciens genitiuum. Mor, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, o in nominatiuo semper correpta, in genitiuo, si appellatiua fuerint, producta, vt amor amoris; exceptis duobus, quę quamuis sint appellatiua tamen corripiuntur, marmor marmoris, memor memoris, sicut supra docui. Or terminata nomina, si fuerint appellatiua, in genitiuo producuntur; exceptis quatuor, arbor arboris, marmor marmoris, æquor æquoris, memor memoris. Propria vbique corripientur semper, nullo excepto. Vnum contra omnium rationem or terminatorum, & aliqua consonanti præposita, genitiuo ris non facit, sed dis, discors discordis. Mur, & ipsa tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo casu, murmur murmuris, numero semper singulari. Nar, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuum, Nar Naris, nomen fluminis. Virgilius, *Sulfurea Nar albus aqua*, numero semper singulari. Nam hę nares numero semper plurali cum genere. Virgilius, *Et truncas inhonesto vulnere nares.* Ner, Nir, Nur, his syllabis nomē nullum repperi terminatum. Vnum repperi, Ner correpta terminatum, declinationis secundæ, ri faciens genitiuo, vt gener generi; & vnum generis omnis, declinationis tertiæ, ris faciens genitiuo, hic & hæc & hoc degener huius degeneris. Virgilius, *Degeneres animos.* Lucanus

nus: *Degener o populus.* Nor, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, o in nominatiuo semper correpta, in genitiuo vero in appellatiuis producta, hic honor, huius honoris, minor, huius minoris, & honos. Virgilius, *Hic pietatis honor.* Propria corripiunt o, etiam genitiuo, Antenor Antenoris, Agenor Agenoris, Elpenor Elpenoris. Par tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, hic & hæc & hoc par paris, vel, impar imparis, vel dispar dispatis, compar comparis. Per terminata corripiuntur, & sunt secundæ, nam pri faciunt genitiuum, caper capri, aper apri; excepto vno generis omnis tertiæ declinationis, e correptam ante ris habente, hic & hæc & hoc pauper pauperis, hæc pauper. Terentius, *Quam honeste in patria pauper viuere.* dicitur & hæc paupera. Plautus, *Hæc res est paupera* & hoc pauper. Virgilius, *Pauperis & tuguri.* & hoc piper huius piperis. Persius, *Rugosum piper.* Pir, Pur, his syllabis nullum nomen terminatur. Por tertiæ sunt declinationis, corripiuntur in nominatiuo, in genitiuo appellatiua producuntur, vapor vaporis, sapor saporis. legi vnum nouo modo figuratum apud Sallustium, *Publipor Publiporis.* nam quasi proprium est. Quar, Quer, Quir, Quur, non reperiuntur his syllabis nomina terminata.

Quor terminata nomina tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, o in genitiuo appellatiuorum producta, vt liquor liquoris; excepto vno, & in genitiuo correpto, æquor æquoris, sicut marmor marmoris, quæ, sicut sæpius docui, de appellatiuorum ratione excepta sunt, or syllaba terminatorum, o in genitiuo productam habentium. Rar, Rer, Rir, Rur, his syllabis nulla nomina terminata inueni. Ror tertiæ sunt, ris faciunt in genitiuo, o producta in appellatiuis, mœroris, erroris, terroris, sororis. Sar, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, Cæsar Cæsaris, & siqua talia. Ser terminata nomina corripiuntur, & sunt tertiæ declinationis, & ris faciunt genitiuo, si aliud ex se genus non fecerint, vt anser, passer, anseris, passeris. si fecerint aliud genus, secundæ erunt declinationis, ri facient genitiuo, vt hic miser huius miseri, facit enim, hæc misera huius miseræ. Sir, Sur, his syllabis nulla nomina terminantur. Sor, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo o producta in appellatiuis, messor messoris, fossor fossoris, cæsor cæsoris, & siqua talia. Tar pura non inueni nomen aliquod terminatum. s litera vel alia consonantium antecedente iuncta facit nomen tertiæ declinationis, ris faciens genitiuum, vt instar instaris, nectar nectaris. Ter terminata, si non fecerint aliud genus ex se, tertiæ sunt declinationis, vt, mater, pater, matris, patris, linter linteris. vnum in genitiuo e correptam ante ris habet, vt, hic later huius lateris, Terentius, *Pugnem lateremque lauem.* si fecerint aliud ex se genus secundæ erunt declinationis i genitiuo facientis, dexter dextri, facit dextra, dextrum. excipitur vnum, quod nominatiuo solum casu, & vocatiuo declinatur, hic Iuppiter o Iuppiter. nam qui declinant, huius Iouis; declinent hic Phœbus, huius Apollinis. Ster, secundæ sunt declinationis, tri faciunt genitiuum, vt magister magistri, Auster Austri, noster nostri. Quidam excipiunt duo ris facientia genitiuo, non tri, equester equestris, pedester pedestris; sed equestris, & pedestris, melius dicitur. Tor, siue pura, siue aliqua consonanti præcedente, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, orator oratoris, quæstor quæstoris, Castor Castoris, & corripit in genitiuo, sicut sæpissime docui; in appellatiuis producta est; exceptis illis quatuor supra positis, arbor arboris, æquor æquoris, marmor, memor. In propriis vero semper correpta, nunquam producta sunt, siue pura, siue aliqua cōsonanti præcedente, & iuncta. Tur terminata nomina tertiæ declinationis ris

faciunt genitiuo, turtur, Astur, turturis, Asturis. Var, hac syllaba nomen nullum reperies terminatum. Ver, siue producta, siue correpta terminatum nomen tertiæ declinationis, ris facit genitiuum, vt ver veris, cadauer cadaueris. Vir terminata nomina secundæ sunt declinationis, ri faciunt genitiuo, vir viri, Treuir Treuiri. Vor tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, liuor liuoris, o in nominatiuo correpta, genitiuo producta, ratione quam sæpe docui. Vur, Xar, Xer, Xir, his syllabis nulla nomina repperi terminata. Xor, tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo, u ante eam in appellatiuis producta, vxor vxoris. Xur, Zar, Zer, Zir, Zor, Zur, his syllabis si quis nomen aliquod inuenerit, doceat rationem declinationis. Xyr, inueni græcum tertiæ declinationis, ris faciēs genitiuo, Anxyr Anxyris.

S litera terminata nomina omnibus declinationibus regunt, id est, quinque. nam & æ diphthōgum faciunt genitiuū, vt Æneas Æneæ; & i, vt magnus magni; & is, vt Venus Veneris; & us, vt fructus fructus; & ei, vt dies diei, fides fidei. Ergo per syllabas nominatim doceamus, qualis euenit genitiuus, vnde declinationes singulæ declinantur. As pura terminata pæne tota græca sunt, ergo si fecerint apud græcos genitiuum ου, erunt apud nos primæ declinationis, id est, genitiuum æ diphthongo terminabunt, vt, *Λυσίας Λυσίου*, huius Lysiæ, *Αἰνείας, Αἰνείου*, huius Æneæ. Si apud Græcos fecerint genitiuum τος, apud nos erunt tertiæ declinationis, is syllaba terminantia genitiuum, vt *Θόας Θόαντος*, Thoas huius Thoantis. Feminini generis si erunt, vt ipsa tertiæ sunt declinationis, sed dis terminabunt genitiuum, vt *Τρῳάς Τρῳάδος*, Troas Troadis, & omnia talia, quæ contra rationem latinitatis secundum Græcos vltima syllaba acuuntur, vt Thaumantias, Thaumantiadis. Nam si ti acuerimus, erit nomen generis masculini, & faciet genitiuum æ diphthongo terminatum primæ declinationis, vt Pelias Peliæ, & Thaumantias Thaumantiæ. Es pura inuenta nomina latina, si producta fuerint, quintæ erunt declinationis, nam genitiuo ei facient separatis, vt species speciei, dies diei, & omnia talia; excepto vno tertiæ declinationis tis faciēte genitiuo, vt quies quietis. Ex hoc compositum, producta ei facit genitiuum quintæ scilicet declinationis, requies requiei. Correpta vero es tertiæ declinationis, tis faciunt genitiuum, miles militis, inquies inquietis. Omnia tamen in genitiuo ante is vel ante ei producuntur. Græca vero es pura terminata omnia producuntur, & tertiæ sunt declinationis nam is genitiuo faciunt vt Gobryes Gobryis, & si qua talia. Es correpta terminata tertiæ sunt declinationis, tis faciunt genitiuo, vt aries arietis, & si qua sunt talia. Aes terminata latina sunt omnia tertię declinationis ris vel dis facientia genitiuum, vt æs æris, præs prædis. Quidam, hi prædes, numero semper plurali putant, sed errant. Nam Cicero, *pro præde litis vindiciarum*. Is pura terminata, & græca sunt, & dis faciunt genitiuo, Lais Laidis, Thais Thaidis, Nais Naidis. Virgilius poetice Naias Naiadis posuit, *Aegle Naiadum pulcherrima*, non, Naidum. Excipiuntur duo, quæ is vel tis faciunt genitiuo, Calais, & nominatiuo & genitiuo; hic Simois huius Simois, vel Simoentis. Omnia tamen tertiæ sunt declinationis. Os pura terminata latinitatis duo inueniuntur monosyllaba, vnum productum, ris faciens genitiuo, os oris; & aliud correptum, sis faciens genitiuo, os ossis. Quidam, hoc ossum, dicunt, sed errant. Nam omnia um terminata, datiuo & ablatiuo pluralibus is faciunt, hoc autem bus, ossibus, secundum rationem tertiæ declinationis, is genitiuo singulari terminatorum. Græca secundæ erunt declinationis, Lageos Lagei. Virgilius, *tenuisque Lageos*. Androgeos Androgei. hoc producitur, illa corripiuntur o-

tur omnia; hæc in genitiuo ante nouissimam literam, aut corripient, aut eam in i mutabunt. Vs pura terminata, si i ante se habuerint, genitiuo facient duas i, secundæ scilicet declinationis. Virgilius Virgilii, Terentius Terentii; sin alteram vocalem, vna i, vt arduus ardui, carduus cardui. I ergo ante vs habentia, si propria fuerint, vocatiuo i terminabuntur, vt, o Virgili, o Terenti; appellatiua e correpto, o egregie; exceptis comparatiuis, quę tertiæ sunt declinationis, ris genitiuo facientia, vt hoc carius huius carioris, melius melioris. Omnia tamen comparatiua vs syllaba terminata, generis sint neutri necesse est. Aus terminata, tertiæ erunt declinationis, dis faciunt genitiuo, laus laudis, fraus fraudis. Eus secūdæ sunt declinationis, i faciunt genitiuo, Tydeus Tydei, Peleus Pelei. Vus vel Vos secundæ declinationis, i faciunt genitiuo, hic ceruus, vel ceruos, neruus, vel ueruos, huius cerui, huius nerui, & si qua talia. Vas terminata, tertiæ sunt declinationis, sis vel dis faciunt genitiuum, vas vasis; Terentius; *Nec vas, nec vestimentum*. Vas vadis, Cicero, *Tanquā vade*. & si qua talia. Ves omnia corripiūtur & tertiæ sūt declinationis, tis faciētia genitiuo, diues diuitis & si qua talia. Vis tertiæ sunt declinationis, is facientia genitiuo, hæc nauis huius nauis, nominatiuo plurali ves producto faciunt, hæ naues; excepto quod facit res nominatiuo plurali, hæc vis, huius vis, hæ vires. Lucretius tamen numero plurali, *hæ vires. & has vis*, vt sit nomen vires numero semper plurali; & hæc vis, hæ vis. has vis, o vis, casus habens in numero plurali tres. excipitur vnum, quod ris facit genitiuo, hic puluis, huius pulueris numero semper singulari. Bas terminata græca sunt, vnde si apud illos genitiuo τος fecerint, apud nos tis tertiæ declinationis, hic Abas huius Abantis, nam apud illos Ἄβαντος. si apud illos ου, apud nos. bæ, primæ declinationis, vt Hiarbas Hiarbę, Ἰάρβου enim facit. Bes terminata producta, sunt semper tertiæ declinationis, nam bis faciunt genitiuo, hęc labes, nubes, huius labis, nubis; vel hæc nubs huius nubis. vnum correptum reperi, & ipsum tertiæ declinationis, & ris faciens genitiuo. hic & hæc & hoc pubes huius puberis. sic Aquila retulit Tullium dixisse, quam declinationem secutus Sallustius in Iugurtha, *Puberes*, ait, *interfecit*. Bis tertiæ sunt declinationis, nam bis faciunt genitiuo, hic Anubis, vel Curubis, huius Anubis, vel Curubis, nomen ciuitatis lectum in Sallustio, hic scrobis huius scrobis genere masculino, sic Plautus, *Sexagenos scrobes*. hæc sætabis huius sætabis. hic & hæc impubis, huius impubis, Virgil. *Comitemque impubis Iuli*. poterit & impubis impuberis, sicut Tullius, *Filiumque eius impuberem*. Bos terminata producuntur, & tertiæ sunt declinationis, vis etenim faciunt genitiuo, hic & hæc bos huius bouis. Horatius, *Intactus boues*. his & ab his bubus, non bouibus. Quidam, hic labos, & hæc arbos declinauerunt, sed melius or terminabuntur. labor, arbor. lectum est Stobos in Sallustio, numero semper plurali, hi Stobi, nomen ciuitatis. Herebos græcum est, quod poterit latine Herebus dici. Bus omnia secundæ sunt declinationis, bi faciunt genitiuo, nimbus, cibus, albus, nimbi, cibi, albi, & si qua talia. Cas vnum repperi terminatum tertiæ declinationis, dis faciens genitiuo, Arcas Arcadis. Ces omnia producuntur, sed latina dis faciunt genitiuo, vt merces mercedis, græca cis, Drances Drācis, vel Drācetis, Saces Sacis, vel Sacetis. omnia tamē declinationis tertię. Cis tertię sunt declinationis, nam cis faciunt genitiuo, hic & hęc dulcis huius dulcis. Quidam putant, hæc calcis, debere dici, non hæc calx, sed errant. Nam cis terminata, si non fuerint generis communis, gręca sunt, hic Acis, nomē fluuii in Sicilia. Cos nullū nomē repperi latinū terminatum; inuentor doceat rationes declinandi. vnum repperi græcū secūdæ declinationis ci faciēs genitiuū, Damascos Damasci, sicut Lucanus, *vetura Damascos*, nomē ciuitatis. Cus,

hac syllaba terminata masculina quidem omnia secundæ sunt declinationis, nam ci faciunt genitiuum, vt Marcus, porcus, saccus, truncus. excipiuntur tria quartæ declinationis, arcus, lacus, acus; genus nõ seruat diminutiuo. hic aculeus, non, hæc aculea. feminina vero cus terminata quartę sunt declinationis, cus faciunt genitiuo, hæc quercus huius quercus, hæc ficus huius ficus, & huius fici, pomum. sic Martialis: ***Dicamus ficos quas constat in arbore natas***; & huius ficus, ***Dicemus ficus Cæcilianetuos.*** Neutra nomina cus terminata tertiæ sunt declinationis, ris facientia genitiuo, pecus, vlcus, pecoris, vlceris. Secus duas res significat, aduerbium separandi, ***Haud secus ac iussi faciunt***; & sexum, Sallustius, ***Virile ac muliebre secus.*** Omnia autem nomina neutra vs terminata tertiæ sunt declinationis, ris faciunt genitiuo; exceptis quatuor, vulgus, pelagus, pus, virus. Sed vulgus, & pelagus, secundæ sunt declinationis gi faciunt genitiuo, pelagi, vulgi, numero semper singulari. vulgus neutro, & masculino genere declinatur. Virgilius, ***ignobile vulgus***, & , ***hinc spargere voces In vulgum ambiguas.*** Pus & virus tres casus tantum recipiunt, in numero tantũmodo singulari declinantur, hoc pus, vel virus, o pus, vel virus. Das, primæ sunt declinationis, dæ faciunt genitiuo, Lycidas Lycidæ, Midas Midæ, & siqua talia. Des omnia sunt producta, & pæne græca omnia, vnde arbitrio nostro declinabuntur, & tertiæ declinationis ratione dis facientia genitiuo, & primæ dæ terminata casu genitiuo, vt Pelides, Tydides Pelidis, vel Pelidæ, Tydidis, vel Tydidæ. vnũ nomen latinum repperi, des syllaba terminatum, declinationis quintæ, ei separandis faciens genitiuum, fides fidei, e in genitiuo correptam, rationem supra docui. legi, hic Oedipodes huius Oedipodæ. Nam si Oedipos declinauerimus, genitiuo dis faciet, sicut Melampos Melampodis, Lysipos Lysipodis. Nam si ante pus syllabam nominatiuus p habuerit, pi faciet genitiuo secundæ declinationis, Lysippus Lysippi, Chrysipp⁹ Chrysippi, Philippus. Philippi. Dis terminata, tertię sunt declinationis, dis faciunt genitiuo, hic & hæc rudis hui⁹ rudis, hæc fides huius fidis, ***Fidibusque canoris. hæc glandis***, sicut Virgilius. Dos producta tertiæ sunt, tis faciunt genitiuo, dos dotis, sacerdos sacerdotis. Dos correpta græca sunt secundæ declinationis, di faciunt genitiuo, Tenedos Tenedi. potest tamen Tenedus dici. Dus omnia masculina secundæ sunt, & di faciunt genitiuo, nidus nidi. tardus tardi nardus nardi, hæc Aradus Aradi. Sed melius nardos, & Arados dicuntur. sicut Tenedos, nam gręca sunt. excipitur vnum quartæ declinationis, dus faciens genitiuum, vt hic gradus huius gradus. nam neutra nomina, dus terminata, ris faciunt genitiuo, pondus ponderis, sidus sideris, ratione neutrorum vs terminatorum, quam supra docui. Nam feminina dus terminata non repperi latina. Fas tertiæ est declinationis, græcum tis faciens genitiuum, non ante a n habens, Elefas elefantis dicitur; & Elefantus Elefanti secundæ declinationis. Latina duo repperi indeclinabilia, hoc fas, hoc nefas. Nam, fandi, atque, nefandi, a nominatiuo venit, hoc fandum, & hoc nefandum. Fes, Fis, Fos, his syllabis non repperi nomina terminata; doceat, qui reppererit. Fes inueniuntur, sed vulgaria. Fus secundæ sunt declinationis, fi facient genitiuo, rufus rufi, & siqua talia. Gas vnum latinum monoptõtum repperi, generis omnis, nugas. Græca tertiæ sunt declinationis, tis facientia genitiuo, n ante eam habentia, Gigas gigantis. Ges correpta tertiæ sunt declinationis, tis faciunt genitiuo, seges segetis; producta vero, gis, vt strages stragis. Græca vero gis, vel tis, vel gæ, Gyges Gygis, vel Gygetis, vel Gygæ; Ganges Gangis, vel Gangetis, vel Gangæ. Gis, nõ inueni hac syllaba nomen terminatum. Gos & corripitur, & græcum est, hoc

hoc Argos huius Argi, declinationis secundæ. Hoc tamen nomen numero singulari, genere neutro dicitur, plurali vero masculino, hi Argi, vt, hoc portum hi porti. His contraria sunt numero singulari masculina, plurali neutra, hic Tartarus, hæc Tartara, hic Gargarus, hæc Gargara, hic Menalus, hæc Mænala. Gus, secundæ declinationis sunt, g faciunt genitiuo, mei gus in e gr. neutra, sicut supra docui, us terminata, omnia tertiæ sunt declinationis, ris genitiuo facientia, frigus frigoris; exceptis quatuor, vulgus, pelagus, pus, virus, de quibus paulo ante tractaui. Has, tertiæ sunt declinationis, græca, dis genitiuo facientia, Orchas Orchadis. Virgilius, *Orchades & radii*. vnum inueni barbarum monoptotum, Naphthas. Sallustius posuit. Hes producta græca sunt tertiæ declinationis, chis, vel tis, facientia genitiuo, Laches Lachetis, vel Lachis. Chremes Chremis, vel Chremetis, Dares Daretis, vel Daris. Terentius, *Puerum conueni Chremis*. His, tertiæ declinationis sunt, græca, dis faciunt genitiuo, Bacchis Bacchidis. Hos, non inueni nisi vnum barbarum numero semper plurali, Tarrhos, nomen ciuitatis lectum in Sallustio. Hus ante e, Orchus Orchi secundæ declinationis. Ias, græca, dis faciunt genitiuo, tertiæ declinationis, Thias Thiadis. Ies, Iis, his iūctis nullum nomen repperi terminatum. Ios productum, vnum inueni numero semper plurali, Veios, ciuitatis nomen, dicitur sicut Tarrhos. Ius monosyllabū, u ante ris, habebit in genitiuo, ius iuris; dissyllabum, vel amplius, comparatiua & ipsa ris faciunt, sed ante eam o productam, maius maioris peius peioris. Kas, Kes, Kis, Kos, Kus, his syllabis nullum nomē terminatur, ratione K literæ, quā supra docui, quod nunquam nisi a solum post se habet, nulla altera litera secum iuncta. Las, si vocalem ante habuerit, e, vel aliam consonantem, præter l, r, primę erunt declinationis, Hylas Hylæ, Asylas Asylæ, Amyclas Amyclę, nomen lectū in Lucano, *molli consurgit Amyclas, Quē dabat alga toro*. Si l habuerint tertię erūt declinationis, nā aut dis, aut tis, faciūt genitiuo, vt Pallas Palladis, vel Pallantis. Quidam putant cum, t, debere dici Pallantis, si nominatiuus n habuerit; tunc Palladis, si nō habuerit n nominatiuus. sed errant, nā nullū de his nominibus n habet. Sed differentia genitiui ab accentu nominatiui cognoscitur, Pallas in pal. habens acutū Pallantis facit. Pallas habens acutū Palladis facit. excipitur vnū, quod quamuis l habeat ante las in nominatiuo, tamē genitiuo nec tis facit, nec dis, sed, illæ, ratione primæ declinationis, non tertiæ, Achillas huius Achillæ, nomē lectū in Lucano. Les correpta latina, tis faciūt genitiuo, miles militis, e in i mutata, excipitur vnū, quod in genitiuo e producit, locuples locupletis. producta latina Les, proles, soboles, lis faciunt genitiuū. Græca Les, lis faciunt genitiuū, Hercules, Achilles, Herculis, Achillis. vnum legi Les terminatū generis neutri, sine aliqua ratione declinationis, Kales nomen oppidi. Græca Les terminata omnia producūtur, & aut lis faciunt genitiuo, vel tis, vt Thales Thalis vel Thaletis, Eteocles Eteoclis. ergo omnia tertiæ sunt declinationis. Lis terminata omnia tertiæ sunt declinationis, nā lis terminant genitiuū; hic facilis huius facilis, hic mollis huius mollis, excipitur vnū tis faciens genitiuū, hæc lis huius litis. Græca lis, terminata; aut lis faciunt genitiuum, aut, dis, vt Damalis huius Damalis, vel Damalidis, nomen meretricis Horatianæ. Hoc tamen scire debemus, quod omnia nomina latina, lis terminata communia sunt duorum generum, vt hic & hæc facilis, difficilis, mollis, excipitur vnum Lis. hic & hæc gracilis. hic & hæc imbecillis. Sed Terentius noue, *vt graciles fient*. Nominatiuo singulari, hæc gracila, hæc imbecilla, Nam si a nominatiuo lis terminato possuisset nominatiuum pluralem, les terminabat graciles. Tale est Sallustianum, *Imbecilla ętas*, non, imbecillis. Hoc ra-

men scire debemus, quod lis terminata latina communia duum generum neutrũ faciẽt e correpto, excepto lis litis. Los producta vnum nomen repperi terminarum, & correptum, vnum apud Lucanum lectum, hæc Mallos huius Malli, secundæ declinationis, nomen ciuitatis. nam producta, colos coloris, Sallustius igitur, *Colos exanguis*; sed melius color dicitur. Lus terminata omnia secundæ sunt declinationis, li facient genitiuo, malus mali, populus populi, Romulus Romuli; exceptis neutris, quæ, sicut frequẽtissime docui, ris faciunt genitiuo, vellus velleris, ratione neutrorum vs terminatorum; & vno feminino ris faciente genitiuo, u & in nominatiuo & in genitiuo producta. u ante nouissimam syllabam habentem consonantem continentia producuntur, vt tellus telluris, iuuentus iuuentutis, senectus senectutis; anus anuis, sus suis, ideo corripiuntur, quoniam nouissima syllaba siue consonante est. Hæc colus secundæ est declinationis, li faciens genitiuo, huius coli. nam Virgilius, *Cui tolerare colo vitam*, qui datiuus a genitiuo i terminato venit: & quartæ declinationis, vs terminans genitiuum sicut Statius Thebaidos libro. III. *nigraque sororum Iura tere colus*, qui nominatiuus pluralis a genitiuo singulari vs terminato deducitur. Mas latinum monosyllabum repperi tertiæ declinationis, ris faciens genitiuo, mas maris. Virgilius accusatiuum pluralem, *Solue mares*. Græca indifferenter declinantur, & primæ declinationis, æ diphthongo terminato genitiuo, & tertiæ dis terminato genitiuo, Mimas Mimæ, vel Mimantis, Gras Græ vel Grantis, Athamas Athamæ, vel Athamantis, in nominatiuo sine n litera, in cæteris casibus cum ea; sic Pallas Pallantis. nam Mimas in mas acutum, dis facit genitiuo, Mimas Mimadis, & melius pereunte litera de nominatiuo, fit nomen latinum primæ declinationis, æ genitiuum terminans, hic Mimas huius Mimæ. Mes correpta faciunt genitiuo tis, limes, trames, limitis, tramitis. Producta semper mis, fames famis. Græca semper producuntur, & aut mis faciunt genitiuo aut tis, vt Chremes Chremis, vel Chremetis Terentius. *Etiam inde abiens puerum conueni Chremis*, &, *Iubeo Chremetem*. Omnia igitur tertiæ sunt declinationis, quoniam mis faciunt genitiuo, & inueni genitiuo, Chremi. & antiquæ est declinationis, datiuo vti pro genitiuo, *infelicis Vlyssi* pro Vlyssis. *Achilli*, pro, Achillis. *Ad bellum Persi Macedonicum*, pro, Persis. Mis communia quidem duorum generum mis faciunt genitiuo, vnanimis, exanimis, huius vnanimis, exanimis. dicimus & hic exanimus & vnanimus. vnius ergo generis omnia mis syllaba terminata, ris faciunt genitiuo, hic vomis, huius vomis, huius vomeris, cucumis huius cucumeris, vel cucumis. Martialis masculino genere, *In quo nec cucumis iacere rectus*. ergo omnia mis termina ta tertiæ sunt declinationis. Mos producta vnum monosyllabum legi tertiæ declinationis, tis faciens genitiuo, hic mos huius moris; correpta, nullum legi. Mus pæne omnia secundæ sunt declinationis, mi facientia genitiuo, humus humi, almus almi. neutro vero ris facient genitiuo, nemus nemoris, secundum rationem neutrorum vs terminatorum, de qua frequenter docuimus. vnum masculini generis legi tertiæ declinationis, ris faciens genitiuo. hic mus huius muris, vt Horatius, *Parturient montes; nascetur ridiculus mus*. & vnum secundæ declinationis, & quartæ, vs finiens genitiuo, hæc domus huius domus & domi Terentius, *Domi focique fac vt vicissim memineris*. Memini illius rei, *Nec meminisse viæ media Palinurus in vnda*. Nas latina indifferenter declinabuntur, aut primæ declinationis æ facientia genitiuo, vt Mæcenas Mæcenæ; aut tertiæ tis facientia genitiuo. vt Mecenatis. Græca tertiæ sunt, acuto in nouissima syllaba cõtra rationẽ latinæ linguæ sed dis, facientia genitiuo, Mænas Mæ-

Mænadis, nomen bacchæ, sic Persius & Horatius. Nes correpta non legi; producta vero, si latina fuerint, indifferenter primæ, vel tertiæ declinationis ratione flectuntur, vt Noranes, vel Nolanes, Nolanæ, vel Noranæ, Noranis, vel Nolanis. Græca vero tunc primæ erũt declinationis apud latinos, si apud græcos ν facient genitiuo, vt Hostanes Ὀστάνου, huius Hostanæ. Δημοσθένης, Δημοσθένους, huius Demosthenis. Nis tertię sũt declinationis, similia genitiuo nominatiuo faciẽtia, vt canis, canis. excepto vno, quod ris facit genitiuo cinis cineris; & hæc latina. Græca nis terminata, aut nis faciũt genitiuo, aut dis, hæc Philenis Philenis, vel Philenidis, Dardanis Dardanis, vel Dardanidis. Nos tertiæ sunt declinationis, is pura faciẽtia genitiuo, o in nominatiuo, pducto, in genitiuo correpta. Minos Minois Nus omnia secundæ sunt declinationis, nam ni faciunt in genitiuo, Linus Lini, canus cani, sanus sani, Ianus Iani, annus anni, Seuerian⁹ Seueriani, asin⁹ asini, vann⁹ vanni, alnus alni, pinus pini; exceptis duob. tertiæ declinationis, vno ris faciente genitiuo, Ven⁹ Veneris; altero is noua ratione, hæc anus huius anuis. Terẽt. *Huius anuis causa opinor, quæ erat mortua*; & duobus quartæ declinationis, nus facientibus genitiuo, hæc manus, hic sinus, huius manus, huius sinus. Nam neutra in nus terminata omnia ris faciunt genitiuo, secũdum rationem, quam frequẽtissime ante monstraui. Hoc tamen scire debemus quod omnis nominatiuus nus terminatus corripitur; excepto eo, qui in genitiuo u habet ante nouissimam syllabã habentem duntaxat consonantem. nam anus, & sus, anuis, & suis, habent quidem in genitiuo u ante nouissimam syllabam, tamen corripiuntur, quoniam ipsa nouissima syllaba genitiuo, consonantem non habet. Gnas tertiæ sunt declinationis, tis faciũt genitiuo, pgnas pgnatis. Gnes similiter tertiæ sunt declinationis, tis faciunt genitiuũ magnes magnetis, & vbicũq; producta e. Gnis tertiæ sunt, similẽ facientia genitiuũ nominatiuo, ignis hui⁹ ignis, & si qua talia. Gnos, non inueni hac syllaba nomen finitũ. Gnus omnia secundę sunt declinationis, gni facientia genitiuo, agnus agni, magnus magni, & si qua talia. Pas græca sunt tertiæ declinationis, dis faciũt genitiuo, lampas lampadis & similia. Pes producta latina vel græca tertiæ sunt declinationis, pis faciunt genitiuo, puppes puppis, valles vallis, rupes rupis, vulpes vulpis, Satrapes satrapis, Hydaspes Hydaspis; excepto vno monosyllabo, quod dis facit genitiuo, pes pedis, ex eo figurata corripiuntur, & dis faciunt genitiuo alipes alipedis, sonipes sonipedis. vnum excipitur ab eo tractũ, quod in nominatiuo producitur, in genitiuo pis facit, hæc apes huius apis. nam ab eo dictæ apęs, quod sine pedibus nascuntur, sicut Virgilius de his, *Trunca pedum*. nam apes, si pes corripueris, barbarismus erit; apes græce significat hominem sine filiis. Pes correpta latina, non tracta a pede, tis faciunt genitiuo, vt præpes præpetis, hospes hospitis; excepto vno, quod genitiuo pis facit, non tis, aucupes huius aucupis; nam qui auceps declinat, errat. omnia ceps terminata tis faciunt genitiuo, pceps pręcipitis, anceps ancipitis pterea nominatiuo plurali Terẽti⁹ *aucupes* dixit; *Piscatores, aucupes*. vnde docuit nominatiuo singulari *aucupes* debere dici, non auceps. nã *aucupetes* dixisset numero plurali. Pis latina, dis faciunt genitiuo, lapis lapidis. Græca aut pis aut dis, vt, iaspis huius iaspis, vel iaspidis. Serapis hui⁹ Serapis, vel Serapidis. omnia declinationis tertiæ. hęc sinapis huius sinapis, Plautus in Pseudulo. alii melius genere neutro indeclinabile hoc sinapi, sicut hoc gummi. Pos producuntur, & sunt declinationis tertiæ. si sunt generis communis, tis faciunt genitiuo, vt hic & hæc nepos huius nepotis; quamuis multi hæc neptis dicant, non hæc nepos; vnius vero generis pos terminata, ris faciunt genitiuo, hic lepos huius leporis. nam quod Atpos legimus, nu-

mero ſemper plurali declinantur. Correpta pos, ſi inueƞta fuerint latina non ſunt, & ſunt ſecundæ declinationis. Pus correpta latina ſunt & ſecũdę declinationis, pi faciunt genitiuo, lupus lupi, campus campi, lippus lippi. exceptis duobus, vno monoſyllabo indeclinabili, pus, & vno tertiæ declinationis ris faciente genitiuo lepus leporis, o correpta; nam ſi erit leporis, ſignificat elegantiam, a nominatiuo lepos. Gręca pus terminata tertię ſunt declinationis, dis facientia genitiuo, Melampus Melampodis, Oedipus Oedipodis; quamuis, *domus Oedipodæ* lectũ eſt. Pys græca ſunt, nam y literam latina nomina nunquam habent. ſunt autem tertiæ declinationis ys pura terminata genitiuum, hic Capys huius Capyis. Pans tertiæ ſunt declinationis, tis faciunt genitiuo, ſtipans ſtipantis. Hoc tamen teneamus, quod omnia nomina ns terminata, tis faciunt genitiuo; exceptis duob. quæ tis faciunt & dis, frons frondis, & frons frontis, lens lendis & lentis. Quidam putant, hæc lentis, debere dici, & hæc lendis; ſed errant, quia non inueni hac ſyllaba nomen aliquod terminatum. Ques correpta tis faciunt genitiuo, eques equitis. nam quies & inquies, es terminãtur, non ques, & de his ante tractaui, & ſunt tertiæ declinationis, is faciunt genitiuo. Quis, pronomina regũtur, non nomina. Quos, Quus, ſecundæ ſunt declinationis, qui faciunt genitiuo, equus equi. Ras primæ ſunt declinationis, ræ faciunt genitiuo, Hieras huius Hieræ. Cicero in Cæſarianis, *Hieras & Blaſamius & Antiochus*. Res correpta, tis faciunt genitiuo, teres teretis; producta, ris, Antores, Antoris, Seres Seris. Lucan. *Sub iuga iam Seres*. Verres verris; exceptis duobus, vno monoſyllabo quintæ declinationis, e in genitiuo correpta, res, & vno diſſyllabo, quod genitiuo ante ris vna ſyllaba correpta plus creſcit, Ceres Cereris, in nominatiuo e litera producta, in genitiuo vtraque e correpta. ergo omnia res terminata, ſiue producta, ſiue correpta, tertiæ ſunt declinationis, excepto vno monoſyllabo quintæ declinationis, res rei. Ris tertiæ ſunt declinationis, ris vel dis faciunt genitiuo, Iris huius Iris, vel Iridis, Paris huius Paris, vel Paridis. vnum is ſolum facit, Liris huius Liris, nomen fluminis. Ros omnia producuntur, & ſunt tertiæ declinationis, ris faciunt genitiuo monoſyllabum ris facit, ros roris. Græca ſecundum rationem ſuam, ſi apud illos ς, apud nos is; ſi apud illos τος, apud nos tis, ἔρως ἔρωτος erotis Tharros nomẽ eſt numeri ſemper pluralis. Rus terminata ſi aliud ex ſe genus fecerint, ſecundæ declinationis ſunt, ri facient genitiuo, carus cari, auſterus auſteri, murus muri. hac ratione i ſecundæ declinationis etiã græca nomina declinantur, quamuis nõ faciant aliud genus, vt Tartarus Tartari, Gargarus Gargari. hæc tamen numero ſingulari maſculina ſunt, pluraliter neutra, ſicut Mænalus Mænala. Quæ vero latina aliud genus nõ faciunt, rus terminata, quartæ ſunt declinationis, & rus faciunt genitiuo, vt hic currus huius currus. Excipiuntur quatuor, vnum ri faciens genitiuo, quamuis aliud genus ex ſe non faciat, hic murus huius muri; alterum indifferenter ſecundę declinationis, ri faciens genitiuo, & quartæ rus hæc laurus huius lauri, & huius laurus: altera duo monoſyllaba, quæ tertiæ ſunt declinationis, is vel ris facientia genitiuo, hæc grus hui⁹ gruis, hoc rus huius ruris. Hoc tamẽ teneamus omnia monoſyllaba tertiæ eſſe declinationis, is facientia genitiuo, exceptis duobus quintæ declinationis, ei ſeparatis genitiuo facientibus, ei in genitiuo correpta, ſpes ſpei. res rei. rationem ſupra docui. Sas, hac ſyllaba, nullum nomen repperi. Ses terminata græca ſunt, indifferenter declinantur, & primæ declinationis ſæ genitiuo, & tertiæ ſis, vt Cambyſes Cambyſæ, vel Cambyſis. Perſes Perſæ, vel Perſis. Nam quod Salluſtius ait, *Ad bellum Perſi Macedonicum*, non declinationem mutauit, ſed antiqua vſus eſt conſuetudine

tudine. datiuum posuit pro genitiuo; & Cicero, *Filiumque Verri*, pro, Verris, & Virgilius, *immitis Achilli*, pro, Achillis, &, *infelicis Vlixi*, pro, Vlixis. Sis omnia tertiæ sunt declinationis terminata, is faciunt genitiuo, latina quidem, hic ensis huius ensis. Peregrina sis, vel dis, hæc Isis huius Isis, vel Isidis, hæc basis huius basis, vel basidis, cassis cassis vel cassidis, quamuis Virgilius *cassida* declinauit. Sos pura latinum nullum repperi terminatum, vnum græcum legi in Sallustio secundæ declinationis, si faciens genitiuo, hæc Camisos huius Camisi. Sons correpta in medio habens n, tis faciet, insons insontis, sic Horatius. sons vero non legi. Sallustius numero plurali vtrunque; *insontis sicut sontis*. De n & s terminatis frequentissime docui. Sus terminata propria, vel aliud ex se facientia, secundæ sunt declinationis, si faciunt genitiuo, Nisus Nisi, proprium, & participium. appellatiua vero non facientia aliud ex se genus, quartæ sunt declinationis, sus faciunt genitiuo, hic occasus huius occasus. Nam plausus, si sit participium, huius plausi; si nomen appellatiuum non faciens aliud ex se genus, huius plausus: sicut nisus participium nisi; appellatiuum vnius generis, nisus. excipitur vnum monosyllabum, is faciens genitiuo, sus suis, ratione monosyllaborum, de qua frequenter tractaui. Tas omnia tertiæ sunt declinationis, tis faciunt genitiuum, facultas facultatis, & si qua talia, hoc Napthas, primæ, tæ, genitiuo faciés, huius Naphtæ, nomen barbarum contra rationem neutrorũ, quæ latina genitiuum æ diphthongo non terminant; exceptis quatuor, hic & hæc & hoc verna, huius vernæ; hic & hæc & hoc aduena, huius aduenæ; hoc Thuria, huius Thuriæ, nomen fluminis, hoc Naphthas, huius Naphtæ, genus olei cedro simile, sicut Sallustius Historiarum libro quarto. Sed melius erit indeclinabile. Tes latina tis faciunt genitiuum, hæc rates ratis.

Græca autem æ, si apud illos ου, apud nos tæ, Ἀχάτου, hic Achates Achatæ; aut tis crescente syllaba, si apud illos τος, Κράτητος, hic Crates Crate[illegible], vt Bibaculus de Catone grammatico. Tis omnia sunt tertiæ declinationis, tis faciunt genitiuo latina, hic mitis huius mitis, hæc neptis huius neptis, græca tis vel dis, hic Atthis, huius Atthis. vel Atthidis hæc. Amystis, huius Amystis, Amystidis nomen lectum in Horatio. Tos omnia corripiuntur & græca sunt, & secũdę declinationis, ti faciũt genitiuo, Berytos Beryti, Paltos Palti, quæ poterunt latine melius dici, si o in u mutauerint. Tus, exceptis ipsis græcis venientibus a syllaba τος, cætera facientia aliud genus, secundæ declinationis ti faciunt genitiuo, stultus stulti. venatus participium, venati, hic artus huius arti, angustus. nam artus, membra, numero semper plurali declinantur. non facientia, us, vt vestitus huius vestitus, res ipsa, Terentius, *Vestitu nimio indulges*; qui ablatiuus a genitiuo venit tus syllaba terminato. nam participium hic vestitus huius vestiti; facit enim aliud ex se genus. excipiuntur duo tis facientia genitiuo, virtus virtutis, iuuentus iuuentutis. nam hoc tus neutrum ratione tus finitorum ris facit genitiuo, huius turis. Virgilius, *Ture calent aræ*. præterea monosyllabum est. Ctus, si fecerint aliud ex se genus, cti faciunt genitiuum, rectus recti, lectus lecti, erectus erecti: non facientia aliud ex se genus, quartæ erunt declinationis, hic rictus huius rictus, hic luctus huius luctus. excipitur vnum, quod quamuis non faciat ex se genus, tamen cti facit genitiuo, hic lectus huius lecti, non, vt quidam imperiti putant, huius lectus. Nam Cicero, *me in meo lecto*, qui ablatiuus ab i litera terminato genitiuo venit, non us, vt Terentius; *Lectos sterni iube, & parari cætera*; accusatiuus os terminatus a genitiuo venit i litera terminato, non us. vnum excipitur tertiæ declinatio-

nis, tis faciens genitiuo, senectus senectutis. Ptus, si fecerint aliud ex se genus, secundæ sunt declinationis, pti, hic raptus huius rapti. sumptus quartæ ptus facit genitiuo, hic sumptus, erogatio, huius sumptus. Terentius, *Sumptus quos faciunt.* sumptus, acceptus significans, huius sumpti, facit enim, hæc sumpta. Stus, si fecerint aliud ex se genus, vel si propria sint, secundæ sunt declinationis, hic castus huius casti, hic Augustus huius Augusti; non facientia aliud genus, quartæ erunt declinationis, stus facient genitiuo, excepto vno mustus musti, hic æstus huius æstus, hic quæstus, adquisitio, huius quæstus; si participium sit, huius quæsti; si non faciens aliud ex se genus, huius questus. Virgilius, *Questuque cruentus.* Excipitur vnum, quod & stus & sti facit genitiuo, hic cestus, tunica Veneris, huius cesti, hic cæstus, pugilum, huius cæstus, Virgilius, *Quid si quis cæstus ipsius & Herculis arma Vidisset.* & orthographia distant & declinatione. Ergo omnia is faciunt genitiuo, exceptis quatuor, cæstus, æstus, quæstus querela. Thas vnum nomen barbarum generis neutri legi, hoc Naphthas huius Naphthæ, de hoc & supra docui, sed melius indeclinabile est. Thes productum græcum inueni apud Ouidium, Ianthes huius Ianthes vel Ianthidis. This, & hoc tertiæ est declinationis, this vel dis faciens genitiuo, Atthis Atthidis. sic Ouidius. Thos non inueni hac syllaba nomen terminatum; qui repperit, doceat rationem. Thus secundæ sunt declinationis, thi faciunt genitiuo, hic Parthus huius Parthi, hic acanthus huius acanthi, Virgilius, *croceo velamen acantho*, Xanthus Xanthi. Thus vel Thys terminata tertiæ sunt declinationis thus vel thys faciunt genitiuo, hic Panthus huius Panthus, hic Othrys huius Othrys. Vas terminata, & sis faciunt genitiuo, & dis, hoc vas huius vasis, vtrunque Varro ait de lingua latina, hic vas huius vadis. Cicero, *vultu tanquam vade.* Ves corripiuntur omnia, & tertiæ sunt declinationis, nam tis faciunt genitiuo, hic diues huius diuitis, vt miles militis, & siqua talia. Vis, & ipsa tertiæ sunt declinationis & similem nominatiuo faciunt genitiuum, ciuis huius ciuis, hæc vis huius vis, & pluraliter hæ vis, sicut Terentius Varro. nam hæ vires numero semper plurali declinantur. Vos, Vus, supra docui, quod secundæ sunt declinationis, vi faciunt genitiuum, ceruus cerui, seruus serui. Xas, nullum repperi nomen hac syllaba terminatum. Xes vero producuntur & tertiæ sunt declinationis, xis faciunt genitiuum, Araxes Araxis, Xerxes Xerxis. Xis latina, sic terminabuntur & genitiuo, hic axis huius axis; græca & xis & dis, hic Alexis huius Alexis, vel Alexidis, tertiæ declinationis. Xos corripiuntur, & græca sunt secundæ declinationis, xi faciunt genitiuo, hæc Naxos huius Naxi, Virgilius, *Bacchatamque iugis Naxon.* potest hæc Naxus huius Naxi hanc Naxum dici. Xus omnia secundæ sunt declinationis, xi faciunt genitiuum, laxus laxi, fluxus fluxi, taxus taxi, buxus buxi. excipitur vnum quartæ declinationis, xus faciens genitiuo, hic luxus huius luxus, luxuriam significans. Terentius, *Adulescens luxu perditus.* nam luxus, vacillans, luxi facit. Sallustius ablatiuo, *Luxo pede.* Zas barbara sunt primæ declinationis, hic Ormizas huius Ormizæ. Zes & ipsa barbara producta primæ declinationis, Artabazes Artabazæ. Zis, Zos, Zus, nulla nomina repperi terminata.

T litera duo nomina tantùmodo latina terminata reperiuntur, vnū indeclinabile, hoc Git, genus seminis nigri, quo panis conditur, & vnū tertiæ declinationis, tis faciens genitiuo, caput capitis, & si quid ab eo nascitur, sinciput sincipitis. Varro posuit in Actia.

V litera nomina terminata omnia neutra sunt quartæ declinationis, u terminātia genitiuū, & datiuū & ablatiuum, sed producto: nominatiuū, accusatiuū, & vocatiuū u terminant, sed correpto, vt hoc

cornu;

cornu, genu, gelu, veru, & siqua talia. Docueram tamen quod quarta declinatio genere quidē masculino, & feminino genere vs terminaretur, in genere vero neutro u, huius cornu, gelu, veru, genu.

X hac litera terminata om[illegible] sunt tertiæ declinationis. nam is genitiuo faciant necesse est, ante eam c vel g posita, vt pix picis. arx arcis. nux nucis, crux crucis, rex regis, grex gregis. excipiūtur quatuor, quæ [illegible] ec cis faci[illegible] t genitiuō, nec gis. nix niuis, nox noctis senex senis, supellex supellectili., Terentius, *Supellectile opus est*. vnde x litera superuacua est, sicut quibusdam placet.

Y, Z, his literis nulla nomina terminantur.

Omnia nomina monosyllaba tertiæ sunt declinationis, nam is faciunt genitiuo; exceptis quinq., tribus indeclinabilibus, git, ir. pus; & duobus declinationis quintæ, ei separatis genitiuo terminatis, res rei, spes spei. & contra rationem quintæ declinationis in genitiuo correpta, quoniā nominatiuus ante es consonantem habet iunctā, vt fides, res. Ergo breuiter doceamus enumerando, quot modis singuli casus vtriusq; numeri terminentur.

Nominatiuus singularis fit modis quindecim, a, e, vtraque i, o, vtraque u, l, vtraq; m, n, r, s, x, c, t, poeta, monile, gummi, Varro, Dido. genu, mel, bonum, carmen, orator, sacerdos, vertex, lac, caput. Genitiuus singularis fit modis quatuor, æ is, i, u, huius fortunæ, huius grammatici, huius oratoris, huius genu. Datiuus singularis fit modis quatuor, æ. i, o, u, huic AEneæ, huic sacerdoti, huic docto, huic genu. Accusatiuus singularis fit modis quinq:, m, n, u s, e, hunc sacerdotem, hoc carmen, hoc cornu, hoc pectus. hoc altare. Vocatiuus singularis fit tot modis, quot nominatiuus. Ablatiuus singularis fit modis nouem, a. e, vtraq;, i, o, u; m, s, t, vt ab hoc poeta, ab hoc sacerdote, ab hac specie, ab hoc suaui, ab hoc docto, ab hoc genu, ab hoc nequā, ab hoc nugas, ab hoc git. Nominatiuus pluralis fit modis quinq;, a, æ, i, m. s, hæc regna, hæ Musæ, hi docti, hi nequā, hi sacerdotes. Genitiu' pluralis fit modis trib[illegible]s, m, s, i horū oratorū, horū nugas, ho[illegible] [illegible]ili. D[illegible]iuus & ablatiuus plurali[illegible] modis tribus i. m, s, his & ab his nihi[illegible], nequā, nugas. Accusatiuus pluralis fit modis quatuor a, m, i, s, hæc sceptra, hos nugas, hos nequā, hos nihili, Vocatiuus pluralis fit modis, quot nominatiuus eiusdē numeri, idest, quinq;, a, æ, i m, s, o sceptra, o fortunæ, o nihil, o nequā, o nugas. Hoc tamen notemus; quod in quibus casibus cuiuslibet numeri prætermisimus aliquē modū, de his est monoptotis, nihili, nequā, nugas,

DE FORMIS CASVVM.

FOrmæ casuum sunt sex. Prima forma Vnaria nuncupatur, quæ sola nomina regit in vtroq; numero, vno modo omnes casus terminantia, nequam, nugas, nihili. Secunda forma Binaria dicitur, & ipsa sola regit nomina in numero tantūmodo singulari, duobus casibus variatis, hoc cornu. nominatiuus, accusatiuus, vocatiuus corripiūtur. genitiuus, datiuus, ablatiuus producuntur. Tertia Ternaria forma dicitur, hæc nomina quidem in vtroq; numero regit, vt hoc bellū, huius belli, huic bello, hæc bella, horū bellorū, his bellis. Pronomina vero in numero tantummodo plurali, hęc ista, horū istorum, his istis. Quarta forma Quaternaria nūcupatur, & nomina, & pronomina regit in vtroq; numero. Nomina sic, hoc carmen, huius carminis, huic carmini, ab hoc carmine, & pluraliter hi docti, horū doctorū, his doctis, hos doctos. Pronomina sic Illud, illius, illi, ab illo. pluraliter, hi isti, horum istorum, his, istis, hos istos. Quinta forma Quinaria nuncupatur, in numero tantummodo singulari, & nomen regit, & pronomen, hic sacerdos, huius sacerdotis, huic sacerdoti, hunc sacerdotem, o sacerdos, ab hoc sacerdote. Pronomen sic, Iste, istius isti, istum, ab isto. Quinaria forma in nu-

mus,& tergo tergis tertiæ correptæ, legimus enim, *& spicula lucida tergent*, quod venit a verbo tergeo: &,*tergunt*, ab eo quod est tergo. H, I, K, ante eo positas verbum regere non inueni. L, ante eo posita secundam regit coniugationem, speciem perfectam lui vel leui, caleo, compleo, calui, compleui, deleui, *Releui dolia omnia*, Terentius. excipitur vnum ab vtraque ratione defectiuum genere, faciens speciem perfectam quasi passiuum, soleo solitus sum. M ante eo posita, primam regit coniugationem, specie perfecta aui faciens, vt remeo, commeo, remeaui, commeaui. Hoc tamen scire debemus, quod omnia verba e ante o habentia secundæ sint coniugationis necesse est. Excepto, eo is it, & illis quæcunque ab hoc verbo fuerint tracta, quæ omnia tertiæ productæ, id est, quartæ coniugationis sunt, præter duo primæ coniugationis, quæ supra posui, remeo, & commeo. N ante eo posita si venerint a verbo, eo, sicut supra posui, tertiæ sunt productæ, id est, quartæ coniugationis, specie perfecta facient vi vel ii, vt ineo inis iniui, vel inii; si non venerint secundæ erunt coniugationis, nui facientia in specie perfecta, moneo mones monui. O ante eo habentia tertię productæ, idest, quartæ sunt coniugationis, vi vel ii, facientia in specie perfecta, vt, coeo cois coiui, vel coii. P hanc literam ante eo habens verbum non repperi. Q hanc quoque literam ante eo nusquam repperi. R, hæc litera ante eo posita secũdæ coniugationis verba regit, rui faciunt in specie perfecta, careo cares carui. Tertiæ vero productæ id est, quartæ, vi vel ii, vt pereo peris periui, vel perii. S ante eo, posita vnum repperi verbum tertiæ productæ iui vel ii faciens in specie perfecta, transeo transiui vel transii. T hanc literam ante eo positam inueni, sed verba secundæ coniugationis regentem, & facientem speciem perfectam tui, vt lateo latui, pateo patui. Tertiæ productæ si inuentum fuerit, veniet a verbo, eo is, & faciet vi vel ii in specie perfecta. Nam sicut ante docui, e ante o verba habentia omnia secundæ sunt coniugationis, excepto, eo is, & siquid ab eo nascitur, nam tertiæ sunt productæ coniugationis, præter duo verba primæ cõiugationis, quæ ante posui, commeo commeas, remeo remeas. Tertia enim semper correpta coniugatio eo non terminatur, sicut supra monstraui. Hoc tamen scire debemus, quod tertiæ productæ cõiugationis species perfecta duobus tantum modis terminatur, iui, ii. V hanc literam ante eo positam verbum habẽs repperi secundæ coniugationis, speciem perfectam faciens, iui, conniueo conniues conniui. Cicero, *Si qui exire velint, conniuere possum*; & ceueo ceues ceui. Persius: *an Romule ceues?* X, Y, Z, literas ante eo positas verba habentia nusquam repperi.

Quoniam sufficienter, vt arbitror, de verbis e ante o habentibus docui, consequens puto de his tractare, quæ i ante o habent per singulas literas ante io positas, quæ regunt primam coniugationem, vel tertiam vtranque. Nam secunda cõiugatio eo tantummodo terminatur. A ante io, habens verbum tertiæ correptæ inueni ai faciens in specie perfecta, aio ais ait, ai aisti ait. B ante io habentia tertiæ productæ, idest, quartæ coniugationis, vi vel ii, facient speciem perfectam, ambio ambis ambiui, vel ambii. C ante io habentia tertiæ productæ, vi vel xi faciẽt specie perfecta, farcio farciui, vincio vinxi. Tertiæ vero correptæ ci, vt iniicio inieci. D ante io non inueni. E hanc quoque literam ante io non inueni. F ante io habentia verba tertiæ productæ, vi vel ii faciunt specie perfecta, suffio suffiui. vnum reperies eiusdem coniugationis defectiuum genere, sicut soleo solitus sum, sic, fio fis fit factus sum. G ante io habens verbum non inueni. H ante io verba habẽtia primæ repperi coniugationis, aui faciẽtia specie perfecta, hio inhio, hiaui inhiaui. I, K, his literis an-

te io verba terminata non inueni. vnum inueni tertiæ correptæ, xi faciens perfecto, meio meis mexi. Persius modo infinito, *matrona immeiere vulua*. L ante io verba tertiæ productæ sunt, ui vel ii facient perfectum, polio poliui vel polii. participium passiuum posuit Virgilius, *iam parte polita*, & modi indicatiui actiuitatis speciem imperfectam, *polibant*. salio salis saliui, vel salii. M ante io habens verbum non inueni. N ante io habens verbum si primę fuerit coniugationis, vi faciet specie perfecta, lanio lanias laniaui, si tertiæ productæ, id est, quartę, vi velii, munio munis muniui, vel munii. O ante io positam in verbis non inueni. P ante io posita tertiæ correptæ inueni, vi facientia perfectam speciem, rapio rapui, vel rapii, cupio cupiui, vel cupii. Q ante io nusquam inueni, & rationabiliter; quia q litera nō scribitur, nisi ante u & aliam quamcunq; vocalem iunctam. R ante io positam tertiæ correptę inueni, ri faciens speciem perfectā, & pe syllaba correpta in principio addita, pario peperi. Quidam putant hoc verbū tertiæ productæ, id est quartæ esse, sed errant; nā infinitum perpetuū modum perfectū Terent. posuit, *parere hic diuitias*. quod si esset tertiæ productæ, ri habuisset ante re syllabā, *parire*. prætereare vtraq; correpta est. Nam si produxeris, erit secundę coniugationis, parere, veniens a verbo, pareo pares, vt Virgil. *Paret amor dictis care genitricis*. S ante io habens verbum ptimæ repperi cōiugationis, vi faciēs specie perfecta, basio basiaui, sic Martialis. T ante io habens, si tertiæ productæ fuerit, ui faciet specie perfecta, partio partiui, sic Cicero, *partiuerāt*. Dicimus & partitur sub eodē intellectu actiuitatis, vel verbi cōmunis partior. Virg. *& socios partitur in omnes*. sicuti obsono obsonor. si primæ fuerit, vi faciet specie perfecta, satio satias satiaui. V, X, Y, Z, ante io, nulla de his literis inueni terminata verba; qui inuenerit etiā declinādi doceat rationē.

A ante uo posita primæ coniugationis verba regit, & tertiæ correptæ. Nam secundæ coniugationis, & tertiæ longæ, id est, quartæ verba u ante o nunquam habent, sed secunda e solā, tertia producta, id est, quarta & i. Ergo A ante uo posita si primę fuerit cōiugationis, vi faciet specie pfecta, lauo lauaui; si tertiæ, vi, lauo lauis laui. dicimus, & lauor lauaris, sub vno intellectu. B ante uo posita tertiæ correptę repperi, bui faciens specie perfecta, imbuo imbuis imbui. Primæ non inveni, inuentor doceat rationem. C & hāc literam ante uo positam tertiæ correptæ regentem verba repperi, cui facientem in specie perfecta, vt acuo acuis acui. D nec hanc literam ante uo positam regentem verba primæ coniugationis inueni, sed tertiæ correptæ, dui facientem in specie perfecta, induo induis indui. Nam sicut ante docui, vi ante o posita, aut primæ coniugationis verba regit, aut tertiæ productæ, hoc est, quartæ. E huius literæ ante uo positæ verbum tertiæ correptæ repperi, vi faciēs in specie perfecta, ceuo ceuis ceui. Persius tempore futuro posuit, *an Romule ceues*? significat autem cum turpitudine cedere, vel turpiter incuruari. Primæ coniugationis verbum e ante uo habens non inueni. F hanc literam ante uo positam verba regere non inueni. nouo more vnam declinationem ex hac quasi descēdentem legi apud Terent. in Hecyra, *Fors fuat pol*. G, huius literæ ante uo positæ verbum primæ coniugationis non inueni. Sed tertiæ correptæ gui, faciens specie perfecta, vt arguo arguis argui, & vngo vnguis vnxi, nā vngueo non legi. H, hanc literam ante uo positā regentem non inueni. I, ante uo posita primam regit coniugationem, & specie perfecta aui facit, deriuo deriuas deriuaui. K ante uo positam nullū verbum regit. L ante uo posita tertiā correptam regit, lui faciens specie perfecta, diluo diluis dilui. M ante uo positā non inueni. N hæc litera ante uo posita tertiā correptam cōiugationem regit, & speciem perfectam facit nui, innuo innuis innui,

nui, annuo annui, renuo renui. O ante vo posita primam regit coniugationem, & speciem perfectam aui facit, nouo, renouo, nouaui, renouaui. P ante uo posita tertiam coniugationem correptam regit, & speciem perfectam spui facit, vt spuo respuo, spui respui. Q ante vo posita & primam coniugationem regit, & tertiam correptam, quaui facit specie perfecta æquo æquas æquaui, exæquo exæquas exæquaui. Tertiæ vero correpta qui, vt relinquo relinquis reliqui. R, & hæc litera ante vo posita, & primam coniugationem regit, & tertiam correptam primæ specie perfecta aui terminatur, seruo seruas seruaui: tertiæ rui, vt ruo ruis rui. S ante uo posita tertiam correptam regit, suo suis sui, consuo consui. T ante uo posita primam coniugationem regit specie perfecta aui faciens, fluctuo fluctuas fluctuaui. V, X, Y, Z, his literis ante uo positis verba regere non inueni. Hoc modo declinabuntur omnia verba o terminata, ante eam habentia vocales illas, quas supra memoraui, exceptis defectiuis.

Nunc ad syllabas consonantium deueniamus, quæ consonantes si sint ante nouissimam literam o, aut primæ coniugationis facient verbum, aut tertiæ correptæ. Nam secunda coniugatio vel tertia producta, id est, quarta, consonantem ante o literam nunquam habet, sicut frequenter docui. Secunda quidem e solam, vt doceo doces. Tertia vero producta, idest, quarta, duas, e, & i, vt redeo redis redi, & munio munis muni.

Bo terminata, primæ si sint, baui facient specie perfecta, vt libo libas libaui; tertiæ vero correptæ, psi, vt nubo nubis nupsi, aut bui, vt sorbeo sorbes sorbui; quãuis & sorbsi lectum sit.

Co primę si sint, caui faciẽt specie perfecta, vt sicco siccas siccaui, dico dicas dicaui. Virgilius, *propriamq; dicabo*. aut cui, vt mico micas micui. Tertiæ vero correptæ, aut ci, vt vinco vincis vici. aut xi, vt dico dicis dixi, duco ducis duxi. aut vi, vt cresco crescis creui, & pasco pascis paui. aut nui, vt senesco senescis senui.

Do primæ si sint, aut di facient in specie perfecta, vt do das dedi, aut daui, vt laudo laudas laudaui. Tertiæ vero correptæ, aut didi, vt addo addis addidi, credo credis credidi, aut si, vt cedo cedis cessi, aut cidi, vt cado cadis cecidi; nam cedo, quod significat, da, sine verbi totius substantia solum reperitur numero singulari, cedo, numero plurali, cedite, sic Plautus, & antiqui comœdiographi; sicut, salue saluete saluere, nam quod Plautus in Truculento, *Non salueo*, irridenter posuit, pro persona rustici. Fo, non inueni.

Go primæ gaui facit, vt rogo rogas rogaui. Tertiæ vero correptæ aut xi reddit, vt pingo pingis pinxi, sugo sugis suxi. aut si, vt tergo tergis tersi. lectum est & tergeo, vnde in Virgilio vtranq; declinationem indifferenter inuenimus, *& spicula lucida tergunt*, a tergo tergis; a tergeo terges, *tergent*. & vergo versi facit. aut gi, vt, tango tetigi; & in principio syllabam adiecit, vt pungo pupugi, pango pepigi. Quidam, pepigi, defectiuum tempore putant esse, vt odi, noui, memini, alii præsentis, alii præteriti æstimant.

Ho primæ est, haui facit, vt incoho incohas incohaui. Quidam putant inchoare dici, imperitissime. nam neq; post c literam, h latina verba regunt, exceptis nominibus tribus, quæ supra posui, pulcher, orchus, lurcho; neq; o litera ante o alterum latinorum verborum prima persona reperitur; sed illæ tres vocales, quas ante docui e, i, u. nam nec a, nec o. Igitur quod Plautus posuit, *reboo*, nõ latine, sed græce posuit; βοῶ βοᾶς, vnde deriuatiuum, reboo reboas. Nam latinum verbum o, ante o habens nunquam reperitur. Tertiæ vero cõiugationis correptę verba ho terminata, xi faciũt specie perfecta, traho trahis traxi, veho vehis vexi.

Ko, nõ inuenitur verbum hac syllaba terminatũ rationabiliter. Nã K litera nõ scribit, nisi ante, a, literã in principiis no-

nominum, vel verborum consequentis syllabæ, & consonans principium sit, sicut in Institutis artium, hoc est, in libro primo monstraui, Kamenæ, Kaleo, Kareo, & si qua talia.

Lo primæ si sint, laui facient, cælo cælaui. Tertiæ vero correptæ aut lui, vt excello excellis excellui. aut li, vt tollo, sustollo, sustuli, de vtroque verbo; nam tuli ab eo venit, quod est fero tuli.

Mo primæ aut maui facit, vt amo amaui, clamo clamaui. aut mui, vt domo domui. Tertiæ vero correptæ aut psi, vt sumo sumpsi. aut mui, vt tremo tremis tremui.

No primæ naui facit, sano sanas sanaui. Tertiæ vero correptæ ni, sed in principio syllaba addita, cano canis cecini. aut ui, cerno cernis creui, sino siui.

Po primæ paui facit, vt stipo stipas stipaui. Tertiæ vero pi, rumpo rumpis rupi.

Q, hæc litera ideo non inuenitur regens verbum, quoniam nullam literam antecedere potest nisi u & aliquam vocalem cum ea antecedentem iunctam, vnde supra, cum de vocalibus antecedentibus o literam tractauimus, posuimus, relinquo relinquis reliqui.

Ro primæ raui facit, oro oras oraui. Tertiæ vero correptæ, aut vi, vt sero seris seui. aut siui, vt quæro quæris quæsiui, aut rui, vt insero inseris inserui.

So prim[illegible] præterito facit, pēso pensas pe[illegible]. Tertiæ vero vi, quæso quæsiui. tale est, cerno cre[illegible] creui.

To primæ taui facit, mu[illegible] tas mutaui. Tertiæ vero, si, mitto [illegible] misi. aut ti, vt verto vertis vert[illegible] ui vt sterto stertis stertui. Persius, *Postquam destertuit esse.* Si c ante to habuerit prima verbi persona, prima coniugatio ctaui facit in specie perfecta, macto mactas mactaui. Tertia vero correpta xui, necto nectis nexui, flecto flectis flexui.

Xo primæ xaui facit, elixo elixas elixaui. aut xui, enixo enixas enixui. Tertiæ vero xui, vt nexo nexis nexui.

Quoniam, sicut arbitror, sufficienter tractauimus de verbis o litera terminatis, veniamus ad ea quæ or syllaba terminantur.

Or syllaba terminata siue puta siue vocali, vel consonante præcedente, si primæ sint coniugationis vel secundæ, vel tertiæ productæ, id est, quartæ, ante nouissimam literam secundæ personæ actiuitatis, ri syllabam accipientia facient secundam personam passiuitatis, vt amo amas, amor amaris: doceo doces doceor doceris: munio munis, munior muniris. Tertiæ vero correptę i literam in e correptam mutat, & sic cum e ri ante s accipit, vt, lego legis, & legor legeris, & si qua talia.

Tempus autem perfectum facient omnes coniugationes participio masculino temporis præteriti addita sum syllaba, hic amatus amatus sum, hic doctus doctus sum, hic scriptus scriptus sum, hic munitus munitus sum. Fit autem participium temporis præteriti generis masculini ex secunda persona actiuitatis in prima quidem coniugatione & tertia producta, id est, quarta, accepta syllaba tu ante nouissimam literam s, vt amo amas, hic amatus, munio munis, hic munitus. In secunda vero & tertia correpta pereunte e litera penultima secundæ personæ actiuitatis, & tu ante s posita, vt doceo doces, hic doctus, dico dicis hic dictus, aut pereuntib. duabus literis penultimis, & tu ante nouissimam literam s, vt necto nectis nectus sum; quamuis posteriores pro c & t, x posuerunt, nexus sum.

Imperatiuus modus passiuitatis re syllaba addita imperatiuo actiuitatis fiet, vt ama amare, doce docere, scribe scribere, muni munire. De hac tamen ratione, & de modo infinitiuo plenius in Institutis artium, hoc est, in libro primo docuimus. Illorum vero verborum, id est, r terminatorum & non venientium ab o litera, species perfecta notetur de participio temporis præteriti.

DE

DE STRVCTVRA.

QVoniam de dissyllabis & trisyllabis, necnon & quatuor syllabarum in primo docuimus libro; de nominum vero verborumque ratione, in hoc, consequens arbitratus sum de terminationibus placentibus nostro tempore paucis admodum demonstrare, quas multi credunt metro debere constare, quorum opinioni non libéter consentimus. Quoniam & Tullius & cæteri oratores monosyllabo struxere verbo, cum vna syllaba metrum non sit.

Est autem Structura verborum compositio, dicta a struendo.i.componendo, vnde Structuræ compositiones alicuius rei dicuntur. Hæ quamuis in omni oratione seruari debeant, tamen maxime in verbis duobus, nouissimo, & penultimo, sunt delectabiliter componendæ.

Antiqui quidem oratores, in quibus maxime Tullius, nunquam necessariis sensibus præposuerunt orationis structuram; sed magis forti & graui compositione, quam molliter vel laxe dicere maluerunt, vt cum haberent occasionem sic struendi, quemadmodum nostri temporis homines delectantur, tanquã de industria vsi sunt structura forti, potius quã delectanti; sicut exemplis Tullianis breuiter probare poterimus.

Quod in primis est nostro tempore vitiosum, Tullius non dubitauit verbo monosyllabo finire structuram, vt est; *Ab istius petulantia conseruare non licitum est, quæ cum iis ciuitatibus C. Verri communicata sunt.* &, *Id quod populus Romanus iam flagitat, extructa atque deleta sint.* Hæ compositiones mutatæ facient nostri temporis structuras sic, ex tribracho & ditrochæo, *Ab istius petulantia non est licitum conseruare*; ex trochæo, & dactylo, *Quæ sunt igitur Verri cum iis ciuitatibus communicata*; ex ditrochæo & Bacchio a longa: *Id quod populus Romanus iam diu efflagitat, extincta atque deleta sit.* Dissyllaba structura, quæ non valde quibusdam placet, antiquos viros vehementissime delectabat. Est enim fortis admodum, vitansque etiam nostri temporis barbarismum, si non fuerit spondeo, vel trochæo post dactylum finita, vt, *Primus ab oris*, &, *In quo meam voluntatem populus Romanus perspicere possit.* Sic enim versum heroici metri facient; quæ sola versificatio est oratoribus deuitanda. Nam si omnem fugere voluerint, tacebunt. Quoniam nulla oratio sine metro constat.

Trisyllaba structura nostro tempore caute ponenda est, ne aut versum heroicum faciat ex trochæo composita, & Bachio a breui, vt, *capta fuissent*; aut, vt quibusdam placet, barbarismum, si ex spondeo vel iambo, vel quouis pede, cuius sit nouissima syllaba natura longa, componatur ex aliquo verbo trisyllabo, qui positus bene sonet, nam si plausibilis non fuerit, barbarismum nostri temporis vitans, nec structuram faciet nobis placentem, vt illud, inter multa alia, Tullianum, *sententia sua liberauerant*, & *cuius ego causa laboro.*

Quatuor syllabarum structura sic vitabit nostri temporis barbarismum, sicut dissyllaba, quamuis multi non sapienter, & in tali compositione barbarismos esse dixerunt, si penultimum verbum habeat nouissimam syllabam natura longam, vt, *Ad meam capsam admisero*, & *Industriaque mea contenderem.* Ergo si nos ad huiusmodi structuras aliqua necessitas detulerit, poterimus reprehendentes imperitissimos comprobare, si nostrum nosmet officium fecerimus corripientes syllabas, & producentes longas, *Causa laboro, sa*, producentes; *Capsas admisero, as*, producentes In istis enim tantummodo syllabis, si correptæ fuerint, erit Barbarismus, non in tota compositione structuræ, *Capsas admisero.* quoniam barbarismus vna parte orationis fit, pluribus nunquam. Nam si hoc ita esset, non in tantum do-

ctrina latuiſſet, vt eam Tullius ignoraret; vel tantum potuiſſet, vt ea poſt illum, & multos ante Tullium noſtris temporibus noſceretur; quorum obſcuram peritiam deuitare conſtitui, illorum nobiliſſima negligentia decoratus.

Nunc vero quoniam docuimus hæc, quę a nobis ſtultiſſime reprehenduntur, indifferenter a prioribus poſita, ſtructuras nobis delectabiles componamus.

Amphibrachus, & Moloſſus, *probare deberes.*

Amphibrachus, & Bacchius a longa, *dolore derifus.*

Anapæſtus, & Pæon tertius, *fieri potuiſſet.*

Anapæſtus, & Ionicus minor, *medi:os coluerunt.*

Antiſpaſtus, & Moloſſus, *cohæredem detraxit.*

Amphimacrus, & Hippius ſecundus, *optime nauigaui.*

Bacchius a longa geminatus, *detrudit heredem.*

Bacchius, & Moloſſus, *cantare fecerũt.*

Bacchius a breui, & Hippius ſecundus, *dolores detulerunt.*

Choriambus, & Hippius primus, *condidimus ſepulturam.*

Chorius, id eſt, Trochæus, & Bacchius a longa, *eſſe delectum.*

Trochæus, & Pæon tertius facient illam ſtructuram, Tullio peculiatum, *eſſe videatur.*

Dactylus, & Ditrochæus, *hoſpitibus temperare.*

Dactylus & Ionicus a minore, *omnia placuerunt.*

Ditrochæus & Bacchius a longa, *vindicatur electus,*

Dactylus & Pæon tertius, *curiam renocare.*

Dactylus, & Diſpondeus, *lumina deponebant.*

Epitritus quartus, & Bacchius a longa, *deducentes abducunt.*

Epitritus quartus & Moloſſus, *impellente deuinxit.*

Epitritus tertius, & Ditrochæus *piratica liberaſſet.*

Et Hippius tertius. i. tertius Epitritus, & Hippius ſecundus, *dilexerant capiones, predones vindicaſti*

Ionicus maior & Ionicus minor, *contagia diluerunt.*

Ionicus maior, & Ditrochæus, *depellere caſtitatem.*

Pæon primus, & Hippius quartus, *decipere contendebant.*

Pæon ſecundus & Diſpondeus, *pericula deuitaui.*

Trochæus, & Bacchius a longa, *ſume decretum.*

Tribrachus, & Ditrochæus, *Cererem decantamus.* Has quidem repertas componamus, quæ poſſint auditores noſtri temporis delectare.

Amphimacrus, & Antiſpaſtus, *maxime laborare*; & Bacchius a longa & Pæon tertius, *pudentem exitum quæſiſſe videatur.*

Trochæus & Bacchius a longa, *ſecuri eſſe percuſſum, ſus iſte vexaret, ſtare nõ poſſe.* Proceleumaticus, & Ditrochæus. *Populus Romanus voluerit uindicare.*

Bacchius a longa, & Moloſſus, *cauſamque cognouit.*

Trochæus, & Moloſſus, *ipſum delegit.*

Amphibrachus, & Moloſſus, *probare deberent.*

Antiſpaſtus, & Bacchius a longa, *voluptate conceptam.*

Choriambus, & Ditrochæus, *ingenio ſuſtinere.*

Dactylus, & Antiſpaſtus, *corpore perhorreſco.*

Pæon, & Ditrochæus, *iudicium ſuſtinebit.*

Bacchius a longa & Moloſſus, *ſubſcriptor addatur.*

Diiambus, & Hippius ſecundus, *iniuriis commoueri.*

Tribrachus, & Hippius quartus, *cuius quæſtor fueris accuſare.*

Dacty-

Dactylus, & Hippius quartus, *procellam temporis deuitare*.

Iābus, & Ditrochæus, *diu machinatur*.

Choriambus, & Pæon tertius, *composuit rationem*.

Sed vt breuissime de structuris delectantibus doceamus, obseruandum est, vt aut versum heroici metri faciamus, aut in natura longa syllaba penultimo verbo terminato trisyllabo finiamus, cęteris pene omnibus auditorē possumus delectare.

Itē alio modo, Cōpositio prima a Trochęo &, Molosso, vt, *vadit armatus*, a Trochæo, & Choriambo vt *incutiens magnos*.

Ex Trochæo, & Ionico minore, vt, *victus incesserat*.

Ex Trochæo, & quinque syllabis quarum tertia sit longa, vt, *ille repugnabilis*.

Ex Tribracho, & hisdem, Cōposit. II.

Ex Amphimacro, & Spondeo, vt, *dixerat magnus*.

Ex Amphimacro, & Anapæsto, vt, *maximus diffidus*.

Ex Amphimacro, & Dactylo, vt, *Mulciber*. I. Cōpositio tertia, ex Spondeo, & Pæone quarto, vt *doceat fa.. ..*

Ex Spondeo & Bacchio, vt, *magno errore pulsus*.

Ex Spondeo & Pæone secundo, vt, *victus recesserat*.

Ex Anapæsto & hisdem.

Ex Amphimacro, & hisdem. III. & Palimbacchio, & Spondeo.

Ex Palimbacchio, & Anapæsto.

Ex Palimbacchio, & Dactylo.

Ex Pæone tertio, & hisdem.

Ex Amphibracho, & hisdem. V.

Ex Spondeo, & Iambo.

Ex Spondeo, & Tribracho.

Ex Anapæsto, & hisdem VI.

Ex Spondeo, & Spondeo.

Ex Spondeo, Iambis, & Dactylo.

Ex duobus Iambis, & Spondeo.

Ex duobus Iambo, & Dactylo.

Ex dissyllabo Iambo, & in trisyllabis Trochæo.

Ex Trochæo septimo.

Ex Spondeo, & Epitrito secundo.

Ex Spondeo, & Epitrito tertio.

Ex Iambo, & hisdem primo.

Ex Trisyllabo & hisdem octauo.

Ex Spondeo, & V. syllabo, quarum duæ primæ breues sint.

Ex Spondeo, & V. syllabo, cuius secundæ breues sint.

Ex Iambo & hisdem.

Ex Trisyllabo, & hisdem.

M. VALERII PROBI

GRAMMATICI DE NOTIS ROmanorum interpretandis libellus.

ST circa perscribendas, vel paucioribus literis notandas voces studium necessarium. Quod partim pro voluntate cuiusque fit, partim vsu publico, & obseruatione communi. Nam apud Veteres, cum vsus Notarum nullus esset, scribendi facultatem, maxime in Senatu, qui aderant scribendo, vt celeriter comprehenderent, quedam verba, atque nomina ex communi consensu primis literis notabant. Et singulæ quid significarent, in promptu erat. Quod in Nominibus, Prænominibus, Legibus Publicis Pontificumque Monumentis, Iurisque Ciuilis libris etiam nunc manet. Ad

quas Notas Publicas accessit & studiosorum voluntas, vt vnusquisque familiares sibi Notas pro voluntate signaret. Quas comprehendere infinitum esset. Publicæ sane tenendæ sunt; quæ in monumentis plurimis, & Historiarum libris, Sacrisque Publicis reperiuntur. vt P. *Publius.* C. *Caius.* M. *Marcus.* CN. *Cneus.* Q. *Quintus.* MAR. *Martius.* TI. *Tiberius.* CL. *Claudius.* T. *Titus.* SP. *Spurius.* SEX. *Sextus.* SER. *Seruius.* OP. *Opiter.* AB. V. C. *Ab vrbe condita.* P.R.E. *Post reges exactos.* P.C. *Patres conscripti,* S.P.Q.R. *Senatus Populusque Romanus.* EQ. R. *Eques Romanus.* V.R. *Vrbi Romana.* C.R. *Ciuis Romanus.* COL. *Colonia, Coloni.* MVN. *Municipia, Municeps.* N. L. *Nominis Latini.* L.C. *Latini Coloni.* S. N. L. *Socii Nominis Latini, & similia. Secundum hac Curiarum nomina, Tribuum, Comitiorum, Sacerdotiorum, Potestatum, Magistratuum, Præfecturarum, Sacrorum, Ludorum, Rerum Militarium, Collegiorum, Decuriarum, Fastorum, Numerorum, Mensurarum, Iuris Ciuilis, & similium cæterorum, notas proprias habent.*

A	*Augustus, vel Aulus, vel*
	Aus, vel Aliquando, vel
	Ager, vel Agrum, vel Aiunt.
AA.	*Augusti, vel Augusta.*
AA. (overlined)	*Augustalis.*
A.A.	*Apud agrum, vel Aurum, Argentum.*
AAA.	*Augusti.*
A.A.A.F.F.	*Aere, argento, auro, flato ferundo, vel, Flauo feriundo.*
A.A.A.F.F.QV.TY.	*Auri, argenti, æris flator fabricæ Quirinalis Tyberini.*
A.A.S.L.M.	*Apud agrum sibi locum monumenti.*
A.B.	*Alia bona.*
ABN.	*Abnepos.*
ABS.	*Absolutus.*
A.B.V.	*A bono viro.*
AB.V.C.	*Ab vrbe condita.*
A.C.	*Alius ciuis.*
AC.	*Actio.*
ACC.	*Acceptat.*
ACIN.	*Actionem.*
ACON. vel ACON. (overlined)	*Actionem, vel Actionum.*
A.C.V.	*A claro viro.*
A.CVB.AVGG.	*A cubiculo Augustorum.*
AD.E.	*Ad exactorem, vel Effectorem, vel Exterrem.*
AD.F.	*Ad finem.*
AD.L.	*Ad locum.*
ADIAB.	*Adiabenicus.*
ADI.	*Adiutor.*
ADI.P.	*Adiutor Prouinciæ, vel, Patriæ, vel, populi.*
ADN.	*Adnepos.*
ADP. vel, ADOP.	*Adoptiuus.*
A.D.P.	*Ante diem pridie.*

AED.	*Aedes.*
AEDIL.	*Aedilis.*
AEDILL.	*Aediles.*
AEDIL.CVR.	*Aedilis curulis.*
AED.PL.	*Aedilis plebis.*
AEG.	*Aeger.*
AEQ.P.	*Aequalis persona.*
AER.	*Aerarium*, vel, *Aerarii.*
AER.COL.	*Aere collato.*
AER.P.	*Aere publico.*
A F.	*Alio facto.*
A.F.P.R.	*Actum fide Publii Rutilii, vel, Ante factum, post relatum,* vel, *Aemilius fecit plectitur Rutilius.*
AG.	*Agit*, vel, *Agil.*
AG.	*Agrippa*, vel, *Agro.*
A.H.	*Alius homo.*
A.I.	*A indice.*
A.L.AE.	*Arbitrium litis aestimandae*, vel, *Liti aestimandum.*
A.L.E.	*Arbitrium liti examinandae*, vel, *existimandae*, vel, *existimandum.*
A.L.	*Alia Lex.*
AL.III.L.	*Alpinae tertiae legionis.*
AM.	*Amicus.*
AM.N.	*Amicus noster.*
AM.P.	*Amabilis persona.*
AN.	*Annius.*
A.N.	*Ante noctem.*
AN.M.	*Actionem mandat.*
ANN. vel AN. vel A.	*Annis.*
ANN.LXXII.	*Annis septuaginta duobus.*
ANT.	*Ante* vel *antea.*
ANT.T.C.	*Ante terminum constitutum.*
A.O.	*Alii omnes.*
AP.	*Apud.*
AP. IVD.	*Apud iudicem.*
APP.	*Appius.*
$\overline{\text{APP.}}$	*Appellat.*
A.P.Q.	*Aulus Publii Quinti*, vel *Auli.*
A.P.R.C.	*Anno post Romam conditam.*
ARM.P.	*Arma publica.*
$\overline{\text{AT.}}$	*Autem.*
A.TE.	*A tergo.*
A.T.M.D.O.	*Aio te mihi dare oportere.*
ATQ.	*Atque.*
A.TREB.	*Aulus Trebonius.*
AVG.	*Augustus*, vel *Augur.*
AVGG.	*Augustis.*
AVG.N.	*Augustus noster.*

AVR.	*Aurelius.*
AVT. vel AVTR. vel AVC.	*Autoritas.*
A. X.	*Annis decem.*

B

B.	*Bonus* vel *Brutus.*
B̄.	*Balbus*, vel *Balbus*, vel *Bene*, vel *Bona.*
B. A.	*Bonam actionem*, vel *Bonis auspiciis*, vel *Bonis auibus.*
B. C.	*Bonum concessum.*
B. D.	*Bonum datum.*
B. F.	*Bona fide*, vel *fortuna*, vel *filia.*
B. F.	*Beneficium*, vel *Bonum factum, & aliquando, Benefecit.*
B. F. C.	*Bona fide contractum.*
B. F. P.	*Bonæ fidei possessor.*
B. GR.	*Bona gratia.*
B. H.	*Bonus homo*, vel *Bona hereditaria.*
B. I.	*Bonum iudicium.*
B. I. I.	*Boni iudicis iudicium.*
B. L.	*Bona lex.*
B. M.	*Bonæ memoriæ.*
B. M. F.	*Bene merita fecit.*
B. M. P.	*Bene merenti posuit*, vel *Bene meritæ.*
B. N.	*Bona nostra.*
B. O.	*Bene optime.*
B. P.	*Bona possessio*, vel *Bonorum possessor.*
B. P.	*Bonum publicum*, vel *Bona paterna.*
B. Q.	*Bona quæsita.*
B R.	*Bonorum.*
B. R.	*Bonorum rector.*
BRITANNIC.	*Britannicus.*
B. R. P. N.	*Bono rei publicæ nato.*
BRT.	*Britannicus.*
B. S.	*Bene satisfecit.*
B. T.	*Bonorum tutor.*
B. V.	*Bene vixit*, vel *Bonus vir.*
B. V. A.	*Boni viri arbitratu.*
B. V. V.	*Balnea, Vina, Venus.*

C

C.	*Caius*, vel *Cum.*
Ɔ.	*Caia*, vel, *Con.*
C̄Ā.	*Caussa.*
CA. vel CAM.	*Camillus.*
CAES.	*Cæsar.*
CAES. AVG. vel A.	*Cæsar Augustus.*
CAESS. AVGG.	*Cæsares Augusti.*
CÆSSS. AVGGG.	*Cæsares. De tribus.*
CAR. COIV.	*Carissimæ coniugi.*
CARISS.	*Carissimus.*

C. B.

C.B.	*Commune bonum.*
C.C.	*Consilium cœpit*, vel *Cesset.*
CD.	*Quadringenta.*
CEL.	*Celeres.*
CEN. PP. vel CENS. vel CNS.	*Censor perpetuus.*
CEN. A.	*Censoris arbitratu.*
CENT.	*Centuria*, vel *Centurio*, vel, *Centenario.*
CENTV.	*Centuriones.*
C.F.	*Caii filius.*
C.H.	*Custos hæredum.*
CIC.	*Cicero.*
C.I.C.	*Caius Iulius Cæsar.*
CIPP.	*Cippus, id est, terminus, vt Cippum, seu Lapidem.*
CL.	*Claudius.*
C.L.	*Caii Libertus*, vel *Caius Libertus.*
Ɔ.L.	*Conlibertus.*
Ɔ.I. vel L. vel I.	*Caia Liberta.*
Ɔ.L.	*Caiæ liberta.*
C.LIB.	*Caii libertus*, vel, *liberorum.*
ƆLX.	*Conliberta carissima.*
CM.	*Comis.*
C.M. vel CA.M.	*Causa mortis*, vel *C. Marius.*
CN.	*Cneus*, vel *Cnenius.*
C.N.	*Caius noster*, vel *Cæsar noster*, vel *ciuis noster.*
CN.ARR.	*Cneus Arrius.*
CN.L.	*Cnei Libertus.*
CO.	*Coniugi.*
C.O.	*Ciuitas omnis.*
ƆO.	*Controuersia.*
COM.OR.	*Comitia obdriaca*, vel *obdurata*, vel *obchiaca.*
CON.	*Consularis.*
CON.SEN.E.ORD.P.Q.R.	*Consensu Senatus, equestris ordinis, populique Romani.*
CONS. vel CS.	*Consiliarius.*
COL. vel CL.	*Colonia*, vel *Coloniæ*, vel *Coloni*; *College*, vel *Collegia*, vel *Collegium.*
COL.	*Collega*, vel *Coloniæ*, vel *Columen.*
COLL.FABR.	*Collegium fabrum*, vel *Fabrorum.*
COH. vel COH.	*Cohors,*
CONIV.	*Coniunxit.*
CONIV. OBSEQVENTISS.	*Coniugi obsequentissimæ.*
CONIV.G.M.	*Coniugi merenti.*
CONIVX.	*Coniunx.*
CONLIB.	*Conlibertus*, vel *Conliberta.*
CONTVB.	*Contubernalis.*
COR.	*Cornelius.*
COS.	*Consul.*

te io verba terminata non inueni. vnum inueni tertiæ correptæ, xi faciens perfecto, meio meis mexi Persius modo infinito, *matrona immeiere vulua*. L ante io verba tertiæ productæ sunt, ui vel ii facient perfectum, polio poliui vel polii. participium passiuum posuit Virgilius, *iam parte polita*, & modi indicatiui actiuitatis speciem imperfectam, *polibant*. salio salis saliui, vel salii. M ante io habens verbum non inueni. N ante io habens verbum si primę fuerit coniugationis, vi faciet specie perfecta, lanio lanias laniaui, si tertiæ productæ, id est, quartę, vi vel ii, munio munis muniui, vel munii. O ante io positam in verbis non inueni. P ante io posita tertiæ correptæ inueni, vi facientia perfectam speciem, rapio rapui, vel rapii, cupio cupiui, vel cupii. Q ante io nusquam inueni, & rationabiliter; quia q litera nō scribitur, nisi ante u & aliam quamcunq; vocalem iunctam. R ante io positam tertiæ correptę inueni, ri faciens speciem perfectā, & pe syllaba correpta in principio addita, pario peperi. Quidam putant hoc verbū tertiæ productæ, id est quartæ esse, sed errant; nā infinitum perpetuū modum perfectū Terent. posuit, *parere hic diuitias*. quod si esset tertiæ productæ, ti habuisset ante re syllabā, *parire*. præterea te vtraq; correpta est. Nam si produxeris, erit secundę coniugationis, parere, veniens a verbo, pareo pares, vt Virgil. *Paret amor dictis caræ genitricis*. S ante io habens verbum primæ repperi cōiugationis, vi faciēs specie perfecta, basio basiaui, sic Martialis. T ante io habens, si tertiæ productæ fuerit, ui faciet specie perfecta, partio partiui, sic Cicero, *partiuerāt*. Dicimus & partitur sub eodē intellectu actiuitatis, vel verbi cōmunis, partior. Virg. *& socios partitur in omnes*. sicuti obsono obsonor. si primæ fuerit, vi faciet specie perfecta, satio satias satiaui. V, X, Y, Z, ante io, nulla de his literis inueni terminata verba; qui inuenerit etiā declinādi doceat rationē.

A ante uo posita primæ coniugationis verba regit, & tertiæ correptæ. Nam secundæ coniugationis, & tertiæ longæ, id est, quartæ verba u ante o nunquam habent, sed secunda e solā, tertia producta, id est, quarta & i. Ergo A ante uo posita si primę fuerit cōiugationis, vi faciet specie pfecta, lauo lauaui; si tertiæ, vi, lauo lauis laui. dicimus, & lauor lauaris, sub vno intellectu. B ante uo posita tertiæ correptę repperi, bui faciens specie perfecta, imbuo imbuis imbui. Primæ non inveni, inuentor doceat rationem. C & hāc literam ante uo positam tertiæ correptæ regentem verba repperi, cui facientem in specie perfecta, vt acuo acuis acui. D nec hanc literam ante uo positam regentem verba primæ coniugationis inueni, sed tertiæ correptæ, dui facientem in specie perfecta, induo induis indui. Nam sicut ante docui, vi ante o posita, aut primæ coniugationis verba regit, aut tertiæ productæ, hoc est, quartæ. E huius literæ ante uo positæ verbum tertiæ correptæ repperi, vi faciēs in specie perfecta, ceuo ceuis ceui. Persius tempore futuro posuit, *an Romule ceues?* significat autem cum turpitudine cedere, vel turpiter incuruari. Primæ coniugationis verbum e ante uo habens non inueni. F hanc literam ante uo positam verba regere non inueni. nouo more vnam declinationem ex hac quasi descēdentem legi apud Terent. in Hecyra, *Fors fuat pol*. G. huius literæ ante uo positæ verbum primæ coniugationis non inneni. Sed tertiæ correptæ gui, faciens specie perfecta, vt arguo arguis argui, & vngo vnguis vnxi, nā vngueo non legi. H, hanc literam ante uo positā regentem non inueni. I, ante uo posita primam regit coniugationem, & specie perfecta aui facit, deriuo deriuas deriuaui. K ante uo positam nullū verbum regit. L ante uo posita tertiā correptam regit, lui faciens specie perfecta, diluo diluis dilui. M ante uo positā non inueni. N hæc litera ante uo posita tertiā correptam cōiugationem regit, & speciem perfectam facit nui, innuo innuis innui,

nui, annuo annui, tenuo renui. O ante vo posita primam regit coniugationem, & speciem perfectam aui facit, nouo, renouo, nouaui, renouaui. P ante uo posita tertiam coniugationem correptam regit, & speciem perfectam spui facit, vt spuo respuo, spui respui. Q ante vo posita & primam coniugationem regit, & tertiam correptam, quaui facit specie perfecta æquo æquas æquaui, exæquo exæquas exæquaui. Tertiæ vero correpta qui, vt relinquo relinquis reliqui. R, & hæc litera ante vo posita, & primam coniugationem regit, & tertiam correptam primæ specie perfecta aui terminatur, seruo seruas seruaui: tertiæ tui, vt ruo ruis rui. S ante uo posita tertiam correptam regit, suo suis sui, consuo consui. T ante uo posita primam coniugationem regit specie perfecta aui faciens, fluctuo fluctuas fluctuaui. V, X, Y, Z, his literis ante uo positis verba regere non inueni. Hoc modo declinabuntur omnia verba o terminata, ante eam habentia vocales illas, quas supra memoraui, exceptis defectiuis.

Nunc ad syllabas consonantium deueniamus, quæ consonantes si sint ante nouissimam literam o, aut primæ coniugationis facient verbum, aut tertiæ correptæ. Nam secunda coniugatio vel tertia producta, id est, quarta, consonantem ante o literam nunquam habet, sicut frequenter docui. Secunda quidem e solam, vt doceo doces. Tertia vero producta, idest, quarta, duas, e, & i, vt redeo redis redi, & munio munis muni.

Bo terminata, primæ si sint, baui facient specie perfecta, vt libo libas libaui; tertiæ vero correptæ, psi, vt nubo nubis nupsi, aut bui, vt sorbeo sorbes sorbui; quauis & sorbsi lectum sit.

Co primæ si sint, caui faciẽt specie perfecta, vt sicco siccas siccaui; dico dicas dicaui. Virgilius, *propriamq; dicabo*. aut cui, vt mico micas micui. Tertiæ vero correptæ, aut ci, vt vinco vincis vici. aut xi, vt dico dicis dixi, duco ducis duxi. aut vi, vt cresco crescis creui, & pasco pascis paui. aut nui, vt senesco senescis senui.

Do primæ si sint, aut di facient in specie perfecta, vt do das dedi, aut daui, vt laudo laudas laudaui. Tertiæ vero correptæ, aut didi, vt addo addis addidi, credo credis credidi, aut si, vt cedo cedis cessi, aut cidi, vt cado cadis cecidi; nam cedo, quod significat, da, sine verbi totius substantia solum reperitur numero singulari, cedo, numero plurali, cedite, sic Plautus, & antiqui comœdiographi; sicut, salue saluete saluere, nam quod Plautus in Truculento, *Non salueo*, irridenter posuit, pro persona rustici. Fo, non inueni.

Go primæ gaui facit, vt rogo rogas rogaui. Tertiæ vero correptæ aut xi reddit, vt pingo pingis pinxi, sugo sugis suxi. aut si, vt tergo tergis tersi. lectum est & tergeo, vnde in Virgilio vtranq; declinationem indifferenter inuenimus, *& spicula lucida tergunt*, a tergo tergis; a tergeo terges, *tergent*. & vergo versi facit. aut gi vt, tango tetigi; & in principio syllabam adiecit, vt pungo pupugi, pango pepigi. Quidam, pepigi, defectiuum tempore putant esse, vt odi, noui, memini, alii præsentis, alii præteriti æstimant.

Ho primæ est, haui facit, vt incoho incohas incohaui. Quidam putant inchoare dici, imperitissime. nam neq; post c literam, h latina verba regunt, exceptis nominibus tribus, quæ supra posui, pulcher, orchus, lurcho; neq; o litera ante o alterum latinorum verborum prima persona reperitur; sed illæ tres vocales, quas ante docui e, i, u. nam nec a, nec o. Igitur quod Plautus posuit, *reboo*, nõ latine, sed græce posuit; βοῶ βοᾷς, vnde deriuatiuum, reboo reboas. Nam latinum verbum o, ante o habens nunquam reperitur. Tertiæ vero cõiugationis correptę verba ho terminata, xi faciũt specie perfecta, traho trahis traxi, veho vehis vexi.

Ko, nõ inuenitur verbum hac syllaba terminatũ rationabiliter. Nã K litera nõ scribit, nisi ante, a, literã in principiis no-

nominum, vel verborum consequentis syllabæ, & consonans principium sit, sicut in Institutis artium, hoc est, in libro primo monstraui, Kamenæ, Kalco, Kareo, & si qua talia.

Lo primæ si sint, laui facient, cælo cælaui. Tertiæ vero correptæ aut lui, vt excello excellis excellui. aut li, vt tollo, sustollo, sustuli, de vtroque verbo; nam tuli ab eo venit, quod est fero tuli.

Mo primæ aut maui facit, vt amo amaui, clamo clamaui. aut mui, vt domo domui. Tertiæ vero correptæ aut psi, vt sumo sumpsi. aut mui, vt tremo tremis tremui.

No primæ naui facit, sano sanas sanaui. Tertiæ vero correptæ ni, sed in principio syllaba addita, cano canis cecini. aut ui, cerno cernis creui, sino siui.

Po primæ paui facit, vt stipo stipas stipaui. Tertiæ vero pi, rumpo rumpis rupi.

Q, hæc litera ideo non inuenitur regens verbum, quoniam nullam literam antecedere potest nisi u & aliquam vocalem cum ea antecedentem iunctam, vnde supra, cum de vocalibus antecedentibus o literam tractauimus, posuimus, relinquo relinquis reliqui.

Ro primæ raui facit, oro oras oraui. Tertiæ vero correptæ, aut vi, vt sero seris seui. aut siui, vt quæro quæris quæsiui, aut tui, vt insero inseris inserui.

So pri[illegible] præterito facit, pēso pensas pensaui. Tertiæ vero vi, quæso quæsiui. tale est, [illegible] creui

To primæ taui facit, mu[illegible] mutas mutaui. Tertiæ vero, si, mitto [illegible] misi. aut ti, vt verto vertis verti. [illegible] ui vt sterto sterris stertui. Persius, *[illegible] quam destertuit esse.* Si ante to hab[illegible]erit prima verbi persona, prima coniugatio ctaui facit in specie perfecta, macto mactas mactaui. Tertia vero correpta xui, necto nectis nexui, flecto flectis flexui.

Xo primæ xaui faciet, elixo elixas elixaui. aut xui, enixo enixas enixui. Tertiæ vero xui, vt nexo nexis nexui.

Quoniam, sicut arbitror, sufficienter tractauimus de verbis o litera terminatis, veniamus ad ea quæ or syllaba terminantur.

Or syllaba terminata siue pura sine vocali, vel consonante præcedente, si primæ sint coniugationis vel secundæ, vel tertiæ productæ, id est, quartæ, ante nouissimam literam secundæ personæ actiuitatis, ri syllabam accipientia facient secundam personam passiuitatis, vt amo amas, amor amaris: doceo doces doceor doceris: munio munis, munior muniris. Tertiæ vero correptę i literam in e correptam mutat, & sic cum e ri ante s accipit, vt, lego legis, & legor legeris, & si qua talia.

Tempus autem perfectum facient omnes coniugationes participio masculino temporis præteriti addita sum syllaba, hic amatus amatus sum, hic doctus doctus sum, hic scriptus scriptus sum, hic munitus munitus sum. Fit autem participium temporis præteriti generis masculini ex secunda persona actiuitatis in prima quidem coniugatione & tertia producta, id est, quarta, accepta syllaba tu ante nouissimam literam s, vt amo amas, hic amatus, munio munis, hic munitus. In secunda vero & tertia correpta pereunte e litera penultima secundæ personæ actiuitatis, & tu ante s posita, vt doceo doces, hic doctus, dico dicis. hic dictus, aut pereuntib. duabus literis penultimis, & tu ante nouissimam literam s, vt necto nectis nectus sum; quamuis posteriores pro c & t, x posuerunt, nexus sum.

Imperatiuus modus passiuitatis re syllaba addita imperatiuo actiuitatis fiet, vt ama amare, doce docere, scribe scribere, muni munire. De hac tamen ratione, & de modo infinitiuo plenius in Institutis artium, hoc est, in libro primo docuimus. Illorum vero verborum, id est, r terminatorum & non venientium ab o litera, species perfecta notetur de participio temporis præteriti.

DE

DE STRVCTVRA.

QVoniam de dissyllabis & trisyllabis, necnon & quatuor syllabarum in primo docuimus libro; de nominum vero verborumque ratione, in hoc,consequens arbitratus sum de terminationibus placentibus nostro tempore paucis admodum demonstrare, quas multi credunt metro debere constare, quorum opinioni non libēter consensimus. Quoniam & Tullius & cæteri oratores monosyllabo struxere verbo, cum vna syllaba metrum non sit.

Est autem Structura verborum compositio,dicta a struendo.i.componendo, vnde Structuræ compositiones alicuius rei dicuntur. Hæ quamuis in omni oratione seruari debeant, tamen maxime in verbis duobus, nouissimo, & penultimo,sunt delectabiliter componendæ.

Antiqui quidem oratores, in quibus maxime Tullius, nunquam necessariis sensibus præposuerunt orationis structuram; sed magis forti & graui compositione, quam molliter vel laxe dicere maluerunt, vt cum haberent occasionem sic struendi, quemadmodum nostri temporis homines delectantur, tanquā de industria vsi sunt structura forti, potius quā delectanti; sicut exemplis Tullianis breuiter probare poterimus.

Quod in primis est nostro tempore vitiosum, Tullius non dubitauit verbo monosyllabo finire structuram, vt est; *Ab istius petulantia conseruare non licitum est,quæ cum iis ciuitatibus C.Verri communicata sunt.* &, *Id quod populus Rommanus iam flagitat, extructa atque deleta sint.* Hæ compositiones mutatæ facient nostri temporis structuras sic, ex tribracho & ditrochæo, *Ab istius petulantia non est licitum conseruare*; ex trochæo, & dactylo, *Quæ sunt igitur Verri cum iis ciuitatibus communicata*; ex ditrochæo & Bacchio a longa: *Id quod populus Romanus iam diu efflagitat, extincta atque deleta sit.* Dissyllaba structura, quæ non valde quibusdam placet, antiquos viros vehementissime delectabat. Est enim fortis admodum, vitansque etiam nostri temporis barbarismum, si non fuerit spondeo, vel trochæo post dactylum finita, vt, *Primus ab oris*, &,*In quo meam voluntatem populus Romanus perspicere possit.* Sic enim versum heroici metri facient; quæ sola versificatio est oratoribus deuitanda. Nam si omnem fugere voluerint, tacebunt. Quoniam nulla oratio sine metro constat.

Trisyllaba structura nostro tempore caute ponenda est, ne aut versum heroicum faciat ex trochæo composita, & Bachio a breui, vt,*capta fuissent*; aut, vt quibusdam placet, barbarismum, si ex spondeo vel iambo, vel quouis pede, cuius sit nouissima syllaba natura longa, componatur ex aliquo verbo trisyllabo, qui positus bene sonet, nam si plausibilis non fuerit, barbarismum nostri temporis vitans, nec structuram faciet nobis placentem, vt illud, inter multa alia, Tullianum, *sententia sua liberauerant*, & *cuius ego causa laboro.*

Quatuor syllabarum structura sic vitabit nostri temporis barbarismum, sicut dissyllaba, quamuis multi non sapienter, & in tali compositione barbarismos esse dixerunt, si penultimum verbum habeat nouissimam syllabam natura longam vt, *Ad meam capsam admisero*, & *Industriaque mea contenderem.* Ergo si nos ad huiusmodi structuras aliqua necessitas detulerit, poterimus reprehendentes imperitissimos comprobare, si nostrum nosmet officium fecerimus corripientes syllabas, & producentes longas, *Causa laboro*, *sa*, producentes; *Capsas admisero*, *as*, producentes In istis enim tantummodo syllabis, si correptæ fuerint, erit Barbarismus, non in tota compositione structuræ, *Capsas admisero.* quoniam barbarismus vna parte orationis fit, pluribus nunquam. Nam si hoc ita esset, non in tantum do-

ctrina latuisset, vt eam Tullius ignoraret; vel tantum potuisset, vt ea post illum, & multos ante Tullium nostris temporibus nosceretur; quorum obscuram peritiam deuitare constitui, illorum nobilissima negligentia decoratus.

Nunc vero quoniam docuimus hæc, quę a nobis stultissime reprehenduntur, indifferenter a prioribus posita, structuras nobis delectabiles componamus.

Amphibrachus, & Molossus, *probare deberes.*

Amphibrachus, & Bacchius a longa, *dolore derisus.*

Anapæstus, & Pæon tertius, *fieri potuisset.*

Anapæstus, & Ionicus minor, *medicos coluerunt.*

Antispastus, & Molossus, *cohæredem detraxit.*

Amphimacrus, & Hippius secundus, *optime nauigaui.*

Bacchius a longa geminatus, *detrudit hæredem.*

Bacchius, & Molossus, *cantare fecerũt.*

Bacchius a breui, & Hippius secundus, *dolores detulerunt.*

Choriambus, & Hippius primus, *condidimus sepulturam.*

Chorius, id est, Trochæus, & Bacchius a longa, *esse delectum.*

Trochæus, & Pæon tertius facient illam structuram, Tullio peculiarum, *esse videatur.*

Dactylus, & Ditrochæus, *hospitibus temperare.*

Dactylus & Ionicus a minore, *omnia placuerunt.*

Ditrochæus & Bacchius a longa, *vindicatur electus,*

Dactylus & Pæon tertius, *curiam reuocare.*

Dactylus, & Dispondeus, *lumina deponebant.*

Epitritus quartus, & Bacchius a longa, *deducentes abducunt.*

Epitritus quartus & Molossus, *impellente deuinxit.*

Epitritus tertius, & Ditrochæus *piratica liberasset.*

Et Hippius tertius. i. tertius Epitritus, & Hippius secundus, *dilexerant cepiones, predones vindicasti*

Ionicus maior & Ionicus minor, *contagia diluerunt.*

Ionicus maior, & Ditrochæus, *depellere castitatem.*

Pæon primus, & Hippius quartus, *decipere contendebant.*

Pæon secundus & Dispondeus, *pericula deuitaui.*

Trochæus, & Bacchius a longa, *sume decretum.*

Tribrachus, & Ditrochæus, *(cererem decanamus.* Has quidem repertas componamus, quæ possint auditores nostri temporis delectare.

Amphimacrus, & Antispastus, *maxime laborare*; & Bacchius a longa & Pæon tertius, *pudentem exitum quæsisse videatur.*

Trochæus & Bacchius a longa, *securi esse percussum, sus iste vexaret, stare nõ posse.* Proceleumaticus, & Ditrochæus. *Populus Romanus voluerit uindicare.*

Bacchius a longa, & Molossus, *causamque cognouit.*

Trochæus, & Molossus, *ipsum delegit.*

Amphibrachus, & Molossus, *probare deberent.*

Antispastus, & Bacchius a longa, *voluptate conceptam.*

Choriambus, & Ditrochæus, *ingenio sustinere.*

Dactylus, & Antispastus, *corpore perhorresco.*

Pæon, & Ditrochæus, *iudicium sustinebit.*

Bacchius a longa & Molossus, *subscriptor addatur.*

Diiambus, & Hippius secundus, *iniuriis commoueri.*

Tribrachus, & Hippius quartus, *cuius quæstor fueris accusare.*

Dacty-

Dactylus, & Hippius quartus, *procellam temporis denitare.*

Iābus, & Dittochæus, *diu machinatur.*

Choriambus, & Pæon tertius, *composuit rationem.*

Sed vt breuissime de structuris delectantibus doceamus, obseruandum est, ne aut versum heroici metri faciamus, aut in natura longa syllaba penultimo verbo terminato trisyllabo finiamus, cęteris pene omnibus auditorē possumus delectare.

Itē alio modo, Cōpositio prima a Trocheo &, Molosso, vt, *vadit armatus*, a Trochæo, & Choriambo vt *incutiens magnos.*

Ex Trochæo, & Ionico minore, vt, *victus incesserat.*

Ex Trochæo, & quinque syllabis quarum tertia sit longa, vt, *ille repugnabilis.*

Ex Tribracho, & hisdem, Cōposit. II.

Ex Amphimacro, & Spondeo, vt, *dixerat magnus.*

Ex Amphimacro, & Anapæsto, vt, *maximus diffidus.*

Ex Amphimacro, & Dactylo, vt, *Mulciber.* I. Cōpositio tertia, ex Spondeo, & Pæone quarto, vt *doceat facile.*

Ex Spondeo & Bacchio, vt, *magno errore pulsus.*

Ex Spondeo & Pæone secundo, vt, *vltus recesserat.*

Ex Anapæsto & hisdem.

Ex Amphimacro, & hisdem. III. & Palimbacchio, & Spondeo.

Ex Palimbacchio, & Anapæsto.

Ex Palimbacchio, & Dactylo.

Ex Pæone tertio, & hisdem.

Ex Amphibracho, & hisdem. V.

Ex Spondeo, & Iambo.

Ex Spondeo, & Tribracho.

Ex Anapæsto, & hisdem VI.

Ex Spondeo, & Spondeo.

Ex Spondeo, Iambis, & Dactylo.

Ex duobus Iambis, & Spondeo.

Ex duobus Iambo, & Dactylo.

Ex dissyllabo Iambo, & in trisyllabis Trochæo.

Ex Trochæo septimo.

Ex Spondeo, & Epitrito secundo.

Ex Spondeo, & Epitrito tertio.

Ex Iambo, & hisdem primo.

Ex Trisyllabo & hisdem octauo.

Ex Spondeo, & V. syllabo, quarum duæ primæ breues sint.

Ex Spondeo, & V. syllabo, cuius secundæ breues sint.

Ex Iambo & hisdem.

Ex Trisyllabo, & hisdem.

M. VALERII PROBI

GRAMMATICI DE NOTIS ROmanorum interpretandis libellus.

ST circa perscribendas, vel paucioribus literis notandas voces studium necessarium. Quod partim pro voluntate cuiusque fit, partim vsu publico, & obseruatione communi. Nam apud Veteres, cum vsus Notarum nullus esset, scribendi facultatem, maxime in Senatu, qui aderant scribendo, vt celeriter comprehenderent, quædam verba, atque nomina ex communi consensu primis literis notabant. Et singulæ quid significarent, in promptu erat. Quod in Nominibus, Prænominibus, Legibus Publicis Pontificumque Monumentis, Iurisque Ciuilis libris etiam nunc manet. Ad

quas Notas Publicas accessit & studiosorum voluntas, vt vnusquisque familiares sibi Notas pro voluntate signaret. Quas comprehendere infinitum esset. Publica sane tenenda sunt; quæ in monumentis plurimis, & Historiarum libris, Sacrisque Publicis reperiuntur. vt P. *Publius.* C. *Caius.* M. *Marcus.* CN. *Cneus.* Q. *Quintus.* MAR. *Martius.* TI. *Tiberius.* CL. *Claudius.* T. *Titus.* SP. *Spurius.* SEX. *Sextus.* SER. *Seruius.* OP. *Opiter.* AB. V. C. *Ab vrbe condita.* P.R.E. *Post reges exactos.* P.C. *Patres conscripti,* S.P.Q.R. *Senatus Populusque Romanus.* EQ. R. *Eques Romanus.* V.R. *Vrbs Romana.* C.R. *Ciuis Romanus.* COL. *Colonia, Coloni.* MVN. *Municipia, Municeps.* N. L. *Nominis Latini.* L.C. *Latini Coloni.* S. N. L. *Socii Nominis Latini, & similia. Secundum hæc Curiarum nomina, Tribuum, Comitiorum, Sacerdotiorum, Potestatum, Magistratuum, Præfecturarum, Sacrorum, Ludorum, Rerum Militarium, Collegiorum, Decuriarum, Fastorum, Numerorum, Mensurarum, Iuris Ciuilis, & similium cæterorum, notas proprias habent.*

A

A.	*Augustus, vel Aulus, vel*
	Aut, vel Aliquando, vel
	Ager, vel Agrum, vel Aiunt.
AA.	*Augusti, vel Augusta.*
$\overline{\text{AA}}$.	*Augustalis.*
A.A.	*Apud agrum, vel Aurum, Argentum.*
AAA.	*Augusti.*
A.A.A.F.F.	*Aere, argento, auro, flato feriundo, vel, Flauo feriundo.*
A.A.A.F.F.QV.TY.	*Auri, argenti, æris flator fabricæ Quirinalis Tyberini.*
A.A.S.L.M.	*Apud agrum sibi locum monumenti.*
A.B.	*Alia bona.*
ABN.	*Abnepos.*
ABS.	*Absolutus.*
A.B.V.	*A bono viro.*
AB.V.C.	*Ab vrbe condita.*
A.C.	*Alius ciuis.*
AC.	*Actio.*
ACC.	*Acceptat.*
ACIN.	*Actionem.*
ACON. vel $\overline{\text{ACON}}$.	*Actionem, vel Actionum.*
A.C.V.	*A claro viro.*
A.CVB.AVGG.	*A cubiculo Augustorum.*
AD.E.	*Ad exactorem, vel Effectorem, vel Exterrem.*
AD.F.	*Ad finem.*
AD.L.	*Ad locum.*
ADIAB.	*Adiabenicus.*
ADI.	*Adiutor.*
ADI.P.	*Adiutor Prouinciæ, vel, Patriæ, vel populi.*
ADN.	*Adnepos.*
ADP. vel, ADOP.	*Adoptiuus.*
A.D.P.	*Ante diem pridie.*

AED.	*Aedes.*
AEDIL.	*Aedilis.*
AEDILL.	*Aediles.*
AEDIL.CVR.	*Aedilis curulis.*
AED.PL.	*Aedilis plebis.*
AEG.	*Aeger.*
AEQ.P.	*Aequalis persona.*
AER.	*Aerarium*, vel, *Aerarii.*
AER.COL.	*Aere collato.*
AER.P.	*Aere publico.*
A F.	*Alio facto.*
A.F.P.R.	*Actum fide Publii Rutilii, vel, Ante factum, post relatum,* vel, *Aemilius fecit plectitur Rutilius.*
AG.	*Agit*, vel, *Agil.*
AG.	*Agrippa*, vel, *Agro.*
A.H.	*Alius homo.*
A. I.	*A iudice.*
A.L.AE.	*Arbitrium litis aestimandae*, vel, *Liti aestimandum.*
A.L.E.	*Arbitrium litis examinandae*, vel, *existimandae*, vel, *existimandum.*
A.L.	*Alia Lex.*
AL.III.L.	*Alpinae tertiae legionis.*
AM.	*Amicus.*
AM.N.	*Amicus noster.*
AM.P.	*Amabilis persona.*
AN.	*Annius.*
A.N.	*Ante noctem.*
AN.M.	*Actionem mandat.*
ANN. vel AN. vel A.	*Annis.*
ANN.LXXII.	*Annis septuaginta duobus.*
ANT.	*Ante* vel *antea.*
ANT.T.C.	*Ante terminum constitutum.*
A. O.	*Alii omnes.*
AP.	*Apud.*
AP. IVD.	*Apud iudicem.*
APP.	*Appius.*
APP.	*Appellat.*
A. P. Q.	*Aulus Publii Quinti*, vel *Auli.*
A.P.R.C.	*Anno post Romam conditam.*
ARM. P.	*Arma publica.*
AT.	*Autem.*
A. TE.	*A tergo.*
A.T.M.D.O.	*Aio te mihi dare oportere.*
ATQ.	*Atque.*
A. TREB.	*Aulus Trebonius.*
AVG.	*Augustus*, vel *Augur.*
AVGG.	*Augustis.*
AVG. N.	*Augustus noster.*

C.B.	*Commune bonum.*
C.C.	*Consilium cœpit*, vel *Cesset.*
CD.	*Quadringenta.*
CEL.	*Celeres.*
CEN. PP. vel CENS. vel CNS.	*Censor perpetuus.*
CEN. A.	*Censoris arbitratu.*
CENT.	*Centuria*, vel *Centurio*, vel, *Centenario.*
CENTV.	*Centuriones.*
C.F.	*Caii filius.*
C.H.	*Custos hæredum.*
CIC.	*Cicero.*
C.I.C.	*Caius Iulius Cæsar.*
CIPP.	*Cippus, id est, terminus, vt Cippum, seu Lapidem.*
CL.	*Claudius.*
C.L.	*Caii Libertus*, vel *Caius Libertus.*
Ↄ.L.	*Conlibertus.*
Ↄ.I. vel L. vel I.	*Caia Liberta.*
Ↄ.L.	*Caia liberta.*
C.LIB.	*Caii libertus*, vel, *liberorum.*
ↃLK.	*Conliberta carißima.*
CM.	*Comis.*
C.M. vel $\overline{\text{CA}}$.M.	*Causa mortis*, vel *C. Marius.*
CN.	*Cneus*, vel *Cneuius.*
C.N.	*Caius noster*, vel *Cæsar noster*, vel *ciuis noster.*
CN.ARR.	*Cneus Arrius.*
CN.L.	*Cnei Libertus.*
CO.	*Coniugi.*
C.O.	*Ciuitas omnis.*
ↃO.	*Controuersia.*
COM.OR.	*Comitia obdriaca*, vel *obdurata*, vel *obchiaca.*
CON.	*Consularis.*
CON.SEN.E.ORD.P.Q.R.	*Consensu Senatus, equestris ordinis, populique Romani.*
CONS. vel CS.	*Consiliarius.*
COL. vel CL.	*Colonia*, vel *Coloniæ*, vel *Coloni*; *Collega*, vel *Collegiæ*, vel *Collegium.*
COL.	*Collega*, vel *Colonia*, vel *Columen.*
COLL.FABR.	*Collegium fabrum*, vel *Fabrorum.*
COH. vel $\overline{\text{COH}}$.	*Cohors,*
CONIV.	*Coniunxit.*
CONIV. OBSEQVENTISS.	*Coniugi obsequentißimæ.*
CONIV.C.M.	*Coniugi merenti.*
CONIVX.	*Coniunx.*
CONLIB.	*Conlibertus*, vel *Conliberta.*
CONTVB.	*Contubernalis.*
COR.	*Cornelius.*
COS.	*Consul.*

Cos. QVAR. vel IIII.	*Consul quartum*, vel *Quarto.*
Cos. TER.	*Consul tertium*, vel *Tertio.*
Cos. DESIG.	*Consules designati.*
Coss.	*Consules*, vel *Consiliarii.*
Cos. DES.	*Consul designatus.*
C P.	*Civis pulbicus.*
C.R.	*Civis Romanus.*
CR.	*Creticus*, vel *Crispus.*
CR.	*Contractum.*
C.R.C.	*Cuius rei causa.*
C.CR.	*Contrarium contractum.*
CS.	*Consiliarii.*
C.S.	*Consulum sententia.*
C.R.C P.	*Cuius rei causa promittis.*
C.V.	*Centumuirum*, vel *Clarissimus vir.*
C V.	*Clarissimo viro,*
CVL.	*Cultores.*
C R.	*Curionum*, vel *Curiarum*, vel *Cursor.*
D.	*Diuus*, vel *Decius*, vel *Diebus*, vel *Deuotus*, vel *Diutius*, vel *Dedicauit. Diua.*
D.A. vel AVG.	*Diuus Augustus.*
DATHI.	*Dathico.*
D.AVG.	*Deo Augusto*, vel *Diuo Augusto.*
D B.I.	*Dis bene iuuantibus.*
D C. vel CAES.	*Diuus Caesar.*
D.C A.	*Diuus Caesar Augustus.*
D.C.S.	*De consulum sententia*, vel *De consilii sententia.*
DD.	*Dedicauerunt*, vel *dicarunt.*
D.D.	*Deo dicauit*, vel *Dotis datio*, vel *Dictio*, vel *Dis dantibus*, vel *Donantibus*, vel *Dono dedit*, vel *Dono datum*, vel *Deo domestico*, vel *Donauit*, vel *Dono dicauit.*
D.D.D.	*Datus decreto decurionum* vel *Dono decurionum dedit*, vel *Dono dedit, dicauit*, vel *Dono decurio dedit.*
D. D. D.	*Dono dederunt*, vel *Dedere.*
D.D.D.D.	*Dignum deo donum dicauit.*
D.D.D D.	*Decreto decuriones dederunt.*
D. D. L. M.	*Dono dedit libero munere.*
DD. NN.	*Domini nostri.*
DDD. N N N.	*Domini nostri, De tribus Impp.*
DD. Q.	*Dedit, donauitque.*
D.D. Q. S.	*Dis, deabusque sacrum.*
D. D. S.	*Dis, deabus sacris, vel sacrum.*
DE.	*Decius.*
DEST.	*Destinato.*
DF.	*Defunctus.*
D.F.	*Decii filius.*
D.F.	*Dotem fecit, vel Donum.*

D.C.

D. G.	*Dedit gratis.*
D. H.	*Donauit heredibus*, vel *Dono habuit.*
DIG. M.	*Dignus memoria.*
DIL. vel DILECTISS.	*Dilectissimus.*
D. I. M.	*Dis inferis maledictis*, vel *Malis*, vel *Dari iussit.*
D. IMM.	*Dis immortalibus.*
D. IM. S.	*Dis immortalibus sacrum.*
D. L.	*Dat laudes*, vel *Donauit locum.*
DL.	*Delego.*
D. L. D. P.	*Dis locum dedit publice.*
D. L. S.	*Dis laribus sacrum.*
D. M.	*Dis manibus*, vel *Domus mortui.*
D. M. vel D.M.	*Dolum malum*, vel *Dubium malum*, vel *Donauit monumentum.*
D. M. AE.	*Deo magno aeterno.*
D. M. F. V. C.	*Dolo malo, fraudisue causa.*
D. M. M.	*Dis manibus Maiorum.*
DN.	*Dominus.*
D. N.	*Dominus noster.*
D. N. M. Q.	*Deuoto numini, maiestatique.*
DNN.	*Domini.*
D. O.	*Dis omnibus*, vel *Deo optimo.*
DOMIC. COS. XIII. LVD. SÆC. F. C.	*Domicius consul XIII. ludos seculares faciundos curauit.*
DOT.	*Dotem.*
D. P.	*Diuus Pius*, vel *Dis penatibus*, *vel Patriis*, vel *Dotem petit.*
D. PEC. R.	*De pecuniis repetundis.*
D. PP.	*Deo perpetuo.*
D. P. S. D. L. D. P.	*Deo posuit sibi, dis locum dedit publice.*
D. Q.	*Dis Quirinalibus*, vel *Disque.*
D. Q. R.	*De quare.*
D. Q. S.	*De quo supra.*
DR.	*Drusus.*
DT.	*Duntaxat.*
D. T. S. P.	*Diem tertium, siue perendie*, vel *Siue perendium*, vel *Siue perendinum.*
D. V.	*Deuotus vir* vel *Vester*, vel *Dis volentibus*, vel *Deuotus Vesta*, vel *Dies quintus.*
DVC DVC.	*Ducum ductore*, vel *Ducum ductio*, vel *Ductorum ductor.*
DVL. vel DOL. vel DVLCISS.	*Dulcissimus.* Sicque in cæteris similibus.
D. VIIII.	*Diebus nouem.*
E	*Est.*
E⁹ vel E.	*Eius.*
E. Æ.	*Eius aetas.*
E. B.	*Eius bona.*
E. D.	*Eius domus.*
EE.	*Esse.*

E.F. vel FIL. vel FL.	*Eius filius.*
E.F.	*Eius fecit.*
E.H.	*Eius heres.*
E.L.	*Edita lex.*
E' M. vel EI. M.	*Eiusmodi.*
EMP.	*Emptor.*
E.N.	*Etiam nunc.*
EOR.	*Eorum.*
EPI. vel EP.	*Epistola.*
EP.M.	*Epistolam misit.*
EQ.M. SP.POM.	*Equitum Magister Spurius Pompeianus.*
EQ.OR.	*Equestris Ordinis.*
EQ.P.	*Eques publicus.*
EQ.R.	*Eques Romanus.*
ER.	*Erunt*, vel *Erit.*
EXCVR.	*Excursio.*
Ex.D.A.	*Ex domo Augusti.*
Ex.Do. AVG.	*Ex domo Augusti.*
Ex.R.	*Exactis Regibus.*

F	*Filius, vel Filia, vel Fuluius, vel Fecit, vel Februarius.*
Ⅎ. vel F.	*Filia.*
Ⅎ pro	*V. ut SERⅎVS. ⅎVLGVS. ⅎIXIT. pro Seruus, Vulgus, Vixit. & Digamma Aeolicum appellatur.*
FAB.	*Fabius.*
FABR.	*Fabrum, vel Fabrorum.*
FAC.	*Facti.*
FAC.C.	*Faciundum curauit.*
F.C.	*Fidei commissus, vel Fiducia causa*, vel *Fraude creditoris, vel Faciundum curauit.*
F.D.	*Fides data.*
FEB. vel F.	*Februarius.*
F. F.	*Flando ferendo*, vel *Fidem facit, vel Filius familias.*
FF.	*Fecerunt*, vel *Fabricauerunt*, vel *Fabrefactum*, vel *Fundauerunt.*
F.FA. vel F.F.	*Filius familias.*
F.FF.	*Fabricari fecerunt.*
F.F.F.	*Ferro, flamma, fame*; vel *Fortior fortuna fato*; vel *Flauii filius fecit.*
F.FL. vel F.F.	*Fratris filius.*
F.H.	*Filius heres.*
F.I.	*Fieri iussit.*
FID.	*Fides.*
FIL. vel F.L.	*Filius.*
FL.	*Flauius*, vel *Flauia*, vel *Flaminius.*
FLAM.	*Flaminius* vel *Flamen.*

F.M.

.M.	*Fati munus*, vel *fieri mandauit.*
.M.I.	*Fati munus impleat*, vel *Impleuit.*
.N.	*Fides nostra.*
.N.C.	*Fidei nostræ commisit*, vel *Commissum.*
OR.	*Forte*, vel *forum*, vel *foris*, vel *foras*, vel *Fortuna*, vel *fortunata.*
OR.RED.	*Fortuna reduci.*
R.	*Fronte.*
R.COR.	*Forum Cornelii.*
R.F.	*Fratris filius.*
R.I.	*Forum Iulium.*
R.L.	*Forum Liuium.*
R.POM.	*Forum Pompilii.* vel *Pomponii.*
R.S.	*Forum Sempronii.*
.S.	*Fratres.*
.V.C.	*Fraudisue causa.*
VNC.	*Functus.*
G	*Gaudium*, vel *Genus*, vel *Gens*, vel *Gellius.*
G.AVG.	*Genio Augusti.*
G.B.	*Gens bona.*
G.D.	*Gens dolosa.*
GEN.COR ℞.	*Gente Corneliorum.*
GEM. vel GERM.	*Germ.* vel *Germanico.*
GG.	*Gesserunt.*
GL.	*Gloria.*
GL.E.R.	*Gloria exercitus Romani.*
GL.N.L.	*Gloria nominis Latini.*
GL.P.	*Gloria parentum*, vel *Patriæ*, vel *Populi.*
GL.P.R.	*Gloria populi Romani.*
GL.R.	*Gloria Romanorum.*
GL.S.	*Gallus Sempronius.*
G.M.	*Gens mala.*
G N.N.	*Genus nostrum.*
G.N R.S.	*Genus Romani Senatus.*
G R.	*Genus regium.* vel *Rerum.*
GR.	*Gratis*, vel *Gerit.*
GRA.	*Græcus.*
GR.D.	*Gratis dedit.*
G.S.	*Genio sacro*, vel *Sacrum.*
GT.	*Gentem.*
hᴚ ∂ h	Loco *G. Antiqui ponebant.*
I	vel C. loco *H.*
H	*Honestas*, vel *Hic*. vel *Heres*, vel *Heredes*, vel *Homo*, vel *Honestus.*

H̄.	*Hora*, vel *Honeſtas.*
H.	*Honor*, vel *Honori*, vel *Hora*, vel *Hoc.*
HA.	*Hadrianus.*
H.B. vel H.	*Hora bona*, vel *Heres bonorum.*
H.B.F.	*Homo bona fidei.*
H. DD.	*Hic dedicauit.*
H. DD.	*Hic dedicant*, vel *Dedicauerunt.*
H.F.	*Honeſta femina*, vel *Fortuna*, vel *Hic fundauit*, vel *fundat.*
H.I.	*Hereditario iure*, vel *Hercle iurauit.*
HIC LOC. HÆR. NON SEQ.	*Hic locus Heredes non ſequitur.*
H.L.	*Honeſto loco*, vel *hic locus.*
H.L.D.	*Hunc locum dedit.*
H.L.N.	*Honeſto loco natus.*
H.L.H.N.S.	*Hic locus heredes non ſequitur*, vel *ſequetur.*
H.M. vel N.	*Honeſta mulier.*
H M. vel H̄	*Hora mala.*
H.M.AD.H.N.TRAN.	*Hoc monumentum ad heredes non tranſit.*
H.M.D.M.A.	*Huic monumento dolus malus abeſt.*
H.M.H.E.N.S.	*Hoc monumentum heredes eius non ſequuntur.*
H.M.H.N.S.	*Hoc monumentũ heredes non ſequitur*, vel *heredem non ſequetur.*
H.M.P.	*Hic memoriæ poſuit*, vel *Hoc monumentum poſuit.*
HO. vel H.	*Homo*, vel *Honeſtus.*
HOR.VI.	*Iuris ſex*, vel *hora ſexta.*
HOS.	*Hoſtis.*
H.P. vel H̄.	*Hora peſſima*, vel *honeſta perſona.*
H.P.	*Hic poſuit*, vel *Poſſent* vel *poſſint.*
H.POSS.	*Hereditatis poſſeſſor*, vel *Poſſeſſores.*
H.R.	*Honeſta ratio.*
H.R.I.P.	*Hic requieſcit in pace.*
H.S.	*Hac ſit*, vel *Herculi ſacrum.*
H.S. vel H̄	*Hora ſecunda*, vel *Sacra.*
H.S.E.	*Hic ſitus eſt.*
H.S.H.N.S.	*Hoc ſepulchrum heredes non ſequuntur.*
H.S.S.	*Hic ſepulti ſunt.*
H.S.V.F.M.	*Hoc ſibi viuens fieri mandauit.*

Nota in ſupraſcriptis quod heredes non ſequebantur monumentum, ſed monumentum ſequebatur heredes.

I. II. III. IIII.	*Vnus*, *Duo*, *Tres*, *Quatuor*; vel *Primus*, *Secundus*, *Tertius*, *Quartus*,
Ī.	*In.*
Ɨ	*Inter*, vel *interdum*, vel *Interea.*
Ɨ A.	*Interea.*

IAN.

IAN.	*Ianuarius.*
I C. vel I.	*Intra circulum.*
I.C.	*Iulius Cesar.*
I.C.E.V.	*Iusta causa esse videbitur.*
I.C.	*Iurisconsultus.*
ID.	*Idus.*
I.D.	*Inferis dis.*
I.D.	*In dimidio, vel Iurisdicendi vel Iuridicundo.*
I E.	*Interdum.*
I.D.C.	*Iuris dicendi causa.*
I.D.P.	*Iuredicendo praetrit, vel Iuridicundo praefuit.*
I.E.	*Iudex esto.*
I.F.	*Iulii Filius.*
I.FO. vel I.F.	*In foro.*
I.FO.B.	*In foro Boario.*
I.FO.C.	*In foro Caesaris.*
I.FO.FLAM.	*In foro Flaminii, vel Flaminis.*
I.FO.IV. vel I.	*In foro Iulii.*
I.FO.L. vel L.	*In foro, Liuii, vel Lucii.*
I.FO.P.	*In foro Pacis, vel Palladis.*
I.FO.POP.	*In foro populi, vel Pompilii vel Popilii.*
I.FO.P.R.	*In foro pro rostris.*
I.FO.TR.	*In foro Traiani.*
I.H.	*Iustus homo.*
II.VIR.	*Trium viri,*
III.VIR.	*Quartum viri. & similiter.* VII. *Septumviri.* X.V. *Decemviri, & deinceps.*
IIIIII vel IIIIII vel IIII vel IIIII vel IIIIII	*Sextum vir, vel Sexum vir.*
I.I.N.Q.	*In iustis nuptiis quaesitus.*
I.L.	*Iure legis, vel in loco, vel Iusta lex.*
I L.	*Intra limitem.*
I.L.D.	*In loco diuino.*
I.L.P.	*In loco publico.*
I.L.R.	*In loco religioso.*
I.L.S.	*In loco sacro.*
IMP.	*Imperator.*
IMPP.	*Imperatores.*
IMPPP.	*Imperatores, De tribus.*
IN.FR.P.VI.LAT.VII.	*In fronte pedes sex, Latum septem. vel latitudine.*
IN.FR.P.XX.	*In fronte pedes viginti.*
IN.AGR.P.XX.	*In agro pedes viginti.*
IO.M.S.	*Ioui optimo maximo sacrum.*
IO.M.IM.	*Ioui optimo maximo immortali.*

I.P.	*Iusta persona. vel Iustus possessor. vel in possessione, vel Ius Pontificium.*
I.	*Iure rogauit. vel Iure Romano.*
I.R.	*Ius Romanum.*
IR.	*Iuribus Romanorum.*
I.S.	*Iudicium solui. vel In senatu; vel Iudicio senatus; vel Iudicium solius; vel Iudicatum solui.*
I.S.C.	*In senatu consulto.*
I.S.D.	*In seris dis.*
I.SN.R.	*In senatu Romano.*
I.S.S.	*Inferius scripta sunt.*
I.T.	*Intra tempus. vel Iure testamenti.*
I.TC.	*Intra tempus constitutum.*
IV. vel IIII.	*Quatuor.*
I.V.	*Iustus vir.*
IVD.	*Iudicium.*
IVNON.ET.PROSERP.	*Iunoni & Proserpina.*
IVRD.	*Iurisdictio.*
IVV.	*Iuuenis. vel iuuentus.*
K	*Calende. vel Caput. vel Clarissimus. vel Cardo.*
	Calende.
K vel KAL. vel KL.	*Castra.*
	Cardo.
K K. vel K.	*Carissima.*
K.	*Calendis Ianuarii, vel Ianuariis.*
KAL.IAN.	*Karthago, vel Karissimus.*
KAR.	*Calende Augusti. vel Calendis.*
K.AVG.	*Capite censius. vel censitus. vel Karthago ciuitas. vel Capite censum. vel Cassus.*
K.C.	*Capite diminutus.*
K.D.	*Castra dedicantia; vel dedicauit, vel dedicauerunt, vel dedicamus.*
K.DD.	*Cardo finalis.*
K.F.	*Calende Ianuarii.*
K.I. vel IA. vel IAN.	*Calumnie causa.*
K.K. vel C.	*Calende.*
KL. vel KAL. vel K.	*Calendis.*
KL. vel K. vel KAL.	*Cardo Maximus.*
K.M.	*Cardo positus. vel Castra ponit, vel posuit.*
K.P.	*Calende Quintilis, vel Quintiles.*
K.Q.	*Calende Sextilis. vel Sextilis.*
K.S.	*Capite tonsus.*
K.T.	*quaginta.*
L	*Lucius, vel Lucia, vel Lelius, vel Lelia, vel Libert', vel Quin-*
L. vel LIB. vel LIBERT.	*Libertus.*
LA.C.	*Latini Coloni, vel Coloniani, vel Coloniarii.*
L.A.D.	*Locus alteri datus.*
L.AE L.	*Lucius Aelius.*

L.AG.

L.AG.	*Lex Agraria.*
L.AN.	*Quinquaginta annis.*
L.AP.	*Ludus Apollonis*, vel *Apollineus.*
L.BIB.	*Lucius Bibulus.*
L.B.M.D.	*Locum bene merenti dedit.*
L.BO.	*Lex Boaria.*
L.C.	*Lucius Catius*, vel *Lucius Cornelius.*
L.C.DIV. vel D.	*Lucus diuinus* vel *Lucum diuinum.*
L. CAE. vel COE.	*Lucius Calius*, vel *Cœlius.*
L.CEN.	*Lucius Censorianus.*
L.CIN.	*Lex Cincia.*
L.C.S.	*Lucus sacer.* vel *Lucrum sacrum.*
L.D.	*Locum deditum*, vel *Lucrum dedititium.*
L.D.A.B.M.	*Locum dedit Aulus bene merenti.*
L.D.D.	*Locus dono datus.*
L.D.D.D.	*Locus datus decreto Decurionum*, vel *Libens dono dedit, dicauit*; vel *Libens datum decreto Decurionum.*
L.D.DD.	*Locum dono dederunt.*
L.DIV.	*Lucus diuinus.*
L.E.D.	*Lege eius damnatus.*
LEG. vel LG.	*Legio.*
LEG.III. ITAL.	*Legionis tertia Italica.*
L.EM.	*Locus emptus.*
L.F. vel FIL. vel FL.	*Lucius filius.*
L.FV.	*Lucius Furius.*
LG.	*Leganit.*
LG.D.	*Legio decima*, vel *Legem dat.*
L.H.	*Locum hunc*, vel *Locus heredum.*
LIB. vel L.	*Libertus*, vel *Liberti*, vel *Libertas.*
L.IV.REP.	*Lex Iulia repetundarum.*
LIB.LIB. Q.POST. Q.EOR.	*Libertis, libertabusque, posterisque eorum.*
LL.	*Lalius*, vel *Legibus.*
L.L.	*Lucii liberti*, vel *Lucius libertus*, vel *Liberta*, vel *Lucii libertus*, vel *Liuii libertus.*
L.L.Q.E.	*Libertis, libertabusque eorum.*
L.L.L.	*Lucii liberti locus.*
L.L.L.M.M.	*Lacerat lacertum Largii mordax Menius. Author M.T.C. libro de Oratore secundo.*
HS vel LLS.	*Sestertius.*
L.LVC.Q.F.	*Lucius Luceius Quinti filius.*
L.M.	*Locus*, vel *Locum monumento*, vel *mortuorum.*
L.M. vel M. MV.	*Lucius Murena*, vel *Morena.*
L.MAN.	*Lucius Manlius.*
L.NN.FAV.	*Lucius Nonius Faustinus.*

L.N.	*Latini nominis.*
LONG.P. VII. LAT. P.III.	*Longum pedes septem, Latum pedes tres.*
L.P.	*Locus proprius, vel Propitius, vel lege punitus.*
L.P.C.R.	*Latini Prisci Ciues Romani.*
L.P.D.	*Locus publice datus.*
L.PL.	*Lex Plebeia.*
L.POS.	*Lucius Posthumius.*
L.PR.	*Loco priuato, vel Locus priuatus.*
L.PVB.	*Loco publico, vel Locus publicus.*
L.Q.S.	*Locus qui supra, vel quo.*
L.R.	*Lex Romana.*
L.RV.	*Lex Rusticana.*
L.S.	*Laribus sacrum, vel Sacrorum, vel Locus sacer, vel Lucius Samius.*
L.SC.	*Locus sacer.*
L.S.DEN.	*Lucius Sicinius Dentatus.*
L.T.	*Lucius Tacitus, vel Legem tulit, vel Lucius Titius.*
LV.	*Quinquaginta quinque.*
L.V.	*Lex vetus.*
L.VAL.	*Lucius Valerius.*
LVCR.	*Lucretius, vel Lucretia.*
LVD. vel LV D. AP.	*Ludi Apollinares.*
L.VOC.	*Lex Voconia.*
LV D. SAEC.	*Ludi saeculares.*
M	*Marcus, vel Miles, vel Monumentum, vel Mutius, vel Mulier.*
M. vel W. vel MVL.	*Mulier.*
M.	*Minutius.*
MA.	*Macunius.*
MAG.	*Magistratus.*
MAG.EQ.	*Magister Equitum.*
M.AEM.	*Marcus Aemilius.*
MAT.P.FEC. ET. S. ET.S.P.Q.E.	*Mater piissima fecit & sibi, & suis, posterisque eorum.*
MARIT.	*Maritus.*
M.AVR.	*Marcus Aurelius.*
MAX.	*Maximus.*
M.B. vel W. vel MVL. B.	*Mulier bona.*
M.C. vel. CIC.	*Marcus Cicero.*
M.C.	*Marcus Censor.*
M.C.	*Monumentum condidit, vel Consecrauit, vel Constituit.*
M.E M.	*Municeps eius Municipii.*
MENS.	*Menses.*
MER.S.	*Mercurio sacrum.*

MES.

MES.IAN.	*Mensis Ianuarii.*
MES.FEBR.	*Mensis Februarii.*
MES.MAR.	*Mensis Martii.*
MES.APR.	*Mensis Aprilis.*
MES.MAI.	*Mensis Maii.*
MES.IVN.	*Mensis Iunii.*
MES.IVL.	*Mensis Iulii.*
MES.AVG.	*Mensis Augusti.*
MES.SEPT.	*Mensis Septembris.*
MES.OCT.	*Mensis Octobris.*
MES.NOV.	*Mensis Nouembris.*
MES.DEC.	*Mensis Decembris.*
M.F.	*Marci filius.*
M.FA.	*Marcus Fabius.*
M H.	*Magnus homo*, vel *Malus.*
M.I.	*Maximo Ioui.*
MIL.	*Miles*, vel *Militauit*, vel *Millia.*
M vel Θ.INTER.	*Morte interuentus.*
M.L.	*Marci Liberti*, vel *Martii Liberti*, vel *Libertus*, vel *Militis locus.*
M.LEP.C.REG.INTS.	*Marcus Lepidus ciuitatem Regiensium*, vel *Regii instaurauit.*
MM.	*Milites.*
M.M. vel MVL. M.	*Mulier mala.*
M.MAN.	*Marcus Manlius.*
M.MAR.	*Marcus Marcellus.*
M N.	*Meo nomine.*
MNF.L.	*Manifestus locus.*
M̄ N.	*Millia numum*, vel *numorum.*
M.P.	*Marcus Pacuuius*, vel *Mensa posuit*, vel *Maximus Princeps.*
M.POP.	*Marcus Popilius.*
M.R.	*Miles Romanus.*
MR̄.	*Militia Rhauennatis.*
M.REG.	*Militia Regiensium*, vel *Militum.*
M.S.P.	*Memoria sua posuit.*
MS̄.	*Mensibus*, vel *Menses.*
M.T.C. vel TVL.CIC.	MARCVS TVLLIVS CICERO.
MV. vel M. vel ꟿ.	*Mutius.*
MV.F.	*Mutii filius.*
M.V̄Ī vel MENS.	*Mensibus sex.*
MVN. vel MVNP.	*Municipia*, vel *Municeps.*
MVLIEB.	*Muliebrem.*

N

N. vel N̄.	*Nominis*, vel *Non.*
N. vel N̄.	*Noster*, vel *Nepos*, vel *Numisma.*
N̄.	*Non*, vel *Numorum.*
NAC.	*Nactus.*
NAT.	*Natalia*, vel *Natio*, vel *Natione.*
NATOR.	*Natorum.*

Ccc

NAV.	*Naues*, vel *Nauibus*.
NAVIC.	*Nauicula*.
N.CL. vel NR.CL.	*Nero Claudius*.
N.C.S.C.S.D.E.	*Nonis ciuibus Senatusconsulti suffragium datum est*.
NEG.	*Negociator*.
NEP.	*Nepos*.
NEPT.	*Neptunalia*.
NEP.RED.	*Neptuno reduci*.
NEP.S. vel SAC.	*Neptuni Sacellum*.
N.F.C.	*Nostra fidei commissum*.
N.F.N. vel NOB.	*Nobili familia natus*.
N.H.	*Notus homo*.
N.K.C.	*Non calumniæ causa*.
N L.	*Nominis Latini*, vel *Non licet*.
N M.	*Nonius Macrinus*.
NN. vel N̄N.	*Nostri. In plurali*.
NOB.	*Nobilis*.
NOBB.	*Nobilibus*.
NOB.G.	*Nobilis genere*.
NON.APR. vel APRIL.	*Nonis Aprilis*.
N.Q.	*Nusquam*, vel *Neque*.
N R.	*Nero*.
N̄.R̄.	*Nobilis Rhauennas*.
N T.	*Nostri temporis*.
N vel NAT.	*Natio*.
NVP.	*Nuptias*.
N.V.N.D.N.P.O.	*Neque vendetur, neque donabitur, neque pignori obligabitur*.

O

O	*Ollius*, vel *Optimo*, vel *Oportet*.
O. vel OR.	*Ordo*, vel *Opinio*.
O.A.Q.	*Omnis ad quos*.
OB.	*Obiter*.
OB C.S. vel CIV.SER. vel O.	*Ob ciues seruatos*.
OB.M E.	*Ob merita eius*.
OB.M.P.E.C.	*Ob merita pietatis, & concordiæ*.
O.CON.	*Operas conduxit*.
O.E.R.	*Ob eam rem*.
OFF.	*Officium*.
O.H.S S.	*Ossa hic sita sunt*.
O.L.	*Operas locauit*.
O.M.	*Optimus Maximus*.
O.P.	*Optimo*, vel *Opiter*. vel *Oportet*.
OP.ET.S.P.	*Optimo, & sancto patrono*. vel *Optimæ, & sanctæ patronæ*.
O P F.	*Optimo Principi fecit*.
OP.PRIN. vel O.	*Optimo Principi*.

O.P.R.

O.P.P.	*Oppidum.*
OR.	*Ornato.* vel *Ordo.*
OR. vel O.	*Ordo.*
ORB. PAR.	*Orbati parentes.*
ORD.	*Ordinis.*
OR. M. vel M. L.	*Ordo Militum.*
OS. C.	*Omnes conciliat.*
O V. D.	*Omni virtute dedito.*
O V. F.	*Optimo viuenti fecit.* vel *Omnia viuens fecit.* vel *omnibus viuus fecit.* vel *Omnibus viris fecit.* vel *Omnibus viuens fecit.*
Ø.	*Opertum.*
. vel Θ.	*Mortem significat. Est autem Græca litera cui θῆτα nomen est.*
P	*Publius.* vel *Pedes.* vel *Passus.* vel *Pater.* vel *Pupillus.* vel *Posuit.*
PA.	*Pupilla.*
P. AEL. AG. LIB.	*Publius Aelius Augusti libertus.*
PAL.	*Palmatus.*
PAR.	*Parentum.*
PARTH.	*Parthicus.*
PATR.	*Patritius.*
P. C.	*Patres conscripti.* vel *Pactum conuentum* vel *Pecunia constituta.* vel *Patrono coloniæ.* vel *Patronus Coloniæ.* vel *Præfectus castrorum.*
P. C̄. vel P. C.	*Pecunia constituta.*
P. CON.	*Pactis conuentum.*
P. D.	*Publice dedit.*
PEC.	*Pecunia.*
PERT.	*Pertinax.*
P. F.	*Publii filius,* vel *Publice fecit,* vel *Pius Felix.*
P. H. C.	*Publicus honor curandus.*
PICEN.	*Picenum,* vel *Picentes.*
PIENT. vel PIENTISS.	*Pientissimus.*
P. I. R.	*Populus iure rogauit.*
P. L.	*Publii libertus.* vel *Publius libertus.*
PLE. vel PL.	*Plebis.*
PLEBS VRB. ET HON. V.	*Plebs urbana & honore vsi.*
P. M.	*Pontifex Maximus,* vel *Plus, minus.*
P. M̄.	*Principi Militum.*
POB.	*Poblicius.*
PON. vel POM.	*Pompeius.*
PONT. MAX.	*Pontifex Maximus.* vel *Pontifici Maximo.*
PONTIF.	*Pontifici.*
POP.	*Populus.* vel *Popilius.*
POT.	*Potestas.* vel *Potestate.*

P.O.RO.	*Populi Romani.*
P.P.	*Pater patriæ.* vel *Pater Patratus.*
P.P.C. vel P C.	*Patres conscripti.*
P.P.P.	*Primus pater patriæ,* vel *Pater patriæ Proconsul.*
P.P.P.B.M.	*Pietas plenus posuit bene merenti.*
P.P.P. P.E.S.S.S.E. V.V.V. V.V.V.F.F.F.F.	*Primus pater patriæ profectus est. Secum salus sublata est. Venit victor validus. Vicit vires vrbis vestræ. Ferro, fame, flamma, frigore.*
P.P.R. vel PACE.P.R.	*Pace populo Romano.*
P.Q.	*Postquam.*
P.R.	*Populus Romanus.* vel *Possessori redditum.*
PR.	*Præter.*
PRÆF.	*Præfectus.*
PRÆF.COH.	*Præfectus cohortis.*
PRÆFECT.	*Præfectum.*
PRÆF. FABR.	*Præfectus fabrum.*
PRÆ.PRÆS.	*Præfectus præsidii.*
PRÆF.VRB.	*Præfectus Vrbis.*
PRÆ.VIGIL.	*Prætor vigilum*, vel *Præfectus.*
PR.C.	*Prætor constitutus.*
P.R.E.	*Post reges exactos.*
PRI.ID.DEC.	*Pridie idus Decembris.*
PRI.K.MAR.	*Pridie Calendas Martii.*
PRI.N.	*Pridie nonas.*
PRINC.IVVEN.	*Principi iuuentutis.*
PR.K.	*Pridie Calendas.*
PROC. vel PROCOS.	*Proconsul.*
PROCOSS.	*Proconsules.*
PRON. vel PRONEP.	*Pronepos.*
PRS.P.	*Præses prouinciæ.*
PRSS.	*Præsides.*
P.S.	*Posuit sibi.*
PS.	*Plebiscitum.*
P.S.ET.S.	*Posuit sibi & suis.*
P.S.F.	*Publice sibi fecit.*
P.S.F.C.	*Publica saluti faciendum curauit,* vel *Publico sumptu faciundum curauit.*
P.V.D.	*Pro voto dedit.*

Q

Q.	*Quintus.* vel *Quinctius* vel *Quæ* vel *Que.* vel *Quartum.* vel *Quintilius.*
Q. vel QVINT.	*Quintilius.*
Q. vel QV. vel IV.	*Quartus.*
Q.A.M.	*Quemadmodum.*
QVÆS.	*Quæstor.*
QVÆSS.	*Quæstores.*
Q.B.F.	*Quæro.* vel *Quare bonum factum.* vel *Quare bonum facis.*

Q.B.

.M.V	*Quare bene mecum vixit.*
AS.	*Quintus Caßius.*
.R.E.	*Quanti ea res erit.*
	Quinti filius.
.	*Quinti libertus*
.F.	*Quinti Lucii filius.*
L.S.S.	*Quæ finit liberam statuam senatus.*
.	*Quo magis*, vel, *Quomodo.*
AX.	*Quintus Maximus.*
.Q.A.N.Q.N.	*Quando neque ais, neque negas.*
vel QQ. vel QQ.	*Quinquennalis.*
.F.E.V.	*Quare*, vel *Quod*, vel *Quemadmodum recte factum esse videtur*, vel *videbitur.*
.S.S.	*Quæ supra scripta sunt.*
.A. vel ANN.	*Quæ*, vel *Qui vixit annis.*
ÆVE.E.C.P.D.L.	*Queue eius caussa parata, do, lego*; vel, *Parani.*
ÆS.	*Quæstor.*
ÆSS.	*Quæstores.*
.R.R.	*Quirites Romani.*
ARTÆ.L.	*Quartæ legionis.*
	ROMA.
C.	*ROMA ciuitas.*
.D.	*Res dono data.*
G.	*Regio.*
.M.	*Res Militaris.*
.P.	*Respublica.*
ST.	*Restituit.*
.P.C.	*Retro pedes centum.*
.P.XX.	*Retro pedes viginti.*
T.P.	*Retro pedum.*
.E.D.	*Retro factum esse dicitur.*
RHAV.	*Regio Rhauenna.*
.D.	*Regis domus.*
.F.	*Regis filius.*
vel RHAV.	*Rhauenna, & quandoque sine aspiratione RAV.*
.P.	*Recte legi poßit.*
N.LON.P.X.	*Retro non longe pedes decem.*
.	*Romani.*
M.	*Romam.*
P.	*Respublica.* vel *Romani Principes.*
P.C.	*Rei publicæ constituto.*
PRI.	*Res priuata.*
R.	*Rejectis ruderibus.* vel *Ruderibus recolligendis.*
REG.	*Rurum Regiensium.*

RR.R.	*Rurum Romanorum.*
R.R.R.F.F.F	*Regnum Romæ ruet, fero, flamma, fame.*
R.VER.	*Rerum Veronensium.* vel *Restitutor.*
S	*Sacrum.* vel *Sacellum.* vel *Semis.* vel *Sepulchrum.* vel *Scilicet.*
SACR.	*Sacrum.*
SARM.	*Sarmaticus.*
SARMATAR.	*Sarmatarum.*
SATVR.	*Saturnalia.*
S.C.	*Senatusconsultum.* vel *Consulum.*
SC.D.	*Senatusconsulto decretum*, vel *Senatus consultus decreuit.*
SC.FAC.E.	*Senatusconsultum factum est.*
SCRI.SVL.P.	*Scriba Sulmonensis populi.*
S.D.SYL.	*Sententiam dicit*, vel *dedit Sylla.*
SEMP.	*Sempronius.*
SEPT.	*Septimius.*
SER.	*Seruius*, vel *Seruilius.* vel *Sergius.*
SEX.	*Sextus*, vel *Sextius.*
SEV.	*Seuerus.*
SEV.AVG.ARM.PART.	*Seuerus Augustus Armenicus, Parthicus.*
S.F.S.	*Sine fraude sua.*
SIC.V.	*Sicuti voluit.*
S.L.	*Sacrorum ludorum.* vel *Sacrum ludum.*
SN.	*Senatus.*
S.N.L.	*Socii nominis Latini.*
S.N.S.Q.	*Si negat, sacrum quærit.* vel *Sacramentum quærito.*
S.O.	*Sine occasione.*
S.P.	*Sine pecunia.*
SP.	*Spurius.*
S.P.D.	*Salutem plurimam dicit.*
SP.F.	*Spurii filius.*
SP.L.	*Spurii libertus.*
SP.M.	*Spurius Melius.*
SPOR.	*Sportula*, vel *sportulis.*
S.P.Q.R.	*Senatus Populusque Romanus.*
S.P.Q.S.C.P.S.	*Sibi posterisque suis curauit pecunia sua.*
S.Q.S.S.E.Q.N.I.S.R.E.H.L.N.R.	*Si quid sacri sancti est, quod non iure rogatum, eius hac lege nihil rogatur.*
S.S.	*Sententia senatus*, vel *somnium*, vel *somniorum somniator.*
SS.	*Sanctissimus.*
$\overline{\text{SS.}}$	*Sacri scrinii.*
S.S.C.	*Secundum suam causam.*
S.S.S.	*Sancto Siluano sacrum.* vel *supra scripta summa.*
S.SS.S.	*Sancto sanctissimo sacrum.*
S.T.	*Sine testibus.*

S.T.A.

S.T.A.	*Sine tutoris authoritate.*
STD.	*Stadium.*
STLITIBVS.	*Pro Litibus. quod inuentum est apud Ferentum in ciuitate Histomo.*
ST.P.	*Stadium posuit.*
S.V.L.Q.	*Sibi, uxori, liberisque.*
SVRVM.	*Suorum.*
SYL.	*Sylla.*
T	*Titus* vel *Titius.*
T.A.	*Titus Annius*, vel *Tutore autore*, vel *Tutoris autoritate.*
TABVL.	*Tabulas.*
TAR.	*Tarquinius.*
T.B. vel TP.B.	*Tempus bonorum.*
T.C.	*Testamento cauctur.*
TER.	*Terentius.*
T.F.	*Titi filius*, vel *Titus Flauius.*
T.F.F.	*Testamento fieri iussit.*
T.FL.	*Titus Flauius.*
THR.	*Thrax.*
TI. vel TIB.	*Tiberius.*
TIB.D.F.M.	*Tibi dulci filio meo.*
T.L.	*Titus Liuius*, vel, *Tibi libertus.*
T.LEG.III.	*Tribunus legionis tertiæ.*
TM.DD.	*Terminum dedicauit*, vel *dedicante* vel *Therma dedicata.*
T.P.	*Titulum posuit.*
T.P.B. vel T.B.	*Tempus bonum.*
TR.CEL.	*Tribuni celerum*, vel *Celtium.*
TR.Æ.	*Tribuni AErarii.*
TRANS.AM.	*Trans Amnem.*
TRANS.PAD.	*Trans Padum*, vel *Transpadana.*
TRIB. POT. vel POTEST. vel TRIBVNIC.	*Tribunicia potestate.*
TRIVMPH.	*Triumphator.*
TR.LEG.II.	*Tribunus legionis secundæ.*
TR.M. vel MIL. vel MILIT.	*Tribunus militum.*
TR.PL.	*Tribunus plebis.*
TR.POT. vel PT. vel TRIB. POT.	*Tribunicia potestate.*
TR.V.CAP.	*Triumuiri Capitales.*
TR.V.MON.	*Triumuiri Monetales.*
T.S.F.I.	*Testamento sibi fieri iussit.* vel, *Testamento suo.*
T.V. vel TVT.VI.	*Titulo usus.*
TVL.	*Tullius.*
TVL.H.	*Tullius Hostilius.*

TVL.	*Tutela.*
Z.	*Turma* vel *Turmarius.*

V

V	*Vir.* vel *quinque.*
V.VI.VII.VIII.	*Quinque, sex, septem, octo.*
V.A.	*Veterano assignatum.*
VAL.	*Valerius.*
VAT.	*Vates*, vel *Vatum.*
V.A.XI.	*Vixit annis vndecim.*
V.B.A.	*Viri boni arbitratu.*
V.B.F.	*Vir bonæ fidei.*
V.C.	*Quinti Consulis*, vel *Vir Consularis*, vel *Clarissimus.*
V.D.	*Viuus dedit.*
V.D:CT.	*Vir dictatorius.*
V.E.	*Verum etiam.*
V.F.	*Viuens* vel *viuus fecit*; vel *valde feliciter*; vel *Vsusfructus.*
V.F. vel FR.	*Vsusfructus*; vel *vir fortis*
V.F.S.E.S.	*Viuens fecit sibi & suis.* vel *Viuus.*
V.F.C.	*Viam faciundam curauit.*
V.I.	*Vir iustus.* vel *illustris.*
VIC.	*Victores.*
VII.VIR.	*Septum viri.*
VIR.	*Virtutes.*
VIR.VE.	*Virgo vestalis.*
VIVIR.	*Sextumuir.* vel *Sextumuiri.*
VIX. vel V.	*Vixit.*
VIX. AN. vel ANN. III. MENS.XI.DIEB XV. vel V.A.III.M.XI.D.XV.	*Vixit annis tribus, mensibus vndecim, diebus quindecim.*
V.M.M.	*Votum merito Mineruæ.*
V.N.	*Quinto Nonas.*
V.P.	*Viuus posuit*, vel *Vrbis præfectus*, vel *vir probus*, vel *vir prudens.*
V.P R.	*Veteri possessori redditum.*
V.PRÆ.	*Vir Pretorius.*
V.QVÆS.	*Vir Quæstorius.*
VR.	*Vrbs*, vel *Urbis*, vel *Urbanus.*
VRB.C.	*Vrbis conditæ.*
VRBISAL.	*Vrbisalia.*
V.S.	*Viuens statuit*, vel *vir sacer.*
V.S.C.	*Voti sui compotes.*
V.S.L.M.	*Viuens sibi locum monumenti*, vel *monumento*, vel *viuus*, vel *Voto soluto libero munere*, vel *Viuens sibi legauit monumentum.* vel, *Votum soluit lubens merito*, vel *Voto sollemni libero munere.*
V.S.L.L.M.	*Viuens sibi legauit locum monumento.*
V.S.P.	*Viui sibi posséderunt.*

V.V.F.

V.V.F.	*Viuis viuens fecit.*
V.TRIVMPH.	*Vir triumphalis.*
V.FF.	*Viuentes fecerunt.*
V.VRB.	*Vir vrbanus.*
Vx.vel VNX.vel V̄C̄.S.	*Vxor.*
Vx.O.D.	*Vxorem ducit.*

X

X	*Decem.*
X.P.	*Decem pondera, vel pondo.*
X.V.	*Decem viri.*
X.VIR.	*Decemuir.*
X.DIBSS.	*Decem diebus.*
X.MILL.	*Decem millaria.*
X̄.P.	*Decem pedes.*
X̄.PSS.	*Decem passuum.*
*.	*Denarii.*
7.Y. ⚹	Y.V. ~

M. VALERII PROBI
NOTÆ IVRIS ANTIQVI.

In legibus & Plebescitis.

A.A.A.F.F.	*Aere, auro, argento flando feriundo.*
C.E.C.	*Colonis eius coloniæ.*
D.D.S.	*De consilii sententia.*
E.H.L.N.R.	*Eorum hac lege nihil rogatur.*
I.N.Q.Q.	*Iustis nuptiis quæsitus quæsita.*
L.I.D.A.C.	*Lex Iulia de adulteriis coercendis.*
L.P.C.R.	*Latini Prisci ciues Romani.*
M.E.M.D.D.E.	*Municipibus eius municipii dare damnas esto.*
P.I.R.P.Q.I.S.I.F.P.R.E.A.DP.	*Populum iure rogauit, populusque iure sciuit in foro pro rostris & ante diem pridie.*
Q.D.E.R.F.P.D.E.R.V.I.C.	*Quod de ea re fieri placeret, de ea re vniuersi ita censuerunt.*
Q.E.R.F.E.D.	*Quod eius rei factum esse dicetur.*

Q.F.E.R.I.S.F.	*Quod factum eius rei in Senatu fuerit.*
S.C.P.S.	*Senatus consultum plebiscitum.*
S.F.S.	*Sine fraude sua.*
S.N.L.	*Socii nominis Latini.*
S.Q.D.E.R.A.P.P.V.L.O.E.COSS.PRR.TR.PL.Q.N.S.Q.E.V.A.P.P.V.F.	*Si quid de ea re ad populum plebemue lati opus est, Consules, Praetores, Tribuni Plebis, qui nunc sunt, quod eis videbitur ad populum plebemue ferant.*
S.Q.S.S.E.Q.I.N.S.R.E.H.L.N.R.	*Si quid sacri sancti est, quod iure non sit rogatum, eius hac lege nihil rogatur.*
S.R.L.E.I.Q.O.R.E.	*Siremps lex eis iusque omnium rerum esto.*
V.A.	*Veterano assignatum.*
V.D.P.R.L.P.	*Vnde de plano recte legi possit.*
V.F.	*Vsus fructus.*
V.P.R.	*Veteri possessori redditum.*

IN ACTIONIBVS.

A.L.Æ.	*Arbitrium liti æstimandæ.*
A.T.M.D.O.	*Aio te mihi dare oportere.*
C.E.D.	*Conuictus esse dicetur.*
E.I.M.C.V.	*Ex iure manu consertum vocare.*
F.C.	*Fraudandi creditoris*, vel *fidei commissum.*
I.D.C.	*Iuris dicundi causa.*
I.D.	*Iudicium dabo*, vel *Iurisdictio.*
I.D.P.	*Iuri dicundo præest.*
I.D.T.S.P.	*In diem tertium siue perendinum.*
N.K.C.	*Non calumniæ causa.*
Q.A.N.Q.N.	*Quando ais neque nego.*
Q.B.F.	*Quare bonum factum.*
Q.N.T.S.Q.P.	*Quando negas, te sacramento quinquagenario prouoco.*
Q.I.I.T.C.P.A.F.A.	*Quando in iure te conspicio, postulo an fias auctor.*
S.N.S.Q.	*Si negat sacramento quærito.*
S.S.C.E.S.D.T.V.	*Secundum seruitutis causam eius serui dico tibi vindicias.*
P.I.A.V.P.V.D.	*Prætorem iudicem arbitrumue postulo uti det.*

IN EDICTIS PERPETVIS.

C.C.	*Causa cognita.*
C.V.	*Centum viri*, vel *Clarissimi viri.*
D.M.F.V.C.	*Dolo malo fraudisue causa.*
F.E.D.	*Factum esse dicetur.*
H.S.	*Heredem solui.*
I.C.E.V.	*Iusta causa esse videbitur.*
I.S.	*Iudicatum solui.*
M.F.P.	*Malæ fidei possessor.*
P.C.	*Patres conscripti*, vel *Pactum conuentum*, vel *Pecunia constituta.*
P̄DE.L.V.	*Prædę litis vindiciarum.*

P.P.L.V.	*Pro prede litis vindiciarum.*
Q.A.M.	*Quemadmodum.*
Q.E.R.E.T.P.I.R.D.T.Q. D.T.D. D.P.F.	*Quanti ea res erit, tanta pecunie iudicium recuperatorium dabo testibusque duntaxat decem denuntiandi potestatem faciam.*
Q.M.	*Quomodo, vel quo magis.*
Q.R.F.E.V.	*Quod recte factum esse videbitur.*
Q.S.S.S.	*Que suprascripta sunt.*

NOTAE IVRIS

A MAGNONE COLLECTAE.

Hæc iuris compendia libens Rex accipe CARLE,
Offert deuotus quæ tibi Magno tuus.

AVG.	*Augustus.*
AA.	*Augusti.*
A.	*Augustalis.*
AVR.	*Aurelius.*
AG.	*Agit.*
AGR.	*Ager.*
A.	*Aut.*
AT.	*Autem.*
AC.	*Actio.*
ACM.	*Actionem.*
ACB.	*Actionibus.*
AM̄N.	*Amantissime.*
AM̄.	*Amicus.*
ATR	*Auctoritas.*
A.MR.	*Actio mandati.*
AP̄.	*Apud.*
AP̄P.	*Appellatio.*
AP̄A.	*Amputata.*
ACC.	*Accepta.*
AD̄I.	*Adiutor.*
AD̄I.P.	*Adiutor prouincie.*
AD L.	*Ad locum.*
AD F.	*Ad finem.*
ADQ̄S.	*Ad questorem. vel, ad quæstionem.*
AP.T.	*Ad potestatem tuam.*
AP.A.	*Apud acta.*

AC̄O.	*Accusatio.*
APP. ℔.	*Appellationibus.*
AVCTI ℔.	*Auctoritatibus.*
A.T.	*Auctoritas tua.*
ALL.	*Allegata.*
AQ̄I.S.	*Aquiliana stipulatio.*
ANN.P.	*Annone prefecto.*
AQ̄L.	*Aquileia.*
AFR.	*Africa.*
AN̄T.;	*Antestatus.*
A.SĪ.	*Asia.*
AC̄H.	*Achaie.*
APV Ⱡ	*Apulia.*
A.P.PO.	*Apud prefectum pretorio.*
A.PP.VRB.	*Apud prefectum vrbi.*
AT̄.	*Auctor tutor.*
ANT.	*Antonius.*
A Ⱡ.	*Antelata.*
AVR.	*Aurelius.*
AA.V.	*Alter amboue.*
AD.AM.	*Atque amantissime.*
A.V.P ꝑ³	*Agens vice Proconsulis.*
BA.	*Bona.*
B.P.	*Bonorum possessio.*
BF.	*Beneficium.*
℔.	*Bus.*
B'.	*Breuis.*
BF.D.	*Beneficium dedit.*
BFO.	*Beneficio.*
BF.	*Bona fide.*
BŌF.	*Bona fortuna*, vel *Bonum factum.*
BF̄.L.L.	*Beneficii loco.*
BĒ.	*Bonorum emptor.*
B.PO.	*Bonorum possessio.*
B.PN.	*Bonorum possessionem.*
BŌR.	*Bonorum.*
B.N̄.	*Bene.*
B.C.	*Bonã caduca.*
BV̄.	*Bona vacantia.*
BT̄.	*Breui tempore.*
BP̄ r.	*Bona paterna.*

B.EO

B E O.	*Bonorum emptio.*
BG.	*Bona gratia.*
B F 9T.	*Bona fide contractum.*
BM.	*Bona memoria.*
B 9.	*Balbius.*
B.M.	*Bona materna.*
CA.	*Causa.*
V.	*Cum.*
9 C.	*Con.*
Ꝙ.	*Contra.*
C.	*Causa.*
C.C.	*Causa cognita.*
CD.	*Contradictio.*
CT.	*Certum tempus.*
C9RN.	*Comes Rerum nitentium.*
C. RPI.	*Causa Reip.*
CL.V.	*Clarissimus vir.*
CAMP.	*Campania.*
CVR.P.	*Cursus publicus.*
CDO.	*Conditio.*
CORS.	*Corsicæ.*
CRI.	*Consulari.*
COR.	*Correctori.*
CC.V.V.	*Clarissimis viris.*
C. M.V.	*Clarissimæ memoriæ vir.*
C M.F.	*Clarissimæ memoriæ femina.*
C P.	*Clariss puer.*
C S L.	*Comes sacrarum largitionum.*
C.R P.	*Comes rei priuatæ.*
COM.	*Comes.*
C.LARGN.	*Comes largitionum.*
C.O.P.	*Comites ordinis primi.*
9 SNVS.	*Constantinus,*
9SVS.	*Consensus.*
CVI.	*Cuius.*
COM.OR.	*Comes Orientis.*
CMV7.	*Centesimum miliarium.*
C.R.	*Ciuis Romanus.*
CS.	*Causas.*
C ALA.	*Calumnia.*
C OVSIA.	*Controversia.*
C.D. R.N.E.	*Cautum de re non necessaria.*
C.DM.	*Comes Domesticorum.*
C.Q.R.F.	*Cautumque ratum fore.*
CALAB.	*Calabria.*

C.A.M.V.	*Causa memorati viri.*
C.M.D.	*Centum milia denariorum.*
CV.IVD.	*Centumuirale iudicium.*
CT RIO.	*Centurio.*
CL.	*Claudius.*
CF.	*Confinius.*
CS.	*Cesar.*
CP.	*Corpus.*
CP TVS.	*Corporatus.*
CAT.	*Cautus.*
CD.	*Certo die.*
CT.	*Certo tempore.*
C.D.E.R.N.E.	*Cuius de ea re notio est.*
C9.	*Cautio.*
C9NS.	*Cautiones.*
CS A.	*Cesar Augustus.*
COM. OB.	*Comitia Obriziaca.*
C.	*Cornelius.*
CT.	*Contractus.*
CR 9.	*Contrarium.*
CC.	*Circum.*
CM.	*Causa mortis.*
CVI9.	*Cuius.*
C.R.C.P.	*Cuius rei causa promittis.*
C S.	*Consiliarius.*
CM.	*Capitis minutio.*
C.C.C.	*Cum consilio conlocutus.*
D	*Dedicauit.*
DD.	*Dedicauerunt.*
D.ML.	*Dolum malum.*
D M.	*Dis manibus.*
D.M.	*Domus mortui.*
Ð·	*Dixit.*
DD.	*Deinde.*
Ð· Ð	*Dixerunt.*
Ð·	*Donatio.*
DOT.	*Dotem.*
D.P.	*Dotem petit.*
D.Q.S.	*Die quo supra.*
DT.	*Duntaxat.*
D.	*Diuus*
D.C.	*Diuus Cesar. dicis causa.*
D.C A.	*Diuus Cesar Augustus.*
DN.	*Dominus.*

D.P.	*Diuus Pius.*
DA.	*D uus Augustus.*
DB.	*Deuotus.*
D.V.	*Deuotus vir.*
DP.	*Deuota persona.*
Ð.	*Dampnat.*
D.L.	*Do lego.*
DC.T.	*Decretum.*
DÐ.	*Dotis dictio.*
DF.	*Defunctus.*
DIG.	*Dignus.*
DIG.M.	*Dignus memoria.*
D.Q.R.	*De quare.*
DV L.	*Dulcissimus.*
DI L.	*Dilectissimus.*
DPC.	*Deprecatio.*
DT.	*Dotis tempore.*
D.	*Diuus.*
DS.	*Deus.*
DT.	*Dentur.*
Ð.	*Dam.*
DQ:	*Denique.*
DBO.	*De beneficio.*
DMO.	*Domino.*
DAT.	*Data.*
DOCS.	*Diocletianus.*
DELO.	*Delatio.*
D.I.S9.	***Decimus Iulius Siluanus.***
DQ.A.T.	***Denique autoritas tua.***
DNM.	***Dominum.***
D.D.N.N.	***Domini nostri.***
Ð.P.	***Decretum Principis.***
DCRION9.	*Decuriones.*
D.OP A.	*Data opera.*
D.A.	*Dicto audiens.*
DT A.M.	*Diuina manu.*
ÐO.S.	*Domus sua.*
D AT.	*Datiano.*
DON B	*Donationibus.*

D. F T.	*Directum factum*, vel potius *defunctum*.
DBA T.	*Debuerat.*
DCRAT.	*Decuerat.*
D F.Q.	*Domi forisque.*
D.N.E.	*Dubium non est.*
D.N.P.	*Dubitari non potest.*
Đ.Đ T.	*Decies dictum.*
DE.LNIS.	*Decretum legationis.*
D.P.	*De periculo.*
D.L.	*De libello.*
D.C.S.	*De consilii sententia.*
DN.	*Damnum.*
Đ 9.	*Damnatus.*
D.RE.	*De Republica.*
DES.	*De statu.*
DE.S.I.	*De statu ingenuitatis.*
Đ M'.	*Dummodo.*
DECB.	*Decembres.*
D.F.P.	*Dare, facere, praestare.*
D.M.A.	*Dolum malum abesse.*
D. S.A.	*Diuersae scholae auctores.*
E T.	*Etiam.*
ET.N,.	*Etiam nunc.*
E19.	*Eius.*
E.	*Est.*
N9MO.	*Eiusmodi.*
EE.	*Esse.*
ER.	*Erunt.*
EG.	*Eger*, vel *Ergo.*
EP.	*Epistola.*
EP.M.	*Epistolam misit.*
E N 9.	*Enim.*
EE T.	*Esset.*
E Đ O.	*Editio.*
EE M.	*Essem.*
E A T.	*Eatur.*
Ex7.	*Existimo.*
Ex9.	*Existimatio.*
E X P R T.	*Experientia tua.*
ED.	*Edictalis.*
EEL7.	*Exemplum.*
E M A.	*Emissa.*
ETM.D.	*Et manu diuina.*

EĐ

E Ɖ	*Edictum.*
Ex 9 ~	*Existimationi.*
Ex 7 c Ⱡ, T.	*Excellentia tua.*
Ex.s.c.	*Ex Senatusconsulto.*
Ex.i.q.	*Ex iure Quiritium.*
Ex 99.	*Ex communi consensu.*
F.	*Filius.*
Fa.	*Filia.*
F.F AM.	*Filius familia.*
FF.	*Fratres.*
Fa.	*Femina.*
F.c.l.	*Fraudationis causa latitare.*
F.r.	*Finium regundorum.*
FF9.	*Fratris filius.*
Fl9.	*Flauius.*
F°.	*Forte.*
FR.	*Forum.*
F.M.	*Fati munus.*
F.M.I.	*Fati munus impleuit.*
F.C.	*Fideicommissum.*
FF.	*Fecerunt.*
F.F.	*Fabricauerunt.*
FF.	*Fundauerunt.*
FRS.	*Fideiussor.*
FV.	*Fuerit.*
FVA.	*Fubia* vel *Fuluia.*
FŌ.	*Fortes.*
FV.	*Fuit, Fuerit.*
FI.	*Fidei.*
F.	*Fundus.*
FICA.	*Fiducia.*
FŌB.	*Fusionibus.*
F.E.	*Factum est.*
F.D.	*Fundum.*
F AM̄A.	*Familia.*
FL CĀ.	*Falcidia.*
FVAT.	*Fuerat.*
FLAM.	*Flamina.*
FLAV.	*Flauianus.*
F.HC̄D.	*Familiæ herciscundæ.*
FFAE.	*Filius familia.*
Feb.	*Februarum.*
FL P.	*Flamen perpetuus.*

Ddd

FL D.	*Flamen Dialis.*
FL Q. I.	*Flamen Quirinalis.*
FCTAS.	*Facultas.*
FACTIB.	*Facultatibus.*
G	*Gratia.*
GR.	*Gerit.*
G.	*Gaudium.*
GG.	*Gesserunt.*
GORD.	*Gordianus.*
G.	*Gaius.*
GRANVS.	*Gratianus.*
G. VAL.	*Gaius Valerius.*
GC.	*Gaius Cæsar.*
GS.	*Grauitas.*
G.	*Genus.*
GR.	*Genus Regum.*
GM.	*Germanus.*
GF.	*Germanus frater.*
G. FI.	*Germanus filius.*
GL.	*Gloria.*
GL. P.	*Gloria parentum.*
GL. D.	*Gloria, decus.*
G. T.	*Grauitas tua.*
GRA.	*Gratia.*
H.	*Honor.*
H.	*Honestus.*
H. V.	*Honestus vir.*
H. P.	*Honesta persona,* vel *honestus puer.*
H. F.	*Honesta femina.*
H. V.	*Honesta vita. His verbis.*
H. L.	*Honesto loco.*
H. L. N.	*Honesto loco natus.*
H	*Hora.*
H.	*Heres.*
HH.	*Heredes.*
OHO.	*Homo.*
OHON9.	*Homo honestus.*
HB.	*Hora bona,* vel *heres bonorum.*
H. M.	*Hora mala.*
HP.	*Hora pessima,* vel *hereditatis possessio.*
HI.	*Hereditario iure.*
HP9.	*Hic posuit.*
HF.	*Hic fundauit.*
H DD.	*Hic dedicauit.*
H. B. V P.	*Hereditatis bonorumue possessio.*
HC.	*Hac.*

HT.	*Hereditatem.*
HVI.	*Huius.*
HVC.	*Hunc.*
HVIM.	*Huius modi.*
HoNOR.	*Honorius.*
HIVS.	*Heres institutus.*
H^S.	*In susum.*
HERF.	*Heredem facio.*
H.E.R.	*Heredem esse voluit.*
H.D.	*Hereditas diuisa.*
HERB.	*Hereditatibus.*
HV.	*Hanc*
H.RC.	*Honestas recordationis.*
HMV.	*Honestæ memoriæ vir.*
HDNVS.	*Hadrianus.*
H.AD.	*Heredes Adriani.*
I.	*In.*
X	*Inter.*
XX.	*Interea.*
X D.	*Interdum.*
X A.	*Intra.*
IL.	*Intra limitem.*
I.C.	*Iuris consultus, vel intra circulum.*
I.T.	*Intra tempus.*
I.T C.	*Intra tempus constitutum.*
IMP.	*Imperator.*
IMPP.	*Imperatores.*
IMP.CS.	*Imperator Cesar.*
IMP.A.	*Imperator Augustus.*
II.	*In Iure.*
I.D.	*Iurisdictio.*
I.PS.	*In possessione.*
I.L S.	*In loco sacro.*
I.D.P.	*Iuri dicundo praest.*
I.L.R.	*In loco religioso.*
I.L.D.	*In loco diuino.*
I.L.P.	*In loco presenti.*
I.P.	*In publico. In platea.*
I.L A.	*In loco absenti.*
I.SN.	*In Senatu.*
I.SN.R.	*In Senatu Romano.*
I.F°.	*In foro.*
I.F°.CS.	*In foro Cesaris.*
I.F°.CS.A.	*In foro Cesaris Augusti.*
I.F°.P9.	*In foro Pacis.*

I.F°.TR.	*In foro Traiani.*
I.F°.N.	*In foro Nerue.*
I.F°.TR.	*In foro transitorio.*
I.F°.IVL.	*In foro Iulii.*
I.F°.POP9.	*In foro populi.*
I.F°.B.	*In foro boario.*
I.F°.FLM.	*In foro Flaminio.*
I.I.	*Inibi.*
IXI.	*Duodecies.*
IXXI.	*Duodeuicies.*
IG.	*Igitur.*
I.Q.	*Iure Quiritium.*
IDNE.	*Iurisdictione.*
ID.	*Inde.*
IT.	*Item.*
IVD.	*Iudicium.*
I.R.	*Iure.*
I	*Iter.*
I RM.	*Interim.*
IL.	*Illustris.*
ID9V.	*Indulcatio, vel indulgentia.*
ID.	*Inde.*
II.	*Integris.*
IIR9	*Integri restitutio.*
IVDO.	*Iudicio.*
IVDA.	*Iudicia.*
IA.	*Ita.*
ITQ.	*Itaque.*
INL.MA.T.	*Illustris magnificentia tua.*
I9.	*Interiectio vel interdictio.*
IVN.	*Iunias.*
IL.S.T.	*Illustris sublimitas tua.*
IEA.	*Interea.*
ID.AA.	*Isdem Augusti.*
I.A.R.	*In aquaductus restitutionem.*
II.	*Iurisiurandi.*
IVL.	*Iulias.*
IVLANVS.	*Iulianus.*
I.C.E.	*Iure cautum est.*
K	*Kalenda.*
K IAN.	*Kalendas Ianuarias.*
K.F.	*Kalendas Februarias.*
K.M.	*Kalendas Martias.*
KAP.	*Kalendas Aprilis.*

K.M.	*Kalendas Maias.*
K.IVN.	*Kalendas Iunias.*
K.IVL.	*Kalendas Iulias.*
K.AG.	*Kalendas Augustas.*
K.SEPT.	*Kalendas Septembris.*
K.OCT.	*Kalendas Octobris.*
K.NON.	*Kalendas Nouembris.*
K.DEC.	*Kalendas Decembris.*
K.Q.	*Kalendas Quintiles.*
K.S.	*Kalendas Sextiles.*
K.	*Karissime.*
KK.	*Karissimi.*
K.D.	*Kapite deminutus.*
K.C.	*Kapite census.*
K°.	*Kardo.*
K̄M̄.	*Kardo maximus.*
KAR.	*Karthago.*
K.C.	*Karthago ciuitas.*
K.P.	*Kardo positus.*
KF.	*Kardo finalis.*
K̄.	*Kelius.*
KA.	*Kastra.*
KM̄T.	*Kels montana.*
K̄.P̄.	*kastra posuit.*
K.DD.	*kastra dedititia.*
K.L.	*kapitis quinquagesima.*
LG.	*Legem.*
LT̄.	*Licet.*
LT̄P7P̄O.	*Longi temporis praescriptio.*
L.	*Lucius.*
L.T.	*Lucius Titius.*
L.C.	*Lucius Cornelius.*
L.M.	*Lucius Murena.*
Ł.	*Locus.*
Ł.Sc.	*Locus sacer.*
L.DIV̄.	*Locus diuinus.*
L.DD.	*Locus dedititius.*
L.R.	*Locus religiosus.*
L.Q.S.	*Loco quo supra.*
LVD.	*Ludus.*
L.C.D.	*Legem dedit, vel legatum dedit.*
LG.	*Legauit.*
LVD.AP.	*Ludi Apollinares.*
LP.	*Libripens.*
L.P.	*Locus proprius.*

L.PL.	*Locus publicus.*
L.VAL.	*Lucius Valerius.*
L.EM̅.	*Locus emptus.*
L.CES̅S̅.	*Locus cessitius.*
L.M.D.	*Locus mortuo dedicatus.*
L.AD̅Q̅.	*Locus adquisitus.*
L.B.P.	*Locus bene possessus.*
L.M.P.	*Locus male possessus.*
L.I̅I̅.	*Locus in iure.*
L.I.Q.	*Locus iure Quiritium.*
L X X.ADF.	*Locus inter adfines.*
L.IM̅PL.	*Loca imperialia.*
L.PB.	*Loca priuata.*
L SA.PAL.	*Loca sacri palatii.*
L.I̅C̅.	*Loca incerta.*
L.VAL.RF.	*Lucius Valerius Rufus.*
L. P̵ L.	*Loca periculosa.*
Mo.	*Modo.*
M̅C̅.	*Mancipium.*
M̅T̅.	*Mortus tempore.*
M̅.	*Mihi.*
M̅M̅.	*Matrimonium.*
M.F̅T̅I.	*Manifesti furti.*
M.	*Marcus.*
M CS.	*Marcus Cæsar.*
MAX.	*Maximus.*
MAX CS.	*Maximus Cæsar.*
MAX PONT.	*Maximus Pontifex.*
M.P.TR.POT.	*Maximus Pontifex Tribunitia potestatis.*
M̅9.	*Miles.*
MM.	*Milites.*
M.L.	*Militis locus.*
M AG.	*Militis ager.*
M°.	*Modo.*
M̅G̅.	*Magis.*
MAG.	*Magister.*
MAG. MIL.	*Magister militiæ.*
M̅M̅T.	*Momentum.*
M̅M̅P.	*Momentum petit.*
MM. ACC.	*Momentum accepit.*
MM.L.	*Momenti loco.*
MF̅I̅.	*Mala fide.*
MF̅I̅P.	*Malæ fidei possessor.*
M.Ho.	*Malus homo.*

MF.	*Maleficus.*
M9.	*Martius.*
M.RF.	*Martius Rufus.*
MIN.	*Minor.*
M̄.	*Men.*
M9.	*Mus.*
M^i.	*Mihi.*
M^F.	*Manifestum.*
M^r.	*Molestus.*
M^P.	*Male positus.*
MT.	*Mater.*
MVL.	*Mulier.*
MA MA.	*Matertera.*
MVL. B.	*Mulieris bona, vel mulier bona.*
MVL. M.	*Mulier mala.*
MNF.	*Manifestum.*
MF.L.	*Manifestus locus.*
MF.OPP.	*Manifestum oppidum.*
M T .FT.	*Manifestum territorium.*
M. M.	*Manu mancupioque.*
M. D.	*Manu diuina.*
NI.	*Nisi.*
NQ.	*Neque.*
NS.	*Nisi si.*
N̄.	*Nam.*
N9.	*Nec.*
N̄.	*Non.*
N^s.	*Noster.*
NOB.	*Nobis.*
NOB. P.	*Nobilissimus puer.*
NOP7.	*Non oportet.*
NP7.	*Non possunt.*
NLI.	*Nihil.*
N̄.VO.	*Nunc vero.*
NE7.	*Necesse est.*
N^c.	*Nunc.*
N^o.	*Noster.*
NL.	*Nihil.*
N.	*Nam.*
N N.	*Nostrum.*
N.	*Nisi.*
NM.	*Non minus.*
N.	*Nus.*
NQ.	*Namque.*

NQ.	*Nusquam.*
NV.	*Non vis.*
NVV.	*Non vult.*
NOB.G.	*Nobilis genere.*
NOB.G.N.	*Nobili genere natus.*
NOB.F.N.	*Nobili familia natus.*
NR.	*Nero.*
N.C.	*Nero Cæsar.*
N.CL.	*Nero claudius.*
O	*Oportet.*
OMB9	*Omnibus.*
OO.	*Oportuit.*
O9.	*Os.*
OB.	*ObriZiacum.*
OP9.	*Opus.*
OPP.	*Oppidum.*
OO.	*Omnino.*
OE.	*Oportere.*
O.C.	*Ope consilio.*
O.D.M.	*Opera donum munus.*
P	*Præ.*
PP.	*Ptopter.*
P.R.	*Populus Romanus.*
P.	*Pris.*
P.	*Pos.*
P9.	*Pro.*
P.	*Per.*
PO.	*Poteſt.*
PL.	*Placuit.*
PE.	*Peregrinum.*
PQ.	*Poſtquam.*
PS9.	*Poſſunt.*
PR	*Prætor.*
P.RO.	*Populus Romanus.*
PRS.	*Præſes,* vel *Præſens.*
P.RP.	*Præſes prouinciæ.*
P.P.V.C.	*Præſes prouinciæ vir clariſſimus.*
PQ.R.	*Populuſque Romanus.*
P.KA.	*Parens Kariſſime.*
P^i.	*Pri.*
PT.	*Præter.*
PRVG.	*Priuilegium.*
PS.	*Poſſunt.*
PO.	*Poterit.*

P.F.

P.F.	*Præfectus.*
P.F.L.	*Patris filius.*
PFM.	*Paterfamilias.*
Pp.	*Proposita.*
P·.	*Post.*
PC.	*Post consulatum.*
P.c.	*Patres conscripti.*
P.AO.	*Patris actio, principalis actio, popularis actio.*
℞	*Pœnam.*
℞ Ic.	*Periculum.*
PV.	*Prouincia.*
PAT.	*Patricius.*
P.	*Publius.*
℞ RG'.	*Peregrinus.*
Pc.	*Proconsul.*
P'c.L.	*Prisca lex. prisci Latini.*
Pic.	*Piceno.*
Pic.ANN.	*Picano Annonario.*
Pic.VRB.	*Piceno Vrbicario.*
PV.	*Præfectus vrbi.*
P.P.	*Præfectus prætorio.*
PF.VIG.	*Præfectus vigilium.*
PF.ANN.	*Præfectus annonæ.*
P.CL.R.	*Præfectus classis Rauennatium.*
P.CL9.	*Præfectus classis.*
P.AEG.	*Præfectus AEgypti.*
F.SYR.	*Præfectus Syriæ.*
P.IVD.	*Præfectus Iudeæ.*
P.GAL.	*Præfectus Galliarum.*
P.AF.	*Præfectus Africæ.*
P.AF.P.	*Præfectus Africæ prouinciæ.*
PP.AVG.	*Perpetuo Augusto.*
P.S.TQ.H.	*Præcipito, sumito, tibique habeto.*
Q.A9.	*Quia.*
QR7.	*Quare.*
QS.	*Quas.*
Ꝗ	*Quod.*
Ꝗ	*Quam.*
QN.	*Quando, vel quoniam.*
Q.	*Quare.*
QVAM7.	*Quemadmodum.*
QD.	*Quædam.*

QS.	*Quis.*
QVI.	*Quamuis.*
QQ9.	*Quaque.*
Q.	*Qui.*
QP.P.	*Quippe.*
QB9.	*Quibus.*
Q.	*Que.*
Q.	*Que.*
QQ.	*Quanquam.*
QIS.	*Quis.*
Q.	*Quem.*
QS.	*Quasi.*
Q.	*Questio.*
Q.	*Querius.*
Q.R.	*Querius Relius*, vel *Queres.*
QT.	*Quantum.*
QT.	*Quotiens.*
QO.T.	*Quo tempore.*
Q° M°.	*Quomodo.*
QQ.	*Quoque.*
Q°Q°M°.	*Quoquo modo.*
Q^{a}.	*Qua.*
QR.	*Quare.*
Q^{a}PP.	*Quapropter.*
Q.D R.	*Qua de re.*
Q.D.R.P.G.V.	*Qua de re peto grauitatem vestram.*
Q.D.R.P.L.V.	*Qua de re peto laudabilitatem vestrã.*
QQ.	*Quur.*
Q3N.	*Qua de causa.*
Q.D.C.	*Quenam.*
Q.D.C.V.	*Qua de causa venit.*
QRO.	*Quaero.*
Q°MG.	*Quo magis.*
Q^{i}.	*Qui.*
Q^{i}T.	*Quintus.*
Q^{i}9.C9.	*Quintus Celius.*
Q^{i}M.	*Quintus Murana.*
Q R.	*Quam rem.*
Q.L.	*Quem locum.*
Q PT.	*Quam patriam.*
Q.PROV.	*Quam prouinciam.*
Q P.	*Quem petit.*
	Qao petit.
Q°.P.	*Quem rogat.*
Q.V.R.	

Q ADS.

Q.ADS.	*Quem adserit.*
Q.DIC.	*Quem dicit.*
Q.V.	*Quem vult.*
R.	*Res.*
RT.	*Rescriptum.*
R PON.	*Respondit.*
RD.	*Reddi.*
R.	*Rum.*
R.	*Respondit.*
R.	*Romanus.*
R.	*Rem.*
RS.	*Responsum.*
RG.	*Recognoui.*
REG.	*Rege.*
REC.	*Recuperatores.*
R,C.	*Romani ciues.*
R.	*Rex.*
RP.	*Respublica.*
R.PI.	*Reipriuatæ.*
RGL.	*Regulis.*
RG.F9.	*Regis filius.*
RG.FA.	*Regis filia.*
R.D.	*Regis domus*, vel *domum.*
R.M.	*Regis munus.*
RA.	*Roma.*
RAV.	*Rauenna.*
S.	*Secundum.*
SC 7.	*Sicuti.*
SN.	*Senatus.*
S.C.	*Senatus consultum.*
ST.	*Sententia.*
SV.	*Siue.*
SN.	*Sine.*
SN A.	*Senatoria auctoritate.*
S.	*Sunt.*
S9.	*Sed.*
SA.	*Sententia.*
SD.	*Sententiam dicit.*
S.D.	*Sententiam dixit.*
SF.	*Satis fecit. Sacris faciundis. sine fraude.*
SFT.	*Satis factum.*

SS.	*Sectis.*
S.	*Sunt.*
SND.	*Sine dubio.*
S.	*Ser.*
SCL.	*Scilicet.*
SNP.	*Sine periculo.*
SN.P.M.	*Sine periculo mortis.*
SIGN.	*Signum.*
SS.	*Supra scriptus.*
SP.M.	*Supra memoratus.*
SCS.	*Sanctus.*
SCA.	*Sancta.*
SC.MM.	*Sanctæ memoriæ.*
SPD.	*Supra dictus.*
SCD.	*Secundum.*
ST.	*Statutum.*
ST.TP.	*Statutum tempus.*
ST.D.	*Statutum diem.*
ST 9S.	*Statutum consulem.*
ST.SN.	*Statutum Senatum.*
S.P.Q.R.	*Senatus populusque Romanus.*
SC.L.	*Sacræ largitiones.*
SCL. CM.	*Sacrarum largitionum comes.*
ST.P.	*Stadium posuit.*
ST.DD.	*Stadium dedicauit.*
S.SM.	*Satis secundum mancipium.*
Tß.	*Trans.*
TM.	*Tamen.*
TRAC.	*Transactio.*
TR'.	*Ter.*
TR.P.	*Tribunitia potestas.*
TAB.	*Tabulæ.*
T.	*Ton.*
T.'	*Tum.*
TMT.	*Testamentum.*
T'T.	*Testamenti.*
T°T.	*Testamento.*
T°.	*Tum.*
T'.	*Tur.*
TB.M.	*Tabulæ matrimoniales.*
T.	*Tunc.*
T°.	*Tanto.*
T.	*Ter.*
T.	*Trans.*
TP.	*Tempus.*

TP.B.	*Tempus bonum.*
TRB.	*Tribunus.*
TR.PL.	*Tribunus plebis.*
TBC.	*Tribunitie.*
T.	*Tullius.*
TIB.	*Tiberius.*
TIB.CS.	*Tiberius Cæsar.*
TIB.CL.	*Tiberius Claudius.*
TI.	*Tri.*
TM.	*Terminus.*
TM.P.	*Terminum posuit.*
TM.DD.	*Terminum dedicauit.*
TIBI.	*Tiberii.*
TIBI.R.	*Tiberii Romæ.*
TM.	*Termæ.*
TM.DD.	*Termæ dedicatæ.*
T.	*Tem.*
TB.	*Tibi.*
TB.D.F.	*Tibi dulci filio.*
TB.D.F.M.	*Tibi dulci filio meo.*
TB.D.F.M.AOPT.	*Tibi dulci filio meo adoptiuo.*
TRAI.	*Traianus.*
V	*Vel.*
VVT.	*Velut.*
VVI.	*Veluti.*
V°.	*Vero.*
V.F.	*Vsum fructum.*
VC.	*Vsucapio.*
VB.	*Verba.*
VV.	*Velut.*
VET.	*Verum etiam.*
VG.	*Verbi gratia.*
V.P.	*Vrbis perfectissimus.*
VIR.	*Virgo.*
VIR.V.	*Virgo vestalis.*
VS.	*Vestes.*
VESP.	*Vespasianus.*
VESP.CS.	*Vespasianus Cæsar.*
VAL.	*Valerius.*
VAL.CS.	*Valerius Cæsar.*
V.MVN.	*Vias muniuit.*
X.	*Existimauit.*
X.	*Existimatio.*
X	*Xenodochus.*
X	*Decies.*

SS.	*Sestis.*
S.	*Sunt.*
SND.	*Sine dubio.*
S.	*Ser.*
SCL.	*Scilicet.*
SNP.	*Sine periculo.*
SN.P.M.	*Sine periculo mortis.*
SIGN.	*Signum.*
SS.	*Supra scriptus.*
SP.M.	*Supra memoratus.*
SCS.	*Sanctus.*
SCA.	*Sancta.*
SC.MM.	*Sanctæ memoriæ.*
SPD.	*Supra dictus.*
SCD.	*Secundum.*
ST.	*Statutum.*
ST.TP.	*Statutum tempus.*
ST.D.	*Statutum diem.*
ST9S.	*Statutum consulem.*
ST.SN.	*Statutum Senatum.*
S.P.Q.R.	*Senatus populusque Romanus.*
SC.L.	*Sacræ largitiones.*
SCL. CM.	*Sacrarum largitionum comes.*
ST.P.	*Stadium posuit.*
ST.DD.	*Stadium dedicauit.*
S.SM.	*Satis secundum mancipium.*
T℞.	*Trans.*
TM.	*Tamen.*
TRAC.	*Transactio.*
TR'.	*Ter.*
TR.P.	*Tribunitia potestas.*
TAB.	*Tabulæ.*
T.	*Ton.*
T.'	*Tum.*
TMT.	*Testamentum.*
T'T.	*Testamenti.*
T°T.	*Testamento.*
T°.	*Tum.*
T'.	*Tur.*
TB.M.	*Tabulæ matrimoniales.*
T.	*Tunc.*
T°.	*Tanto.*
T.	*Ter.*
T.	*Trans.*
TP.	*Tempus.*

TP.B.

TP.B.	*Tempus bonum.*
TRB.	*Tribunus.*
TR.PL.	*Tribunus plebis.*
TBC.	*Tribunitia.*
T.	*Tullius.*
TIB.	*Tiberius.*
TIB.CS.	*Tiberius Cesar.*
TIB.CL.	*Tiberius Claudius.*
TR.	*Tri.*
TM.	*Terminus.*
TM.P.	*Terminum posuit.*
TM.DD.	*Terminum dedicauit.*
TIBI.	*Tiberii.*
TIBI.R.	*Tiberii Rome.*
TM.	*Terme.*
TM.DD.	*Terme dedicate.*
T.	*Tem.*
TB.	*Tibi.*
TB.D.F.	*Tibi dulci filio.*
TB.D.F.M.	*Tibi dulci filio meo.*
TB.D.F.M.ADPT.	*Tibi dulci filio meo adoptiuo.*
TRAI.	*Traianus.*
V.	*Vel.*
VVT.	*Velut.*
VVI.	*Veluti.*
V°.	*Vero.*
V.F.	*Vsum fructum.*
VC.	*Vsucapio.*
VB.	*Verba.*
VV.	*Velut.*
VET.	*Verum etiam.*
VG.	*Verbi gratia.*
V.P.	*Vrbis perfectissimus.*
VIR.	*Virgo.*
VIR.V.	*Virgo vestalis.*
VS.	*Vestes.*
VESP.	*Vespasianus.*
VESP.CS.	*Vespasianus Cesar.*
VAL.	*Valerius.*
VAL.CS.	*Valerius Cesar.*
V.MVN.	*Vias muniuit.*
✳.	*Existimauit.*
✳.	*Existimatio.*
✳	*Xenodochus.*
✳	*Decies.*

YMN. *Hymnum*

ZEN. *Zenobius.*

PETRI DIACONI DE NOTIS LITTERARVM more Romano Liber

AD CONRADVM IMP. ROMAN. PRIMVM.

CONRADO *Dei Gratia Imp. Romano omnibus inuicto, perpetuo, Petrus Diaconus. Quicquid vbique in Solomatero remorantes Apocrisarii a deo conseruati Imperii matri erũt, ex parte praeceptoris nostri Rodulphi, Cancellarii vestri imperio flagitati scilicet, vt librum Notarum, iam iam pene deletum, renouans vestra eminentia destinarem. Amplexus sum, fateor, interioribus brachiis tanti praeceptoris famã, & de sacri vestri Imperii incolumitate Deo conseruatori omnium gratias egi, ardentissimo desiderio flagrans aliquod opusculum tanto imperio gratum quomodolibet exarare. Similiter etiam concernentes vos omni nixu veterum praedecessorum vestrorum industriam imitari; qui vbiq; dispersos libros Romano palatio adunauerunt. Aemilius namque Paulus Imp. Rom. Persen regem potentissimum superans, librorum copiam in Vrbis palatio adunauit. Dehinc Lucullus ex Pontica praeda. Post Caesar dedit M. Terentio Varroni negotium maxime bibliothecae exornandae. Qui tam multa scripsit, quam multa vix quisquam legere posset; tam multa legit, vt aliquid ei scribere vacauisse, nobilitas Romana miretur. Similiter etiã Publius Graecas & Latinas adduxit. De his interim; nunc quis primus Notas instituit, scribamus. Vulgares notas Ennius primus Mille & centũ inuenit, ad hũc scilicet viũ, vt quicquid per contentionem praesentium diceretur, librarii scriberent complures simul adstantes, diuisis inter se partibus, quot quisq; verba & quo ordine exciperet. Dehinc Tullius Tyro Ciceronis libertus notas praepositionum commentatus est. Post hunc Philargyrus Samius, & aliqui Maecenatis alias addiderunt. Deinde Lucius Anneus Seneca contractis omnibus digesto & aucto numero, opus in quinq; millia extendit. Notae autem dictae sunt eo quod verba vel syllabas praefixis characteribus notent, vt ad notitiam legentium reuocent, quas qui scribunt proprie iam Notarii appellantur. Scribebantur autem verba per huiusmodi notas breuitatis causa vt per B.F* Bonum factum. *per S.C.* Senatus consultum. *per R.P.* Res publica. *per P. R.* Populus Romanus, *per DT.* duntaxat. *per supremam ũ literam* Mille. *per P* Pupillus. *per q. aduerso capite.* Pupilla. *per vnum K* Caput. *Quinque autem sunt apud Graecos mystica litera. Prima Y humanam vitam significat. Hac Pythagoras Samius primus formauit vitae cursum. Nam primam aetatem, quippe quae adhuc sine vitiis est, inferiori parti huius literae dedit. Biuium quod superest adolescentia coepit, cuius dextra pars ardua est, sed ad beatam vitam tendens. sinistra facilior, ad malum vergens. Secundam*

dam Θ, quod mortem denotat. Nam cuius nomini Imperatores eandem Θ apponebant, supplicio afficiebatur: & dicitur Θ ἀπὸ τοῦ θανάτου, *id est, a morte, & habet per medium telum, id est, mortem significat militis in bello. Tertia est T, figuram demonstrans Dominicæ crucis. Reliquas vero duas, primam & ultimam, sibi vendicat Christus dicens,* Ego sum α. & ω. *concurrentibus enim in se inuicem. i. & ω. usque deuoluitur, & rursus ω ad α replicatur, vt ostendatur intra se Dominus initii decursus ad finem, & finis recursus ad initium. Sane literam K Saluius magister primus Romanis adiecit, vt in sono duarum literarum discretionem faceret, H & Q. Quæ ideo superuacuæ dicuntur, quod exceptis Kalendis, superfluæ videantur. X litera vsq; ad Augusti tempus non erat, sed pro ea C & S scribebant. Sed tempore crucis euenit, vnde duplex vocatur, quia pro C & S ponatur. A Græcis duas Augustus literas mutuauit Romanis Y & Z, & hæ vsque ad Augusti tempus non scribebantur; sed pro Z. duas SS. ponebant, pro Y vero I scribebant. Sed de his hactenus. Ad notarum descriptionem renouandam,* CHRISTO *auspice, veniamus.*

A	*Assolet*, vel *Aulus.*
A̅.	*Aut*, vel *ager.*
AA.	*Augusti*, vel *Augustæ.*
A̅A̅.	*Augustalis.*
AVG, vel A̅V̅G̅.	*Augustus.*
A G̅.	*Ago.*
AC.	*Actio.*
ACON.	*Actionem.*
AM̅S.	*Amicus.*
AVR.	*Aurelium*, vel *Aurum.*
AMN.	*Amantissimus.*
AT̅.	*Autem.*
AT̅R.	*Authoritas*, vel *author.*
AD̅.	*Adiutor.*
ACC.	*Acceptas*, vel *acceperat.*
AER.	*Aerarium.*
ADI.P.	*Adiutor prouinciæ.*
AD.L.	*Ad locum.*
AD.QSR.	*Ad quæstorem.*
AP.	*Apud.*
AP̅P̅.	*Appellat.*
AM.N̅T̅.AMN.	*Amicus noster amantissimus.*
AC.MT.	*Actione mandati.*
AD.F.	*Ad finem.*
AG.	*Agit.*
AGT.	*Agitur.*
ALA.LG.	*Alia lege*, vel *legione.*
A.	*Annus*, vel *absoluo*, vel *absolutio.*
ANN.	*Annos*, vel *annorum.*
A.TP.	*Annuo tempore.*
A.D.P.	*Ante diem pridie.*
AEDIL.CVRVL.	*Aedilis curulis.*
ÆDIL.PLEB.	*Aedilis plebis.*
Æ.D.	*Aedem dicauit.*
ÆD.IN.M.	*Aedes inscripsit mercede.*

ÆD.S.	*Aedibus sacris.*
ARC.	*Arca.*
A.P.Q.	*Aulii Publii Quinti.*
A.A.C.	*Ante auditam causam.*
AVT.PR.R.	*Autor prouinciæ Romanorum.*
AP.N.	*Apud nos.*
APP̄N.	*Appellantur.*
ARG.	*Argentum.*
AP̄P̄S.CLV.	*Appius Claudius.*
ALXA.	*Alexander.*
AD.D.	*Ad Dioscurum,* vel *ad discordiam.*
A.ALR.	*Alii adulterauit.*
A.T.AB.	*Adulescenti testiculos abscidit.*
AP.	*Apud.*
ANT.	*Ante,* vel *antea.*
AGO.	*Ager.*
ACN.	*Actione.*
AVG.N.	*Augustus noster.*
AḠ.	*Agro.*
AG.	*Agrippa,* vel *Agit.*
A.S.L.F.	*A sua lege fecit.*
A.S.	*A suis.*
ARM.E.	*Arma eius.*
A.CSL.	*A Consulibus.*
A.C.S.L.E.C.	*A consiliariis suæ legionis & ciuitatis.*
AC.MR.	*Anneus Martius.*
ANG.P.	*Angelus percussit.*
AO.P.	*Auro puro,* vel *auro posito.*
A.C.P.VI.	*Ad caput pedes sex.*
A.TT.	*Ante titulum.*
ARC.II.	*Arcas duas.*
ARR.	*Arrius.*
AMPHTR.	*Amphitheatrum.*
A.S TT.	*A supra tecto.*
AER.ST.	*Aerario Saturni.*
A.P.CLN.	*Ad pedes columnæ.*
A.COSS.C̄I.	*A consulibus ciuitatum,* vel *a consiliari*
AD.D.	*Addiscendum.*
AC D.Q.T.P.	*Actione dotis, quæ tibi petitur.*
AC.D.N.	*Actione Domini nostri.*
AVC.	*Auctoratus,* vel *auctoritas,* vel *auctor.*
ANM.	*Anima.*
A.TR.TP.	*Ad turrem Tarpeiam.*
A.FBR.	*Ad fossa baurum*.*
A.C.L.A.Q.	*Actio legis Aquiliæ.*
⚓.	*Militis ignorantiam denotas.*
AD.	*Adest.*

AD.F.

AD.F.	*Adfrontem.*
AL.	*Alluit.*
A.G.	*Aulus Gellius.*
ADLR.	*Adulterauit.*
AD.P.XII.	*Ad pedes duodecim.*
A.AT.	*Antea audita.*
ANN.SEN.	*Annaeus Seneca.*
A ☧.ω.	
B.	*Bonus*, vel *Bene*, vel *Balbus*, vel *Brutus.*
B̄.	*Bene*, vel *Bona*, vel *Balbus.*
Ƀ.	*Bustum.*
B.A.	*Bonus amabilis.*
B.F.	*Bona fides.*
B.S.	*Bona sua.*
BS.	*Bonus.*
BŌ.EM.	*Bonorum emptores.*
B.PC.	*Bona pecunia.*
B.ARA.	*Bona aurea.*
B̄.A.	*Bonam actionem*, vel *Bonis auguriis*, vel *auspiciis.*
B.M.H.E.	*Bona memoria hic est.*
B.MN.	*Bona munera.*
BĪ.	*Balbius.*
B.M.	*Bene merentes.*
B.MR.C.	*Bene mereat cibum.*
B.MR.SE.H.	*Bene merentibus seruatur hoc.*
BB.	*Bonorum.*
BFC.	*Beneficium*, vel *Benefecit.*
B.M.F.	*Benemerentibus fecit*, vel *Benemerenti.*
B.V.	*Bonorum venditor.*
B.H.	*Bonorum heres.*
B.HTS.	*Bonorum hereditas.*
BR.	*Bonorum.*
BR̄.SI.	*Bonorum serui.*
B.LB.	*Bonorum liberi.*
B.FL.	*Bonorum filius.*
B.P.	*Bonorum possessor*, vel *Bonorum potestas*. vel *Bonum publi-* (*cum.*
B̄Ā.	*Bona.*
BN.	*Bonum.*
B.N.	*Bona nostra.*
B̄.V.	*Bona vestra.*
B̄.F.	*Bona fœmina*, vel *Bona fortuna*, vel *Bonum factum.*
B.FI.C.	*Bonae fidei contractus.*
BVS.	*Bonus.*
B.F.CT.	*Bona fide contracta.*
B̄.VD.	*Bona vendita.*

B.M.	*Bona materna.*
B.P.	*Bona paterna.*
B.ER.	*Bona eorum.*
B.ER.ST.	*Bona eorum seruantur.*
B.ER.INT.vel,B.E.I.	*Bona eorum inueniuntur,*
BN.H.I.	*Bona hic inuenies.*
B.E.9.	*Bona eius,*
B.E.IA.	*Bona eius instituta.*
B.E.CA.	*Bona eius caduca.*
B.F.	*Beneficium,* vel *Benefecit.*
B.E.E.	*Bona ex edicto.*
BE.	*Breuiter,* vel *Beneficium.*
B.FR.	*Bona fortuna.*
B H.S.I.	*Bona hic sita inuenies.*
B.MT.	*Bona materia.*
B.R.P.N.	*Bono Reip. nato.*
BEL.	*Bellum.*
BA.	*Bra.*
$\overline{\text{B}}$E.	*Bre.*
B9.	*Bus.*
B.	*Bus.*
BIINIIMII R I I NTI F I I-CIT. vel, BN.M.FEC.	*Benemerenti fecit.*

C. *Causa & centum & con, & contra, & cum, & cornibus, & condemno & condemnatio & Caius. Inuersa vero si scribatur eadem litera vt Ɔ, mulierem Caiam significat. quia tam Caias esse vocitatas quam Caios, ex nuptialibus sacris apparet & plurima sunt monumenta veterum documento. Item digamma AEolicum Ⅎ, vt in multis sepulcbris. SERⅎVS. ⅎVLGVS. ⅎALE. ⅎIXIT.*

C. vel CA/AM.	*Causa amabilis.*
CA.M9.	*Causa mortis.*
C.C.E.	*Causa conuenta est.*
C.N.EE.CC.	*Credimus non esse causam conuentam.*
CÆS.vel.CS.	*Cæsar.*
$\overline{\text{CS}}$ A.	*Cæsar Augustus.*
$\overline{\text{CS.}}$ M.	*Cæsar maximus.*
$\overline{\text{CS.}}$ IP.	*Cæsar Imperator.*
CNTO.	*Centenario.*
$\overline{\text{CI}}$.	*Centum millia.*
CTR.	*Ceterum.*
$\overline{\text{CC}}$.	*Circum.*
$\overline{\text{CT}}$.	*Causat.*
CT.RM.	*Ciuitatis Romanæ.*
C.R.	*Ciuis Romanus.*
C.R.C.P.	*Cuius rei causa promittis.*
CC.	*Ducenti.*
C.ML.	*Centum millia.*

CTR.M.	*Citra murum.*
C̄.	*Corymbus.*
C.N.	*Ciuis noster.*
C̄T̄R̄.	*Ceterum*, vel *Ciuitatis Romana.*
C̄T̄.	*Caput.*
C.C.	*Calumniæ causa.*
C.N9.	*Comis.*
COR.	*Cornelius.*
CXRP.	*Corpus.*
CT9.	*Contrarium*, vel *contractum.*
Ↄo.	*Consulibus* vel *consules.*
COSS. vel CONS.	*Communes*, vel *Consiliarius, & aliquando Consul.*
COM. vel CO. OBD.	*Comitia obdurata.*
CL.V.	*Clarissimus vir.*
CL.F.	*Clarissima fœmina* vel *filia.*
C9.	*Cuius.*
Ↄ.	*Con.*
C.C.F.	*Caius Caii filius.*
CIV.	*Ciuis* vel *ciuitas.*
C.R.C.	*Cuius rei causa.*
CLI.	*Claudius.*
C.III.INV	*Cubitos tres inuenies.*
Ↄ.LDBL.	*Causam laudabilem.*
C.S.S.	*Cum suis seruis.*
C.S.FL.	*Cum suis filiis.*
C. CL. R.	*Causa clara regi.*
C V.	*Causa virginum.*
C.M.	*Ciuis malus.*
C.B.	*Ciuis bonus.*
CORN. R.F.	*Corneliæ regis filiæ.*
C.F.R.	*Causa filiæ Regis.*
CCC. DP.	*Trecentum duplex.*
CORN.AVRS.	*Coronas aureas.*
C.IT.	*Causa iusti.*
C.S.H.	*Cum suis heredibus.*
C.S.P.E.	*Cum sua pecunia est.*
C.II.ĪV̄.P.	*Cubitos duos inuenies plumbum.*
C.X.ĪV̄.ARG.	*Cubitos decem inuenies argentum.*
C XX.ĪV̄. AVR.M.	*Cubitos viginti inuenies aurum mirabile.*
C.P.T.	*Causa petitionis*, vel *causam posuit.*
C MAR.P.	*Caput margine pleno.*
CVIT.	*Ciuitas.*
CCC.T.P.	*Tercentum terræ pedes.*
CPS.	*Capsa.*
C.M.T.	*Causam mali tui.*
C.M.T.	*Crementum multum.*
CPRSS.	*Cupressi.*
CNT. VI.	*Centenaria sex.*

CT.V.O.A.B.	*Ciuitas vita omnia aufert bona.*
CML.XII.	*Camelos duodecim.*
CORN.	*Cornibus.*
CVI.	*Cuius.*
C.E.D.	*Coniunctus esse dicitur.*
C.CR.	*Contrarius contractus.*
CONTVB.	*Contubernalis.*
CR.	*Crepitus* vel *Crispus.*
CD.	*Condemnatus.*
C.PS.E.	*Causam posuit edicti.*
CENS. vel CNS. P.	*Censor Pompeius.*
CD9.	*Condignum.*
CLS.	*Clarissimus.*
CL.COS.DESIG.	*Claudius consul designatus.*
CS.	*Communis.*
CSI.	*Controuersia.*
CT.RÆ	*Ciuitas Romæ.*
C.	*Comitialem diem quoque significat.*
Co ξ.ξ.	*Collegæ.*
D	
D	*Diuus.*
D̄.	*Dedicauit.*
D9.	*Dedit*, vel, *dies.*
D.D.	*Damnum dedit.*
DR.P.	*Dare spondet*, vel *promittit.*
D9.E.	*Damnatus est.*
D̄D̄.	*Dedimus.*
DD9.	*Dandam.*
DD.M.	*Dedimus mercedem.*
D9D9.	*Dandas.*
Đ	*Dedit, & quandoque Dedicauit, & aliquando Denarium.*
D.D.	*De donis*, vel *deinde.*
D.D.	*Dedicatio.*
D.D.	*Ductio ducis.*
D.D.	*Dedit deus*, vel *dono dedit.*
D.D.	*Decreto dato*, vel *Deo dedicauit.*
D.D.	*Dotis dictio.*
D̄D̄.	*Dedicauerunt*, vel *declinauerunt.*
ĐĐ.	*Dixerunt*, vel *dederunt.*
DEST.	*Destinauit.*
DP̄O.	*Depositio.*
D.Ł.	*De loco.*
DOT.R.	*Dotem recuperauit.*
D̄.F.	*Defunctus* vel *defuncta.*
DQ̄R.	*De qua re.*

Dv.

Dv.vel dv9.	*Deuotus.*
D.B.	*Decius Brutus.*
D.P.	*Deuota persona.*
D.A.	*Diuus Augustus.*
Da.	*Dona.*
D.B.C.D.C.D.E.	*Diebus Cæsaris dictatoris causa dedicata est.*
D.C.A.	*Diuus Cæsar Augustus.*
D.B.D.D.	*De bonis, dixerunt* vel *dederunt.*
D.B.S.F.	*De bonis suis fecit,*
D.B.N.	*De bonis nostris.*
D.C.S.	*De consulis sententia.*
Dct.	*Detractum.*
D9.	*Dedicauit*, vel *dixit* vel *Damnauit*, vel *ducit*, vel *donat*, vel *donauit, vel damni.*
D.P.	*Diuus Pius.*
DiḠ.M.	*Dignus morte*, vel *memoria.*
Ddc.	*Dedicauerunt.*
Dil.	*Dilectus* vel *dilectissimus.*
D.M.	*Dis manibus*.vel *domus mortui.*
Dm.	*Deum*, vel *Demum.*
D.M.	*Diuus maximus*, vel *Dis maxumis*, vel *Diuos manes.*
D.M.S.	*Dis manibus sacrum*, vel *dormierunt*, vel *dormiunt mortui securi.*
D.M.S.C.P.	*Dies mali sequantur, cras peius.*
D.M.L.	*De male loquentibus.*
D.M.S.C.	*Dies malus sequitur cras.*
D.Q.S.	*Die quo supra.*
Dot.	*Dotem.*
D.P.	*Dotem petit*, vel *Dotis promissio.*
D.F.	*Dotem fecit.*
D9o.	*Donatio.*
D.L.	*Do legem*, vel *dono legauit*, vel *dico legem.*
Dns	*Dominus.*
Dna.	*Domina.*
Dno.	*Domino.*
D'.ds.	*Duo deferebantur.*
Dv.I.S.	*Deuotus istorum seruatur.*
Dt9.	*Duntaxat.*
D̄EE.	*Damnatum esse.*
D.D.N.M.P.	*Dare de nutu mihi parat.*
D.M.O.	*Domum mitius operans.*
D.P.F.	*Denuntiandi potestatem fecit.*
Ders.	*Deserta.*
Dd.dd.d.a.a.a.	*Dedicauerunt dederunt dono, auro, argento, ære.*
D.V.M.T.	*Dolo, vel malo tuo.*
Dvl.	*Dulcis.*
Dvms.	*Dulcissimus.*

Ds.	*Deus.*
DS.	*Dis.*
DT.	*Durat.*
DO.TRA. vel TRIN.	*Diuo Traiano.*
DO.VAL.	*Diuo Valerio*, vel *Valeriano.*
D.S.P.O.	*De sua pecunia obiit.*
D.SP. S.P.	*De sapientia sua perfecit.*
D.MN.FL.R.LS. E.I.	*De munere filiæ regis lucus est iste.*
D.H.P.I.MR.R.H.	*De hac petra intus munera Regis habes.*
D.M.B.D.	*De memoria bene dicit.*
D.P.	*De pecunia.*
DOS. CS. E. CCL. PC. AG. VS.	*Duos cubitos est conclusa pecunia Augustæ virginis.*
D.D. VRG.	*De donis virginis.*
D. RS.	*De regibus.*
D.PS.	*De Principibus*, vel *Pauperibus.*
D.VS.	*Deæ virgines.*
D.VS.	*De virtutibus.*
D.VS.	*De verbis.*
D.M.L.	*De male loquentibus.*
D. SP.	*De sapientibus.*
D IPS.	*De ipsis.*
D.B.MB.	*De bene merentibus.*
D.TB.	*De tribubus.*
D.PF.	*De præfecto.*
D.RM.	*De Romanis.*
D.TRBNL.T.S.	*De tribunali tulit sententiam.*
D.P.ORT.	*De parte orientis.*
D.P.OC.	*De parte occidentis.*
DETI.	*Defuncti.*
DPS.	*Discipulis.*
D.M.S.C.S. RP. T. DEINV. CAR.	*Dies malus sequitur cras, si ruperis tonitrua, deinuenies carbones.*
D.PEC.R.	*De pecuniis repetundis.*
DIIID.	*Diebus.*
DVC.DVC.	*Ducum ductor.*
D.D.	*Ducum dux*, vel, *Duc.Duc.*
D.Æ.	*De ærario.*
D.B.C.	*De bene consulentibus.*
D.B.N.	*De bene notatis.*
D.RP.	*De republica.*
D.B.IN.	*De bonis incertis.*
D.B.I.	*De bono iudicio.*
D.SVP.P.	*De supina pila.*
D.N.G.	*Diutius non gaudebis.*
DD.M.V.	*Dies mali venerunt.*
D. R.N.	*Deus respice nos.*

D.C.N.N.B.D.	*De Cæsare nemo non bene dicat.*
D.A.M.S.AV.	*De auibus male senserunt augures.*
D.I.L.IV.A.	*De isto lapide inuenies aurum.*
D.N.P.F.S.	*De numerata pecunia facies sacrum.*
D.T.G.Q.S.	*De tuo genio quid sentis.*
DEG.A.T.M.	*Degeneras a tuis maioribus.*
DEGN.T.O.	*Degenerem te ostendis.*
DI.V.BB.	*Dilutum vinum biberat.*
D.M.B.M.F.	*Dis manibus bona memoria fecit*, vel *bene merentibus fecit.*
D.L.D.P.	*Dis locum dedit publico.*
D.S.	*Dato solo.*
D.D.Q.D.H.L.S.E.V.	*Dis deabusque omnibus hunc locum sacrum esse voluerunt.*
DD.F.H.L.I.O.LIB.PRI. DD.MAR.PV.ET.LI.P.	*Dedicatus est hic locus Ioui Liberatori primū, deinde Marti Pugnatori & Libere Patri.*

E.	*Eius.*
E.N.	*Et noster*, vel *& non.*
EE.	*Esse.*
EX.	*Eius.*
EX.M.D.	*Eius memoria dixi.*
EX.B.	*Eius bona.*
EC.ABSC.P.	*Hæc abscondita pecunia.*
ER.LM.ETN.	*Erit locus memoriæ æternæ.*
ELG.B.E.	*Elanguit bonitas eius.*
ESS.VDD.MM.R.	*Esse videndum monumentum regis*, vel *vendendum.*
ET.	*Etiam.*
ET.NC.	*Etiam nunc.*
EG.	*Ego*, vel *æger*, vel *eius*, vel *ægrum.*
EG.M.	*Eius modi.*
EE.	*Esse.*
EE.I.P.	*Esse in potestate* vel *in posterum.*
EE.MG.P.	*Esse magis potest*, vel *magister potest.*
EE.M.F.I.	*Esse magis fieri iussit.*
EE.N.P.	*Esse non potest.*
E.ERG.R.	*Eius ergo Rex.*
EIMO.	*Eius modi.*
EP vel EP.	*Epistola*, vel *epitaphium.*
EP.M.	*Epistolam misit.*
ER.	*Erunt*, vel *erit.*
ERP.	*Eripiet*, vel *erit paratus.*
ERG. vel ERG.	*Ergo.*
EPS.	*Episcopus.*
EQ.R.	*Eques Romanus.*
EV.	*Eius.*

EX.	*Exigitur.*
Ex.c.	*Ex consuetudine*, vel *ex concione*, vel *ex conditione.*
E.A.	*Est ante.*
E R.B.	*Eius regis bona.*
EOR.	*Eorum.*
E PP.	*Et preparas.*
EH.E.	*Exheres esto.*
E.H.	*Exheredibus*, vel *exhereditatis.*
EI.RQ.	*Exiui requietum.*
E.R.A.	*Ea res agitur.*
E.I.M.C.V.	*Ex iure manu consertum vocauit.*
E.H.O.L.N.R.	*Eius hac omnibus lege nihil rogauit.*
E.E.	*Ex edicto.*
E.H.E.	*Ex hereditate est.*
E.C.S.AB.	*Eius causa Senatus abdicauit.*
E.M.	*Ex more.*
EX.M.	*Ex malitia.*
EDV.P.D.	*Edulium populo dedit.*
ED.V.	*Edendo viuimus.*
E.V.V.N.V.V.E.	*Ede vt viuas, ne viue vt edas.*
E.P.	*Edendum parce.*
E.CONV.	*E Connubio.*
E S.	*E Senatu.*
E.C.	*E comitio* vel *Capitolio.*
E.S.Æ.MR.	*E sacra ade Martis.*
E.P.	*E palatio*, vel *e publico.*
EQ.COH.	*Equestris cohortis.*
⁓	*Est.*

F

F	*Fecit. aliquando felix, familia, & fuit & fit, & figura, & fides, & filius.*
FAM.	*Familiaris.*
FR.	*Frater.*
FEM.	*Femina.*
F.FL.	*Fratris filius.*
FA.	*Filia.*
FO.	*Forum.*
FD.C. vel F.C.	*Fidei commissum.*
FD.M.	*Fides mundi.*
FRS.	*Fortis.*
FE.	*Fundauerunt.*
FER.	*Fecerunt.*
FB.	*Fabricauit.*
FC.	*Fecerunt.*
FRMS.	*Fortissimus.*
FEA.	*Femina.*
FF.	*Fecerunt.*
FLA.R.	*Filia Regis.*

F. F.

F.F.	*Filius familia.*
FF.	*Fabrefactum.*
FLB.	*Flabrum.*
FRT.	*Forsitan.*
F.D.	*Fecit diuus*, vel *Deus.*
F.FBC.	*Fecit fabricatio.*
FO.	*Forum.*
FR.	*Frater.*
F$\overline{\text{R}}$.	*Forum.*
FR.F.	*Fratris filius.*
F$\overline{\text{S}}$.	*Fratres.*
FRA.C.	*Fraude creditoris.*
FO. S. V. P. XX. INN. $\overline{\text{MM}}$. LDBLE.	*Fode sub via pedes viginti, inuenies monumentum laudabile.*
F.M.IV.	*Fortunam hic inuenies.*
FRES.ARR.	*Fornaces aurificum.*
F.P.H.SB.TLA.	*Foris porta hac sub tabula.*
FR.	*Forum regundorum*, vel *regum*, vel *finium regundorum.*
FLS.	*Flauius.*
F M.IT.	*Fati munus impleuit.*
FN.AGR.	*Fines agrorum.*
F M.	*Fecit memoriam*, vel *Factum monumentum.*
F.S.E.	*Factum sic est.*
FS.E.	*Factus est.*
F.T.C.	*Familia testis causa*, vel *Famula.*
F.FAM. vel F.F.	*Filius familias.*
FIC.	*Fiscum*, vel *Fideicommissum.*
FIC RP.C.	*Fiscum Reipublicæ causa.*
FI. B.	*Fide bona.*
FIR.	*Fideiussores.*
F'E.	*Fortem.*
FD.AG.	*Fundum agri.*
F'B.	*Fabricabant.*
F.P.	*Forma publica*, vel *fama.*
F.PP.R.	*Forum populi Romani.*
FE.	*Familia.*
F.	*Fit, & aliquando fur.*
F.P.	*Fidei promissor*, vel *fides promissa.*
F.R.	*Finibus regundis.*
F.C.L.	*Fraudationis causa latitare.*
F.CD.	*Fraude credentes.*
F.E.	*Filios eius.*
F.ED.	*Factum edicto.*
F.E.D.	*Factum esse dicetur.*
FABR.	*Fabrorum.*
FID.M.	*Fides mera.*
F.F.	*Fefellerunt.*
F.F.	*Fortuna felici.*

Fac.b.	*Factum bene.*
Fac.f.	*Factum feliciter.*
Fav.f.	*Faustine fatum.*
Fid.d.	*Fide dignus.*
Fid.ser.	*Fidelis seruus.*
Fid.f.	*Fideliter factum.*
Fid.p.r.	*Fides populi Romani.*
Fid.rp.	*Fides Reipublicæ.*
Fid.s.	*Fides Senatus.*
Fid.p.c.	*Fides patrum conscriptorum.*
Fid. Imp.	*Fides Imperatoris.*
Fid.R.	*Fides regia.*
Fid.intem.	*Fides intemerata.*
Fig.	*Figulus*, vel *figura.*
F.cl.	*Fraude clientis.*
F.	*Factum quoque declarabat diem.*
G	*Gaudium & aliquando Gaius, & genus, & gens & Gratia.*
G°.	*Gens & genus.*
Gr.	*Gerit*, vel *gratis.*
G̅S̅.	*Gesserunt.*
G̅G̅.	*Gesserunt.*
G.A̅.	*Grauis.*
Gav.v.	*Grauitas vestra.*
G.b.	*Gens bona.*
Gens.	*Gentes.*
G.d.	*Gaudium.*
Gr.ex.	*Gratia eius.*
Grc.	*Grecus,*
Gla.	*Gloria.*
Gla.s.h.i.	*Gloria sua hic intus.*
G.rm.hi.rq.	*Genus regium hic requiescit.*
Gn.n.	*Genus nostrorum*, vel *Nostrum.*
Gn.	*Gens & aliquando genus.*
Gt.	*Gentes.*
Gri.	*Gerit.*
Gs.	*Genus.*
G.d.	*Gens dolosa.*
Gm.f.	*Germanus frater.*
Gv.	*Genus.*
Gn.r s.	*Genus Romani Senatus.*
Gr.at.rs.b.	*Genitor autem reseruator bonus*, vel *gerit rem Senatus bene.*
G.v.	*Gaius Valerius.*
G9.r.	*Genus Regium.*
Gm9.fi9.	*Germanus filius.*
Gli.	*Gloria.*
Gl.p.	*Gloria parentum.*
Gav.	*Grauitas vera*, vel *Vestra.*

Gx.

Gx.	*Grex.*
G.II.ivi.L.M.	*Cubitos duos, inueniès locum mirabilem.*
G.gen.ger.	*Gaudium generis Germanici.*
Gla.s.h.int.e.	*Gloria sua hic intus est.*
Germ.	*Germanicus.*
Gm.fi.	*Germani filius.*
Goth.	*Gothicus.*
Gr.e.	*Gratia eius.*
Gs.	*Gessit.*
Gr.d.	*Gratis datum.*
G.p.	*Gloria parentum.*
G.f.	*Gloria filiorum.*
G.in.	*Gens iniqua.*

H

H.	*Hoc.*
H̅.	*Heres.*
H.	*Hec.*
H9.	*Habet*, vel *Heres*, vel *Huius.*
Ho.H̅.	*Homo honestus.*
Hc.	*Hunc.*
H.f.	*Hic fundauit.*
H.dd.	*Hic dedicauit.*
H.e.m.tbnr.	*Hec est memoria Tribunorum.*
H. ædf. q.c. p. amr. pfec.	*Hoc ædificium quod cernis, prudens amator perfecit.*
Her.s.	*Herculi sacrum.*
Hæs.prc.	*Heredes principis.*
Hæ.m.	*Heredem meum.*
Hic.iv.edf.regl.	*Hic inuenies ædificium regale.*
H.m.m.	*Hic memoria memorabilis.*
H.cog.	*Heredem cognitorem*, vel *heredem cognouit.*
Hc.l.ro.	*Hunc locum Romanorum.*
Hc.am.n.	*Hunc amicum nostrum.*
Hc.l.	*Hunc locum.*
H.dd.	*Hic dedicant*, vel, *hoc dono datum.*
H.spl.m.av.	*Hec sepultura modo aucta.*
H.s.v.f.m.	*Hoc sibi viuens fieri mandauit.*
H.m.s.m.	*Hic mater sua mortua*, vel, *Hora mala sumsit moram.*
ThR̅.	*Theatrum.*
H.s.e.	*Hic sepultus est.*
H.ha.p.	*Hic habet pecuniam.*
H.s.	*Hic sunt.*
H̅H̅.	*Heredes.*
H r.	*Heres.*
Htt.	*Hereditatibus.*
H.Γ.	*Hereditario iure.*
H.Ī.	*Hic inuenies.*

HA.	*Hora.*
HS.	*Hos.*
H.O.S.	*Hic hora secunda.*
H.P.	*Honesta persona* vel *puella.*
H.L.N.	*Honesto loco natus.*
H.V.	*Honesta vita.*
HSB.	*Hostibus.*
HS̄S.	*Hostes.*
HOM.	*Homo.*
H.HOM.	*Homo honestus.*
HC.V.	*Hunc virum.*
HC.AM.N.	*Hunc amicum nostrum.*
HEM.M.	*Heredem meum.*
H.B.V.P.	*Heres bonorumue possessor.*
H.V.	*Huius.*
H.M.	*Hora mala*, vel *Hora mortis.*
H.M.H.N.S. vel HOC. MN. H.NON.SEQ.	*Hoc monumentum heredes non sequuntur.*
H.PS.	*Hora pessima.*
H.S.	*Hac sit*, vel *Hora secunda*, vel *Hoc satis.*
H.S̄.	*Hac sunt.*
H.S.B.	*Hic situs bonus.*
HSS.	*Hostes sacrilegi.*
H.V.B.P.	*Heres verus bonorum possessor.*
H.D.M.	*Hac domus mortis.*
H.S.	*Hostia sacrilega.*
H.M.EXT.N.REC.	*Hoc monumentum exteros non recipit.*
H.M.D.A.	*Hoc mandauit dari Augustus.*

I

I.	*Inter, & Intra, & In.*
Ī.	*In.*
I9.	*Intra.*
I.S.	*Ii sunt.*
I.AGL.	*In angulo.*
IMPL.	*Imperialis.*
IIII.TT.	*Quatuor tituli*, vel *Tribuni.*
III.VIR.R.P.C.	*Triumuiri Reipublica constituenda.*
ĪĪI VIR.	*Sextum vir.*
III.VIR.ÆD.CER.	*Triumuiri adiles Cereales.* vel *caremoniales.*
ĪĪ.	*Duo millia.*
IĪĪĪ.V.	*Quartum viri.*
ĪĪI.VIR.AAA.FF.	*Trium viri are, argento, auro flando, feriundo.*
I.I.	*Iusiurandum*, vel *iuste iudicauit.*
I.G.	*In agro.*
I.I.I.	*Iusta iudicauit iudicia.*
I.L.	*Intra limites*, vel *in loco.*
INT. vel INC.	*Initio.*

I.M

M.I.S.T.P.A.B.C.D.	*In memoria ista sunt bona abscondita*; vel *in monumento isto.*
N.HC.MM.S.P.SN.FN.	*In hoc monumento sunt pecunia sine fine.*
N.B.M.	*In bona memoria.*
NT.S.B.EX.	*Intus sunt bona eius.*
N.L.ADMRBL.	*Inuenies locum admirabilem.*
IN.M.I.ST.D.AVGI.	*In memoria ista sunt diuitiae Augusti.*
IN.HC.MM.S.P.S.	*In hoc monumento sunt pecunia sacra.*
INT.S.AR.E.M.S.	*Intus sub ara est memoria sacra.*
IN.AGR.P.	*In agro pedes.*
IN.FR.P.	*In fronte pedes.*
I.TPL.APL.	*In templo Apollinis.*
I.M.TPL.	*In medio templo.*
ID.	*Iudex.*
IT.P.VI.	*Intra pedes sex.*
IT.P.XIII.	*Intra pedes tredecim.*
I.MO.	*In medio.*
INR.AR.	*Intra aram.*
IN.FO. vel. I.FO.	*In fundo* vel *in foro.*
I.M.CTT.	*In media ciuitate.*
IT.LM.	*Intra limen* vel *limites.*
I9D.	*Interdum.*
IA.	*Interea.*
IAD.	*Iamdudum*, vel *Iamdiu.*
IA.SD.	*Iam satisdandum.*
IA.RI.	*Iam respondit.*
I.AGL.	*In angulo.*
I.FT.	*In fonte.*
I.PTO.	*In puteo.*
I.PNA.	*In piscina.*
IT.II.CL.	*Intra duos colles.*
IT.II.SPLC.	*Intra duo sepulchra.*
I.PTE.	*In pariete.*
IMPLE.	*Imperiale.*
I.C.	*Iuxta Catulum.*
I.D.	*In dominio*, vel, *in dimidio*, vel *iurisdicundi.*
I.PS.	*In possessione.*
I.L.S.	*In loco sacro.*
I.L.D.	*In loco diuino*, vel *in loco domus.*
I.SN.R.	*In senatu Romano.*
ID.ID.	*Iudicium iudicandum.*
ID.	*Interdum.*
ID.P.	*Iuredicundo pracepit.*
ID.C.	*Iurisdicundi causa.*
I.E.	*Iudex esto.*
I.I.	*Ibi*, vel *inibi.*
IM.	*Iam.*
IA.R.I.	*Iam respondit.*

IA.Q.	*Iamque.*
ID.E.	*Idem est.*
ID.Q.	*Idemque.*
I.PT.	*In positione.*
I. L R.	*In loco religioso.*
I L D.	*In loco diuino.*
I. L PI.	*In loco presenti.*
I. L A.	*In loco absenti.*
I.B.	*Inbreui,*
IR'.P.	*Intra prouinciam.*
I.C.	*Intra circulum.*
I.T B.P.	*In tuo tempore.*
I.T.C.	*Intra tempus constitutum.*
I'.P.	*Intra posuit.*
X E.	*Interest*, vel *in eum.*
IMP.CS.A.	*Imperator Cesar Augustus.*
IPCE.	*Ius precepti.*
XIIX.	*Duodeuigesies*, vel *Duodeuicies*, vel *Duodeuiginti.*
IXI.	*Nonus decimus*, vel *Nouem decem.*
I.D.T.S.P.	*In die tertio, siue perendinum.*
I.S.F.	*In senatu fuerunt.*
IV. D.	*Iudicium dabo.*
IMP.AV9.	*Imperator Augustus.*
X A.	*Interea.*
IG.	*Igitur.*
IT̄.	*Item.*
I'M.	*Hymnus i. laus.*
I.F.	*In foro*, vel *interfuit.*
I.N.FE.	*Iustum non esse.*
I.FOR.CS.A.	*In foro Cesaris Augusti.*
I.FOR FLM.	*In foro Flaminio.*
I.F.CS.	*In foro Cesaris.*
I.F.P.	*In foro Pacis.*
I.F.TR. vel TR.	*In foro transitorio.*
I.F.N.	*In foro Nerua.*
I.F.TR.	*In foro Traiani.*
I.F.AA.	*In foro Hadriani.*
I.F.IV.	*In foro Iulii.*
I.F.POP.	*In foro Pompilii*, vel *Pompeii*, vel *Popilii*, vel *Populi.*
I.F.B.	*In foro Boario.*
I.F.L.	*In foro Liuii.*
I.F.FLAM.	*In foro Flaminii*, vel *Flaminiae.*
I.F.P.R.	*In foro pro rostris*, vel *Populi Romani.*
I.L.P.	*In loco publico.*

.CS.	*Imperator Cæsar.*
S.C.	*In Senatu consulto.*
F.P.XIII.I.A.P.T.	*In fronte pedes* XIII. *in agro pedes totidem.*
CL.	*Intra cliuum.*
P.	*Ius pratoris,* vel *pracepti.*
IX.	*Duodecies.*
N	*Intercisum denotabat diem.*
K.	*Castra,* vel *caput.*
K.	*Calendæ,* vel *Calendis.*
K.	*Carissima.*
K°.	*Cardo.*
KS.	*Chaos.*
KM.	*Charissimus.*
KK.	*Carissima,* vel *Carissimi.*
K.IAN.	*Calendis Ianuarii.*
KLD.	*Calendas.*
KI.	*Carissimi.*
KR.R.N.	*Carus Rex noster.*
KRA.C.M.	*Cara cane me.*
KRM.	*Carmen.i.tonus,* vel *sonus.*
KRST.CND.SPLC.	*Cara sunt cernenda sepulchra.*
K.Q.	*Kalendis Quintilis.*
K.S.	*Kalendis Sextilis.*
KR.	*Chorus.*
KR.M. vel K.MR.	*Cara memoria.*
K.C.	*Capite censu,* vel *Calumnia causa,* vel *capite casus.*
K.D.	*Capite diminutus.*
K PS.	*Castra posuit,* vel *Castra peregrina.*
K.FES	*Calendis Februariis.*
K.MART.	*Calendis Martii.*
K.Ap.	*Calendis Aprilis.*
K.MA.	*Calendis Maii.*
K.P.	*Castra Ponti,* vel *Cardo positus.*
K M.	*Cardo maximus.*
KL.SEP.	*Calendis Septembris.*
KL.OCT.	*Calendis Octobris.*
KL.NOV.	*Calendis Nouembris.*
KL.DEC.	*Calendis Decembris.*
K M.	*Cardo maximus.*
KARO.	*Carthago.*
K.F.	*Cardo finalis.*
K.	*Calius.*
K.MT.	*Celius mortuus.*
K.FX.	*Castra fixit.*
K.DD.	*Castra dedicauit.*

KAR.C.	*Carthago ciuitas.*
KAR.C.	*Cara ciuitas.*
K.M.	*Cardo marinus.*
K.D.	*Capite donatus.*
L.	*Lucius*, vel *libertus*, vel *locus*.
Ⅎ.	*Lex*, vel *lector*.
LG.	*Leges.*
LITR.	*Litere.*
LC.	*Locus.*
L.L.	*Laudabilis loci.*
LD.	*Laudandum.*
LG.D.	*Legem dedit.*
LG.S.F.	*Legem suam fecit.*
LG.PM.	*Legem promisit.*
LG.S'.I.	*Legem seruare iussit.*
LG.S'.P.	*Legem seruare promisit*, vel *precepit.*
LG.	*Legauit.*
LB.	*Liberi.*
LC.S.	*Locus sacer.*
LC.SN.	*Locus senatus.*
L DVI.	*Locus diuinus.*
L.DD.	*Locus dedicatus*, vel *Dono datus*, vel *locum dono dederunt.*
L.R.	*Locus religiosus.*
L.Q.S.	*Loco quo supra.*
L.P.	*Locus proprius.*
L.EM.	*Locus emptus.*
L.PL.	*Locus publicus.*
L.ADQ.	*Locus adquisitus.*
L.M.D.	*Locus morti deditus.*
L.B.P.	*Locus bene possessus.*
L.I.I.	*Locus in iure.*
L I I.Q.	*Locus in iure Quiritium.*
L.IT.F.	*Locus inter fines.*
L.IMPL.	*Locus imperialis.*
L.PR.	*Locus priuatus*, vel *proprius.*
L.S.PAL.	*Loca sacra palatii.*
L.IC	*Loca incerta*
L.☧L.	*Loca periculosa.*
L T.	*Lucius Titius.*
L.T.	*Locus Titi.*
L.M°.	*Lucius Murena.*
L.VAL.RF.	*Lucius Valerius Rufus.*
LVD.AP.	*Ludus Apollinis.*
L.PR.C.R.	*Latini prisci ciues Romani.*

L.C.

C.	*Libertatis causa*, vel *Latini ciues*, vel *consules.*
I.D.AG.	*Lex Iulia diui Augusti.*
M.E.	*Lex mecum est.*
.EG.	*Legem egisse.*
R.I.	*Lex Regis iusta.*
B.P.	*Locus bene possessus.*
. DIV.	*Lucrum diuinum.*
.S.	*Lucrum sacrum*, vel *locus sacer.*
D.	*Locum deditum*, vel *Dedit.*
D.D.D.	*Locus datus decreto Decurionum*, vel *locum dedicationis dono dederunt*, vel *Locus dedicationum dedicatus.*
G.	*Legio.*
H.	*Locum hunc.*
.PR.	*Latini patres.*
M.D.	*Locus morti deditus*, vel *manibus dicatus.*
.	*Sexaginta.*
Q.S.E.	*Locus qui super est.*
EG.X.	*Legione decima.*
LS.	*Sestertium* notat.
M.	*Meum*, vel *Meam*, vel *Marcus*, vel *Miles*, vel *Martius.*
R.	*Marcus.*
AX. POT.	*Maximus pontifex.*
C.	*Mancipio.*
F.F.	*Manifestum fecit.*
F.	*Mala fide*, vel *male fidus*, vel *malæ fidei.*
.F.P.	*Malæ fidei possessor.*
NF.L.	*Manifestus locus.*
F. OPP.	*Manifestum oppidum.*
F.T.T.	*Manifestum territorium*, vel *titulum.*
NM.	*Manumissum.*
D.O.	*Mihi dare oportet.*
AG. ML.	*Magister militum*, vel *magistratus.*
RF.	*Marcus Rufus.*
CS.	*Marcus Cæsar.*
M°N.	*Matrimonium.*
AI.	*Maior.*
IN.	*Minor.*
M.	*Milites.*
I.	*Mihi.*
L.	*Militis locus.*
AG.	*Militis ager.*
°.	*Modo.*
°R.P.	*Mortem ponit.*
I.	*Molestus.*

MMT.	*Monumentum.*
MM.P.	*Monumentum petit*, vel *posuit.*
MM.A.	*Monumentum accepit.*
MM.L.	*Monumenti locus.*
MS.	*Mos* vel *mus.*
MV.N.T.	* * *
MVL.B.	*Mulier bona.*
MVL.M.	*Mulier mala.*
MV L.P.	*Mulier pessima.*
M.P.	*Male positus.*
M.P.D.	*Maiorem partem diei.*
M.C.V.	*Manu consertum vocauit.*
M.T.F.E.	*Malo tuo factum est.*
M.M.P.	*Manu mancipio potestate.*
ML.Q.E.	*Melius quicunque erit.*
M.H.E.	*Mihi heres erit.*
M.C.M.	*Mortis causa manumissus.*
MN.MN.	*Municipalis municeps.*
MVN.	*Municipium*, vel *municeps.*
MO.	*Modi.*
ML.PR.	*Multum primum.*
MR.C.P.	*Murum cum porta.*
MM.RG.	*Memoria regis.*
MM.LANT.	*Memoria Latonæ.*
MVNR. vel MVN.	*Munerabilis.*
ML.	*Miles* vel *maleficus.*
MLT.	*Milites.*
M.	*Manus.*
M̄S̄.	*Molestus.*
MM L̄Ē.	*Memoria legatorum.*
M.M.F.	*Mutius Martii filius.*
M.C.F.	*Mortis causa fecit*, vel *fuit.*
MIICVM.	*Mecum.*
MIIS.	*Menses*, vel *mensibus.*
N.	*Nam*, vel *nec*, vel, *non*, vel *nomen*; vel *nepos*, vel *Nonius.*
NQ.	*Namque*, vel *Nunquam.*
N.M.	*Non malum.*
N S̄. F. E.	*Nam satis factum est.*
N9.	*Nascitur.*
N9.E.P.	*Natus est puer.*
NQ̄.	*Neque*, vel *Nusquam.*
NR.	*Nero.*
N.	*Nos* aliquando.
N9.	*Nisi*, vel *Noster.*
N.C.	*Nero Cæsar.*
N.P.	*Nihil potest*, vel *posset.*

N.N.

N.N.	*Non enim.*
N.M.	*Non minus.*
N.V.	*Non vacat*, vel *non valet.*
N.VV.	*Non vult.*
N.S.E.	*Non sic est.*
NC.	*Nunc.*
N.C.	*Non certe.*
N L.	*Non longe.*
N.V.	*Non vis.*
N.LC.	*Non licet.*
NB.	*Nobis.*
NBL.	*Nobilis.*
NOB.G.N.	*Nobili genere natus.*
NO.	*Nos.*
NOB.F.N.	*Nobili familia natus.*
NNR.	*Nostrarum.*
N.E.D.	*Notus & diues.*
NQN.	*Num quid non.*
N.Q.AN.	*Numerat qui annumerat.*
N.P.	*Non potest*, vel *non patet.*
N.C.	*Non credo.*
N.C.N.P.	*Non clam nec precario.*
N.L.	*Nominis Latini.*
N.R.	*Non restituerunt.*
N.K C.	*Non calumnia causa.*
N.N.Q.N.	*Numerat, neque numero.*
NS.	*Noster.*
$\overset{\text{T}}{\text{N}}$.	*Nostri.*
$\overset{\text{M}}{\text{N}}$.	*Nostrum*, vel *num.*
N̄O.	*Nostro.*
NŌN.	*Nonarum.*
N.M.	*Nomen muri.*
NŌR.	*Nostrorum.*
N̄.	*Non.*
N. L.	*Nonius Lucius. Non lego*, vel *Nominis Latini.*
N̄.	*Numerator.*
NEPT.	*Neptunus*, vel *Neptunalia.*
N vel NF. vel NP. & NF.	*Nephastus.*
NT.	*Nominatis.*
O	*Oportet*, vel *Omnis*, vel *Ostendit*, *& aliquando, omnibus.*
O.O.	*Oportebit, & oportuit*, vel *Omnino, & omnes.*
OPT.	*Oportet.*
O.F.B.	*Oportebit fide bona.*
OP.	*Opiter, & Oportere.*
ONĀ.	*Omnia.*

OP.	*Opus.*
OPP.	*Oppidum.*
OB.	*Obriacum.*
O.BN.	*Omnia bona.*
O.N	*Omnia.*
O.A.CO.N.TI.	* * *
OB.	*Orbem.*
OD.	*Ordo.*
OFF.	*Officium.*
OC.	*Occursum.*
O.	*Os*, & *ostentat quandoque.*
ONTM.IMPL.	*Ornamentum imperiale.*
O.O.TS.	*Ornamentis omnibus tectus.*
O.E.R.	*Ob eam rem.*
O.C.	*Ore concilio*, vel *Ora concilii.*
O.D.M.	*Opera, domus, munus.*
OS.FN.	*Ostium fenestre.*
O'.	*Ostendit* & *oportet.*
OMS.	*Omnibus.*
OS.	*Omnes.*
OM.	*Omnium.*
OMA.	*Omnia.*
OPT.P.	*Optimo principe.*
OM.V.F.	*Omnibus viuis fecit.*
ORN.IMP.	*Ornatus Imperialis.*
ΘK.	*Operto*, vel *Opertum*, & *nomini militis appositum, ipsum obiisse demonstrat.*
ORN.	*Ornauit*, vel *ornamento.*

P

P	*Publius*, vel *Pœna*, vel *Pius*, vel *pedes*, vel *potest*, vel *pater* vel *patria.*
P.LGA.TP.	*Per longa tempora.*
PLT.	*Placitum.*
PNT.	*Ponte.*
PLRS.	*Plerosque.*
PRF.	*Prefectus.*
P.E.	*Positus est.*
PBLC.	*Publicum.*
P.H.	*Positus hic.*
PDDC.	*Pondera duodecim.*
PPQ.R.	*Populusque Romanus.*
P̄.	*Pre*, vel *Prepes.*
ꝓ.	*Pro.*
ꝑ	*Per.*
PP̄T.	*Promptus.*

VG.	*Priuilegium.*
.C.	*Patres conſcripti*, vel *per conſulatum*, vel *poſt conſulatum*, vel *pa ris conſcriptum.*
AT.	*Patritius,*
.X.	*Patris actio*, vel *pedes decem.*
MS.	*Praſtamus.*
ſM.	*Patrimonium.*
F.	*Patris filius.*
.FM.	*Paterfamilias.*
:.C.	*Pecunia.*
A.	*Pluuia arcenda.*
.P.	*Poſſideri, praſcribi.*
F.	*Potes.*
S.	*Poſſunt*, vel *poſui*, vel *poſuit.*
DE.	*Poſſidere.*
CP.	*Principem.*
C.	*Priſca.*
C.L.	*Priſca lis.*
IVG.	*Priuilegiis.*
:.	*Propoſita.*
PᴵT.	*Proprietati.*
T Q R.	*Propter quam rem.*
T.Q.	*Propter quod*, vel *propter quantum.*
R.	*Prouincia.*
C.	*Proconſul.*
PT.	*Proponitur.*
P.	*Perpetuum.*
P.AVG.	*Perpetuo Auguſto.*
i.	*Perpetua.*
EG.	*Peregrinus.*
.E. C.	*Pecunia eſt conſtituta.*
IC.ORB.	*Piceno Orbicario.*
VE.	*Poteſt.*
9.PE.	*Poſt panam.*
9.CONS.	*Poſt conſules.*
:S.	*Praſes.*
.T.	*Praceptum.*
P V.C.	*Praſes prouincia vir clariſſimus.*
AF.	*Praſes Africa.*
ÆG.	*Praſes Aegypti.*
SYR.	*Prafectus Syria.*
IVD.	*Prafectus Iudaa.*
CL R.	*Prafectus claſſis Rhauennatum*, vel *Romanorum.*
ISP.	*Prafectus Hiſpania.*
R.ILL.	*Prafectus Illyrii.*
R DM.	*Prafectus Damaſci.*
.MS.P.T.	*Prafectus Meſopotamia.*
.PRT.	*Prafectus Pratorii.*

P.FBR.	*Præfectus Fabrum*, vel *Fabrorum.*
P.IMP.OR.	*Præfectus Imperii Orientalis.*
P̄S.COOR.	*Præfectus Cohortis.*
PRĀF.VIGIL.	*Præfectus Vigilum.*
PRÆF.VRB.	*Præfectus Vrbis.*
PR.PR.	*Præfectus Prætorii.*
PRÆF.ANN.	*Præfectus annonæ.*
PRÆ.PRÆS.	*Præfectus præsidii.*
PS.	*Plebescitum.*
PR.CLD.	*Pridie Calendas.*
☧ IC.	*Periculum.*
PR.	*Prætor.*
PIC.	*Picenum.*
P.F.	*Potest fieri:*
P̃.	*Potest*, vel *possunt*, vel *potentes.*
P.E.	*Profectus est.*
PR.P.	*Præses prouinciæ.*
P̄D̄.	*Prædium.*
P.R.	*Possessori redditum.*
P E.	*Præter.*
PS.	*Præceps.*
PR.TR.PL.	*Prætores Tribuni plebis.*
PR.I.A.	*Prætori iudicem arbitrum.*
P.S.T.Q.H.	*Præcipito, sumito, tibique habeto.*
P9.	*Pax.*
PŌ.	*Potest.*
PĒC.	*Pecunia.*
PP̄Ā.	*Propterea.*
PRT.	*Prætorii.*
PSTLITIB.IVD.	*Præfectus stlitibus iudicandis. i. litib⁹.*
P.C.	*Per concilium*, vel *per consules.*
P.F.O.	*Patris filius optimus.*
PCP.	*Principe.*
PAT.R.	*Patritii Romani.*
P.V.	*Populus videtur.*
P.VID.	*Populo videtur.*
P.V E.	*Populo visum est:*
PRO. P.	*Proditor patriæ.*
PVB.IV.	*Publice iurauit.*
PVB.HO.	*Publicus hostis.*
POR.C.F.	*Porcii Catonis filius.*
P. PAT.	*Pater patratus.*
PCT.	*Præceptum.*
P.G.	*Publice gerendum.*
PR̄F̄.	*Præfectos.*
PR̄R̄.	*Prætores.*
PRESBB.	*Presbyteri.*

Q	*Quæ*, vel *qua*, vel *quia*, vel *qui*, vel *Quintus*.
Q.N.P.	*Quadrum munero plenum*.
QT. MAX.	*Quintus Maximus*.
QS.	*Quis*.
Q.	*Quod*, vel *quæ*, vel *quantum*, vel *quur*, vel *quæstio*.
Q D.	*Quidem*.
A.	*Qua*.
VI.	*Quamdiu*.
	Quatenus.
V.	*Quarum*.
Q. vel QQ vel qq.	*Quanquam*, vel *quoque*.
R.	*Quare*.
S.	*Quasicut*.
APP.	*Qua propter*.
.D.R.P.	*Qua de re peto*.
D.R.P.G.V.	*Qua de re peto granitate virum*, vel *granes viros*.
D.R.P.L. IV.	*Qua de re peto laudabiliter iura*.
P.	*Quo perit*.
.E.	*Cur eius*.
.A.	*Quemadmodum*.
	Quasi.
T.C.	*Quintus Cœlius*.
M.	*Quomodo*.
R EL.	*Curtius Helius*.
St.	*Quur stellis* *.
MS.	*Quæsumus*.
O.TP.	*Quo tempore*.
P.	*Quippe*.
Rz.	*Quæres*.
RO.	*Quæro*.
E.	*Quæ*.
Q	*Quæcunque*.
M.PT.	*Quam patriam*.
.	*Quem rogat*.
ASS.	*Quem asserit*.
.DIC.	*Quem dicit*.
	Quem petit.
	Quis.
	Quærendum est.
	Quæstio.
N.	*Quænam*.

QM.PV.	*Quam prouinciam.*
Q^e.V.	*Quæ vult.*
QV.	*Qui.*
QT.M.	*Quintus Murena.*
Q^o.M.	*Quo modo.*
Q.E.R.E.	*Qualis ea res erit.*
Q.QD.	*Quandoquidem.*
Q.G.R.	*Quæ grauitas viri?*
Q.C.P.	*Qua causa petit?*
Q.I.P.	*Quo iure petit?*
Q.IND.P.	*Quibus indiciis petit?*
QM.PTR.D.	*Quam patriam dicis.*
Q.BN.F.	*Quare bonum factum.*
Q.T.M.	*Quanta munera, vel quot munera.*
R	*Roma*, vel *Romanus*, vel *Romanorum*, vel *Rem*, vel *Rex*, vel *Regulis*, vel *Regnum*.
RT.	*Refert.*
RTD.	*Rotundum.*
RM.L.	*Romanæ leges.*
R.M.I.	*Res materna iacet.*
RG.TS.	*Regium thesaurum.*
R.PCP.	*Res principium.*
RC.	*Rescriptum.*
℞.	*Responsum*, vel *respondit*, vel *res*, vel *Rex*, vel *ruunt.*
R. vel RR.	*Rura.*
R̄.	*Res*, vel *rem.*
℞ E̅E̅.	*Recuperatores.*
R.PI.	*Res priuata.*
R.D.	*Regis domum*, vel *domus.*
R.M.	*Regis manus*, vel *rege maiori.*
RG.F.	*Regis filius.*
R.M.	*Regis mundum.*
RGL.	*Regulus*, vel *regalis.*
RG.FA.	*Regis filia.*
RMS.	*Romanus.*
R.C.	*Romana ciuitas*, vel *Romani ciues.*
RA.	*Romana.*
RHAV.	*Rhauenna*, vel *Rhauennatum.*
RE.	*Rhauenna.*
℞ S.	*Responsio.*
℞. C.	*Recognouit.*
℞.G.	*Res gesta.*
R.C.	*Romani ciues.*
RAR.	*Rarum.*
R.V.	*Rura venalia.*
RG.F.	*Regis familia.*
℞.P.	*Rura publica,*

S

S

	Senatus, vel *stabat*, vel *stultus*, vel *stupidus*, vel *sic*, vel *sunt*, vel *sint*, vel *sub*.
S. LX.	* *Silexerius.*
ST.P.	*Studium posuit.*
SC̄.CM.	*Sacratus communes.*
SC.L.	*Sacri largitoris.*
SS. vel SAT.	*Satis.*
SVF. vel SF.	*Satisfecit.*
S. G.	*Satis gestum.*
SC. CM.	*Sacra coma.*
SC̄OR̄.	*Sanctorum.*
SC. MM.	*Sancta memoria.*
SPM.	*Spiritum.*
SN.	*Sententia*, vel *fine.*
S.D.	*Sententiam dixit*, vel *dedit*, vel *Senatus dixit.*
SG.	*Sacrilegium.*
SN.D.	*Sine dubio.*
SCL.	*Scilicet.*
SN.P.M.	*Sine periculo mortis.*
C.	*Senatus consulto.*
S̄.	*Supra scriptus*, vel *fine sensu.*
CD.	*Secundum.*
GN.	*Signum.*
T.TPS.	*Statutum tempus.*
T.D.	*Statutum diem.*
TD.D.	*Stadium dedicauit.*
D.	*Supra dictus.*
P.M.	*Supra memorauit.*
I̅G̅.	*Sigillum.*
T.TP.	*Statuta tempora.*
T.CS.	*Statuti consules.*
T.SN.	*Statuti senatores*, vel *stupet senatus.*
T.P.	*Stadium posuit.*
.	*Sunt.*
PD.	*Supradicti.*
CS.	*Sanctus.*
CM.	*Sanctum.*
B.	*Sibi.*
T.	*Statutum.*
V.	*Sine.*
QD.	*Siquidem.*
Ā.	*Sententia.*
L.	*Sylla.*
T.	*Sine testiculis, sine testibus.*
VR.	*Sine viribus, sine virtute.*
GN. vel O.	*Sine genitalibus.*
O.	*Sine oculis*, vel *occasione.*

S.M.	*Sine manibus*, vel *sine malo.*
S.P.	*Sine pedibus*, vel *sua pecunia*, vel *sine patre.*
SP.	*Spurius.*
S.9.	*Senatus consultum*, vel *consultus.*
ST.SN.	*Statuta sententia.*
ST.COS.	*Statuto consulis.*
S.C.PS.	*Senatus consultum plebescitum.*
SCI.AF.	*Scipio Africanus.*
S.I.D.	*Supplicatio immortali Deo.*
S.X.P.Q.R.	*Salua Crux populum quem redemisti.*
S.S.	*Sacri scrinii.*
S.CON.	*Sine consensu.*
S.AV.	*Sine auribus.*
S.COR.	*Sine corde.*
S.L.	*Sine lingua*, vel *sine liberis.*
SAC.S.	*Sanctio sancta.*
SS.	*Sanctiones sancta.*
S.D.	*Sacrum Dis.*
S.M.	*Sacrum manibus.*
SEQ.Q.OD.ET.PR.	*Senatus, equestris ordo, & Populus Romanus.*
S.L.M.N.	* * *
T.	*Tullius*, vel *Tanto*, vel *Titus.*
T9.	*Ter*, vel, *Tam*, vel *Trans*, vel *tum.*
TC.	*Tunc.*
TP.	*Tempus.*
TM.	*Tantum*, vel *terminus*, vel *Therme.*
TMR.	* * *
TN.	*Tamen.*
TM.P.	*Terminus positus.*
TTO.	*Testamento.*
]T].	*Intus.*
TB.R.	*Tiberius Rome.*
TB.T.	*Tibi tantum.*
T.B.D.F.M.AD.	*Tibi dulci filio meo adoptato.*
TRAI.	*Traianus.*
T,.	*Tibi*, vel *Tribuni.*
TB.	*Tribunus.*
TB.POT.	*Tribunitia potestatis.*
TB.CL.	*Tiberius Claudius.*
TT.QTS.	*Titus Quintus.*
TB.CS.	*Tiberius Caesar.*
TT.IMP.	*Titulum imposuit.*
TP.M.	*Tempus malum*, vel *medium.*
T.I.A.V.P.V.V.D.	*Tento iudicem arbitrumue, post volo uti des.*
T.	*Nominis militis appositum, ipsum in bello superstitem esse significabat.*

V.

V.	*Vicit*, vel *victor*, vel *veniet*, vel *Vitellius*, vel *Vester*, vel *Vero*.
V.S.F.	*Visum est.*
V.S.vel.vs.	*Vester.*
V.V.V.	*Viris vrbis vestræ.*
VAL C̄S.	*Valerius Cesar.*
V.P.IP.	*Vespasianus imperator.*
V.MVN.	*Vias muniuit.*
VRB.	*Vrbi.*
V.G.	*Verbi gratia.*
V.M.E.	*Verum etiam*, vel *veterum etiam.*
VO.	*Vero.*
	Vel, aut Ver.
V.V.	*Veluti*, vel *Venerunt.*
VIR.	*Virgo.*
VRB.R.	*Vrbis Romanæ.*
VAL.	*Valerianus.*
VLPS.	*Vlpius*, vel *Vlpianus.*
V.C̄.	*Vir clarissimus*, vel *clarus.*
V.M.	*Vestrum.*
V.L.	*Videlicet.*
V.B.	*Vobiscum.*
V.C̄C̄.	*Viri clari.*
V.R.	*Vrbs Romana.*
VRB.R.	*Vrbis Romæ.*
V.L.M.P.	*Viuens locum monumenti posuit.*
V.N.V.	*Viro nostræ vrbis.*
V.T.	*Verum tamen.*
V.S.	*Voluit Senatus.*
V.COSS.	*Voluerant consules.*
V.C.C.F.	*Vale coniunx charissime feliciter.*
V.D.A.	*Vale dulcis amice.*
V.D.N.V.	*Vale decus nostræ vrbis.*
V.S.L.M.H.D.S.S.	*Viuus statuit lege mandari hoc de suo sibi.*
V.FF.	*Viuentes fecerunt.*
X°.X.	*Xiclus.*
	Denarius.
X.	*Xynodus.*
X.vel x.	*Existimatio.*
X.D.	*Decius dedit.*
X.E.	*Decius existimet.*
XIIX.	*Duodetriginta.*
X.X.A.	*Vndeuigesimo anno.*
XXIIII.	*Triginta quatuor.*
X.V.	*Decem viri*, vel *quindecim.*
XIN.	*Hymnus.*

NOTARVM VETERVM EXPLANATIO EX Papiæ Gloſſario.

AC.	*Actio.*
ACT.	*Actor.*
ACTI.	*Actionem.*
AN.	*Actionum.*
AN.M.	*Actionem mandati.*
ACC.	*Accepta.*
AC.	*Acta cauſa.*
AC.P.	*Actor prouinciæ.*
AC. R.	*Actor ciuitatis Romanæ.*
A.*.	*A ſuis.*
A.S.L.F.	*Ad ſuam legem facit.*
A.L.	*Ad locum.*
AD.F.	*Ad finem.*
AD. QS.	*Ad quæſtores.*
ADI.	*Adiutor.*
ADI.P.	*Adiutor prouinciæ.*
AG.	*Agit.*
AGR.	*Agitur.*
ALA.	*Alia.*
ALIC.	*Alia lege.*
AM.	*Amicus.*
AM.N.	*Amicus noſter.*
AN.	*Annus.*
ANN.	*Annos.*
A.TP.	*Anni tempore.*
A.A.	*Ante audita.*
AC.P.R.	*Actor prouinciæ Romanæ.*
A.A.C.	*Ante audita cauſa.*
AP.	*Apud.*
AP.N.	*Apud nos.*
AP.	*Appellat.*
APP.N.	*Appellatio nominis.*
ARG.	*Argentum.*
AT.	*Autem.*
ATC.	*Auctoritas.*
AVR.	*Aurelius.*
AVG.	*Auguſtus*, vel *Auguſto.*
AV.	*Auguſtalis.*
A.	*Aut.*

B.N.	*Bene merentes.*
B.MB.	*Bene merentibus.*
BMB.S.C.	*Benemerentibus seruata causa.*
BMBST.	*Benemerentes seruantur.*
BM.F.	*Benemerenti fecit.*
BFC.	*Beneficium.*
B.	*Bonus.*
BR.	*Bonorum.*
B.F.	*Bonum factum.*
BO.E.	*Bonorum emptor.*
BOV.	*Bonorum venditor.*
B.H.	*Bonorum heres.*
B.S.	*Bonorum serui.*
B.HTH.	*Bonorum hereditates.*
B.LB.	*Bonorum liberi.*
B.FL.	*Bonorum filius.*
B.P.	*Bona paterna.*
B.P.	*Bonorum possessor, vel possessio.*
B.VD.	*Bona vocanda.*
BA.N.	*Bona nostra.*
B.V.	*Bona vestra.*
B.F.	*Bona fide.*
B.FA.	*Bona fortuna.*
B.FI.C.	*Bona fidei contractor.*
B.M.	*Bona materna.*
B.M.	*Bona memoria.*
B.ER.	*Bona eorum.*
B.ER.ST.	*Bona eorum seruantur.*
B.ER.IN.IT.	*Bona eorum non inueniuntur.*
B.H.I.	*Bona hic inuenies.*
B.H.N.	*Bona hic internenies.*
B.E.	*Bona eius.*
B.E.I.	*Bona eius inuenies.*
B.IT.	*Bona instituta.*
B.CA.	*Bona caduca.*
C.	*Causa.*
C.	*Causatus.*
C.M.	*Causa mortis.*
C C.E.	*Causa conuenta est.*
CS.	*Credimus.*
CS.	*Cæsar.*
CSA.	*Cæsar.*
CS.A.	*Cæsar Augustus.*
C. F.	*Cæsar imperator.*
C. M.	*Cæsar Maximus.*
CNTO.	*Centenario.*

CL.	*Centum millia.*
CTR.	*Ceterum.*
CR.CR.	*Circum circa, citra ciuitatem Romanam.*
C.	*Ciues*, vel *contra.*
CV.	*Casus.*
CM.	*Comis.*
CS.	*Cornelius.*
CT.	*Contrarium*, vel *contractum.*
OCON.	*Ocontrouersia.*
COSS.	*Consulibus.*
COS.	*Consules.*
CSS.	*Consularis.*
CS.	*Communes.*
COM. OB.	*Comitia obridiaca.*
CLI.	*Clarificus*, vel *clarissimus.*
CL FI.	*Clarissima fœmina.*
CL. F.	*Clarissima filia.*
C.	*Con.*
CVI.	*Cuius.*
C.R.C.	*Cuius rei causa.*
CC.	*Ducenti.*
D D.	*Dandum.*
DI.PI.	*Dare promittis.*
DR.S.	*Dare spondet.*
D.E.	*Damnatus est*, vel *erit.*
DD.	*Dedi.*
DD.M.	*Dedimus mercedem.*
DND.	*Dandas.*
D. DI.	*De donis.*
DID.	*Deinde.*
D.	*Dedicauit.*
DD.	*Dedicauerunt.*
D.	*Dedicatio.*
DPO.	*Depositio.*
DL.	*Delegor.*
DCT.	*Decretum.*
DF.	*Defunctis.*
D.Q.R.	*De qua e.*
DV.	*Deuotus.*
D.P.	*Deuota persona.*
DS.	*Deus.*
DO.	*Deo.*
DM.	*Deum.*
D.	*Dixit*, vel *damnat.*
DX.	*Dixerunt.*
D C.	*Diuus Cæsar.*
D,P.	*Diuus Pius.*

D.C.A.	*Diuus Cæsar Augustus.*
D.A.	*Diuus Augustus.*
DIG.	*Dignus,*
DIG.M.	*Dignus memoria.*
DIL.	*Dilectissimus.*
D.M.	*Diis manibus.*
D.M.S.	*Diis manibus sacrum.*
D.Q.S.	*Die quo supra.*
D.M.S.Q.C.P.	*Dies malus sequitur quod cras precor.*
D.	*Dies * dotem petit.*
D.F.	*Dotem fecit.*
D.	*Donatio.*
DO.M.	*Dolum malum.*
D.M.	*Domũ mortui, vel dormierũt mortui.*
D.M.S.	*Dormiunt mortui securi.*
D.DO.	*Dictio dotis.*
D.L.	*Do legem.*
DN̄.	*Dominus.*
DN̄Ā.	*Domina.*
DNO.	*Domino.*
D.	*Duo.*
D.DS.	*Duo deseruerunt.*
DT.	*Duntaxat.*
DVL.	*Dulcissimus.*
E.	*Est.*
EE.	*Esse,*
EE.MG.P.	*Esse magister potest.*
EE.N.P.	*Esse non potest.*
ERG.	*Ergo.*
ER.	*Erit,* vel *erunt.*
ERP.	*Eripiunt.*
EG.	*Eger.*
ET.	*Etiam.*
EPC.	*Episcopus.*
EP.	*Epistola.*
EP.M.	*Epistolam misit.*
EI.	*Eius.*
EIM.	*Eiusmodi.*
EX.	*Exigitur.*
EI.G.R.	*Eius ergo res.*
E.PP.	*Et præparat.*
F	*Familia.*
F.M.	*Fati munus.*
F.M.I.	*Fati munus impleuit.*
F.FR.	*Fabriles fratres.*
F.E.	*Factum est.*

DD.	*Hic dedicauit.*
C.	*Hoc.*
C.	*Hunc.*
O.	*Honor.*
S.	*Hos.*
S.	*Honesta.*
.V.	*Honestus vir.*
.F.	*Honesta fæmina.*
P.	*Honesta persona*, vel *honesta puella.*
V.	*Honesta vita.*
.L.	*Honesto loco.*
.L.N.	*Honesto loco natus.*
SO.	*Hostibus.*
.S.L.	*Hostia sacra legis.*
.I.	*Hoc inuenies.*
.	*Hora.*
.B.	*Hora bona.*
.M.	*Hora mala.*
.P.	*Hora pessima*
M.H.	*Homines honesti.*
C.L.	*Hunc lucum.*
OV.	*Hunc virum.*
O.	*Homo.*
O.H.	*Homo honestus.*
C.AM.N.	*Hunc amicum nostrum.*
C.LR.	*Hunc lectorem.*
A.	*Iam.*
.D.	*Iam dandum.*
.SD.	*Iam satis dandum.*
R.	*Iam respondit.*
.	*Idem, idque, idemque.*
	In.
.	*In domino.*
.	*Impositione.*
.S.	*In loco sacro.*
.R.	*In loco religioso.*
.D.	*In loco diuino.*
P.	*In loco præsenti.*
.A.	*In loco absenti.*
.	*In breui.*
S.R.	*In Senatu Romano.*
	Intra prouinciam.
	Iuxta limitem.
	Intra circulum.
P.	*In tuo tempore.*
C.	*Intra tempus constitutum.*
.	*Intra tempus.*

IF.	*Interfuit.*
ITP.	*Interposuit.*
ITE.	*Interest.*
II.	*Inibi.*
I.E.	*Index esto.*
I.FR.	*In foro.*
I.F.C.	*In foro Cæsaris.*
I.F. CS.A.	*In foro Cesaris Augusti.*
I F.P.	*In foro pacis.*
IN.F.T.	*In foro transitorio, vel Traiani.*
I.F.N.	*In foro Neruæ.*
I.F.L.	*In forulo libri.*
IMP.	*Imperator.*
IMPP.	*Imperatores.*
IMPL.	*Imperialis.*
IP.A.	*Imperator Augustus.*
IMP.C.	*Imperator Cæsar.*
IT.	*Inter, vel interdum.*
ITA.	*Interea.*
IIS.	*Iusiurandum.*
I.I.	*Iusta indicauit.*
IT	*Duo milia.*
I.PC.	*Ius perpetuum.*
IXI.	*Nonus decimus.*
K	*Carissime.*
KK.	*Carissimi.*
K.	*Kalendæ.*
K.Q.	*Kalendas Quintilis.*
K.S.	*Kalendas Sextilis.*
K.D.	*Capite diminutos.*
K.C.	*Capite census.*
KO.	*Cardo.*
K.	*Caput.*
K.M.	*Cardo Maximus.*
KAR. C.	*Carthago ciuitas.*
K.P.	*Cardo positus.*
K.F.	*Cardo finalis.*
K.	*Celius.*
KK. iuncta.	*Calumniæ causa.*
K.MT.	*Celius montium.*
KA.P.	*Castra posuit.*
KA.FI.	*Castra fixit.*
K.DD.	*Castra dedicauit.*
L.	*Laudabilis.*
L.L.	*Laudabilis loci.*
L.D.	*Laudandum, vel lex.*

LG.	*Legem.*
LG.D.	*Legem dat.*
LG.S.F.	*Legem suam fecit.*
LG.PM.	*Legem promisit.*
LG.S.I.	*Legem seruare iussit.*
LG.S.P.	*Legem seruare præcepit.*
L.	*Lector.*
LB.	*Lectoribus.*
LG.	*Legauit.*
LB.	*Liberi.*
L.E.	*Liberi eius.*
L.	*Locus.*
L.S.	*Locus sacer.*
L.D.	*Locus diuinus.*
L.DD.	*Locus dedicatus.*
L.R.	*Locus religiosus.*
L.Q.S.	*Loco qui supra.*
L.P.	*Locus proprius.*
L.EM.	*Locus emptus.*
L.PL.	*Locus publicus.*
L.ADQ.	*Locus adquisitus.*
L.M.D.	*Locus mortuis debitus.*
L.B.P.	*Locus bene possessus.*
L.M.P.	*Locus male possessus.*
L.I.I.Q.	*Locus in iure Quiritium.*
L.I.AF.	*Locus inter affines.*
L.IMPL.	*Locus imperialis.*
L.PV.	*Loca priuata.*
L.S.PAL.	*Loca sacri palatii.*
L.IC.	*Loca incerta.*
L.PI.	*Loca periculosa.*
L.T.	*Lucius Titius.*
L.C.	*Lucius Cornelius.*
L.M.	*Lucius Murena.*
L.V.R.	*Lucius Valerius Rufus.*
LVD.AP.	*Ludus Apollinis.*
M.	*Marcus, vel miles.*
M.CS.	*Marcus Cæsar.*
MAX.CS.	*Maximus Cæsar.*
MAX.PONT.	*Maximus Pontifex.*
MC.	*Mancipatio.*
MF.F.	*Manifestum fecit.*
M.F.	*Mala fide, vel malefidus.*
M.FID.P.	*Malæ fidei possessor.*
M.H.	*Malus homo.*
M.P.	*Male positus.*
MF.L.	*Manifestus locus.*

MF.OPP.	*Manifestum oppidum.*
M F.T.	*Manifestum testatorium.*
MN.	*Manumissum.*
MD.	*Mandatum.*
MR.	*Mater.*
M.	*Manus.*
MAM.	*Matertera.*
MG.	*Magister.*
MG.M.	*Magister militum.*
M.RF.	*Marcus Rufus.*
MAI.	*Maior.*
MI.	*Mihi.*
M.	*Mulier.*
MIN.	*Minor.*
M.	*Miles.*
MT.	*Milites.*
M.L.	*Militis locus.*
M.AG.	*Militis ager.*
MO.	*Modo.*
M̄.	*Molestus.*
M.P.	*Morte punit.*
MMI P.	*Monumentum petit.*
MN.AC.	*Monumentum accepit.*
• •.	*Monumenti locus.*
MS.	*Mos, vel meus.*
MVL.M.	*Mulier mala.*
MVL B.	*Mulier bona.*
MVL.P.	*Mulier pessima.*
N	*Nam.*
NQ.	*Namque.*
N.M.	*Non multum.*
N.S.F.	*Num satis factum est?*
NN.	*Nam nascitur.*
N.N.E.P.	*Nam natus est puer.*
N.	*Nec, vel nos.*
NQ.	*Neque.*
NR.	*Nero.*
N.CL.	*Nero Claudius.*
N.C.	*Nero Cæsar.*
NI.	*Nisi.*
NL.	*Nihil potest.*
NO.	*Non.*
N M.	*Non minus.*
N.N.	*Non nocet.*
NV.VI.	*Non vul*.*
N.S.E.	*Non sic est.*
N.L.	*Non longe.*

N.C.

N.C. *Non certe, vel non credo.*
N.P. *Non potest.*
N.LC. *Non licet.*
N.V. *Non vis.*
NB. *Nobilis, vel nobis.*
NOB.G. *Nobili genere.*
NOB.F.N. *Nobili familia natus.*
NO. *Nos, vel noster.*
NNO. *Nostrorum.*
N.E.D. *Notus & dives.*
N.N. *Nunc, nusquam, vel nunquam, nunquid.*
N.Q.V. *Nominat qui viuant.*

O *Oportet.*
OO. *Oportebit.*
OPP. *Oppidum.*
OE. *Oporteret.*
OP. *Opus.*
O.OS. *Opera ostendit.*
*. *Omnibus.*
OMA. *Omnia.*
OO. *Omnino.*
OS. *Omnes.*
O. *Orbe.*
OD. *Ordine.*
OFF. *Officium.*
OC. *Occursum.*

P.A. *Patris actio.*
P.C. *Patres conscripti.*
PAT. *Patricius.*
PFM. *Patris familias.*
P.FE. *Patre familia.*
P. *Pactum.*
PA. *Papia.*
PS. *Passus.*
P. *Pedes.*
PEC. *Pecunia.*
PP. *Perpetuum.*
PP.A. *Perpetuo Augusto.*
PV. *Pugna.*
PER. *Peregrinus.*
PIO. *Periculum.*
P.P. **.
POORB. *Piceno Orbicario.*
PIC. *Picenum.*
PO. *Potest.*

Ps.	*Possunt.*
Pn.	*Pen. āpi posuit*.*
Pvs.	*Posuimus.*
P.cos.	*Præter consules.*
P.c.	*Præter consulatum.*
P.	*Præ.*
Prt.	*Præter.*
Ps.	*Præses.*
Pr.p.	*Præses prouinciæ.*
P.af.	*Præfectus Africæ.*
P.eg.	*Præfectus AEgypti.*
P.syr.	*Præfectus Syriæ.*
P.ivd.	*Præfectus Iudææ.*
P.cl.	*Præfectus classis.*
P.gl.	*Præfectus Gallorum.*
Pcp.	*Principem.*
Pc.	*Prisca.*
Pc.l.	*Prisca lex.*
P̄vg.	*Priuilegium.*
P̄.	*Pri.*
Pp.	*Pupillus.*
ꝓ.	*Pro.*
ꝓꝑ.	*Propter.*
Prop.	*Proposita.*
Pv.	*Prouinciæ.*
ꝓpter.	*Proprietati.*
Proc.	*Proconsuli.*
Ppt.	*Proponitur.*
P.	*Publicus.*
P.r.	*Populus Romanus.*
Pq.r.	*Populusque Romanus.*
Qvr.	*Quare.*
Q.	*Quatenus.*
Q̄.	*Quam.*
Q.q.	*Quanquam.*
Q̄.	*Qua.*
Qi.	*Quasi.*
Qt.	*Quantum.*
Qpp.	*Quapropter.*
Q.d.r.	*Qua de re.*
Q.d.r.p.	*Qua de re peto.*
Q.d.e.	*Qua de causa.*
Q.d.c.v.	*Qua de causa venit.*
Q.e.	*Quærendum est.*
Q.q.	*Quæcunque.*
Q.	*Quæstio.*
Qrt.	*Quarto.*
Qn.	*Quanam.*
Q.	*Quæ.*

QM.L.	*Quem locum.*
QM.P.	*Quam patriam.*
QM.PR.	*Quam prouinciam.*
QM.	*Quoniam.*
Q.DIC.	*Quem dicit.*
Q.V.	*Quem vult.*
Q.P.	*Quem petit.*
QI.	*Qui.*
QT.C.	*Quintus Celius.*
QT.M.	*Quintus Murena.*
Q.	*Quo.*
Q.T.	*Quo tempore.*
QOT.	*Quotiens.*
Q.Q.	*Quoque.*
Ꝙ.	*Quod.*
Q.P.	*Quo petit.*
Q.MG.	*Quo magis.*
Q.S.	*Quintus Sellius.*
Q.	*Cur.*
QI.	*Quin.*
RC.	*Rescriptum.*
℞.	*Responsum.*
R.	*Responsio.*
R.	*Respondet.*
RG.	*Recognouit.*
RC.	*Recuperatores.*
R.G.	*Regesta.*
R.	*Res, vel rem.*
R.	*Rex.*
RP.	*Respublica.*
RPS.	*Reipublica, vel rei priuata.*
RGL.	*Regulus.*
RG.F.	*Regii filius.*
R.D.	*Regis donum.*
R.M.	*Regis munus.*
RS.	*Romanus.*
R.C.	*Romana ciuitas.*
R.C.	*Romani ciues.*
ROA.	*Romana.*
RAV.	*Rauenna.*
R.	*Roma.*
SS.S.	*Satis significat.*
S.G.	*Satis gestamus.*
S.F.	*Satis fecit.*
S.CM.	*Sacra communia.*
SCT.	*Sanctorum.*
SC.MM.	*Sanctæ memoriæ.*
SI.C.	*Scilicet.*

SN.	*Senatus.*
S.C.	*Senatus consultum.*
SA.	*Sententia.*
S D.	*Sententiam dat, vel dixit.*
SD.	*Secundum.*
S.	*Seruus.*
SN.	*Sine.*
SN.D.	*Sine dubio.*
S P.M.	*Sine periculo mortis.*
SGN.	*Signum.*
SIGL.	*Sigillum.*
ST.	*Sint.*
STI.P.	*Statutum tempus.*
STP.	*Statuta tempora.*
ST.D.	*Statutum diem.*
ST.D S.	*Statuti dies sunt.*
S.C.	*Statutus consul.*
ST COS.	*Statuti consules.*
ST.SN.	*Statutus senatus*, vel *statuti senatores.*
S.P.Q.R.	*Senatus populusque Romanus.*
STAD P.	*Stadium posuit.*
ST.DD.	*Stadium dedicauit.*
S.	*Sunt.*
SG.	*Sacrilegium.*
S. S.	*Supra scriptus.*
SD.	*Supradictus.*
SS D.	*Supra dicti.*
SP.M.	*Supra memorati.*
T.	*Tanto.*
TPS.	*Tempus.*
TP B.	*Tempus bonum.*
TP.M.	*Tempus malum.*
TM.	*Terminus.*
TM.P.	*Terminus positus.*
TM. DD.	*Terminum dedicauit.*
TM.DD.	*Therma dedicata.*
TB.	*Tibi.*
T.	*Titulus.*
TB.D.F.M.	*Tibi dulci filio meo.*
TRAI.	*Traianus.*
TIBI.	*Tiberius.*
TB.R.	*Tiberis Roma.*
T	*Trans.*
T.POT.	*Tribunicia potestates.*
TRI.	*Tritus.*
TB.P.	*Tribunus plebis.*

VAL.

V AL.	*Valerius.*
VAL.CS.	*Valerius Cesar.*
V.IMP.	*Vespasianus Imperator.*
V.MVN.	*Vias municit.*
VR̄.G.	*Verbi gratia.*
VM ET.	*Verum etiam.*
VM.	*Verum.*
VO.	*Vero.*
VL.	*Vel.*
VV.	*Velut.*
VG.	*Virgo.*
VRB.	*Vrbis Roma*
X.	*Decem.*
XI.	*Vndecim.*

NOTARVM IVRIDICARVM EXPLANATIO.

Ex Veteribvs Membranis.

A.	*Aut.*
A7.	*Autem.*
AN̄.	*Ante.*
AT.	*Actio.*
A9 N̄.	*Actionem.*
AP̄.	*Apud.*
A D̄V̄.	*Aduersum.*
A P̄P̄T̄.	*Appellant.*
AF.	*Affectus.*
A7̄.	*Annorum.*
AN.P.M.	*Annorum plus minus.*
A.A.	*AEs alienum.*
A.A.	*Aulus Agerius.*
AM.	*Amantissime.*
ACT.T.	*Auctoritas tua.*
ACT.	*Auctoritas.*
APP9.	*Appellationem.*
AVCT.	*Autor.*
AVCT.	*Auctoritatibus.*
A V.P9S.	*Agens vice proconsulis.*
AGG.	*Augusti.*

Acc.	*Accepta.*
Acc9.	*Accusatio.*
All.	*Alligata.*
AFKc.	*Africa.*
ANT.	*Antiochie.*
AS.°	*Asie.*
Ach'.	*Achaie.*
Appll.	*Appollonie.*
ANN.	*Annone.*
B.	*Bus.*
B.	*Bona.*
B. F.	*Bona fide.*
Be.	*Bene.*
Bfa.	*Beneficia.*
Br.	*Bonorum.*
B.pn.	*Bonorum possessiones.*
B.p.	*Bonorum possessio.*
B.m.	*Boni mores.*
B.r.	*Bonorum raptor.*
Bnf.	*Beneficium.*
Bl.	*Bellorum.*
Bt.	*Beatus.*
Bitt.	*Britannia.*
B.	*Ber.*
Bȝ.	*Bem.*
C.	*Causa.*
C.c.	*Causa cognita.*
C.c.c.	*Cum consilio conlocutus.*
C.cn.	*Causa cognita.*
C.p.	*Clarissime puer.*
Cl.vv	*Clarissimorum virorum.*
C.d.	*Communi diuidundo.*
Cct.	*Contra tabulas testamenti.*
9.	*Con.*
ʒ.	*Contra.*
Ꞓ.	*Cum.*
Ꞓ C.	*Contractus.*
C.r.	*Ciuis Romanus.*
C.	*Censum.*
C.	*Consul.*
Cn.	*Consules.*
Cap.	*Campania.*
CORS.	*Corsica.*
CORR.	*Correctori.*

9DC.

9DC.	*Conditioni.*
CVR.	*Curator.*
9SRIS.	*Consularis.*
C.T.	*Celsitudo tua.*
C.V.	*Clarissimi viri.*
C.M.V.	*Clarissimi mores viri.*
CM.	*Clarissime.*
C.MO.F.	*Clarissimæ memoria fuit.*
CALAB.	*Calabriæ.*
CVI.	*Cuius.*
ƷDO.	*Contrahendo.*
9VSIA.	*Controuersia.*
COM.	*Comiti.*
C.SA.L.	*Comes sacrarum largitionum.*
C.R.P.	*Comites rei priuatæ.*
C.O.P.	*Comites ordinis primi.*
COM.ORT.	*Comites orientales.*
C.D.E.R.N.E.	*Cuius de ea re nuntiatio est.*
C.Q.S.E.	*Causa quæ supra scripta est.*
CLAN.	*Claudianum.*
9SNS.	*Constantinus.*
9STIVS.	*Constantius.*
C.D.M.	*Causa doli mali.*
DM. vel D.M.	*Dolo malo.*
DMTI.	*Diminutio.*
D.ML.	*Dolum malum.*
DICL.	*Diocletianus.*
DQA.	*De qualicunque causa agis.*
DNQ.	*Dominusque.*
DM.	*Deum.*
DNN.	*Dominum.*
DT.	*Dantur.*
D.	*Dixit.*
D.	*Diuus.*
D.	*Dum.*
D.	*Dem.*
DT.	*Dotis.*
DD.	*Deinde.*
D.D.	*Diui.*
D.FF.	*Diui fratres.*
D.L.	*Do lego.*
DT.	*Dumtaxat.*
DQ.	*Denique.*
DIV.	*Diuinum.*
DV.	*Dum dein.*
D.M.	*Diuæ memoriæ.*

D.D.E.	*Dare damnas esto.*
D.F.O.	*Dare, facere oportet.*
D.S.A.	*Diuersæ scholæ autores.*
D.KPS.	*Dare sponsores.*
D.M.O.	*Donum munus opera,*
D.O.	*Dare oportet.*
E.	*Est.*
EG.	*Ergo.*
ET.	*Etiam.*
EE.	*Esse.*
ED.	*Edictum.*
EXC.	*Exceptio.*
EX.	*Eximo.*
EXM̄O.	*Existimo.*
EGS.	*Egressus.*
EM̄S.	*Emissa.*
EMS.	*Exemplar.*
EXO.	*Existimatio.*
E.	*Eius.*
EN.	*Enim.*
EXMPL.	*Exemplum.*
EXLA.	*Exempligratia.*
EXPT.	*Experimentum.*
EXLCT.	*Excellentia ceterorum.*
EM.V̄R.	*Eminenti viro.*
EDTI.	*Edicta.*
EXT.	*Exercitium.*
EO.	*Eorum.*
F.	*Futurum.*
FO.	*Forte.*
F.E.	*Factum est.*
FD.	*Fundum.*
FV.	*Fuit.*
FV̄IT.	*Fuerit.*
F.	*Fun.*
FVAT.	*Fuerat.*
FA ℘.	*Factio.*
FV ℘	*Functio.*
FLAM.	*Flamine.*
FLMC.	*Flaminica.*
FID.	*Fiducia.*
FD.	*Fideiussor.*
FION.	*Fideiussionem.*

FD. CM.

FD.CH.	*Fidei commissum.*
FA.	*Facta.*
FO.	*Facto.*
FT.S.	*Facta sunt.*
FL.FM.	*Filius familiæ.*
F.HC.	*Familia hercifcundæ.*
GORA.	*Gordianus.*
G.T.	*Grauitas tua.*
G.	*Gaius.*
G.S.	*Gaius Seius.*
GRA̅.	*Gratia.*
GL.	*Gloria.*
GN.	*Genus.*
GG.	*Gignit.*
GD.	*Gaudium.*
GR.	*Gerit.*
G.	*Gum.*
G	*Gem.*
G̅.	*Gen.*
GNT.	*Gentes.*
H	*Hoc.*
H.D.	*His diebus.*
H.V.	*His verbis*
H.	*Heres.*
H.	*Heredes.*
H.	*Heredum.*
HDI.	*Heredi.*
H.I.	*Heres institutus.*
H.S.	*Heres scriptus.*
HTATIS.	*Hereditatis.*
H19.	*Hereditatis institutio.*
H.AD.	*Heredes Hadriani.*
HNR.	*Honorius.*
H^C.	*Hunc.*
HVI.	*Huius.*
IVL.	*Iulii.*
IVD.	*Iudex.*
IMP̅T.	*Imperat.*
IMP̅.	*Imperator.*
IMPP.	*Imperatores.*
ID.	*Iurisdictio.*
IP.	*Ius pretorium.*
II.	*Iusiurandum.*
IT.	*Intra.*
IM̅.	*Interim.*

I.	*In.*
I.I.	*In iure.*
I.C.	*Ius ciuile.*
I.Q.	*Ius Quiritium.*
I.L.	*Ius liberorum.*
I.S.	*Iudicatum solui.*
I.IR.	*In integrum.*
IG.	*Igitur.*
I.E.	*Id est.*
ING.	*Ingerit.*
ID.	*Idem.*
I.I.	*Item idem.*
I.	*Instituit.*
IT.	*Institutus.*
I.I.C.	*In iure cessit.*
I.G.	*Ius gentium.*
K	*Caput.*
K.	*Casus.*
KA.	*Caduca.*
K.D.	*Capite decedit.*
KMN.	*Capitis minutionem.*
KL.	*Capitis quinquagesimæ.*
KR.	*Caritas.*
KR. T.	*Caritas tua.*
KR.P.	*Caritas pura.*
K.B.	*Caritas bona.*
KME.	*Carissime.*
K L.	*Kalendæ.*
K.	*Kalumnia.*
L.	*Lex.*
L.	*Licet.*
LEG.	*Legem.*
LEG.	*Legio.*
LEG.	*Legiones.*
L.	*Lem.*
LI.	*Lis.*
LT.	*Lites.*
LP.	*Lapis.*
LD.	*Ludus.*
LPS.	*Lapsus.*
LTA.	*Latebra.*
LIB.	*Liber.*
LBT.	*Libertas.*
M.	*Mihi.*
M.	*Memoriæ.*

MIL.

MIL.	*Miles.*
MVL.	*Mulier.*
MLS.	*Miles.*
MM.	*Matrimonium.*
MX̄M.	*Maximum.*
MNN̄II.	*Matrimonii.*
MF.	*Manifestum.*
MS.	*Magis.*
MNM.	*Manumitti.*
MM̄S.	*Manumissus.*
M.M̄S.	*Manu mancipis.*
MAG.	*Magistratus.*
M°.	*Modo.*
M.T.	*Mortis tempore.*
M.C.	*Mortis causa.*
M.D.	*Manu diuina.*
M.	*Man.*
M.	*Men.*
M̄T.	*Mentem.*
M̄.	*Mus.*
M̄L.	*Malum.*
N	*Nomen.*
NM̄.	*Nomina.*
N.	*Nostra.*
N.	*Nostrum.*
NM.	*Nem.*
N.	*Num.*
N̄.	*Nam.*
N̄.	*Non.*
NF.	*Nec.*
Nq̄.	*Neque.*
N.V̄.	*Non vi.*
N.C̄.	*Non clam.*
I-S-I	*Nisi.*
N̄C.	*Nunc.*
N̄O.	*Nostro.*
RI.	*Nota.*
N.	*Nummum.*
NP.	*In Pretorio.*
NEḠ.	*Negotia.*
NEGT.	*Negotiatores.*
O.	*Oportet.*
O.	*Opera.*
OP.	*Opinio.*

O P̄P.	*Oppressus.*
O B̄.	*Obediens.*
Ō.	*Omne.*
OMB.	*Omnibus.*
OMPN.	*Omnipotens.*
O.MQ.	*Optimo maximoque.*
O L̸.	*Oleum.*
OL.	*Olim.*
OLPD.	*Olympiadis.*
P	*Pes.*
P.	*Post.*
Pō.	*Potest.*
Po ꝗ.	*Postquam.*
℞.	*Pru.*
ꝑ.	*Pro.*
P̄.	*Præ.*
℞.	*Per.*
P̄P.	*Propter.*
PCA.	*Pecunia.*
PR̄A.	*Propterea.*
P.R.	*Populus Romanus.*
POP̄.	*Populus.*
PVP.	*Pupillus.*
P L̸.	*Placuit.*
POT.	*Potestatem.*
P.	*Publica.*
P.P̄R.	*Proparte.*
P̄C.	*Procurator.*
PS̄.	*Possunt.*
PS̄.N.	*Possessionem.*
ꝗ	*Qua.*
q̄q̄.	*Quæque.*
q°.	*Quo.*
qn.	*Quoniam.*
q̄m.	*Quem.*
ꝗ	*Quam.*
qⁱ.	*Qui.*
qꝛ.	*Quia.*
q̲ⁱ.	*Quis.*
qs.	*Quas.*
qu.	*Quamuis.*

Qt

Qs.	*Quasi.*
Q° (symbol)	*Quesito.*
qd.	*Quedam.*
q'd.	*Quidam.*
q'd.	*Quidem.*
q9 (symbol)	*Quod.*
qb.	*Quibus.*
qt̄	*Quotiens.*
q.a.m.	*Quemadmodum.*
q.m.	*Quo minus.*
Q.	*Questio.*
Qn̄.	*Questionem.*
qr̄.	*Quare.*
Rṕ	*Respondit.*
Rp.	*Reparauit.*
℞pm.	*Responsum.*
R.v.	*Re vxoria.*
R.D.	*Recte date.*
℞	*Ratio*
RP.	*Rempublicam.*
RP.	*Respublica.*
RR.	*Rerum.*
℞	*Res.*
RB.	*Rebus.*
R'.	*Rum.*
R̄.	*Runt.*
R (symbol)	*Rint.*
R.	*Rem.*
SA.	*Salus.*
SP̄S.	*Spes.*
SP̄S.	*Spiritus.*
SC̄S.	*Sanctus.*
SC̄7.	*Sanctum.*
SPC.	*Spectat.*
STIP.	*Stipulatio.*
SIPN̄.	*Stipulationem.*
SFF.	*Sufficit.*
SN̄.	*Sine.*
So.	*Sors.*
S (symbol)	*Sententia.*
Sc.	*Senatus consultum.*

SVPP.	*Subplantationem.*
SPC.	*Species.*
SCL.	*Scilicet.*
STD.	*Satisdat.*
SS.	*Solidus.*
Ss.	*Supra scriptum.*
ST.A.	*Sine tutoris autoritate.*
SD9.	*Satisdatio.*
SER.	*Seruum.*
SV.	*Sine.*
ST.	*Satis.*
S. vel S̄.	*Sunt*, vel *Sed.*
SC.	*Sicut.*
SEX.	*Sexagies.*
SEXV.	*Sexuir.*
S̄D.	*Secundum.*
S S̄.M̄.	*Satis secundum mancipium.*
T.	*Tunc.*
TT.	*Tantus.*
TMP̄.	*Tempore.*
TM̄.	*Tamen.*
T', vel T.	*Ter.*
TC.	*Tunc.*
T.	*Trans.*
TAB.	*Tabulas.*
TT̄M.	*Testamentum.*
TTR.	*Testamentorum.*
TA.	*Tra.*
T.	*Tur.*
V.	*Vel.*
VO.	*Vero.*
RV.	*Vestrum, vel virum.*
V̄DL.	*Videlicet.*
VT.	*Vtilis.*

NOTÆ NVMERORVM
EX ANTIQVO CODICE.

A.ccccc.	*Quingenta.*
B.ccc.	*Tercenta.*

C.c.	*Centum.*
D.d.	*Quingenta.*
E.ccl.	*Ducenta quinquaginta.*
F.xl.	*Quadraginta.*
G.cccc.	*Quadringenta.*
H.cc.	*Ducenta.*
I.i.	*Vnum.*
K.li.	*Quinquaginta vnum.*
L.l.	*Quinquaginta.*
M.m.	*Mille.*
N.lxxxx.	*Nonaginta.*
O.xi.	*Vndecim.*
P.cccc.	*Quadringenta.*
Q.ccccc.	*Quingenta.*
R.lxxx.	*Octuaginta.*
S. lxx.	*Septuaginta.*
T.clx.	*Centum sexaginta.*
V.v.	*Quinque.*
X.x.	*Decem.*
Y.cl.	*Centum quinquaginta.*
Z.ii.	*Duo millia.*

Item si his recta linea superaddatur, quid significent.

$\bar{A}$.	*Quinque millia.*
$\bar{B}$.	*Tria millia.*
$\bar{C}$.	*Centum millia.*
$\bar{D}$.	*Quingenta millia.*
$\bar{E}$.	*Ducenta quinquaginta millia.*
$\bar{F}$.	*Quadraginta millia.*
$\bar{G}$.	*Quadringenta millia.*
$\bar{H}$.	*Ducenta millia.*
$\bar{I}$.	*Mille.*
$\bar{K}$.	*Centum quinquaginta vnum millia.*
$\bar{L}$.	*Quinquaginta millia.*
$\bar{M}$.	*Mille millia.*
$\bar{N}$.	*Nonaginta millia.*
$\bar{O}$.	*Vndecim millia.*
$\bar{P}$.	*Quadringenta millia.*
$\bar{Q}$.	*Quingenta millia.*
$\bar{R}$.	*Octuaginta millia.*
$\bar{S}$.	*Septuaginta millia.*
$\bar{T}$.	*Centum sexaginta millia.*
$\bar{V}$.	*Quinque millia.*
$\bar{X}$.	*Decem millia.*
$\bar{Y}$.	*Centum quinquaginta millia.*
$\bar{Z}$.	*Bis millies mille.*

∾. CC.		*Ducenta.*
∞ CXƆ	$\overline{M}$.	*Mille.*
CIƆ I))	$\overline{V}$.	*Quinque millia.*
IMI ((I)).	$\overline{X}$.	*Millia:*
)M(DMI))) I)))	$\overline{L}$.	*Quinquaginta millia.*
(((I))) LCM. ⅄	$\overline{C}$.	*Centum millia.*
(Q). $\overline{D}$.		*Quingenta millia.*
(M). $\overline{M}$.		*Mille millia.*

PHOCÆ GRAMMATICI
ARS DE NOMINE ET VERBO.

Ars mea multorum es, quos secula prisca tulerunt;
Sed noua te breuitas asserit esse meam.
Omnia cum veterum sint explorata libellis,
Multa loqui breuiter sit nouitatis opus.
Te relegat iuuenis, quem garrula pagina terret;
Aut si quem paucis seria nosse iuuat.
Te longinqua petens comitem sibi ferre viator
Ne dubitet: paruo pondere multa vehis.
Te si quis scripsisse volet, non vlla queretur
Damna, nec ingrati triste laboris onus.
Est quod quisque petat; nunquam censura diserti
Hoc contemnat opus, si modo liuor abest.

REDO *nonnullos hoc meũ miraturos opusculum, quod in tãta doctissimorum hominũ copia, qui varie diligenterque emendati sermonis precepta tradiderunt, ego potissimum ausus sim temerario ac pene sacrilego conatu libellum de arte comminisci. De quo prius excusandum puto, quam de titulo operis disseram. Cum sciam plurimos quidem regulas artium per ordinem*

dinem digessisse, quibus ad prerogatiuam solertia vel antiquitas suffragata est. Sed eorum alios late copioseque scripsisse, ita vt superflua interdum vbertate narrationis memoria legentium confundatur: Alios, dum breuitati studente, admodum diffusam coartasse materiam, vt sterili compendio nihil ad integram scientiam lectoribus conferant: Adolescentes vero nostri seculi non desiderio literarum, nec amore virtutis ad studia se applicare, sed aut necessitate compulsos, aut odore voluptatum per ætatem afflatos execrari magistros, quorum vt quisque est diligentior, eo maiori odio premitur; Et gymnasium sapientiæ, quo ad beatam vitam semita demonstratur, velut teterrimum carcerem detestari: Alios autem, quamuis scire cupiant, omne tamen fructuosi laboris onus detrectare, nec assiduis inhærere lectionibus, nec curiosa perscrutatione veterum eruere commentarios: dum semper esse assidui, nunquam fieri volunt, docti esse non possunt. Idcirco fateor me negotium hoc suscepisse pluribus profuturum, nisi qui nouellam artis expositionem tractare fastidiant; præcipueque discipulis nostris, quibus aduersus obliuionis sacturam, & percunctantium tentamenta consultum esse desidero. In hoc namque nostræ professionis summa versatur, vt in aliorum scientiam tui periculum facias, ne, si ipse scias, sed si alios docueris, eruditus esse videaris. Nominum igitur regulas & verborum in vnum congessi, quoniam hæ fere principatum in partibus orationis obtinent, multumque difficultatis habent, & super ceteris abunde dictum a summis auctoribus existimo. Quo in opere nihil mihi sumam, nec a me noui quicquam repertum affirmabo. Multa nanque ex multorum libris decerpta concinna breuitate conclusi, vt nec ieiuna parum instruat compensatio, nec verbosa prolixitas fastidium legentibus moueat. Si quid autem a nobis in suscepto negotio commode tractatum est, malo id lectoris iudicio laudari, quam nostra prædicatione iactari. Tu tamen industria tua vel petulantia nostræ crimen excusabis, vel laudis si quid merebitur, ampliabis Aggressus ergo sum nominum regulas breuiter explanare, & scrupulosam difficilemque materiam adolescentibus peruiam facere. Quoniam omnis ambiguitas in genere nominis & declinatione consistit. Primum latina a græcis discreui, ne confusione varietatis perturbaretur memoria. Deinde monosyllaba congesta proposui, quæ diuersi quidem sunt generis, tertii autem ordinis formulam, tribus exceptis, sequuntur: & sunt fere hæc.

MAsculini generis: as, dens, grex, flos, fons, lar, mons, mos, mus, mas, præs, Mars, pons, Nar, pes, ros, rex, sal, sol, vir, vas vadis. ex his vnum est secundæ declinationis, vir.

Feminini generis: arx, ars, calx, crux, cos, dos, frons, gens, falx, fax, fex, glis, lux, lex, lis, lens, glans vel glandis, lanx, mors, merx, mens, nux, nix, nex, nox, pix, ops, prex pars, res spes, sors, stirps, trabs, vis, grus, vrbs, vox, nar naris. Ex his duo sunt quintæ declinationis contra regulam, spes, & res.

Neutri generis sunt hæc: æs, crus, cor, fas, far git, ir, ius, mel, os, par, pus, thus, fel, lac, rus, ver, vas vasis. ex his quatuor minime declinantur: fas, git, pus, ir. Quatuor in plurali numero deficiunt; nam tres tantum casus habent, far, ius, rus, & æs.

Communis generis: bos, dux, sus, fur, grus.

Omnis generis hæc duo sola par, trux.

Expositis monosyllabis cuiuscunque sint generis, de cæteris quotlibet syllabarum nominibus differemus; quæ his clausulis terminantur, quatuor vocalibus, præter i; & semiuocalibus, præter f; & vna muta t. de quib. ex ordine has regulas subiectas notabimus; exceptis illis quę minime declinantur, vt fas, nefas, nihili, nugas, gummi, frugi, sinapi, pedum, nequam. ex his neutri generis sunt, fas, nefas, gummi, sinapi, pedum. Alia omnis generis.

DE GENERE ET DECLINATIONE NOMINIS.

A terminata masculina sunt propria, vt, Sylla, Seneca, Catilina, Cotta, Tucca, Agrippa, Pansa. Pauca sunt appellatiua masculini generis, vt. hic lanista, hic dama, hic talpa, hic popa, hic nauta, hic poeta, hic collega, hic scurra, hic lixa, hic assecla, hic scriba, hic perfuga, hic transfuga, hic homicida, hic parricida. Quæ alii communis generis esse dicunt Et illa quę a verbis, colo, & gigno, componuntur, vt hic & hæc cœlicola, agricola, syluicola, terrigena rurigena. Reliqua appellatiua omnia feminini sunt generis & primæ decliuationis, vt fortuna, sella, terra, harena, carina, habena Neutri generis latina sunt nulla Communis hæc sola, hic & hæc pedissequa, aduena, conuena, auriga, conuiua, verna. Et omnia primæ declinationis sunt. Barbara neutri generis duo lecta sunt apud Sallustium nomina fluuiorum, hoc Molucha, hoc Turia.

E finita neutri generis sunt omnia, & tertiæ declinationis, vt hoc sedile sedilis, monile monilis, mare maris.

O terminata tertiæ declinationis sunt omnia, sed diuersi generis Nam quæ in o puram desinunt, e vocali præposita, masculini generis sunt, vt hic ganeo, aleo, labeo, quæ nominatiuuum & vocatiuū solū habent. Quæ i ante o habent, aut propria masculini sunt generis, vt Curio, Scipio: aut corpus quidē significantia generis masculini sunt, vt hic stellio, vnio, histrio, cēturio, gurgulio, quaternio, senio, mulio; & omnia o literam in obliquis casibus productā seruāt; excepto vno, Anio flumen Italiæ, quod Anienis facit. Rem aūt incorporalem significantia pleraq; a verbis trāsferuntur, & sunt generis feminini, vt hęc oratio, ratio, actio, statio, portatio, religio. & hęc similiter nomina per omnes casus o producūt præter nominatiuū & vocatiuū numeri singularis. Præposita vero b litera vel qualiber consonāte, propria vel appellatiua, masculini sunt generis, vt hic carbo, Libo, pręco, mucro, bubo, latro, homo, tiro, sermo, pauo, Cato: excepto vno ꝓprio feminini generis, hæc Iuno; & altero appellatiuo, quod o literā in obliquis casib. amittit, vt hæc caro carnis. Sed duæ solę consonantes sunt, g, d, quibus præcedentib. o litera terminata nomina, generis feminini sunt, vt hæc ærugo, imago, caligo, fuligo, origo, propago, hirundo, ęrugo, arundo, magnitudo, altitudo, testudo, similitudo, fortitudo, quæ o in i conuertunt in obliquis casibus. excipiuntur in vtroq; elemento generis masculini, vt hic ligo, hic mango, hic prædo, hic cudo, hic spado, quæ o producunt: hic cardo, hic ordo, quæ superiorē formulā sequuntur. Sunt & quatuor tantūmodo, quæ neutralia esse possunt, quorū pars dimidiā declinationē patitur, vt duo, & ambo. Pondo aūt & octo, monoptora sunt, & tantū pluraliter efferūtur, vt hæc pondo. Nā *vnū pondo* non dicimus, sed in librā efferimus *duo*. n & *tria pōdo*, & deinceps obseruamus, vt quoties de neutro loquamur, correpte dicamus, *pondo duo millia*; & in accentu longo, *duo homines & ambo homines*, *duæ mulieres & amba mulieres* dicuntur. Duo aūt & ambo etsi correpta esse videantur, tamen in accusatiuo dupliciter efferuntur; nanq; *hos duos & hos duo*; & *ambos & ambo* apud auctores inuenimus. Communia, hi & hæc duo, & hæ duæ, & ambo & ambæ: horū duorum & amborum, harum duarum & ambarum: his duobus & ambobus, duabus & ambabus: hos duos & ambos, has duas & ambas, hęc duo & ambo: his duobus & ambobus, duabus & ambabus.

V terminata sine controuersia neutri generis sunt, & quartæ declinationis, aptota in singulari numero, in plurali declinantur: & sunt perpauca, quæ pluralem numerum admittunt, genu, cornu, veru, specu, tonitru. cætera semper singularia, vt hoc seru, gelu, pecu, testu. Dicimus tamen, & hæc testa, & hæc pecua.

Al syllaba finita neutri generis sunt tertiæ declinationis, vt hoc animal, animalis, hoc vectigal, hoc tribunal, hoc luper-

cal.

cal. Vnum est masculini generis monosyllabum, hic sal salis, & barbara propria vt hic Annibal, Adherbal, Asdrubal, Hiemsal. El neutri generis sunt, vt mel, & fel. Il syllaba terminata masculini generis sunt, hic pugil, hic mugil; sed Iuuenalis *hic mugilis* nominatiuum dixit. vnū cōmunis, vt hic & hæc vigil. vnū feminini generis, vt hæc Tanaquil. Et omnia exēplo tertiæ declinationis inflectuntur. In Ol vnū inuenitur masculini generis vt hic sol. Vl syllaba finita duo sunt masculini generis, vt hic consul, & hic præsul. vnum cōmunis generis, vt hic & hæc exul, Lucanus libro VIII. *Exul adhuc iacet umbra ducis*. Et sunt tertiæ declinationis, consulis, præsulis, exulis.

Vm syllaba terminata sunt neutri generis & secundi ordinis, vt hoc telum teli, cœlum cæli, bellum belli. imperiū imperii, regnū regni, fatū fati. In hac extremitate nullū sibi locū ambiguitas vēdicat.

En syllaba quæ finiuntur, i vocali prępoſita, duo tantummodo masculini generis sunt, vt hic rien, rienis; hic lien, lienis; quæ in obliquis casibus e literam productā seruant. Et septem alia eiusdem generis antepositis consonantibus, hic flamen, sacerdos Iouis, hic pecten, hic tibicen, hic fidicen, hic liticen, hic tubicen, hic cornicen. Cætera neutri generis sunt procul dubio, & tertiæ similiter declinationis, vt hoc carmen, nis, nomē, nis: certamen limen, numen omen crimen, examen gluten, nis; & his similia.

Ar syllaba terminata generis sunt neutri omnia, vt hoc lucar, hoc torcular, hoc puluinar, hoc laquear, hoc lacunar, hoc calcar; præter vnum proprium masculini generis, hic Cæsar. Hæc quoque tertiæ declinationis formulam sequuntur, sed neutra in obliquis casibus a productam habent; notatur iubar quod solum correptam a habet, vt Virgilius, *iubare exorto*.

Er syllaba finita, (exceptis duobus feminini generis, hæc mater & hæc mulier) neutra sunt, hoc vber, hoc suber, hoc papauer, hoc cadauer, hoc laser, hoc tuber, hoc siler, hoc cicer, hoc iter; quæ omnia tertiæ sunt declinationis. Cætera masculini sunt generis, alia secundæ, alia tertiæ declinationis. Masculina igitur in er syllabam desinentia, si faciunt ex se feminina a litera terminata, secundi sunt ordinis vt hic pulcher pulchri, ater atri, niger nigri; quorum feminina sunt, pulchra, atra, nigra. Notatur sequester, quod sequestra facit femininum, & est tertiæ declinationis. Et quæ ex se aut nulla faciunt feminina, aut in is syllabam mittunt, tertię declinationis, hic pater patris; frater fratris; hic passer passeris; anser anseris; carcer carceris; agger aggeris; hic acer huius acris; nam femininum facit, hæc acris, vt Horatius: *Soluitur acris hyems*. hic alacer alacris; hic volucer volucris; mediocer mediocris; celer celeris; equester equestris; pedester pedestris. Excipiuntur pauca, quæ quamuis in femininum genus a terminatum minime transeant, secundæ tamen sunt declinationis, vt hic puer pueri; hic gener generi; hic socer eri; hic liber liberi, hic liber libri, Auster stri; aper apri; cancer cancri; oleaster oleastri; caper capri; culter cultri; raster rastri; faber fabri. Vnum inuenitur communis generis, quod iuxta rationem communium tertii est ordinis, vt hic & hæc pauper pauperis. Quidā adiiciunt, hic & hæc vber, vberis.

Ir syllaba terminatur vnum monosyllabum generis masculini secundæ declinationis, hic vir viri; & si qua ex illo componuntur, vt hic semiuir, duumuir, triumuir, septemuir decemuir, leuir: quę eiusdē sunt declinationis. Vnum prætereа neutri generis repertum est, & monosyllabis insertum, hoc ir indeclinabile.

Or syllaba finita masculini sunt generis & tertiæ declinationis, vt hic odor odoris hic olor ris; hic amor amoris, liquor liquoris. Exceptis tribus, quæ sexus in feminino genere defendit, eiusdem tamen declinationis, vt hæc vxor, hæc soror, hæc arbor. Et neutris his, hoc ador, hoc

marmor, hoc æquor, hoc ebor, hoc robor. quidam &, hoc femor, rationabiliter annumerant. Vnum est communis generis, hic & hæc author. Vnũ omnis generis, hic & hæc & hoc memor, & compositum ex eo, immemor. Et omnia in hanc syllabam desinentia, o in obliquis casibus productam habent, si sunt appellatiua & latina; exceptis arbor, & suprascriptis neutris, & memor, & immemor. Propria latina siue græca, o correptam habent in omnibus casibus, vt, Actor Actoris, Hector, ris. Quę in or similiter desinunt, i litera vocali præposita, communis sunt generis, eiusdem declinationis, tertiæ scilicet, & omnia comparatiui sunt gradus, hic & hæc melior, ris, doctior, ris.

Vr, syllaba finita generis masculini hęc sunt, hic fur, hic satur. Sed fur iuxta quidem rationem monosyllaborum tertiæ est declinationis; quod alii cõmunis generis esse dixerunt. Satur autem secundę, quoniam femininum, satura, facit. Præterea, hic turtur, vultur, masculini generis & epicœni, eiusdem declinationis, tertiæ scilicet. Cætera neutri sunt generis, eiusdem declinationis, vt hoc guttur, hoc sulfur, hoc fulgur, hoc murmur, hoc iecur, coris, vel iecinoris. Vnum communis generis, hic & hæc augur, ris.

As syllaba terminata feminini sunt generis, tertiæ declinationis, vt hæc dignitas, pietas, facultas, ciuitas, potestas, a litera in omni casu producta. Pauca inueniuntur masculini generis, partim propria, partim a propriis ciuitatum nominibus translata, vt hic Latinas Latinatis, Mæcenas, Mæcenatis; hic Arpinas Arpinatis, hic Capenas, atis.

Es syllaba quatuor modis nomina terminantur, id est, in productam, præposita consonante ante es; in correptam, similiter præposita qualibet consonante ante es: in es puram productam, vocali i pręposita ante es; in eandem puram correptam. Nomina igitur quæ in Es productam desinunt consonante præposita, generis sunt feminini & tertię declinationis, quæ totidem syllabis in genitiuo & in cæteris casibus, quot in nominatiuo proferuntur, vt hæc nubes. bis, cædes, dis; proles, prolis; moles, lis; strages, stragis; labes, labis, pubes, bis; plebes plebis. Excepto vno quod eiusdem generis est, sed quintæ declinationis, vt hæc fides fidei: & Ceres, quod in genitiuo extra morem omnium plus vna syllaba profertur, nam Cereris facit. vt & merces mercedis. In eadem extremitate quatuor reperiuntur propria masculini generis, eiusdem declinationis, hic Hercules Herculis, Cocles Coclis, Verres Verris, Vlysses Vlyssis. Et quæ componuntur a pede, nihil a declinatione simplicis discrepantia, vt bipes, tripes, quadrupes, hæc etiam cõmunis esse generis multi affirmant; sonipes, alipes. Duo præterea sunt cõmunis generis, quę in genitiuo vna syllaba adcrescunt, vt hic & hæc heres heredis, locuples locupletis. Quæ Es correpta terminantur præposita consonante, masculini sunt generis, tertię similiter declinationis, & vna syllaba in genitiuo crescunt, vt hic poples poplitis, hic fomes fomitis, miles militis, gurges gurgitis, stipes stipitis; hic cespes, tis; hospes, tis. nam femininum, hospita, facit. Exceptis his, feminini quidem generis, hæc seges segetis, teges tegetis. Cõmunis vero accidentibus licet, hic & hæc teres, hic & hæc præpes, hic & hæc diues, hic & hæc hebes, comes. itis, sospes itis, superstes, tis. Et omnia genitiuũ in tis syllabam mittunt. Notantur hæc sola, quæ in dis non in tis faciunt genitiuum, hic & hęc pręses præsidis, deses, dis, obses obsidis, reses residis. Quæ in Es productam & puram desinunt, feminini sunt generis & declinationis quintæ, vt hæc facies faciei, acies aciei, effigies effigiei. Excepto vno incerti generis, quod nunc masculinum nunc femininum, vt hic vel hæc dies, diei; & quod ex eo figuratur masculini generis, hic meridies, meridiei. Vnũ præterea notatur eadem clausula finitum, generis feminini, tertiæ declinationis, hæc quies quietis. Quæ in Es correptã i præcedente

cedente vocali desinunt, duo sunt masculini generis, hic aries, paries; Vnum femininum, hæc abies; & tertiæ sunt declinationis. faciunt genitiuum enim, arietis, parietis, abietis. Es productam aut correptam nomina habere dignoscũtur per penultimam genitiui. Sic miles, es correptam habere dignoscitur; quia penultimam genitiui correptam habeat, vt miles, huius militis: sic heres es productam; quod penultimam genitiui productam habeat, vt heres huius heredis. Atque id ita in omnibus fere obseruandum est, vbi de vltimæ syllabæ quantitate dubitatur, vt in nominibus, ita & in verbis.

Is syllaba finita, præpositis n & c consonãtibus masculini sunt generis, hic panis hic funis, finis, amnis, ignis, clunis, piscis, hic fascis. Vnum est feminini generis, hæc bipennis. Vnum communis, hic & hæc canis. Omnia tamen sunt tertiæ declinationis. Et illa sunt generis masculini, quæ in genitiuo vna syllaba adcrescunt, vt hic lapis, dis, hic puluis, ris, hic sanguis, nis; vomis, ris; hic cinis, ris; hic pollis, nis; hic impubis, impuberis. Sic Tullius: *Filiumque eius impuberem*. Ex his vnum tamen feminini generis est, hæc cuspis dis. Cætera qualibet consonante is syllabam præcedente, feminini sunt generis & eiusdem declinationis, nominatiuũ & genitiuũ parem habentia, vt hæc auis huius auis, classis huius classis, turris hui⁹ turris, puppis, huius puppis. hæc cutis, huius cutis, hęc pellis, huius pellis, hęc securis, huius securis, messis, hui⁹ messis, nauis, hui⁹ nauis, scrobis, hui⁹ scrobis, hęc bilis, huius bilis. Sed si sunt accidentia, i. ad corpus vel ad animam pertinentia, vniuersa cõmunis generis, & tertiæ declinationis, & neutra ex se faciunt e litera terminata, nihil a declinatione communium discrepantia, vt hic & hęc fortis & hoc forte, huius fortis: hic & hæc dulcis & hoc dulce, huius dulcis: hic & hæc suauis, & hoc suaue, huius suauis. Et quæ deriuantur a principalibus, is syllaba finita, eandẽ regulã sequuntur, vt a populo, hic & hæc popularis, & hoc populare, huius ris: specialis, speciale, & quæ similia sunt. Sunt præterea pauca nomina eadẽ clausula finita, quæ neq; n, neq; c, ante is syllabam habent, masculini generis, neq; in genitiuo plus vna syllaba profetuntur, vt hic fustis, hic ensis, hic postis, hic anguis, hic vnguis, hic follis, hic collis, hic corbis, hic mensis, hic vectis, hic torquis, hic orbis. Præterea & quæ superius nominauimus omnia aut feminini sunt generis, aut cõmunis. Nam super declinatione nulla est ambiguitas.

Os finita syllaba tria sunt generis masculini, hic mos, hic flos, hic ros. Duo feminini, hæc cos, hæc dos. vnum neutri, hoc os, oris. Quidã &, hoc os, ossis, adiiciunt. vnum cõmunis hic & hæc bos. Et omnia, secundũ definitã superius regulam monosyllaborũ, tertiæ sunt declinationis. Dissyllaba sunt tria, quorum duo sunt masculini generis, vnũ cõmunis, eiusdẽ declinationis: hic lepos leporis; hic nepos, nepotis: hic & hæc custos, dis; similiter hic & hæc sacerdos, tis.

Vs syllaba terminata nomina, masculini sunt generis, aut feminini, aut neutri. Tantũ vnũ est omnis generis tertiæ declinationis, hic & hæc & hoc vetus veteris. Sed masculini generis nomina, aut secũdæ sunt declinationis, aut quartæ; Exceptis duobus, quæ sunt tertiæ declinationis, hic Ligus Liguris, & hic lepus leporis. Sed illa masculina secũdæ declinationis accipiũt formulã, quæ in femininum genus transeũt: illa quartę, quæ aut a verbis veniunt, aut in femininũ genus non transeunt, vt, hic ascensus huius ascẽsus, a verbo ascendo; hic motus huius motus; hic nisus huius nisus; hic portus hui⁹ portus, hic arcus huius arcus; quoniã in femininũ non transeunt. Sed quoniã plurima inueniuntur, quæ nec a verbis veniunt, nec min⁹ quartæ sunt declinationis; neq; femininum ex se faciunt, & tamen secũdæ sunt declinationis: discernendæ ambiguitatis causa, diligenti inquisitione [illegible] regulas, quo facili-

us declinationis diuersitas deprehendi possit. Ergo Vs syllaba terminata nomina, masculini generis, propria vel appellatiua, siue femininum ex se faciunt, siue in aliud genus minime transformantur, secundæ sunt declinationis, vt Terentius tii, Marcus, ci; bonus, ni; campus, pi; hortus ti, fumus, mi; nidus, di; fungus, gi, mergus, gi, somnus, ni; lucus, ci. Duo notantur, quæ superius posuimus tertiæ declinationis, vs syllaba terminata eiusdem generis, vt hic Ligus, ris; hic lepus, ris Quę a verbis, aut nominibus veniunt principalibus, quartæ sunt declinationis, vt hic status huius status; hic ductus huius ductus; hic motus huius motus, hic consulatus tus; hic tribunatus tus; magistratus, equitatus, tus; principatus tus, hic raptus, huius raptus; hic receptus, huius receptus, hic visus, huius visus. Notantur hęc, quæ nec a verbis veniunt, nec a nominibus deriuantur, & tamen quartæ sunt declinationis, generis masculini; hic artus, hic status, hic gradus, sexus, cestus, æstus, portus, lacus, sinus, currus, vultus, luxus, senatus, fastus, astus, victus, rictus, vel ritus, fœtus, situs. Feminini generis eadem extremitate finita, & secundæ declinationis, sunt tria tantum; hæc colus huius coli; hæc aluus alui; hæc humus humi: & omnia nomina arborum, quæ in eandem syllabam desinunt, feminini generis sunt, hæc pirus piri, hæc prunus pruni, fag⁹ fagi, taxus taxi, fraxinus fraxini, hæc vlmus, vlmi, hæc alnus alni. Tertiæ pauca hæc tantum; salus salutis, palus paludis iuuentus iuuentutis, senectus senectutis, seruitus seruitutis, tellus telluris, virtus virtutis, Venus Veneris. Quartæ declinationis hæc tantum; hæc manus huius man⁹, hæc anus huius anus, hæc porticus huius porticus, hæc domus, hæc nutus, hæc socrus, hæc quercus. Neutralia illa sunt, quæ in genitiuo vna syllaba crescunt, & in ris desinunt, vt hoc decus decoris, hoc sidus sideris, pondus ponderis, hoc pecus pecoris. Exceptis tribus, quæ secundę sunt declinationis, correpta us syllaba; hoc vulg⁹ vulgi, hoc virus viri, hoc pelagus pelagi. Alia omnia masculini sunt generis, & declinãtur exẽplo secũdæ declinationis, aut quartæ iuxta definitas superius regulas.

Ax syllaba terminatur vnũ masculini generis propriũ, vt hic Aiax. Vnũ femininum, hæc fornax. Alia omnia sunt accidẽtia, & triũ generũ, hic & hæc & hoc audax, rapax, fallax, loquax, pertinax, minax, procax, cõtumax, peruicax; & omnia adinstar tertii ordinis declinãtur, & a in obliquis casibus productam habent.

Ex syllaba finita masculini sunt generis, declinationis tertię, vt hic vertex verticis, hic culex culicis, codex codicis, latex laticis, sorex soricis, pollex pollicis, hic cortex corticis, hic murex muricis. Feminini generis hęc sola: hæc silex, vt Virg. *ab silice in nuda*, hæc ilex ilicis, carex caricis, & hæc supellex supellectilis. Si sint accidẽtia, quę in ex desinunt, omnis generis sunt nihil a declinatione discrepantia; nã tertię declinationis sunt, vt hic & hæc & hoc simplex, duplex, artifex, opifex, aurifex Et omnia in genitiuo & in cæteris casibus e literã in i cõuertunt. Vnũ reperitur masculini generis, quod e producit in obliquis casibus, vt hic veruex veruecis.

Ix syllaba quę terminantur, masculini generis sunt, vt hic calix calicis; hic fornix fornicis; varix, varicis. Feminina sunt hęc: hæc salix, hæc filix, hæc radix, hæc ceruix, hęc matrix, hęc cornix, hæc lodix. Ex his posteriora quinq; i producũt in obliquis casib⁹. Accidentia triũ generũ sunt, vt hic & hęc & hoc felix felicis, hic & hęc & hoc pernix, in eadẽ syllaba prępositis cõsonãtib⁹, quarũ prior muta, altera liquida est. Nomina feminini generis desinunt in ix, quę a masculinis tor syllaba finitis, & a verbo venictib⁹ figurãtur, vt hic genitor, hęc genitrix: hic venator, hæc venatrix: bellator, bellatrix; victor, victrix. Vnũ eadẽ clausula terminatur masculini generis, nomen serpentis, apud Lucanum libro VIII. lectum est, *Et natrix violator aquæ*. Duo feminini, quæ a masculinis non veniunt, hæc meretrix, hæc cicatrix. Omnia tamen

tamen proculdubio tertiæ declinat. sunt.

Ox syllaba finita, exceptis monosyllabis omnia accidentia sunt, generis omnis, sed iuxta ratione͂ superius demonstrata͂, vt hic & hæc & hoc ferox, atrox, velox. hæc quoq; eiusdem declinationis legib⁹ subiacent. Vnu͂ feminini generis hac extremitate apud Plautum lectum est, *hæc celox*, quod scapham significat.

Vx syllaba terminatur vnu͂ masculini generis propriu͂, hic Pollux cis. Monosyllaba cuiuscunq; sunt generis, definitiu͂m⁹. Feminini monosyllaba, lux, nux, crux. Quidam co͂munis generis hac syllaba finitum asserunt, hic & hæc coniux; qui nominatiuum sine n litera proferri volunt: quia in genitiuo & aliis casibus eadem litera non seruatur.

T litera muta vnum nomen terminatur, generis neutri, hoc caput capitis: & quæ ex eo componuntur, occiput, tis: sinciput, tis. Persius satyra sexta: *Et fissa fumosum sinciput aure.*

Quæ in duas desinunt consonantes, exceptis, vt sæpius dictum est, monosyllabis, si sunt accidentia, triu͂ generu͂ sunt, & tertii ordinis, remota ambiguitate declinationis, vt hic & hæc & hoc ingens, tis: hic & hæc & hoc celebs, bis: hic & hęc & hoc inops, pis: expers tis: solers, tis: co͂sors, tis: hic & hæc & hoc potens. Pauca sunt masculini generis propria, hic Mauors Mauortis: hic Aruns Aru͂tis. Pauca appellatiua, quoru͂ alia masculini generis, alia feminini, hic adeps adipis; hęc cohors cohortis; hæc hyems, hyemis; & similia.

EXpositis latinorum nominum regulis, græcorum quoque tractanda est declinatio; quoniam his plerunq; vtimur in sermone, & maxime propriis, quę in vsu latinæ linguę admissa sunt, vt etiã certis desinienda sint regulis. Meminetis autem omnia græca nomina propria, vel appellatiua, aut primæ esse declinationis, aut secundæ, aut tertiæ; generis masculini, feminini neutri. Sed primę quidem & secundæ declinationis masculina & feminina reperiuntur; tertiæ autem masculina, feminina, neutra.

Quæcunq; nomina in as, vel es, vel a syllaba terminantur, si apud græcos genitiuum in ου mittunt, apud nos sunt primæ declinationis, vt ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου hic Æneas, huius Æneæ: ὁ Λυσίας, τοῦ Λυσίου, hic Lysias, huius Lysiæ: ὁ Ἀμύντας, τοῦ Ἀμύντου, hic Amyntas, huius Amyntæ: Δαμοίτας, τοῦ Δαμοίτου, hic Damœtas huius Damœtæ: Κλοάντης, τοῦ Κλοάντου, hic Cloantes huius Cloantæ. Exceptis his, Ἰωάννης, τοῦ Ἰωάννου, hic Ioannes, huius Ioannis: ὁ Ὀρόντης, τοῦ Ὀρόντου, hic Orontes, huius Orontis: ὁ Ὀρέστης τοῦ Ὀρέστου, hic Orestes, huius Orestis: ὁ Ἡρώδης, τοῦ Ἡρώδου, hic Herodes, huius Herodis: ὁ Πυλάδης, τοῦ Πυλάδου, hic Pylades, huius Pyladis. Atque hæc quidem omnia masculini generis sunt. Item illa flexa, quæ s litera adempta faciunt apud illos genitiuum, similiter apud nos eiusdem declinationis, vt Antas, Antæ: Menas, Menæ. Quæ & accusatiuum singularem in n potius quam in m syllabam terminant, vt Ænean, Anchisen, Lysian. Simili ratione patronymica nomina declinantur, vt hic Priamides, Priamidæ, Pelides, Pelidæ: hunc Priamiden, Peliden. Græca autem feminina, quæ a litera finiuntur, primæ sunt declinationis, vt Medea, Medeæ. Phædra, Phædræ: Andromeda, Andromedæ. Et quæ in e productam apud illos desinunt, apud nos e in a conuersa, sunt eiusdem declinationis, vt hæc Circa, Circæ: Andromacha, Andromachæ. Aut secundum græcam declinationem inflectu͂tur per nominatiuum casum, vt hæc Libye, huius Libyes. Sic Lucanus libro IX. *Finibus extremis Lybies, vbi feruida tellus.*

Secundę declinationis sunt gręca masculina vel feminina, quæ os syllaba breui terminantur, o litera in u mutata apud latinos secundi ordinis declinatione͂ sequuntur, vt hic Homerus ri: Iginus, Igini: Tyrus, Tyri: Beritus, ti: Cyprus, Cypri.

Item quæ apud illos in eus syllabã desinunt, sunt masculina propria eiusdem declinationis, vt hic Peleus Pelei, Tydeus

Tydei, Aeneus Aenei, Orpheus Orphei. Hæc dariuum singularem duplicem habent nam & Pelei & Peleo dicimus, Orphei, & Orpheo; vt Virgilius, *Orphei Calliopea, Lino.* hoc græcum est, illud latinæ declinationis. Accusatiuum ramen habent græcum, vt Pelea, Tydea.

Item illa, quæ apud græcos in gros, & in dros, in cros, in tros syllabam mittunt, postrema syllaba in er conuersa, eiusdem sunt declinationis, vt Μελέαγρος, Meleager. gri: Μένανδρος, Menander, dri. Τεῦκρος, Teucer, Teucri. Ἀντίπατρος, Antipater, Antiparri. Excipiuntur quædam in gros, in bros, in dros, & in tros syllabas desinentia, quæ nominatiuum non murant, nihil tamen a declinarione dissentiunt, σκόμβρος, scombros; Ἄνδρος, Andrus: κόγγρος, congrus: Πέτρος, Petrus.

In or masculina nomina propria desinunt, & sunt tertiæ declinationis, vt Hector, ctoris: Nestor, Nestoris: Menror, Mentoris: Actor, Actoris. In his omuibus o in omni casu corripirur.

In as masculini generis desinentia, si apud illos genitiuum in os mittunr, nos tertiæ declinarioni applicabimus, vt Θόας, Θόαντος, Thoas, Thoantis: Ἄτλας, Ἄτλαντος, Atlas, Atlantis: Γίγας, Γίγαντος: Gigas, Gigantis. Et feminina similiter eadem syllaba terminata, terriæ sunt declinationis, vt hæc Pallas, Palladis: Μαινὰς Μαινάδος, Mænas Mænadis: Thyas Thyadis: Oreas Oreadis.

In es propria masculini generis desinunt. Quorum si græci genitiuum in os efferunt, simili modo latini terrii ordinis exemplo declinant, vt Δημοσθένης, Δημοσθένεος, Demosthenes, nis. Πολυνείκης, εος: Polynices, cis: Διογένης, εος, Diogenes Diogenis Et quæ circumflexo accentu pronũciantur, in suo statu hæc permanenr, & græcam declinationem sequuntur, vr hic Eumenes, Eumeneos: Euprepes, Eupre-peos. quanquam quidam sic declinare uoluerũt: Eumenes, Eumenis: Euprepes, Euprepetis: Eutyches, Eutychetis. Et quę in tis genitiuum mittunt, similiter declinãtur, vt Dares Daretis, Chremes Chremetis. Dicimus autem & Chremis: Diores, Dioris: Anrores, Antoris.

In is tam masculini quam feminini generis desinentia, eiusdem declinationis sunt, vt hic Daphnis, dis: Tybris, dis. Et feminina, hæc Thais, dis: Lais, Laidis: Isis, Isidis: Hesperis, Hesperidis. Et omnia genitiuum in dis syllabam mittunt; Excepto vno Simois, quod Simoentis facit genitiuum.

In υς masculini generis propria, figuræ compositæ desinentia, tertiæ sunt declinationis, vt hic Melampus, dis: Oedipus, dis.

In ys propria masculini generis sunt & tertiæ declinationis, vt Capys, Capyis: Phorcys, Phorcyis.

O litera finita propria sunt generis feminini, quæ translata in latinam linguã nihilominus græcam declinationem obtinent, vt Dido, Manto, Erato, Calypso, Themisto. Declinanrur enim hoc modo, hæc Dido, Didois, Didoi, Didoem, ab hac Didoe. Erranr enim qui Didonis aut Mantonis genitiuum dicunt; & vocis asperitas & veterum authoritas eiusmodi declinationem repudiant.

In on, masculini generis propria, desinentia, quæ genitiuum aut in os, aut in tos mittunt, apud Græcos, ea nos tertiæ declinationis esse asserimus, vt Sinon, Sinonis: Damon, Damonis. Hæc interdum apud Latinos mutata nouissima litera proferuntur, vt Laocoon, Laocoontis; Hippocoon, Hippocoontis. Et quæ in os genitiuum mittunt, penultimam syllabam productam habent in obliquis casibus, exceptis duobus. quæ in genitiuo o corripiunt, vt Memnon, nis: Agamemnon, nis.

In an masculini generis desinẽtia nomina, ea quoq; tertiæ declinationis sunt, vt Titan, nis: Pæan, Pæanis. Horum accusatiuum tam numeri singularis, quam pluralis secundum græcos proferimus, vt Tirana, Pæana: hos Titanas, hos Pæanas. Vnum etiam genitiuum singularem,

propter

propter differentiam, in os iuxta græcam declinationem mittit, hic Pan, huius Panos, vt, Virgilius, *Panos de mare Lycei.*

In in masculini generis, eiusdem declinationis, vt hic delphin delphinis. Accusatiuum vtriusque numeri, delphina, & delphinas, sicut græci, proferimus.

In os productam generis masculini, tertii ordinis, vt Minos, ois: heros, herôis: Tros, Trois.

A finita græca neutri sunt generis, nã super declinatione nulla est ambiguitas; nam eiusdem sunt ordinis, vt poema, poematis: toreuma, toreumatis: emblema, emblematis. Quæ quamuis tertiæ sint declinationis, datiuum & ablatiuum pluralem non in bus sed in tis mittunt, ratione nominum secundæ declinationis; nam, his poematis, emblematisque, dicendum est.

In ax vel in ix, masculini generis nomina desinunt, & genitiuum is syllaba finiũt, vt thorax, thoracis, Phœnix, Phœnicis. Et quæ in duas desinunt consonantes, tertiæ declinationi similiter applicãtur, vt hic Cyclops, Cyclopis: Chalybs, chalybis.

Vniuersa nomina græca cuiuscunque sunt generis, genitiuum apud illos in has syllabas mittunt. in ης, vt Κίρκη, τῆς Κίρκης. in ας, vt Φαῖδρα, Φαίδρας. in ου, vt Αἰνείας, Αἰνείου. in ος, vt Ἄνθας Ἄντου. in ος, vt Αἴας Αἴαντος. in ους, vt Δημοσθένης, Δημοσθένους. in ως, vt, Θησεύς Θησέως. Igitur quæ nomina apud græcos genitiuum vel in ης aut in ας mittunt, apud nos primæ sunt declinationis, vt, Κίρκη, τῆς Κίρκης, Circa, Circæ: ἡ Φαῖδρα, τῆς Φαίδρας. Phędra, Phędrę. Quę in α vel in ν genitiuum mittunt, & in nominatiuo ας vel ης syllabis terminantur, simili modo primæ sunt declinationis, vt Antas, Antę: Aeneas, Aeneę: Orestes, Orestæ. Quæ in ου syllabã exeunt in genitiuo, a nominatiuo ος syllaba terminato venientia, secundæ sunt declinationis, vt Ὅμηρος, Ὁμήρου: Μένανδρος, Μενάνδρου. Item quæ in ος exeunt, secundæ sunt, vt Tydeus Tydei: Peleus Pelei. Quæ in ους vel in ος syllabas genitiuum singularem mittũt, omnia tertiæ sunt declinationis, remoto dubitationis errore, vt Δημοσθένης, Δημοσθένους, Demosthenes, Demosthenis: ὁ Πάρις, δος, Paris, Paridis: ὁ Μενάς, Μενάδος, Menas, Menadis: Παλλάς, δος, Pallas, Palladis. ἡ Θαΐς, δος, Thais, Thaidis: τὸ ποίημα, ποιη. Poema. poematis.

QVoniam genera & declinationis tã latinorum quam græcorum nominum dilucide breuiterq; explanauimus, de cæteris, quæ præpositis regularum legibus refragantur, differemus, vt discussa penitus ignorationis caligine, inoffensa luce scientiæ, mentes adolescentum illustrentur.

Sunt quædam nomina in vtroq; numero non eiusdem generis. Alia sunt nõ eiusdem declinationis. Alia nomina sunt, quæ non in vtroque numero declinantur. Alia certis casibus deficiunt. De his dicemus, & primum de illis, quæ generibus discrepant.

In singulari numero generis masculini, in plurali neutri, vt hic locus, & hæc loca; dicimus tamen & hi loci. hic iocus & hæc ioca; dicimus & hi ioci. hic Mænalus, hæc Mænala: hic Tartarus, hæc Tartara: hic Gargarus, hæc Gargara: hic carbasus, hæc carbasa. hic Ismarus, hæc Ismara: hic sibilus, hæc sibila.

In singulari numero generis feminini, in plurali neutri, vt hæc Pergamus & hæc Pergama: hæc intibus hæc intiba: hæc arbutus, hæç arbuta.

In singulari numero generis neutri, in plurali feminini, hoc epulum, hę epulæ. Sic Iuuenalis. *Unde epulum possis centum dare Pythagoreis.* Alii, hæ epulę, semper pluraliter declinant. Hoc balneum, hæ balneę dicimus, & hæc balnea; vt Tullius, *ad balneas Palatinas.* Iuuenalis; *Et crudum pauonem in balnea portas.* Hoc cœpe, quod in singulari numero est aptotum; in plurali femininum, hæ cœpæ, & ordine declinatur.

In numero singulari generis neutri, hoc porrum; in plurali, hi porri. hoc fre-

num,hi freni,vt Lucanus, *Frenosque momordit*. Dicimus tamen & hæc frena. Hoc filum & hi fili, Idem, *Traxerunt torti magica vertigine fili*. & hæc fila dicuntur. Hoc Argos hi Argi.

In plurali numero mutant declinationem hæc. Hoc iugerũ in singulari numero secũdæ declinationis est, in plurali tertiæ nam genitiuum horum iugerum, datiuum & ablatiuum his & ab his iugeribus facit. Et vas, quod tertiæ est in singulari numero, in plurali secundæ. nam genitiuum horum vasorum, datiuũ & ablatiuum his & ab his vasis dicimus. Pauca sunt primæ declinationis nomina, quæ contra regulam datiuum & ablatiuũ numeri pluralis in bus syllabam mittunt, discernendæ ambiguitatis. i. sexus causa, his & ab his deabus, filiabus, mulabus, equabus, libertabus, natabus, asinabus; quæ a viris peritis vsurpata sunt.

Hæc sunt quæ in vtroq; numero non admittunt declinationem, quorum alia singulariter, alia pluraliter tantum declinantur.

Deorum propria nomina, elementorum, fluminum, heroum, montium, singulariter duntaxat declinantur. Item vrbium nisi quę naturaliter pluraliter efferuntur, vt Athenæ, Thebæ, Cumæ, Mycenæ, Atellanæ, Grauiscæ, Crustumiæ, Cosæ, Carpi, Puteoli, Ostia. Item metallica, quæ omnia sunt secundę declinationis, & generis neutri, vt hoc aurum, argẽtum, ferrum, plumbum, stannum. excepto vno. æs, quod eiusdẽ generis est, sed iuxta rationem tertii ordinis monosyllaborũ tres casus in plurali numero admittit, nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum. hoc æs, & hæc æra. Item arida vel liquida, quæ ad mensuram pondusue referuntur, vt triticũ, ordeum, frumentum, far, lens, cicer, milium, eruum, faba, oleũ, vinum, mel, mulsum, defrutum, muria. Ex his multa veteres authoritate licentię largientes, pluraliter extulerunt, *hæc ordea, farra, mella, defruta, vina*. hæc etiam vsus recipit; nam, *vina Coa*, dicimus, &c.

Massica. Præter hæc alia sunt, quæ plurali numero deficiũt. Generis quidem masculini hæc, hic fumus, fimus, limus, puluis, sanguis, genius. Generis feminini, hęc fames, lux, labes, pax, sitis, tabes, humus. Generis neutri, hoc cœnũ, fœnũ, ius, lutũ, vulgus, pelagus, virus, viscũ, æuũ, penũ.

In plurali numero tantum declinantur nomina numerorũ, præter, vnum, quod plurali numero deficit tantum, vt duo, tres. Memineris autem nomina numerorũ ab vno vsq; ad tres declinari, a quatuor vsq; ad centum minime: a ducentis vsque ad nongentos per omnia genera pluraliter tantum declinari. Est etiam vnum aptotum neutri generis, semper eiusdem numeri, hoc pondo. Præter hęc alia sunt, quæ in singulari numero non declinantur. Generis quidem masculini, hi antes, hi carceres, cani, casses, surfures, fori, liberi, manes, optimates, primores, proceres, pugillares, Quirites, sentes, vepres. Generis feminini, argutiæ, blanditiæ, cunæ, exequiæ, inferiæ, insidiæ, inimicitiæ, exuuiæ, manubiæ primitiæ, bigæ, trigæ, quadrigæ, compedes, delitiæ, diuitiæ, dapes, feriæ, faleræ, genæ, facetiæ, induciæ, Kalendæ, Idus, Nonæ, latebræ, nuptiæ, nundinæ, quisquiliæ, reliquiæ, scalæ, tenebræ, antiæ. Generis neutri, arma, mœnia, castra, magalia, crepundia, exta, spolia, serta, præsepia, pascua, sponsalia, præcordia, mapalia, cunabula. Itẽ festorum deorum nomina, vt Saturnalia, Neptunalia, Bacchanalia.

Certis casib. deficiunt, hæc saties, quod præter nominatiuum singularẽ, nullum casum admittit. Hanc ditionem, & ab hac ditione; hoc quoq; nominatiuo casu vtriusq; numeri deficit, præter accusatiuum & ablatiuum singularem. Laterem, similiter accusatiuum tãtum lectio vsurpauit. Sponte & tabo, ablatiuum singularẽ habent tantũ. Dicã & dicas vtriusq; numeri accusatiuum inuenimus tantum. Tabes nominatiuũ & accusatiuũ & ablatiuum numeri singularis habet dũtaxat. Sunt alia, quæ a genitiuo casu singulari decli-

declinationis sumunt exordium, & in vtroq; numero recte declinãtur, vt, remigis, frondis, verberis, vt Lucanus, *At saxum quoties ingenti verberis ictu Excutitur.* Alia duos aut tres tantum casus habent in singulari numero, sed in plurali per omnes declinãtur, vt huius opis, hãc opem, ab hac ope: huius vicis, & hanc vicem, ab hac vice. Alia ablatiuum tantum habet in singulari numero, vt ab hoc frugi, ab hoc obice, ab hac prece, ab hoc videre, hæc quoque in plurali numero declinãtur. Pauca sunt, quæ cum in singulari numero non deficiant, in plurali tres tantum casus habent; de quibus paulo superius diximus, hæc iura, hæc rura, hæc æra, hæc maria.

De Genitiuo casu singulari.

VNiuersa nomiua primæ, secundæ, & quartæ declinationis totidem syllabis in genitiuo, quot in nominatiuo proferuntur, præter vnum, vir, & quæ ex eo componuntur; & quæ in er syllabam desinunt. Tertiæ aut pares habent syllabas in obliquis casibus, aut vnam adsumunt. Quintæ proculdubio plus vna syllaba proferri solent. Pauca inueniuntur tertię declinationis, quæ in genitiuo duab. syllabis crescant. iter itineris, anceps ancipitis, triceps, tis, biceps, tis præceps, tis, iecur iecinoris, lectum est & iecoris, supellex, supellectilis.

De Vocatiuo.

OMnium nominum cuiuscunq; sint declinationis, vocatiuus similis est nominatiuo eiusdem numeri; neque hoc in dubium venit. Exceptis nominibus secundæ declinationis, quorum vocatiuus diuersis exprimitur modis. Propria igitur nomina, quę in nominatiuo casu singulari vs syllaba terminãtur, i vocali præposita, postrema syllaba ademta, faciunt vocatiuum, vt hic Virgilius Virgili, Terentius Terenti, hic Domitius Domiti.

Præposita vero qualibet consonante, vocatiuum in e correptam mittunt, vt hic Turnus, o Turne: hic Marcus, o Marce: hic Lentulus, o Lentule. Appellatiua quę in ius desinunt, vocatiuum in e mittunt, vt fluuius, o fluuie: socius, o socie. Quem veteres iuxta nominatiuum proferebant vocatiuum, vt Virgilius, *Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum.* Quæ consonante prolata in eandem syllabam desinunt, si quidem sunt accidentia vel deriuatiua, vocatiuum in e mittunt, vt doctus docte, sanctus sancte, Romanus, ne, Hispanus, ne. Cætera in vs potius quam in e syllabam exeunt, vt hic populus, o populus & o populе lectum est. Sic Lucanus, *Degener o populus.* lucus, o lucus. Quæ tamen a veteribus propter asperitatem vocis minime vsitata sunt, adeo vt rara huiusmodi declinationis reperiantur exempla, hæc myrtus, o myrte. Virgilius, *& te proxima myrte.*

De Ablatiuo casu singulari nominum tertiæ declinationis.

TErtię quoque declinationis nominũ ablatiuus casus singularis duob. modis proferri solet, aut in e aut in i. Sed illa quæ in i exeunt, communis sunt generis, & in nominatiuo is syllaba terminantur, vt hic & hæc suauis; ablatiuo, ab hoc & ab hac suaui. Item neutra. quæ in nominatiuo e, vel r, vel l syllabis terminantur, hoc sedile, ab hoc sedili: hoc laquear, ab hoc laqueari: hoc animal, ab hoc animali. excepto cum e ante l habetur, tunc e litera, non i terminatur ablatiuus, vt hoc mel, ab hoc melle: hoc fel, ab hoc felle. Item quæ in duas desinunt consonantes, vel in x duplicem, & sunt accidentia, & trium generum, vt hic & hæc & hoc ingens. & ab hoc & ab hac & ab hoc ingenti: hic & hæc & hoc audax, ab hoc & ab hac & ab hoc audaci. Et quæ in r desinunt, & masculini vel feminini, vel trium sunt generum, vt hic & hæc acer, ab hoc & ab hac acri: hic & hæc & hoc par, ab hoc & ab hac & ab hoc pari. Et quæ in im

mittunt accusatiuum singularem. sunt autē, hæc turris, hanc turrim, ab hac turri: hæc sitis, hanc sitim, ab hac siti: hæc puppis, hanc puppim, ab hac puppi: hæc securis, hanc securim, ab hac securi: febris: torquis: vectis: hæc restis, hanc restim, ab hac resti. præterea hæc nauis, bipennis, hic ignis; quæ similiter & ablatiuum in i mittunt, quæ sæpe poetæ per e solent efferre. Cætera omnia tertiæ declinationis nomina ablatiuum singularem in e mittunt.

DE VERBO.

QVoniam, vt opinor, de Nomine cōuenienter tractatum est; nunc de Verbo, sicut præfatio pollicetur, differemus. Cuius omnis ambiguitas in discernenda coniugatione & cognoscendo præterito perfecto versatur. De his nos pro ingenii viribus diligēter docebimus. Nam & cætera multorum expositio declarauit.

Igitur coniugationes sunt tres; vt alii, quatuor: quas in secūda persona præsentis tēporis, indicatiui modi dinoscimus.

Formæ sunt quatuor: Perfecta, Meditatiua, Inchoatiua, Frequentatiua. Sed perfectæ formæ verba omnium sunt cōiugationum. Frequentatiuæ, tantū primæ coniugationis; excepto lacesso, quod venit a lacero. Inchoatiuæ, tertiæ duntaxat correptæ. Meditatiuæ, tertiæ productæ vel quartæ.

Genera verborum facili ratione cognoscuntur. Aut enim Actiua sunt, & o litera terminantur, & assumpta r litera transeunt in passiua. Aut Passiua, & adempta nouissima litera, redeunt in actiua. Aut Neutra sunt, quæ actum significant, & actiuam habent declinationē & in passiua minime transeunt. Aut Supina, quæ vt actiua quidem declinantur, sed significationem habent passiuam, vt vapulo, vaneo, pendeo. Aut Deponentia, superioribus contraria, quæ passiuorum declinantur exemplo, & significationem habent actiuam, neque r literam possunt amittere. Aut Communia similia deponentibus & passiuis, sed agentis & patientis forma inflectuntur. Vnde constat vniuersa verba duobus modis declinari. Nam Neutra & Supina actiuorū; Deponentia & Communia passiuorum regulam sequuntur. Sunt præterea Neutropassiua, quæ in præterito perfecto & plusquamperfecto passiuam declinationem habent; in aliis neutram. Et sunt hæc sola, secundæ quidem coniugationis, vt, audeo, gaudeo, soleo; tertiæ autem, fido, fio, & si qua ex his componuntur. præter hæc nulla sunt huiusmodi declinationis verba. Sunt alia Passiua neutra superioribus contraria; hæc sola, competior, mereor, diuertor. nam in præterito, comperi, merui, diuerti, sicut actiua vel neutra proferuntur.

De præterito perfecto primæ coniugationis.

VNiuersa verba primæ coniugationis, quæ in secunda persona as syllaba terminātur, siue actiua sunt, siue neutra, præteritum perfectum in vi syllabam mittunt, vt amo amaui, aro araui, armo armaui, narro narraui, canto cantaui, nauigo nauigaui, paro paraui, seruo seruaui. Exceptis nouem, quæ in ŭi diuisas syllabas mittunt præteritum, vt seco, secui, neco, necui, veto vetui, sono sonui, tono tonui, mico micui, crepo crepui, plico plicui, domo domui, frico fricui. Et si qua adnexis præpositionibus componuntur. Explico tamen vtranque formam seruat in præterito; nam, explicui, & explicaui, dictum est. Quatuor huic regulæ refragantur, nam neque in vi, neque in aui exeunt, sto steti, do dedi, lauo laui, iuuo iuui; sed duo posteriora quidam superioribus applicant errantes. Nam illa in prꝑterito vna syllaba crescunt: hæc totidem in præsenti proferuntur.

De coniugatione secunda.

SEcunda coniugatio (quam non tantum secunda persona, sed etiam prima

ma facile declarat: quoniam omnia verba quæ eo syllaba in prima persona finiuntur, secundæ sunt coniugationis; Exceptis quatuor: vno tertiæ coniugationis productæ, eo is, & si qua composita ex eo figurantur; & tribus primæ, creo creas, meo meas, & beo, as) præteritum perfectum mittit vel in ūi diuisas syllabas consonante præposita, vel in vi syllabam præeunte vocali, vt doceo docui, paueo paui, caueo caui: vel in di: pauca in xi, vel in si; quæ inter excepta notabimus.

Ergo omnia verba secundæ coniugationis, qualibet consonante præposita eo syllabæ, præteritum perfectum in ūi diuisas syllabas mittunt, vt habeo habui, debeo debui, rubeo rubui, doceo docui, taceo tacui, misceo miscui, iaceo iacui, noceo nocui, arceo arcui, areo arui, egeo egui, splendeo splendui, candeo candui, madeo madui, ægreo ægrui, langueo langui, rigeo rigui, caleo calui, doleo dolui, oleo olui, palleo pallui, timeo timui, tepeo tepui, torpeo torpui, careo carui, pateo patui, vireo virui, floreo florui, horreo horrui, cēseo censui, niteo nitui, pateo patui, teneo tenui, caneo canui. Excipiuntur pauca, quæ in Si syllabā mittunt præteritū, iubeo iussi, mulceo mulsi, mulgeo mulsi, algeo alsi, fulgeo fulsi, ardeo arsi, suadeo suasi, maneo māsi, hæreo hæsi, rideo risi, torqueo torsi. indulgeo indulsi. De vrgeo & turgeo ambigitur. Alia in Xi, lugeo luxi, frigeo frixi. Illa in Vi syllabam præteritum mittunt, quæ in prima persona, modi indicatiui, temporis præsentis, u ante eo habent, & primam syllabam, quam in præsenti tempore breuem, in præterito longam habent, vt faueo faui, paueo paui, foueo foui, moueo moui, caueo caui, voueo voui, & quæ ex his componuntur. Quædam etiam, quanquam in præsenti non sint similia superioribus, præteritum in vi syllabam mittunt producta penultima præteriti, vt, neo neui, fleo fleui, cieo ciui, impleo impleui, compleo compleui, expleo expleui, deleo deleui. Non multū ab his discrepare videntur etiam hæc, quorum prima syllaba in præterito ex correpta cadit in productam, vt, sedeo sedi, video vidi. Contra omnium regulam est prādeo prandi. Quædam sunt in secunda coniugatione, quorum præsentis prima syllaba literarū in principio præteriti: sunt autem hæc sola, pendeo pependi, spondeo spopondi, tondeo totondi, mordeo momordi. Quæ assumptis præpositionibus non eodem modo proferēda sunt; nam despondi, & dispendi, & rependi, & detondi, & præmordi dicimus. De neutropassiuis, aliunde dictum est.

De tertia coniugatione.

Tertia coniugatio correpta (quæ secundam personam in is correptam mittit, & in imperatiuo modo in e correptam conuertit) præteritum per has syllabas efferr: in vi, præposita consonante: in ūi diuisas syllabas, præposita vocali: in si: & in xi.

Sed illa præteritum in ūi diuisas syllabas mittunt quæ in præsenti tempore indicatiui modi u ante nouissimam literam habent, vt tribuo tribui, statuo statui, minuo minui, imbuo imbui, obruo obrui. Ex his duo notantur tantum, quæ in xi mittunt præteritum, fluo fluxi, struo struxi. Et quæ in lo syllabam exeunt in præsenti, nihilominus præteritum in ūi diuisas syllabas mittunt, vt volo volui, nolo nolui, colo colui, consulo consului, alo alui. Pauca præterea in eandem extremitatem mittunt præteritum quanquam præsens simile superioribus nō habeāt, tremo tremui, gemo gemui, fremo fremui, cōpesco compescui, pono posui, necto nexui, sterto stertui, pecto pexui, texo texui, senesco senui, gigno genui, increbresco increbui nam increbro non inuenitur; & si qua ex his componūtur. Vi syllaba terminantur in præterito hæc sola, sperno spreui, sterno straui, cerno creui, sero seui, tero triui, pasco paui, quæro quæsiui, lino liui, quiesco quieui,

cupio cupiui, consuesco consueui, peto petiui, sapio sapiui.

In Di præposita consonâte in præterito desinût, quę in præsenti do syllaba terminantur præcedente n litera, vt scando scandi, ascêdo ascêdi, descendo descendi, offendo offendi, pando pandi, prendo prêdi, mando mandi. Tria n in præterito amittût, fundo fudi, linquo liqui, scindo scidi. Sic Lucan. in III. *Aut scidit, & medias fecit sibi litora terras.* Et quæ minus vna syllaba proferuntur, producta prima syllaba in præterito, quæ in præsenti corripitur; vt capio cepi, iacio ieci, facio feci, fugio fugi, fodio fodi. Pauca præterea eãdem clausulam habent nouissima litera præsentis temporis in i conuersa, vinco vici, rumpo rupi, soluo solui, cudo cudi, voluo volui.

In Si præteritum mittunt syllabam verba, quæ in præsenti do vel mo syllabis terminantur, si sit natura longa penultima, vt ludo lusi, lædo læsi, cedo cessi, plaudo plausi, trudo trusi, rado rasi, illido illisi, allido allisi, promo prompsi, sumo sumpsi, demo dempsi, resumo resumpsi. Et premo, quamuis correpta sit penultima, in eandem syllabam exit, & quicquid ex eo componitur, vt premo pressi, exprimo expressi, comprimo compressi. Et quæ in bo, vel in po syllabas desinunt, præteritum similiter in si syllabam mittunt. vt scribo scripsi, nubo nupsi, scalpo scalpsi, repo repsi, serpo serpsi, sculpo sculpsi. Præter hæc pauca sunt, quæ non eadem extremitate finiuntur in præsenti, præteritum tamen in si syllabam mittunt, spargo sparsi, mergo mersi, tergo tersi, mitto misi, vro vsi, temno tempsi, contemno contempsi, concutio concussi, gero gessi; Et si qua ex his in compositam figuram transeunt.

In Xi syllabam in præterito desinunt verba, quæ in præsenti go syllaba terminantur, vt cingo cinxi, pingo pinxi, affligo afflixi, pergo perrexi, rego rexi, diligo dilexi, intelligo intellexi, negligo neglexi, fingo finxi, tego texi. Excipiuntur tria in si desinentia, quæ in superioribus notauimus. Et alia quatuor, quæ non in xi, sed in gi syllabam mittunt præteritum, tango tetigi, frango fregi, lego legi, ago egi. Et si qua ex his componuntur, simplicium formam sequuntur. His simile est, impingo, quod impegi, facit præteritum. Præter hæc in xi præteritum mittunt, viuo vixi, coquo coxi, meio minxi, illicio illexi, aspicio aspexi, flecto flexi, duco duxi, dico dixi, veho vexi, traho traxi.

Sunt tertiæ coniugationis verba, quæ primam syllabam in præterito duplicant, quæ omnia subiecta sunt, vt pello pepuli, tango tetigi, fallo fefelli, pendo pependi, tendo tetendi, pungo pupugi, sed & punxi dicimus; tundo tutudi, cado cecidi, pario peperi, cano cecini, disco didici, posco poposci, parco peperci, facit & parsi; curro cucurri, pedo pepedi. Hæc adiunctis præpositionibus non eodem modo proferenda sunt: nam duplicatam in simplici figura syllabam, in compositione amittunt. Dicimus enim sic, expendo expendi, decurro decurri, refello refelli, compello compuli, concido concidi. Sed ex his duo sola præpositionibus adnexis in suo statu manent, dedisco, & deposco; nam dedidici, & depoposci faciunt præteritum. A cano autem composita neutram regulam sequuntur, quia occino occinui, succino succinui, & concino concinui, facit. Et si qua composita in eadem coniugatione a verbo primæ coniugationis componuntur, vt condo condidi, reddo reddidi, trado tradidi, subdo subdidi, prodo prodidi, addo addidi, abdo abdidi. Similiter proferuntur, credo credidi, vendo vendidi. Excepto, circûdo circumdedi, quod secundam personam facit, circundas, & est primæ coniugationis.

De Quarta coniugatione.

QVarta coniugatio, siue tertia producta (quam imperatiuus modus prodit, literam i in fine conseruat) præteritum

rum perfectum in vi syllabam mittit, vel in duplicem i, vt, audio audiui, vel audii: munio muniui, vel munii: sæuio sæuiui, vel sæuii: linio liniui, vel linii: mollio molliui, vel mollii: finio finiui, vel finii: punio puniui, vel punii: sopio sopiui, vel sopii: accio acciui, vel accii: scio sciui, vel scii: hinnio hinniui, vel hinnii: exeo exiui, vel exii: ineo iniui, vel inii, &c. his similia. Pauca in Si exeunt, & sunt hæc sex: farcio farsi, farcio farsi, haurio hausi, sepio sepsi, sentio sensi. Alia in Xi, sola hæc: sancio sanxi, fulcio fulxi, vincio vinxi. Vnum inuenitur, quod primam syllabam in præsenti corripit, in præterito producit venio veni; & composita ex eo in hunc modum proferuntur. A pario composita dissentiunt in præterito. Aperio enim aperui facit, operio operui. reperio autem reperi, & comperio cõperi. In has fere syllabas omnia verba, quæ quartæ coniugationis norma complectitur in præterito desinunt.

SEd ne quid ambiguitatis possit esse lectoribus, non dissimulabimus de illis dicere, quæ rationi refragantur. Sunt enim verba, quę personis deficiunt, & Impersonalia dicuntur: alia modis: alia tẽporibus: alia coniugationibus: alia participiis. De his exponemus, & primum de Impersonalibus; quæ aut sunt secũdæ coniugationis, aut tertiæ, quantum ex tertia persona contemplari licet. Quæ secundæ coniugationis sunt, eorum alia accusatiuum casum trahunt, vt pudet, tędet, piget. pœnitet, miseret, decet: alia datiuum, vt licet, liquet, liber. Vnum est, quod casu nõ indiget, oportet. Et omnia præteritum in uit diuisas syllabas mittũt, vt puduit, piguit, pœnituit, licuit, libuit, decuit: Præter tria, quorum duo deficiunt præterito, liquet & tædet: vnum quasi passiuam habet declinationem, miseret, nam misertum est dicimus. Licet, tamen, & libet, ad hanc similitudinem proferri possunt, licitum est, libitũ est. Et, tædet, in composita figura, pertæsum est. Tertiæ coniugationis impersonalia datiuum casum assumunt, vt contingit, euenit, accidit, expedit. Quædam primæ coniugationis impersonalia reperiũtur, vt iuuat, præstat: quæ & aliter declinari possunt. Sed omnia futuro tam imperatiui quã infinitiui modi, nec non etiam gerundiis, participialibus participiis præteriti & futuri temporis deficiunt.

Defectiua in modis sunt hæc. Quæso, quod primam personam habet indicatiui modi duntaxat, licet *quæsere* lectum sit apud Sallustium & Tullium, Ouat, Infit; hæc quoque tertiam personam habent solam, sed Ouat participium facit præsentis temporis, ouans; cum in declinatione verbi deficiat. Similiter Ausim, & Perduim. Inquam, prima persona modi indicatiui, præsentis temporis, numeri singularis contra morem omnium profertur: & imperatiui numerum singularis habet tantum; nam, *inque* apud Terentium lectum est. Aio, præsens & præteritum imperfectum habet tantum. Faxo futurum tempus tantum, vel, vt alii, promissiuum modum ostendit. Salue, saluete. imperatiui modi, secunda persona, vtroq; numero lectum est; & infinitiui modi præsens tempus, saluere. Cedo & Aue similiter & imperatiui secundam semper personam habent numeri singularis. cedo etiam numeri pluralis lectũ est apud Plautũ, *cette*.

Et coniugationibus & præterito deficiũt hæc, Fero fers. pręteritum facit, tuli. Sum es est, fui. Ferio feris, percussi. Tollo tollis, sustuli facit. Edo es, edi. hoc infinitiuũ præsentis temporis, nõ in re, syllabã, sed in, se, contra morem omnium mittit, esse, enim dicendũ est. Volo vis, volui hoc quoq; incertæ est cõiugationis, & futuro imperatiui & infinitiui modi deficit, & gerundiis & participialibus; quæ Supina alii dicunt. Meto messui; nã aliter proferri non potest. Polleo, Sisto, similiter & & Glisco & Quatio, nullũ habent pręteritũ. Memineris tamẽ Inchoatiuæ formę verba, quia præterito perfecto deficiunt.

temporis, alia futuri, alia vtriusque. Præsenti itaque deficit Sum, & quæ ex eo adiectis præpositionibus componuntur; præter duo, absens, & præsens; quæ a verbis, absum, & præsum, veniunt. Et Eo verbum participio nominatiui casus, numeri singularis deficit, in cæteris recte declinatur. Composita quædam etiam nominatiuum habent, vt præteriens, abiens. Futuri temporis participia non habent, in primis verba formæ Inchoatiuæ, vt, horresco, calesco, & his similia. Deinde omnia secundæ coniugationis, quæ sunt generis neutri, & in formam transeunt inchoatiuam, vt horreo, caleo, repeo, niteo, pateo, stupeo, splẽdeo, vigeo, vireo, rigeo, floreo paueo, rubeo, tabeo, madeo, tumeo, sileo, palleo, ferueo, timeo, lateo. nam & hæc assumptis præpositionibus faciunt inchoatiua, vt pertimesco, & delitesco. Valeo tamen cum faciat, conualesco, participio futuri temporis minime deficit; nam, valiturus, dicendum est. Sunt alia præterea, quæ non transeunt in formam inchoatiuam eiusdem coniugationis & generis, & nihilominus participiis temporis futuri deficiunt, vt egeo, mereo, polleo, calleo, studeo. Præter hæc &, Volo, caret participio futuri temporis, & Nolo; & quæ ex illis componuntur. Similiter &, metuo, fluo, sitio, tremo, seruio, sero, algeo, disco, posco, furo. Quæ verba primitiua vtriusque temporis participiis carent. Impersonalia omnia, de quibus superius docuimus, & defectiua illa, videlicet quæ ordine declinari non possunt, vt aio, quæso, inquam, faxo, salue, cedo, possum, similiter & soleo.

Sunt verba quæ in prima persona cõfusa habentur, quorum significationem secunda persona coniugationis discernit, dico, as, correpta priore syllaba, dico, dicis producta: fundo fundas, fundo fundis: volo volas, volo vis: appello appellas, appello appellis: compello cõpellas, compello compellis: mando mandas, mando mandis. Sunt alia, quæ ex diuersa forma præsentis temporis in præterito confunduntur, paueo paui, pasco paui: cerno creui, cresco creui: acuo acui, acco acui. lugeo luxi, luceo luxi: pendeo pependi, pendo pependi: frigeo frixi, frigo frixi. Sunt quę idem habent præsens & præteritum perfectum, hæc sola: odi, noui, cœpi, memini, pepigi. hæc in imperatiuo, præter Memini, quod memento facit, deficiunt & futuro infinitiui modi, & supinis, nec non & participiis vtriusque temporis. Vnum ex his, Odi, duo participia facit præteriti temporis figuræ compositæ, exosus, & perosus. Sunt alia, quæ in omni declinatione secundæ sunt coniugationis, & in infinitiuo quasi tertiæ correptæ proferuntur, fulgeo, infinitiuum, fulgere, facit, ferueo feruere, obsideo obsidere. Lectum est & strido, quod tertiæ est, alii vt secundæ proferunt, ac maxime Lucanus huiusmodi declinationem vsurpauit.

De verbo passiuo.

VErba tam passiua quam deponentia, nec non etiam communia, cuiuscunque sunt coniugationis, præteritum perfectum in has syllabas mittunt, in tus, in ctus, in sus, in xus, adiuncto in omnibus sum, verbo, vt amor amatus sum, doceor doctus sum, patior passus sum, nitor nixus sum. Notantur pauca quæ præterito deficiunt. Passiua quidem hęc: feror, ferior, tollor. Faciunt enim præteritum, latus sum, ictus sum, sublatus sum. Poscor, nanque hoc quoque deficit, in præterito, postulatus sum; arguor, conuictus sum; similiter &, metuor, &, timeor, nullum habent præteritum perfectum. Deponẽtia vero hæc: vescor, fruor, medeor, liquor, reminiscor; quæ in præterito sic proferuntur, pastus sum, potitus sum, medicatus sum, liquefactus sum, recordatus sum: quæ ab alio præsenti veniũt, sed ad supplementũ declinationis defectiuis accõmodãtur. Sũt quædam deponentia incertis coniugationibus, hæc sola: potior, orior. Nam in secun-

secunda persona numeri singularis tertiæ productæ sunt, hoc est, quartæ coniugationis, & in præsenti tempore infinitiui modi. Oriris, enim & potiris; etiam, oriri, & potiri, dicimus. Reliqua ad exẽplum tertiæ correptæ declinantur. Sunt alia quæ ex diuorso veniunt præsenti, sed in præterito confundũtur; vt patior passus sum, pandor passus sum; vt apud Virgilium, *Crinibus Iliades passis*. Item, vertor versus sum, & verror versus sum, vt apud eundem; *Et versa puluis inscribitur hasta*. Sunt alia impersonalia, quæ assumptis præpositionibus ablatiui casus declinantur, & a verbis neutri generis figurantur, vel actiuis; quæ datiuum casum in serie orationis admittũt, vt, sedetur, ambulatur, statur, pugnatur, itur, studetur. veniunt enim, vt dictum est, a neutris, sedeo, ambulo, sto, pugno, eo, studeo. His etiam Græcorum iactantiam, si quam de copia sermonis exercent, refutauimus; quod hæc propria nequeant explanare. Similiter, noceatur, & suadetur, & datur, proferimus, quæ in actiua specie datiuo casui iunguntur. Sunt quæ participiis deficiunt, vt fruor, medeor, & reor; quod de præterito tamen habet participium, & præsenti & futuro deficit. Item, nascor, futuri tẽporis participio caret. Et impersonalia, sicut in actiua declinatione, participia nulla habent, nisi quæ poetica vsurpauit licentia præteriti temporis, vt, *regnata, vigilata, pugnata*: futuri, vt, *vigilanda viris*. & his similia.

PHOCÆ GRAMMATICI
DE ASPIRATIONE.

OMNIA nomina græca in capite suo φ literam habentia, in medio loco cũ P & aspiratione adiuncta scribuntur apud Latinos, vt, Phœbus, ephebus.

Omnia nomina græca similiter υ litera in principio suo habentia, præposita aspiratione scribentur, vt ὑάκινθος hyacinthus, ὕδρα hydra, ὕπανις Hypanis.

Omnia nomina græca in prima syllaba ρ literam habentia vocali post ipsam ρ aspiratur, vt Ῥῆνος Rhenus; exceptis duobus, Remus & Romulus.

Omnia nomina latina, quæ ir syllabã in principio suo habent præposita aspiratione scribi significamus, vt, hirsutus, hircus, Hirpinus.

Omnia nomina græca ab eo, quod est ἵππος græce dictum, aspirationẽ præpositam similiter habent in scriptura, vt Ἱππόλυτος Hippolytus, Ἱπποτάδης Hippotades. Si hoc in medio nominis loco fuerit, ista syllabarũ caret aspiratione, vt Φίλιππος Philippus, Ἀρίστιππος Aristippus.

Omne pronomen articulare præposita aspiratione scribi notamus, vt, hic & hæc & hoc, excepto vocatiuo. Si autem composita fuerint, dasian amittunt, vt istic, istac, istuc. Similiter enim & omne aduerbium ex articulari pronomine deductum aspiratur, vt hic, huc, hinc, hac. In compositione hæc dasian amittunt, vt illic, illac, illuc; solum vero, adhuc, &, adhoc, simpliciũ suorum scripturam seruauerunt, id est, dasian habent in compositione.

Omnia nomina græca vel latina e vocalem productam in principio suo habẽtia præposita aspiratione scribentur: græcum, vt Ἡρακλῆς Heracles; latinũ, vt, here, heri; vnde, hesternus, dictum est.

Omnia nomina græca initiata syllaba ις & τ litera statim subsecuta, dasia præposita proferuntur, vt Histrio. Designatum est pronomen, iste.

Omnia nomina græca vel latina, quorum er syllaba principiũ obtinet, sequente statim, μ, & ν, aut ρ litera, cum aspiratione scribi præposita notam', vt, Ἑρμῆς Hermes, Ἕρνος Hernus, Hercules.

Omnia similiter o incohata in duas consonãtes rr post ipsam vocalem habẽtia præposita aspiratione erunt pronuncianda, vt horror.

Omnia nomina græca e vocalem breuem in prima syllaba obseruãtia, statim e litera veniente, aspirantur, vt Helenus, Helymus. Excipitur vnum, Elis Elidis, quod nomen est vrbis, & Elissa, & elephas similiter.

Omnia quæ es vel is vel os habẽtia fuerint syllabas, & postea p literam subsecutam, ea cum aspiratione præposita scribentur, vt Hesperus, hispidus hospes.

Omnia græca nomina, si i litera fuerint incipientia, vel e vocalis subsecuta, præposita aspiratione scribas, vt & latina similiter, vt hiems. Designatum est iecur, ideo quod i consonantis vim explet in isto nomine.

Omnia quæ o vocalem in suo initio habebunt, & posteam semiuocalẽ, aspirationem præpositam capiunt in scriptura, vt homo. Designatum est, omen.

Omnia quæ post on semiuocalem habent, similiter aspitãtur, vt, Honorius, honos Designatum est, onus.

Omnia quæ post a vocalem in principio nominis locatam r vnam consonantem habentia fuerint, r eam aspirant, vt harena, haruspex. Excipiuntur, ara, arista, & græca, Arion, Aratus.

Omnia quæ post or t mutam habent, dasian præpositam capiunt, vt Hortensius, hortor. Designatũ est ortus; h discretionis caussa amittit propter, hortus.

Omnia nomina græca post e vocalem c mutam habentia aspirantur vt Hector.

Omnia nomina latina post i vocalem b mutam habentia, aspiratione præposita proferuntur, vt hibernus, Hiberus. Designatum est, ibi, aduerbium.

Omnia quæ a verbo habeo deriuãtur, ea cum aspiratione præposita scribentur vt, habitus. Similiter & composita, prohibeo.

Omnia quę post er syllabam b mutam sequentem habent, ea cum aspiratione antecedente proferuntur, vt herba.

DE PSILA, ID EST, Inaspiratione.

Omnia nomina quæ post vocalem i, l literam habent, dasian negant, vt, Ilium, ilex. Excipiuntur hilarus, &, Hilerda.

Omnia quæ post or syllabam d mutã habent, ignorant aspirationem, vt, ordo. Designatum est hordeum.

Omnia quæ ia fuerint habentia, carent aspiratione, vt Ianus. Designatum est hiatus.

Omnia similiter post i consonantem u vocalem habentia: psilen amauerunt, vt Iuno. Nã, hiulcus, ab eo quod, hiatus, de quo supra dictum est, deducitur.

Omnia quę au diphthongon in prima syllaba habebunt, dasian respuerunt, vt, audax. Designatum est haud. Vnde, hausio, compositum simplicis habebit scripturam; Nam aspiratur. Aduerbium autẽ discretionis causa dasian habet præpositam, vt ne coniunctio fuerit, veluti legimus, *Aut portum tenet*

Omnia quæ in prima syllaba eu diphthongon locatam habebunt, carent aspiratione, vt Euandrus. Excipitur interiectio heu &, heus, compositum.

Omnia quę post a vocalem m habent, psilen solum in scriptura habere solent, vt amicus. Excipitur, hamus, & nomen proprium, Hambo.

ASPE-

ASPERI IVNIORIS GRAMMATICI ARS.

Rs est comprehẽsio præceptorum ad vtilitatem vsui accommodata per artificis sui exercitationem; medendi, vt medici; declamandi, vt rhetoris; legendi, vt grammatici.

Grammatica est scientia recte scribendi, enunciãdi, interpretandiq; poetas, per historiam formatam ad vsum rationemque verborum. Quam Terentius etiam Varro primam, vt a sinu rudem, appellatam esse dicit *literaturam*.

DE LITERA.

Litera est minima pars vocis explanatę. Sunt autem, vt etiam ratiocinatore vsu receptum est literę latino sermoni accõmodatæ vna & viginti; quibus græcorum accedunt duæ z & y. Nam Mezẽtium & Hyli & alia nobis peregrina nomina scribere & enunciare proprio sono non possumus. Literarum aliæ vocales sunt, aliæ consonantes. Vocales quinq;, a, e, i, o, u. Consonantium alię Semiuocales septem, f, l, m, n, r, s, x. Mutæ octo, b, c, d, g, h, k, p, q, t. item h in earum numerum redigitur, quando non aspirationis, sed literæ loco ponitur. Litera tribus modis intelligitur; nomine, quo enunciatur; potestate qua valet; figura, qua scribitur.

Syllaba est literarum inter se coeuntium vna innexura, vel enunciatio literæ vocalis adiunctione temporis. Syllaba autem sine vocali litera, vel literis non potest fieri. Syllabarum aliæ longæ, aliæ breues. Longæ autem natura sunt, aut positione, & habent bina tempora. Natura duobus modis intelligitur, aut cum vocalis per se longa est, aut cum vocalis vocali inter se iuncta producitur, vt, æ. Positione longæ syllabæ fiunt modis octo. Primo modo quotiens desinit in consonantem & excipitur ab altera consonante, vt, *Arma virumque cano*. *Ar* enim syllaba positione fit longa, quia desinit in consonantem *r*, & excipitur a consonante *m*. ita &, *Arma vi*, dactylus, qui constat ex longa & duabus breuibus. Secundo modo fit longa syllaba, quotiens desinit in duas consonantes, vt, *Ast ego quæ diuum incedo*. *Ast* enim positione lõga est, quia desinit in *s* & *t* ambas consonantes. Tertio modo longa syllaba est positione, quotiens excipitur a consonantibus duabus, vt *Atrides*. Nam etsi *a* correpta est, tamen positione fit longa, quia sequitur *t* & *r*. Quarto modo, quotiens desinit syllaba in duplicem literam, vt, *Exillo celebratus honos*. Quinto, quotiens syllaba excipitur a duplici litera, vt, *Exulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris*. Sexto, quotiens excipitur a vocali consonãtis loco posita, vt, *At vero ingentem quatiens Mezentius hastam*. Septimo, quotiens desinit syllaba in vocalem loco consonantis positam & excipitur a consonante, vt, *Audieras & fama fuit*. Octauo modo, quotiens syllaba a vocali excipitur consonantis loco posita, vt, *Troiaque nunc stares, Priamique arx alta maneres*. Breues sunt syllabæ, quæ vocali correpta efferuntur & habent tempora singula.

DE PEDIBVS.

Pedes simplices sunt duodecim. Bisyllabi, hoc est, binarum syllabarũ, qua-

tuor: Pyrrhichius, Spondeus, Iambus, Trochæus. Trisyllabi, hoc est ternarum syllabarum, octo: Anapæstus, Dactylus, Brachysyllabus, Molossus, Amphibrachus, Creticus, Bacchius, Palimbacchius. Pyrrhichius constat ex duabus breuibus, & est minimus, solusque duo tempora habet, vt est, *homo*. Huic contrarius est Spondeus, qui constat ex duabus longis, & habet tempora quatuor, vt est, *moles*. Iambus constat ex breui & longa temporum trium, vt, *apes*. Huic contrarius est Trochæus, qui constat ex longa & breui temporum trium, vt, *venter*. Anapæstus constat ex duabus breuibus & longa temporum quatuor, vt, *aries*. Huic contrarius est Dactylus qui constat ex longa & duabus breuibus temporum quatuor, vt, *califer*. Brachysyllabus, quem quidam Tribrachum vocant, qui constat ex tribus breuibus temporum trium, vt, *iaculum*. Huic contrarius est Molossus qui constat ex tribus longis, & est de simplicibus pedibus maximus, temporum sex, vt, *Aeneas*. Amphibrachus constat ex breui & longa & breui, temporum quatuor, vt, *amicus*. Huic contrarius est Creticus, quem & Amphimacrū appellant, qui cōstat ex longa & breui & longa, temporum quinque, vt, *insula*. Bacchius constat ex duabus longis & breui, temporum quinque, vt, *Romanus*. Huic contrarius est Palimbacchius ex breui & duabus longis, temporum quinque, vt, *Achates*.

DE PARTIBVS ORAtionis.

PArtes orationis sunt octo: Nomen, Pronomen, Verbum, Aduerbiū, Participium, Coniunctio, Præpositio, Interiectio.

DE NOMINE.

NOmen est pars orationis, qua res quæque appellatur, siue est animalis, vt, homo, Cato; siue inanimalis, vt, arbor, lapis, siue etiam incorporalis, vt perfidia, clementia. Nomini accidunt quinque: Qualitas, Genus, Numerus, Figura, Casus.

De Qualitate.

QValitas nominis bipartita est. Aut enim propria sunt nomina, aut appellatiua. Propriorum alia prænomina dicuntur, vt C. Caius, M. Marcus. Alia gentilia, vt Iulius, Portius. Alia cognomina, vt Cæsar, Cato. Alia agnomina, vt Numidicus, Germanicus. Sunt & vnica, vt Romulus: & bina: vt Paris Alexander: & quæ omnia vnius sunt, vt Publius Cornelius Scipio Africanus. Appellatiuorum alia animalia dicuntur, vt homo, bos. Alia inanimalia, vt, arbor, lapis. Alia incorporalia, vt sapientia, prudentia. Alia gentem significant, vt Gallus, Græcus. Alia numerum, vt, duo, tres. Alia ordinem, vt secundus, tertius. Alia sunt primæ positionis, vt ager, capra. Alia deriuatiua, vt agrarius, caprarius. Alia diminutiua, vt, catulus, catillus. Alia ad aliquid, vt, pater, mater. Alia qualitatis, vt sapiens, doctus. Alia quantitatis, vt longus latus, in quibus duo frequentissima, Comparatio & Superlatio expectatur. Est enim absolutum vt doctus, longus. Comparatiuum, vt longior, doctior. Superlatiuum, vt doctissimus, longissimus.

De Genere.

GEnera nominum sunt quinque. Masculinum, vt hic Cato. Femininum, vt hæc Portia. Neutrum, vt hoc scamnum. Commune aut duobus generibus, vt hic & hæc sacerdos: aut tribus generibus, vt hic & hæc & hoc elegans. Promiscuum, in quo aut masculina sunt semper, vt coruus, turdus; aut semper feminina vt aquila, cornix.

De Numero.

NVmeri accidunt duo, Singularis, vt hic Cato. Pluralis, vt hi Catones. Com-

Communis, vt, dies, nubes. Sunt quædam nomina semper singularia, vt aurum, oleum. Quædam semper pluralia vt, Puteoli, Saturnalia. Alia forma singularia, sed vi pluralia, vt populus, exercitus. Alia contra, forma pluralia, vi singularia, vt Idus, Nonæ.

De Figura.

Figura nominum duplex est. Aut enim Simplicia sunt nomina, vt probus: aut Composita, vt improbus. Componūtur autem nomina modis quatuor. Aut enim integra corruptis iunguntur, vt insulsus: aut corrupta corruptis, vt armiger: aut integra integris, vt impotens: aut corrupta integris, vt armipotens.

De Casu.

Casus nominum sunt sex. Nominatiuus, vt hic Cato. Genitiuus, huius Catonis. Datiuus, huic Catoni. Accusatiuus hunc Catonem. Vocatiuus, o Cato. Ablatiuus, ab hoc Catone. Addant & Septimum casum, veluti cum dicimus, *nos terra vel mare vectos*, qui speciem ablatiui habet, nec tamen est. Ipse enim aliquoties per accusatiuum liquidius explicatur; non vtique, *terra vel mari vectos*, sed, *per terram vel mare vectos*. ex hoc sensu est, *Multum ille & terris iactatus & alto*. Sunt quædam nomina, quæ non flectuntur in varios casus declinata, sed vna appellatione per omnes articulos efferuntur, vt frugi, nequam, quę græci Monoptota appellant. Sunt quæ declinationem omnino in quosdam casus non recipiunt, vt, fas, nefas, tantum per nominatiuum, &, sponte, tantum per ablatiuum in vsu habetur.

DE PRONOMINE.

Pronomen est pars orationis, quæ idem quod nomen, sed minus plene significat. Pronomini accidunt, qualitas, significatio, positio, gen⁹, numerus, ordo, figura, persona, casus. Qualitas est, quia aut sunt infinita pronomina, vt quis, aut finita, vt ipse. Significatio pronominū in octo partes diuisa est. aut enim personam significant, vt quis, quæ; aut rem, vt hoc, istud: aut gentem, vt cuias nostras: aut numerum, vt quot tot: aut ordinem, vt quotus, totus: aut qualitatem, vt qualis, talis: aut quantitatem, vt quantus, tantus: aut ad aliquid, vt quidam quædam. aut vtraque singularia sunt vt meus, tuus, aut vtraque pluralia, vt nostri vestri; aut extrinsecus singularia, vt noster, vester; aut intrinsecus pluralia, vt mei, tui. Positio est, qua spectatur vtrum interrogatiua sint pronomina, vt quis, vter: aut respōsiua, vt hic, iste: aut segregatiua, vt quisquis, vterque: aut priuatiua, nequis, neuter, nemo, nihil. Numerus pronomini accidit, singularis vt ego, quis; pluralis, vt nos, quanti: communis, vt quæ, quanta. Numerus apud græcos ptopter dualem numerum modos habet nouem. In sermone nostro quatuor. aut enim vnius numerum significamus, vt meus, tuus: aut multos multorum vt nostri vestri: aut vnum multorū, vt noster vester: aut multos vnius, vt mei tui sui. Ordo accidit pronominibus. nā aut præpositiua sunt pronomina, vt quis, quātus; aut subiectiua, vt is, tantus. Figura pronominum duplex est, aut simplicia sunt pronomina vt ego, tu: aut composita vt egomet, tumet. Persona prima, vt mei, mihi: Secunda, vt, te, tibi: Tertia, vt, se, sibi. Persona finitis tantum pronominibus accedit; Infinitis nūquam. Casus sunt sex, Nominatiuus, vt quantus, Genitiuus. vt quanti, Datiuus, vt quanto, Accusatiuus, vt quantum, Ablatiuus, vt quanto. Vocatiuus rarus est; sed tamen inuenitur ab eo quod est, meus, o meus.

DE VERBO.

Verbum est pars orationis actum, aut passiuitatem cum tempore &

perſona ſignificans. Verbo accidunt, qualitas, ſignificatio, numerus, figura, tempus, perſona, coniugatio. Qualitates ſunt quinque. Finita, vt lego. Imperatiua, vt lege. Optatiua, vt vtinam legerem. Adiunctiua, cum legam. Infinitiua, vt legere. Significationes ſunt quinque. Actiua, vt, lego. Paſſiua, vt, legor. Neutra, quæ habet ſpeciem actiuæ, ſed non habet vim, quia non habet paſſiuitatem, vt curro. Deponens quæ habet ſpeciem paſſiuæ, ſed non habet vim, quia non habet actiuitatem, vt ſuſpicor. Communis, quæ & agendi, & patiendi pariter obtinet interpretationē, vt conſolor illū, & conſolor ab illo. Numeri duo, Singularis, vt lego; Pluralis vt legimus. Figuræ ſunt ſeptem. Simplex vt lego; Compoſita, vt relego. Inchoatiua vt caleſco. Frequentatiua, vt lectito. Deſideratiua, vt dormito. Imperſonalis, vt piget, tædet; & alterius formæ, vt ſtatur. Paragoga, vt faceſſo, laceſſo, capeſſo. Tempora ſunt tria, Præſens, vt lego, Præteritum, vt legi, Futurum, vt legam. Præteritum tertius diuiditur, in Præteritum imperfectum vt legebam; Pluſquamperfectum, vt legeram. Perſonæ ſunt tres: Prima vt lego, Secunda vt legis, Tertia vt legit. Coniugationes ſunt quatuor. Prima ſi quando verbum, finitiua qualitate, ſingulari numero, præſenti tempore, ſecunda perſona, per a & s literas enūciatur, vt laudas. Secunda, cum per eundem verbum in e & s literas terminatur, vt ſedes. Tertia, cum idem verbum & i & s literis exit, vt curris; & producta, vt venis. Quarto cum aliquolibet modo verbum effertur, vt odiſti, meminiſti.

DE ADVERBIO.

ADuerbium eſt pars orationis, quæ verbi vim explicat, vt, *ſcribo bene.* Aduerbio accidit, ſignificatio, poſitio, figura, qualitas, quantitas. Significatio eſt in aduerbiis, cum expectamus quid ſignificetur. nam aut locum oſtendunt, aut tempus, aut numerum, aut ordinem. Locum ſignificantia aduerbia, aut in loco ſunt, vt intus: aut ad locum, vt intro: aut per locum, vt hac: aut e loco, vt hinc. Tempora quæ ſignificant aduerbia, aut infinita ſunt, vt aliquando, nuper, iam, alias, iampridem, quondam: aut finita, vt hodie, nunc, cras, perendie: aut in confuſo finita, vt olim, mox, tandem, ſæpe, ſubito, repente: aut perfecta in confuſo, vt cottidie, ſemper, interea: Aut ſunt præſentia, vt cum maxime nūc, Aut numerum ſignificantia aduerbia, vt, ſemel, bis, ter. Aut ordinem vt, iterum, tertio, quarto. Sunt aduerbia etiam negandi, vt non, haut. Prohibendi, vt, ne. Aut promittendi, vt etiam quiuni. Aut demonſtrandi, vt en, ecce. Aut optandi, vt vtinam Aut interrogandi, vt cur, quid, quare, nempe. Aut ſimilitudinis, vt ita, perinde, veluti, ceu, ridera, quaſi, qualiter, &, aliter. Et dubitandi, vt fortaſſè. Aut perſonaliter fiunt vt, mecum, tecū. Aut electiue, vt potius. Aut diſcretiue, vt ſeorſum Et congregatiue, vt vna, pariter, ſimul Aut declinatiue, vt funditus; & quæ iis proxima ſunt, vt meatim, tuatim, raptim, ſenſim, tornatim, tractim. Aut ſunt hortandi, vt eia Aut vocandi, vt heus Aut reſpondendi, vt heu. Aut euentum ſignificant, vt forte, fortuitu. Aut ab animo ſumitur, vt ſapienter, docte. Aut a corpore, vt valenter. Aut extrinſecus, vt bene, fortunate, nobiliter. Aut modum ſignificant, vt ſatis, largiter, nimis, parumper, plene, vaſte. Poſitio accidit in aduerbiis, cum quædam præpoſitiua ſunt, vt qualiter; quædam ſubiunctiua, vt taliter. Figura aduerbiorum duplex eſt. Aut enim ſimplicia ſunt aduerbia, vt probe; aut compoſita, vt improbe. Qualitas, & Quantitas accedunt aduerbio; cū aut abſoluta ſunt aduerbia, vt bene, alte; aut comparatiua, vt melius, altius. Superlatiua, vt optime, altiſſime.

DE PARTICIPIO.

PArticipium eſt pars orationis, partem a no-

a nomine, partem a verbo capiens: a nomine genus & casum; a verbo tempora, & significationem; ab vtroque numerum, & figuram. Participio accidunt sex, significatio, tempus, figura, genus, numerus, casus. Significationes sunt quinque. Actiua, quæ habet duo tempora, præsens, & futurum vt legens, & lecturus. nam semper caret præterito. Passiua, quæ habet duo tempora, præteritũ, & futurum, vt lectus, & legendus. nam præsens non habet. Neutra, quæ habet præsens, & futurum, vt veniens, venturus. Deponens, quæ habet tria tempora, præsens, preteritum, & futurum; vt suspicans, suspicatus, & suspicaturus. Cõmunis, quæ habet tẽpora quatuor, præsens, preteritum, & duplex futurum, vt consolans, consolatus, consolaturus, consolandus. Tempora participiis accidũt tria, præsens, vt legens; præteritum, vt lectus; futurum, vt, lecturus, & legendus. Animaduertendũ autem de temporibus est, & significationibus participiorum; quod neque Actiua, præterita, neque Neutra; nec Passiua præsentia recipiũt. Figuræ sunt duę, Simplex, vt legens, Cõposita vt relegens. Genera sunt quatuor, Masculinum, vt lectus, Femininũ, vt lecta, Neutrum, vt lectum, Cõmune, vt legens. Numeri sunt, duo, singularis vt legens; Pluralis vt legentes. Casus sunt sex, nominatiuus, vt legens. genitiuus vt legentis datiuus, vt legenti, accusatiuus, vt legẽtem, vocatiuus, vt o legens, ablatiuus, vt a legente.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio est pars orationis, copulans ordinansque sententiam. Coniunctioni accidunt, vis, figura, ordo. Vis est, cũ aut cõplectendi sunt coniunctiones, vt et, que, atq;. Aut disiungendi, vt, vel, nec, aut, ue, ne, cæterum. Aut dubitandi, vt siue, seu, siquidẽ. Aut reprehendi, vt sed. Aut ad aliquid, vt magis. Aut rationales sunt, vt quia, ideo, propterea, enim. Aut vincunt, vt immo. Aut consecutiunt, vt etiã, Aut comparantur, vt tã. Aut subiiciunt sententiam vt equidem, enimvero. Aut compellunt, vt saltem, tamen, videlicet. Aut concludunt, quarum tres sunt species. Relatiuæ, vt quamquã, quãuis, etsi. Prælatiuæ, vt si, sin. Sunt & Mediæ hoc est, quæ inchoant sententiam, & includunt, vt et, atque; quas generaliter complectendi diximus. Aut connexiuæ sunt coniunctiones, vt igitur, ergo, proinde, itaque, præsertim, quatenus. Aut rationatiuæ, vt quoniam quidem, quandoquidem. Aut supernexiuæ vt similiter. Nam omnes suis nominibus designari non possunt propter multitudinem generum; aut subtilitatem discriminum, quibus alię ab aliis differunt. Sed ex his omnibus has, quas enarrauimus, maxime vsurpant. Figura coniunctionum duplex est nam aut simplices sunt, vt uti, si; aut compositæ, vt vtinam, siquidem. Ordo coniunctionibus accidit; cũ quasdem in principio ponere possumus; vt quamquam; quasdam non possumus, & semper subiicimus, vt que, ve.

DE PRAEPOSITIONE.

Prępositio est pars orationis, quę pręposita aliis partibus orationis vim & significationẽ eius adiuuat. Præpositiones sunt propemodum, a, ab, cum, de, di, dis, per, præ, in, ex, inter, præter, propter, apud, penes, trans, ante, fine, erga, ob, subter, am, con, e, pro, post, circum. Certus vero numerus propter difficultatem discriminandorũ ab aduerbiis & cõiunctionibus significatuum, nõ potest comprehendi. Indubitatæ tamen præpositiones existimantur ablatiui casus septem, a, ab, de, pro, ex, cum, præ. Accusatiui autem adnixæ plerumque aduerbiorum vim habent; suntque omnino vndecim, ad, per, ob, post, trans, apud, penes, ante, prope, preter, intra. Vtriusq; casus sunt duæ in, & sub. Hæ prepositiones nunquam ab aliis partibus separantur; & non nisi verbis, participiisque, & aduerbiis parti-

cipiorum iunguntur. Verbis sic, concurrit, recurrit. Participiis sic, concurrens. Aduerbiis sic; composite, requisite, disiecte, constricte. Aliæ omnino aliis partibus orationis carere non possunt; vt cum, apud, penes; neq; aliis quã casibus iungũtur, idest, nomini, pronomini, participio, vt, *cum Cicerone, cum illo, cum delecto. apud Ciceronem, apud illum, apud delectum: penes Ciceronem, penes illũ, penes delectum.* Conueniunt autem hæ aut accusatiuo, aut ablatiuo casibus. Aliæ separari, aut iũgi possunt, vt sub, in, ex. Separant hoc modo, *sub monte, ex monte, in monte.* Adiunguntur sic, *subscribit, irrepit, excurrit.*

DE INTERIECTIONE.

INteriectio est pars orationis affectum animi significans, aut indignantis, vt hae: aut timentis, vt hui: aut recordantis vt hem: aut silentium iniungentis, vt st: aut immutantis, vt at at: aut admirantis, vt papę: aut prohibentis, vt ah ah: aut conquirentis, vt hah: aut gementis, vt uoi, uae: aut refectionis, vt euax; aut irridentis: vt bom, bax, ba, bo, vua.

ÆLII DONATI EDITIO PRIMA.

DE VOCE.

VOx est aer ictus sensibilis auditu quantũ in ipso est. Omnis autem vox, aut articulata est, aut confusa. Articulata est, quæ literis comprehendi potest. Cõfusa, quæ scribi non potest.

DE LITERA.

LItera est pars minima vocis articulatæ. Literarum aliæ sunt vocales, aliæ consonantes Consonantium autem aliæ semiuocales, aliæ mutæ. Vocales sunt, quæ per se proferuntur, & per se syllabam faciunt. Sunt autem numero quinque. a, e, i, o, u. Harum duæ, i, & u, transeunt in consonantium potestatem; quum aut ipsæ inter se geminantur, aut quum aliis vocalibus iunguntur, vt Iuno, vates. Hæ autem Mediæ dicuntur, quia in quibusdam dictionibus expressum sonum non habent. i, vt uir; u, vt optumus. Extra quam formam, u litera interdum nec vocalis habetur, nec consonans; quum inter q literam consonantem, & aliquam vocalem constituitur, vt, quoniam, quidem. Huic item Digamma ascribi solet, quum sibi ipsa præponitur, vt seruus, vulgus. Nam i literam geminari in vna syllaba posse plurimi negant. Latinæ vocales omnes produci, & corripi possunt. Atque his solis aspirari quidam existimant. Semiuocales sunt, quæ per se quidẽ proferuntur, sed per se syllabam non faciunt. Sunt autem numero septem, f, l m, n, r s, x. Ex his vna Duplex est, x. Et Liquidæ quatuor, l, m, n, r. Ex quibus, l. & r. faciunt communem syllabã. Et, s, litera suæ cuiusdam potestatis est; quæ in metro plerunque vim consonantis amittit. Item ex his semiuocalibus septem, f litera superponitur liquidis, l, &, r, quemadmodum muta quælibet, & communem syllabam facit. Mutæ sunt, quæ nec per se proferuntur, nec per se syllabam faciũt. Sunt autem numero, nouem, b c, d, g, h, k, p, q, t. Ex his duæ superuacuæ quibusdam

dam imperitis esse videntur, k, & q: qui nesciunt quotiens a sequitur, k literam præponendam esse, non c: quotiens, u, sequitur, per q, non per c, scribendum; excepto, cur, &, cum, quod per c scribendum est, quia inter q, & aliam consonantem u, sine altera vocali poni non potest. H interdum consonans, interdum aspirationis creditur nota. Y, &, Z remanent; quas literas propter græca nomina assumpsimus. Altera nanque vocalis est græca: Altera consonans duplex. Vnde fit, vt quidam putent latinas litteras non plures esse quam decem & octo. Siquidem ex his viginti & tribus, vna aspirationis nota est, h: vna duplex x: duæ superuacuæ, k, & q: duæ græcæ, y, & z. Accidunt vnicuique literæ tria, nomen, figura, potestas. Quæritur enim quid vocetur litera, qua figura sit, quidue possit.

DE SYLLABA.

Syllaba est comprehensio literarum, vel vnius vocalis enunciatio temporum capax. Syllabarum aliæ sunt breues, aliæ longæ, aliæ communes. Breues sunt, quæ & correptam vocalem habent, & non desinunt in duas consonantes, vt ast; aut in vnam duplicem, vt lex: aut in aliquid, quod sit pro duabus consonantibus vt aio. Longæ autem sunt aut natura, aut positione. Natura, quum aut vocalis producitur, vt a, e, o: aut cum duæ vocales iūguntur; & diphthongon faciunt; ae, oe, au, eu, ai, ei. Positione longæ sunt syllabæ, quum aut correpta vocalis in duas desinit consonantes, vt ast. Aut cum desinit in vnam consonantem & excipitur ab altera consonante, vt arma, arcus. Aut in alteram consonantem, & in alteram vocalem loco consonantis positam, vt, *At Iuno, At Venus.* Aut in vnam duplicem, vt dux. Aut excipitur ab x duplici consonante, vt axis. Aut in i literam solam, inter duos vocales loco consonantis positam, quam nonnulli geminant; vt, *Aio te AEacida Romanos vincere posse.* Sunt etiam syllabæ quæ Communes vocantur, quum correptam vocalem duæ consonantes sequuntur, quarum prior aut muta quæpiam est, aut semiuocalis, & sequens liquida, vt *vastosque ab rupe Cyclopas, & vasto Cyclopis in antro.* Aut quum correpta vocalis in vnam desinit consonantem sequente h, quæ plerisque aspirationis creditur nota, vt, *Terga fatigamus hasta*, &, *Ibat ouans, Dinumque sibi poscebat honorem.* Aut quum correptam vocalem duæ consonantes sequuntur, quarum prior s litera est, vt, *Ponite spes sibi quisque*, &, *Vnde spissa coma.* Aut quum partem orationis terminat breuis syllaba quæ in vnam desinit consonantem sequente vocali, vt est, *Omnia vincit amor & nos cedamus amori.* Aut quum pars orationis desinit in longam quę diphthōgus appellatur, sequente statim vocali, vt, *Musæ Aonides*, &, *Insulæ Ionio in magno.* Aut quum producta vocalis est, vocali altera sequente. Aut quum pronomen c litera terminatum vocalis subsequitur. Aut quum correptam vocalem suscipit z litera consonans atque duplex. Aut quū correpta vocalis in vnam desinit consonantem, sequente statim vocali in eadem dictione. Longa syllaba duo tempora habet; Breuis vnum. Syllaba apud metricos, *semipes* nominatur.

DE PEDIBVS.

Pes est syllabarum & temporum certa dinumeratio. Accidunt vnicuique pedi, Arsis, & Thesis, Numerus syllabarum, & Tempus, Resolutio, Figura, Metrum. Pedes dissyllabi sunt quatuor, trisyllabi octo, duplices sedecim. Ergo dissyllabi quatuor hi sunt:

Pyrrhichius, ex duabus breuibus, tēporum duorum, vt, *fuga.*

Huic contrarius est Spondeus, ex duabus longis temporum quatuor, vt, *æstas.*

Iambus ex breui & longa, temporum trium, vt, *parens.*

cipiorum iunguntur. Verbis sic, concurrit, recurrit. Participiis sic, concurrens. Aduerbiis sic; composite, requisite, disiecte, constricte. Aliæ omnino aliis partibus orationis carere non possunt; vt cum, apud, penes; neq; aliis quã casibus iungũtur, idest, nomini, pronomini, participio, vt, *cum Cicerone, cum illo, cum delecto. apud Ciceronem, apud illum, apud delectum: penes Ciceronem, penes illũ, penes delectum.* Conueniunt autem hæ aut accusatiuo, aut ablatiuo casibus. Aliæ separari, aut iũgi possunt, vt sub, in, ex. Separant hoc modo, *sub monte, ex monte, in monte.* Adiunguntur sic, *subscribit, irrepit, excurrit.*

DE INTERIECTIONE.

INteriectio est pars orationis affectum animi significans, aut indignantis, vt hae: aut timentis, vt hui: aut recordantis vt hem: aut silentium iniungentis, vt st: aut immutantis, vt at at: aut admirantis, vt papę: aut prohibentis, vt ah ah: aut conquirentis, vt hah: aut gementis, vt uoi, uae: aut refectionis, vt euax; aut irridentis: vt bom, bax, ba, bo, vua.

ÆLII DONATI EDITIO PRIMA.

DE VOCE.

VOx est aer ictus sensibilis auditu quantũ in ipso est. Omnis autem vox, aut articulata est, aut confusa. Articulata est, quæ literis comprehendi potest. Cõfusa, quæ scribi non potest.

DE LITERA.

LItera est pars minima vocis articulatæ. Literarum aliæ sunt vocales, aliæ consonantes Consonantium autem aliæ semiuocales, aliæ mutæ. Vocales sunt, quæ per se proferuntur, & per se syllabam faciunt. Sunt autem numero quinque. a, e, i, o, u. Harum duæ, i, & u, transeunt in consonantium potestatem; quum aut ipsæ inter se geminantur, aut quum aliis vocalibus iunguntur, vt Iuno, vates. Hæ autem Mediæ dicuntur, quia in quibusdam dictionibus expressum sonum non habent. i, vt uir; u, vt optumus. Extra quam formam, u litera interdum nec vocalis habetur, nec consonans; quum inter q literam consonantem, & aliquam vocalem constituitur, vt, quoniam, quidem. Huic item Digamma ascribi solet, quum sibi ipsa præponitur, vt seruus, vulgus. Nam i literam geminari in vna syllaba posse plurimi negant. Latinæ vocales omnes produci, & corripi possunt. Atque his solis aspirari quidam existimant. Semiuocales sunt, quæ per se quidẽ proferuntur, sed per se syllabam non faciunt. Sunt autem numero septem, f, l m, n, r s, x. Ex his vna Duplex est, x. Et Liquidæ quatuor, l, m, n, r. Ex quibus, l, & r, faciunt communem syllabã. Et, s, litera suæ cuiusdam potestatis est; quæ in metro plerunque vim consonantis amittit. Item ex his semiuocalibus septem, f litera superponitur liquidis, l, &, r, quemadmodum muta quælibet, & communem syllabam facit. Mutæ sunt, quæ nec per se proferuntur, nec per se syllabam faciunt. Sunt autem numero, nouem, b c, d, g, h, k, p, q, t. Ex his duæ superuacuæ quibusdam

dam imperitis esse videntur, k, & q; qui nesciunt quotiens a sequitur, k literam præponendam esse, non c: quotiens, u, sequitur, per q, non per c, scribendum; excepto, cut, &, cum, quod per c scribendum est. quia inter q, & aliam consonantem u, sine altera vocali poni non potest. H interdum consonans, interdum aspirationis creditur nota. Y, &, Z remanent; quas literas propter græca nomina assumpsimus. Altera nanque vocalis est græca: Altera consonans duplex. Vnde fit, vt quidam putent latinas litteras non plures esse quam decem & octo. Siquidem ex his viginti & tribus, vna aspirationis nota est, h: vna duplex x: duæ superuacuæ, k, & q: duæ græcæ, y, & z. Accidunt vnicuique literæ tria, nomen, figura, potestas. Quæritur enim quid vocetur litera, qua figura sit, quidue possit.

DE SYLLABA.

SYllaba est comprehensio literarum, vel vnius vocalis enunciatio temporum capax. Syllabarum aliæ sunt breues, aliæ longæ, aliæ communes. Breues sunt, quæ & correptam vocalem habent, & non desinunt in duas consonantes, vt ast; aut in vnam duplicem. vt lex: aut in aliquid, quod sit pro duabus consonantibus vt aio. Longæ autem sunt aut natura, aut positione. Natura, quum aut vocalis producitur, vt a, e, o: aut cum duæ vocales iũguntur; & diphthongon faciunt; ae, oe, au, eu, ai, ei. Positione longæ sunt syllabæ, quum aut correpta vocalis in duas desinit consonantes, vt ast. Aut cum desinit in vnam consonantem & excipitur ab altera consonante, vt arma, arcus. Aut in alteram consonantem, & in alteram vocalem loco consonantis positam, vt, *At Iuno, At Venus.* Aut in vnam duplicem. vt dux. Aut excipitur ab x duplici consonante, vt axis. Aut in i literam solam, inter duos vocales loco consonantis positam, quam nonnulli geminant; vt, *Aio te AEacida Romanos vincere posse.* Sunt etiam syllabæ quæ Communes vocantur, quum correptam vocalem duæ consonantes sequuntur; quarum prior aut muta quæpiam est, aut f semiuocalis, & sequens liquida, vt *vastosque ab rupe Cyclopas, & vasto Cyclopis in antro.* Aut quum correpta vocalis in vnam desinit consonantem sequente h, quæ plerisque aspirationis creditur nota, vt, *Terga fatigamus hasta*, &, *Ibat ouans, Diuumque sibi poscebat honorem.* Aut quum correptam vocalem duæ consonantes sequuntur; quarum prior s litera est, vt, *Ponite spes sibi quisque*, &, *Vnde spissa coma.* Aut quum partem orationis terminat breuis syllaba quæ in vnam desinit consonantem sequente vocali, vt est, *Omnia vincit amor & nos cedamus amori.* Aut quum pars orationis desinit in longam quę diphthõgus appellatur, sequente statim vocali, vt, *Musæ Aonides*, &, *Insulæ Ionio in magno.* Aut quum producta vocalis est; vocali altera sequente. Aut quum pronomen c litera terminatum vocalis subsequitur. Aut quum correptam vocalem suscipit z litera consonans atque duplex. Aut quũ correpta vocalis in vnam desinit consonantem, sequente statim vocali in eadem dictione. Longa syllaba duo tempora habet; Breuis vnum. Syllaba apud metricos, *semipes* nominatur.

DE PEDIBVS.

PEs est syllabarum & temporum certa dinumeratio. Accidunt vnicuique pedi, Arsis, & Thesis, Numerus syllabarum, & Tempus, Resolutio, Figura, Metrum. Pedes dissyllabi sunt quatuor, trisyllabi octo, duplices sedecim. Ergo dissyllabi quatuor hi sunt:

Pyrrhichius, ex duabus breuibus, tẽporum duorum, vt, *fuga.*

Huic contrarius est Spondeus, ex duabus longis temporum quatuor, vt, *æstas.*

Iambus ex breui & longa, temporum trium, vt, *parens.*

Huic contrarius est Trochæus, ex longa & breui, temporum trium, vt, *meta*.

Trisyllabi octo hi sunt:

Tribrachus, ex tribus breuibus, temporum trium, vt, *macula*.

Huic contrarius est Molossus, ex tribus longis, temporum sex, vt, *Aeneas*.

Anapæstus, ex duabus breuibus & longa, temporum quatuor, vt, *Erato*.

Huic contrarius est Dactylus, ex longa & duabus breuibus, temporum quatuor, vt, *Mænalus*.

Amphibrachus, ex breui & longa & breui, temporum quatuor, vt, *carina*.

Huic contrarius est Amphimacrus, ex longa & breui & longa, temporum quinque, vt, *insulæ*.

Bacchius, ex breui & duabus longis, temporum quinque, vt, *Achates*.

Huic contrarius est Antibacchius, vel Palimbacchius, ex duabus longis & breui, temporum quinque, vt, *natura*.

Duplices sedecim hi sunt:

Proceleusmaticus, ex quatuor breuibus, temporum quatuor, vt, *auicula*.

Huic contrarius est Dispondeus, ex quatuor longis, temporum octo, vt, *oratores*.

Diiambus ex duobus Iambis, temporum sex, vt, *propinquitas*.

Huic contrarius est Ditrochæus, ex duobus trochæis, temporum sex, vt, *cantilena*.

Antispastus ex breui & duabus longis & breui temporum sex, vt, *Saloninus*.

Huic contrarius est Choriambus, ex longa & duabus breuibus & longa, temporum sex, vt, *armipotens*.

Ionicus minor, ex duabus breuibus, & duabus longis, temporum sex, vt, *Diomedes*.

Huic contrarius est Ionicus maior, ex duabus longis, & duabus breuibus, temporum sex, vt, *Iunonius*.

Pæon primus, ex prima longa, & tribus breuibus, temporum quinque, vt, *legitimus*.

Pæon secundus, ex secunda longa, & tribus breuibus, temporum quinque, vt, *colonia*.

Pæon tertius, ex tertia longa, & tribus breuibus, temporum quinque, vt, *Menedemus*.

Pæon quartus, ex quarta longa, & tribus breuibus, temporum quinque, vt, *celeritas*.

His contrarii sunt hi Epitriti Epitritus primus, ex prima breui, & tribus longis, temporum septem, vt *sacerdotes*.

Epitritus secundus, ex secunda breui, & tribus longis, temporum septem, vt *conditores*.

Epitritus tertius, ex tertia breui, & tribus longis, temporum septem, vt, *Demosthenes*.

Epitritus quartus, ex quarta breui, & tribus longis, temporum septem, vt *Fescenninus*.

Ex hinc deinceps alii pedes syzygiæ nascuntur. Nam quemadmodum pedes quatuor geminati sedecim duplices faciunt; ita iidem cum trisyllabis iuncti, triginta & duo de se reddunt. Trisyllabi vero cum trisyllabis geminati, sexaginta & quatuor colliguntur. Atque excepto amphibracho & epitrito, quem metrici informem & incognitum iudicant. Quorum alterum tripla, alterum epitrita diuisione partimur. Vniuersorum pedum trina condicio reperitur. In aliis enim æqua diuisio est, in aliis dupla, in aliis sescupla; & prima dactylica, secūda iambica, tertia pæonica nominatur. Sunt in vnoquoque metro pedes legitimi, sunt nothi Simplices pedes non amplius quam ternas syllabas: Duplices non amplius quam senas habent.

DE TONIS.

TOnos alii accentus, alii tenores nominant. Toni igitur tres sunt, acutus, grauis, circumflexus. Acutus, cū in Græcis dictionibus tria loca teneat, vltimum penultimum, & antepenultimum; tenet apud Latinos penultimum & antepenultimum

timum, vltimum nunquam. Circunflexus autem, quotlibet syllabarũ sit dictio, non tenebit nisi penultimum locũ. Grauis poni in eadem dictione vel cum acuto vel cum circumflexo potest. Hoc illi non est commune cũ cæteris. Ergo monosyllaba, quæ correptam vocalẽ habebunt, acuto accentu pronuntiabimus, vt *pax, pix, nux*. Quæ productam vocalem habebunt, circumflexo accentu pronuntiabimus, vt *res, dos, spes*. In dissyllabis, quæ priorem productam habuerint, & posteriorem correptam, priorem syllabam circumflectimus, vt *meta, creta*. Vbi vel ambæ productæ, vel posterior syllaba producta fuerit, vel ambæ correptæ, acuemus priorem syllabam siue correpta fuerit, siue producta, vt *leges, reges, nepos, honos*. In trisyllabis & tetrasyllabis, & deinceps, si penultima correpta fuerit, acuemus antepenultimam, vt *nullius, Hostilius*. Si penultima positione longa fuerit, in ipsa acuetur, & antepenultima graui accentu pronuntiabitur, vt, *Catellus, Metellus*. ita tamen, si positione longa, nõ ex muta & liquida fuerit; nã mutabit accentum, vt *latebræ, tenebræ*. Si vltima breuis fuerit, penultima vero natura longa, penultima circunflectitur, vt *Cethegus, Berosus*. Si vltima quoque natura fuerit longa, penultima acuetur, vt *Athenæ, Mycenæ*. In compositis dictionibus vnus accentus est, non minus quam in vna parte dictionis, vt *benefanus, interealoci*.

Accentus in integris dictionib obseruãtur. In interiectionib᷒, & in peregrinis verbis, & in barbaris nominib. nulli certi sunt accentus. Accentuum legem, vel distinguendi, vel pronuntiandi ratio, vel discernendæ ambiguitatis necessitas sæpe conturbat. Sane Græca verba Græcis accentibus melius efferimus. In Latinis nunquam acutus accentus in vltima syllaba poni potest, nisi discretionis causa, vt in aduerbio *pone*; ideo ne verbum putetur imperatiui modi: neque circunflexus nisi in ea particula quæ est, *ergo*

Acutus accentus est nota per obliquũ ascendens in dexteram partem. ' Grauis, nota a summo in dexteram partem descẽdens ` Circumflexus nota de acuto & graui facta, ita, ^ Longus est linea a sinistra in dexteram partem æqualiter ducta ita:— Breuis, virgula similiter iacens, sed panda a superiori, & contractior, sit ita, ᴗ. Hyphen est virgula subiecta versui, ita ‿ hac nota subterposita duo verba, cũ ita res exigit, copulamus, vt *ante ‿ tulit gressum*, &, *Turnus vt ante ‿ volans tardũ præcesserat agmen*. Huic contraria est Diastole, dextera pars quædam circuli ad imã literam adposita, ita, hac nota male cohærentia discernuntur, vt est, *Tum Danai gemitu, atq; erepte virginis ira. Procubuit, viridiq; in litore conspicitur, sus*. Apostrophus circuli item pars dextera, sed ad summam literam adposita ' hac nota deesse ostendimus parti orationis vltimam vocalem, cuius cõsonans remanet, vt est, *Omnipotens genitor tanton' me crimine dignum Duxisti, & tales voluisti expendere pœnas?* Cæterum Dasian ⊢ & Psilen, ⊣ apud Latinos H litera vocali addita vel detracta significat.

DE POSITVRIS.

TRes sunt Positurae, vel Distinctiones, quas *Θέσεις* Græci vocant, Distinctio, subdistinctio, media distinctio. Distinctio est, vbi finit plena sententia; hui᷒ punctum ad summam literam ponimus˙ Subdistinctio est, vbi nõ multum superest de sententia, quod tunc necessario separatum, mox inferẽdum fit, huius punctum ad imam literam ponimus. Media est, vbi fere tantum de sentẽtia superest, quantum iam diximus, cũ tamen respirãdum sit, huius punctum ad mediam literam ponimus. In lectione tota sententia Periodos dicitur; Cuius partes sunt, Cola, & Commata.

ÆLII DONATI EDITIO SECVNDA.

DE PARTIBVS ORAtionis.

PArtes orationis sunt octo, Nomen, Pronomen, Verbum, Aduerbium, Participium, Cõiunctio, Præpositio, Interiectio. Ex his duæ sunt principales partes orationis, Nomen, & Verbum. Latini Articulum non adnumerant; Græci Interiectionẽ. Multi plures, multi pauciores partes orationis putant. Verum ex his tres sunt, quę sex casibus inflectuntur, Nomen, Pronomen, & Participium.

DE NOMINE.

NOmen est pars orationis cum casu, corpus aut rem propriè communiterue significans. Propriè, vt Roma, Tyberis. Communiter, vt vrbs, & flumen. Nomini accidunt sex, qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, casus Nomen vnius nominis. Appellatio multarum vocabulum rerum est. sed modo Nomina generaliter dicimus. Qualitas nominum bipartita est, aut enim propria sunt nomina, aut appellatiua. Propriorum nominũ secundum latinos quatuor sunt species, prænomen, nomen, cognomen, & agnomẽ, vt Publius Cornelius Scipio Africanus Omnia p̄nomina aut singulis literis notantur, vt C. Cæsar, L. Catilina: aut binis, vt Cn. Pompeius: aut ternis, vt Sex. Roscius. Appellatiuorũ nominum multæ sunt species. Alia enim sunt corporalia, vt homo, terra, mare. Alia incorporalia, vt pietas, iustitia, dignitas. Alia sunt primæ positionis, vt mons, schola. Alia deriuatiua, vt montanus, scholasticus. Alia diminutiua, vt monticulus, scholasticulus. Diminutiuorum nominum tres sunt gradus, quorum forma quo magis minuitur, crescit sæpe numerus syllabarum. Sunt etiam quasi diminutiua, quorum origo non cernitur, vt fabula, macula, tabula, vinculum. Et sunt nomina tota græcæ declinationis, vt Themisto, Calypso, Pan. Sunt tota conuersa in latinam regulam, vt Polydeuces, Pollux: Odysseus, Vlysses. Sunt in græcam latinamque formam, quæ notha appellantur, vt Achilles, Agamemnon. Sunt alia homonyma, quæ vna appellatione plura significant, vt nepos, acies, aries. Sunt etiam alia synonyma, vel polyonyma, vt terra, humus, tellus, ensis, mucro, gladius. Alia patronymica, vt Pelides, Atrides. Hæc & ab auis, & a patribus sæpe fiunt. In his quę græca sunt, siue masculina, siue feminina fuerint, græcam magis seruabimus regulam Alia horũ masculina aut in des exeunt, vt Atrides: aut in ius, vt Peleius a Peleo: aut in ion, vt Nerion a Nereo. Feminina autem, aut in is exeunt, vt Atreis: aut in as, vt Pelias: aut in e, vt Nerine. Sũt alia κτητικά, id est, possessiua, quæ in ius exeũt, vt, *Euandrius ensis*, *Agamemnonia Mycena*. Et alia mediæ significationis, & adiectiua nominibus, vt magnus, fortis. Dicimus enim, *magnus vir*, *fortis exercitus*. Hæc etiam Epithera dicuntur. Alia qualitatis, vt bonus, malus. Alia quantitatis, vt paruus, magnus. Alia generis, vt Græcus, Hispanus. Alia patriæ, vt Thebanus, Romanus. Alia numeri, vt vnus, duo. Alia ordinis, vt primus, secundus, sed, *primus*, de multis, de duobus, *prior*, dicitur; sicut de duobus, *alterum*, dicimus, ita de

ita de multis, *alium*. Sunt alia ad aliquid dicta, vt pater, frater. Sunt alia ad aliquid quodammodo se habentia, vt dexter, sinister. Hæc & cōparatiuum gradum admittunt, non dextrior, & sinistrior, sed, dexterior, & sinisterior. Sunt alia generalia, vt corpus animal. Alia specialia, vt lapis, homo, lignum. Alia facta de verbo, vt dictor, factor, lector. Alia similia participiis, vt demens, sapiens, potens. Alia verbis similia, vt comedo, palpo, contemplator, speculator.

De Comparatiuo.

COmparationis gradus sunt tres, positiuus, comparatiuus, superlatiuus. Positiuus, vt fortis. Comparatiuus, vt fortior. Superlatiuus, vt fortissimus. Sed comparatiuus gradus generis est semper communis. Comparantur autem nomina, quæ aut qualitatem, aut quantitatem significant, sed non omnia nomina per omnes gradus exeunt. Aliquando enim positiuus tantum inuenitur, vt mediocris. Aliquando positiuus, & comparatiuus, vt senex senior, iuuenis iunior, per syncopam. Aliquando positiuus & superlatiuus, vt pius piissimus. Nam pro secūdo gradu, *magis*, aduerbium ponitur, vt, *magis pius*. Aliquando comparatiuus, & superlatiuus, vt vlterior vltimus. Aliquādo superlatiuus tantū, vt nouissimus. Extra hanc formam sunt bonus, & malus, & magnus. Dicimus enim, bonus, melior, optimus: malus peior, pessimus magnus, maior, maximus Comparatio nominum proprie in comparatiuo & superlatiuo gradu est constituta. nam positiuus perfectus, & absolutus est. Sæpe autē comparatiu⁹ gradus præponitur superlatiuo, vt stultior stultissimo. & maior maximo; sæpe minus positiuo significat, quamuis recipiat comparationem, vt, *Mare Ponticum dulcius quam cetera*. sæpe idem pro positiuo positus, minus a positiuo significat, quamuis recipiat comparationem; & nulli comparatur, vt, *Iam senior, sed cruda deo, viridisque senectus*. Sunt nomina significatione diminutiua, intellectu comparatiua, vt grandiusculus, minusculus, maiusculus. Comparatiuo, & superlatiuo, *tam*, aut, *minus*, aut, *minime*, aut, *magis*, aut *maxime* addi non oportet; adiiciuntur autem positiuo tantum. Dicimus enim, *tam bonus, tam malus, minus bonus, minus malus, minime bonus, minime malus, magis bonus, magis malus, maxime bonus, maxime malus*. Comparatiuus gradus ablatiuo casui adiungitur vtriusque numeri, sed tum hoc vtimur, cum aliquem vel alieno, vel suo generi comparamus, vt *Hector fortior Diomede*, vel, *audacior Troianis fuit*. Dicimus autem, *fortior hic quā ille*. Superlatiuus autem genitiuo tantum plurali adiungitur. sed tunc hoc vtimur, cum aliquem suo generi comparamus, vt, *Hector fortissimus Troianorum fuit*. Plerunque superlatiuus pro positiuo ponitur, & nulli comparatur, vt, *Iuppiter optimus maximus*. Interdum comparatiuus nominatiuo adiungitur, vt, *doctior hic quam ille*.

De Generibus nominum.

GEnera nominum sunt quatuor, masculinum, femininum, neutrum, cōmune. Masculinum est, cui numero singulari, casu nominatiuo, pronomen vel articulus præponitur, hic, vt hic magister. Femininum est, cui numero singulari casu nominatiuo pronomen vel articulus præponitur, hæc, vt hæc Musa. Neutrum est, cui numero singulari casu nominatiuo pronomen vel articulus præponitur, hoc, vt hoc scamnum. Commune est, quod simul masculinum femininumque significat, vt hic & hæc sacerdos. Sed ex his, vel principalia, vel sola genera, duo sunt, masculinum & femininū. Nā neutrum, & commune de vtroq; nascuntur. Est etiam trium generum commune, quod Omne dicitur, vt hic & hæc & hoc felix. Est Epicœnon, id est, promiscuum, quod sub vna significatione marem, ac

femininam comprehendit, vt passer & aquila. Sunt præterea alia sono masculina, intellectu feminina, vt, Eunuchus Comœdia, Orestes Tragœdia, Centaurus nauis. Alia sono feminina, intellectu masculina, vt, Fenestella scriptor, Aquila orator. Alia sono neutra, intellectu feminina, vt Phronesium, Glyceriũ, Sophronium; quæ mulieres sunt. Alia sono feminina, intellectu neutra, vt poema, schema. Alia masculina, intellectu neutra, vt pelagus, vulgus. Sũt præterea nomina in singulari numero alterius generis, & alterius in plurali, vt balneum, tartarus, cælum, porrum, cæpe, loca, fori nauium. Sũt item nomina incerti generis inter masculinum, & femininum, vt cortex, radix, silex, finis, stirpis, pinus, pampinus, dies. Sunt incerti generis inter masculinum & neutrum, vt frenus, clypeus, vulgus, specus. Sũt nomina incerti generis inter femininum, & neutrum, vt buxus, pyrus, pinus, malus. Sed neutro genere fructũ, feminino ipsas arbores sæpe dicimus. Sũt etiam genera nominum fixa; sunt mobilia. Fixa sunt quæ in alterum genus flecti nõ possunt, vt pater, mater, frater, soror. Mobilia aut propria sunt, & duo genera ex se faciunt, vt Caius Caia, Martius Martia; aut appellatiua sunt, & tria genera faciunt, vt bonus bona bonum, malus mala malum. Sunt item alia, nec in totum fixa, nec in totum mobilia, vt draco dracæna, leo leæna gallus gallina, rex regina. Sunt diminutiua, quę non seruant genera, quę ex nominibus primæ positionis acceperunt, vt scutum scutella, pistrinum pistrella, canis canicula, rana ranũculus, statua statunculus. Nomen in a vocalem desinens nominatiuo casu numero singulari aut masculinum est, vt Agrippa: aut femininum, vt Martia: aut neutrum, vt toreuma; sed tamen græcũ est: aut cõmune, vt aduena: aut epicœnon, vt aquila. Nomen in e vocalem desinens nominatiuo casu, numero singulari, aut femininum græcũ est, vt Euterpe: aut neutrũ, vt sedile. Nomen in i vocalẽ desinẽs nominatiuo casu numero singulari, aut neutrum græcũ est, vt gummi, sinapi: aut triũ generũ, & aptoton, vt frugi, nihili. Nomẽ in o vocalem desinens nominatiuo casu numero singulari aut masculinum est, vt Scipio: aut femininum, vt Iuno: aut commune, vt homo. Nomen in u vocalẽ desinens nominatiuo casu numero singulari, tantũ neutrũ est, vt cornu, genu, gelu, veru. Sed hæc nomina, & quæ in consonantes desinũt, diuersas regulas, & multiplices habent.

Numeri sunt duo, singularis, & pluralis. Singularis, vt hic sapiens. Pluralis, vt hi sapientes. Est & Dualis numerus, qui singulariter enũciari nõ potest, vt hi ambo, & hi duo. Sunt etiã nomina numero cõmunia, vt res, nubes, dies. Sunt semper singularia generis masculini, vt puluis, sanguis. Sunt semper pluralia, vt manes, Quirites. Sunt semper singularia generis feminini, vt pax, lux. Sũt semper pluralia, vt kalendæ, nũdinæ, feriæ, quadrigæ, nuptię scalæ, scopæ. Sunt semper singularia generis neutri, vt pus, virus aurũ, argentũ, oleũ, f rrum, triticum; hæc & fere cætera, quæ ad mensurã, pondus ue referũtur; quãquam multa consuetudine vsurpata sunt, vt *vina, mella, hordea* Sunt semper pluralia eiusdẽ generis, vt arma, mœnia Floralia, Saturnalia. Sũt quædã positione singularia, intellectu pluralia, vt populus, conuentus, concio, plebs, multitudo. Sunt quædã positione pluralia, intellectu singularia, vt Athenæ, Cumæ, Thebæ, Mycenæ.

Figuræ nominibus accidunt duæ, simplex, & composita. Simplex, vt doct⁹, prudens. Cõposita, vt indoctus, imprudens. Cõponuntur autẽ nomina modis quatuor, ex duob. integris, vt suburbanus: ex duobus corruptis, vt efficax, municeps: ex integro & corrupto, vt ineptus insulsus: ex corrupto & integro, vt pinnipotens, nugigerulus. Cõponuntur etiã ex pluribus, vt inexpugnabilis, imperterritus. In declinatione compositorũ nominũ animaduertere debemus, quod ea quæ ex duobus

duobus nominatiuis composita fuerint, per omnes casus ex vtraque parte declinari possunt, vt Eques Romanus, Prætor vrbanus. Quę ex nominatiuo, & ex quolibet alio casu composita fuerint, ea parte declinari tantum, qua fuerit nominatiuus casus, vt Præfectus equitũ, Senatusсõsultũ. Prouidendũ est autẽ, ne ea nomina componamus, quæ aut composita sunt, aut componi omnino non possunt.

Casus nominum sunt sex, nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, vocatiuus, & ablatiuus. Ex his duo Recti appellantur, nominatiuus, & vocatiuus; reliqui autem Obliqui. Ablatiuum græci non habent; hunc quidam Septimum, nõnulli Sextum casum appellant. Est autem Nominatiuus, vt hic Cato, Genitiuus huius Catonis, Datiuus huic Catoni, Accusatiuus hunc Catonem, Vocatiuus o Cato, Ablatiuus ab hoc Catone. Quidam etiam assumunt Septimum casum qui est ablatiuo similis, sed sine præpositione ab, vt sit ablatiuus casus, *ab oratore venio*; septimus casus, *oratore magistro vtor*. Sunt autem formæ casuales sex; ex quibus sunt nomina alia monoptota, alia diptota, alia triptota, alia tetraptota, alia pentaptota, alia hexaptota Sunt pterea hęc aptota, quę neque per casus, neque per numeros declinantur, vt frugi, nihili, nequam, fas, nefas, nugas. In qua forma sunt etiam nomina numerorum a quatuor vsque ad centum. Nam ab, vno, vsq; ad, tres, per omnes casus numeri declinantur. item a ducentis, & deinceps præter mille. Sunt & nomina, quorum nominatiuus in vsu non est, vt siquis dicat, hunc laterem, ab hac ditione. Item per cæteros casus nomina multa deficiunt, vt, sponte, tabo. Sunt prærerea nomina, quorum alia genitiuum casum trahunt, vt *ignarus belli, securus armorum*. Alia datiuum, vt *inimicus malis, congruus paribus*. Alia accusatiuum, sed figurate, vt, *exosus bella, præscius futura*. Alia ablatiuum, vt *secundus a Romulo, alter a Sylla*. Alia septimum casum, vt *dignus munere, mactus virtute*. Omnia nomina ablatiuo casu numero singulari quinque literis vocalibus terminantur, sed ea dũtaxat, quæ non sunt aptota; in illis enim regula non tenetur. Quæcunque nomina ablatiuo casu singulari a litera fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum syllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in is, vt ab hac Musa, harum Musarum, his & ab his Musis. Necesse est autem contra hanc regulam, vt declinentur ea nomina, in quibus genera discernenda sunt, vt ab hac Dea, harum Deatũ, his & ab his Deabus; ne si, Diis, dixerimus, Deos, non Deas, significare videamur. Quæcunq; nomina ablatiuo singulari e litera correpta fuerint terminata, genitiuum pluralem in um syllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in bus, vt ab hoc pariete, horum parietum his & ab his parietibus. Cõtra hanc regulam inuenimus, vt ab hoc vase, horum vasorum, his & ab his vasis. Si vero e producta fuerint terminata, genitiuũ pluralem in rum syllabam mittunt, datiuum, & ablatiuum in bus, vt ab hac re, harum rerum, his & ab his rebus. Sed hæc regula propriæ feminini generis putatur. Quæcunque nomina ablatiuo casu singulari i litera fuerint terminata, genitiuũ pluralem in ium mittunt, datiuum & ablatiuum in bus, vt ab hac puppi, harum puppium, his & ab his puppibus. Huiusmodi nomina casum accusatiuum pluralem propter differentiã melius in is quã in es syllabam terminant, vt has puppis, nauis, clauis, quia puppim, nauim, clauim, & non, puppem, nauem, clauem Eorum autem nominum, quæ genitiuo casu plurali in ium syllabam exire possunt, trina regula est. Prima eorum est, quæ nominatiuo casu singulari n & s literis terminantur, vt mons montium. Altera eorum, quæ ablatiuo casu singulari e correpta finiuntur, & feminina sunt, vt ab hac clade, harum cladium, his & ab his cladibus; & ab hac cæde, harum cædium, his & ab his cædibus Tertia eorum,

quæ ablatiuo casu singulari i litera terminantur, vt ab hac resti, harum restium, his & ab his restibus. Sed hæc regula etiam accusatiuum singularem interdum per in syllabam terminat, vt hanc restim, & hanc puppim. horum multa cernimus consuetudine commutata. Quæcunque nomina ablatiuo casu singulari, o litera fuerint terminata, genitiuũ pluralem in rum syllabam mittunt datiuum & ablatiuum in is, vt ab hoc docto, horum doctorum, his & ab his doctis. Contra hanc regulam inuenimus, vt ab hac domo, harum domorum, his & ab his domibus: & ab hoc iugero, horum iugerorum, his & ab his iugeribus. Sed scire debemus multa quidem veteres aliter declinasse, vt ab hac domu, harum domuum, his & ab his domibus: & ab hoc iugere, horum iugerum, his & ab his iugeribus. Verum meminerimus euphoniam in dictionibus plus interdum valere, quã analogiam, & regulam præceptorum. Quæcunque nomina ablatiuo casu singulari, u litera fuerint terminata, genitiuum pluralem in um syllabam mittunt, geminata u litera, datiuum & ablatiuum in bus, vt ab hoc fluctu, horum fluctuum, his & ab his fluctibus. Nam nihil necesse est retinere u literam, & fluctubus dicere; cum artubus necessitate dicamus, ne quis nos, artes, non artus, significare velle existimet. In hanc regulam non veniunt, vt dictum est, aptota nomina, vt fas, nefas, nequam, nihili. Non veniunt tantum pluralia, vt Saturnalia, Vulcanalia, Compitalia. Non veniunt quæ a græcis sumpsimus, vt emblema, epigramma, schema, poema, stemma. Nam huius formæ nomina veteres etiam feminino genere declinabant. In his regulis analogia, vel ex collatione positorum nominum, vel ex diminutione cognoscitur. Meminerimus hæc græca nomina ad græcam formam melius declinari, & si illa nonnulli ad latinos casus conantur inflectere. Duodecim autem literis omnia nomina casu nominatiuo numero singulari terminãtur; vocalibus quinq, a e i o u: semiuocalibus sex, l m n r s x: muta vna, t. A vt tabula, e vt sedile, i, vt frugi: o, vt ratio, u, vt genu, l, vt mel, m, vt scamnum, n, flumen, r, vt arbor, s, vt flos, x, vt nox, t, vt caput. Quidã adiiciunt c, vt lac, & alec.

DE PRONOMINE.

Pronomen est pars orationis, quæ pronomine posita tantundem pæne significat, personamque interdum recipit. Pronomini accidunt sex, qualitas, genus, numerus, figura, persona, & casus.

Qualitas pronominum duplex est, aut enim finita sunt pronomina, aut infinita. Finita sunt, quæ recipiunt personas, vt ego tu, ille. Infinita sunt, quæ non recipiunt personas, vt quis, quæ, quid. Sunt etiam pronomina minus quam finita, vt ipse, iste. Sunt præpositiua, vt quis, hic. Sunt subiectiua, vt is, idem. Sunt alia gentis, vt cuias nostras, cuiatis nostratis. Alia ordinis, vt quotus, totus. Alia numeri, vt quot, tot. Alia ad aliquid dicta infinita, quæ nec personam, nec locum, nec tempus designant, vt cuius cuia cuium. Alia ad aliquid dicta finita, vt meus, tuus, suus, hæc etiam Possessiua dicuntur. Sũt item alia qualitatis, vt qualis, talis. Alia quantitatis, vt quantus, tantus. Sunt alia demonstratiua, quæ rem præsentem notant, vt hic hæc hoc. Alia relatiua, quæ rẽ absentem significant. vt is ea id. Sunt alia magis demonstratiua, vt eccum, eccam, ellum.

Genera pronominibus, ita vt nominibus, accidunt pęne omnia. Masculinum, vt quis. Femininum, vt quæ. Neutrum, vt quod. Commune vt qualis, talis. Trium generum, vt ego, tu, sui.

Numerus accidit pronominibus vterque. Singularis, vt iste. Pluralis, vt isti. Sunt etiam numero communia, vt qui, quæ. Dicimus enim, *qui vir*, & *qui viri*, *quæ mulier*, & *quæ mulieres*. Sunt pronomina tota singularia, vt meus, tuus, suus. Sunt tota pluralia,

pluralia, vt nostri, vestri. Ex parte singularia, vt mei, tui. Ex parte pluralia, vt noster, vester.

Figura etiam in pronominibus duplex est. Aut enim Simplicia sunt pronomina, vt quis. Aut Cōposita, vt quisquis. Nam composita pronomina secundum formam nominum ex ea parte declinantur, qua pronomen fuerit casus nominatiui, cuius rei exempla sunt hæc, quisquis, quisnam, quispiam, aliquis, & cætera. Ná, Idem, quod constat ex duobus corruptis, cum producitur, masculinum pronomé est; cum corripitur, neutrum. Hic correptum pronomen est. Hic, productum, aduerbium loci.

Personę finitis pronominibus accidūt tres. Prima, vt ego. Secunda, vt tu. Tertia, vt ille. Sed prima persona, & secunda generis sunt omnis; & persona prima in hoc pronomine, cū est numeri singularis, non habet vocatiuum casum, pluralis vero habet.

Casus item pronominū sex sunt, quéadmodum nominum. Nominatiuus, vt hic, Genitiuus, vt huius, Datiuus, vt huic, Accusatiuus, vt hunc, Vocatiuus, vt o, Ablatiuus, vt ab hoc. Sunt pronomina, quę non per omnes casus declinantur, vt, eccum, eccam, ellum: cuius, cuia, cuium: cuiaris, nostraris. Sunt etiam alia sine nominatiuo & vocatiuo, vt, sui, sibi, se, a se hęc etiam numeri sunt communis. Sunt item sine vocatiuo, vt ego, mei vel mis, mihi, me, a me. Nullum autem pronomé recipit comparationé; quamuis qualitatem, aut quantitatem significet.

Inter pronomina & articulos hoc interest; quod pronomina ea putantur, quæ cum sola sint, vicem nominis cōplent, vt quis, ille, iste. Articuli vero cū pronominibus, aut nominibus, aut participiis adiunguntur, vt hic, huius, huic, hunc, o, ab hoc, & pluraliter, hi, horum, his, hos, o, ab his. Hæc eadé pronomina, & pro articuculis, & pro demonstratione ponuntur. Neutet, vter, vnus, omnis, alter, alius, vllus, ambo, vterque, sunt qui nomina; sunt qui pronomina existimāt. Ideoque Articulis in declinatione non indigent.

DE VERBO.

VErbum est pars orationis cum tempore, & persona, sine casu, aut agere aliquid, aut pati, aut neutrum significās. Verbo accidunt septem, qualitas, coniugatio, genus, numerus, figura, tempus, persona.

Qualitas verborum in modis, & formis est. Modi autem sunt, vt multi existimant septem. Indicatiuus, qui & Pronūciatiuus dicitur, vt lego. Imperatiuus, vt lege. Promissiuus, vt legam. Sed nos hunc modum non accipimus. Optatiuus, vt vtinam legerem. Subiunctiuus, vt cum legam. Infinitiuus vt legere. Impersonalis, vt legitur. Sed hunc modum quidam pro genere, ac significatione verbi accipiunt. Cuius verba aut in tur exeunt, aut in it, aut in er. Sed quę in tur, & in it exeunt, hæc ab indicatiuo oriuntur, vt lego legitur, contingo contingit. Quæ autem in et exeunt, duas formas habent. Alia enim ab indicatiuo veniunt, vt misereor miseret. Alia a se oriuntur, vt pudet, tædet, pœnitet, libet; quamuis veteres dixerint pudeo pœniteo, & tædeo. Qualitas verborum etiam in formis est constituta, quas formas alii verborum generibus, id est, significationibus admiscent. Formæ igitur quatuor sunt, Perfecta, Meditatiua, Inchoatiua, Frequentariua. Nam & in his græca lingua deficit. Perfecta, vt lego. Meditatiua, vt lecturio. Frequentatiua vt lectito. Inchoatiua, vt feruesco, calesco. Sed frequentatiua verba semper primæ coniugationis sunt. Inchoatiua non per omnia tempora declinātur; quia quæ inchoantur, præteritum tempus nō habent, & oriuntur a neutralibus verbis. Sunt etiam frequētatiua de nomine venictia, vt patrissat, græcissat. Sūt quasi diminutiua, quæ a perfecta forma veniunt, vt sorbillo, sugillo. Sunt sine origine per-

fectæ formę, vt pitisso, vacillo. Et frequẽtatiua sæpe in tres gradus deducunt verbum, vt curro, curso, cursito; sæpe in duos tantum, vt volo volito. Sunt verba inchoatiuis similia, quę inchoatiua non esse temporum consideratione dignoscimus, vt compesco compescui. Sunt item alia inchoatiua, quæ a perfecta forma veniunt, vt horreo horresco. Sunt quæ originem sui non habent, vt consuesco, quiesco.

Coniugationes verbis accidunt tres, prima, secunda, tertia. Prima est, quæ indicatiuo modo, tempore præsenti, numero singulari, secunda persona, verbo actiuo, & neutrali, a productam, habet ante nouissimam literam; passiuo, communi, & deponenti, ante nouissimam syllabam, vt voco vocas, vocor vocaris. Et futurum tempus eiusdem modi, in bo, & in bor, syllabam mittit, vt, voco vocabo, vocor vocabor. Secunda est, quæ indicatiuo modo tempore præsenti, numero singulari, secunda persona, verbo actiuo, & neutrali, e productam habet ante nouissimam literam; passiuo, communi, & deponenti, ante nouissimam syllabam, vt moneo mones, moneor moneris. Et futurum tempus eiusdem modi, in bo, & bor, syllabam mittit, vt moneo monebo, moneor monebor. Tertia est, quæ indicatiuo modo, tempore præsenti, numero singulari, secunda persona, verbo actiuo, & neutrali, i literam interdum correptam, interdum productam habet, ante nouissimam literam; passiuo, communi, & deponenti, e correptam, vel i productam, habet ante nouissimam syllabam, vt lego legis, & legor legeris: audio audis, & audior audiris. Et futurum tempus eiusdem modi in am & in ar syllabam mittit, vt lego legam, legor legar, audio audiam, audior audiar. Est altera species tertiæ coniugationis, quæ i producta enuntiatur, hanc nonnulli Quartam esse coniugationem putant, quod futurum tempus eiusdem modi, in am, & in ar; in bo, & bor, syllabã mittit, vt seruio seruis, seruiam seruibo: vincio vincis, vinciã vincibo: vincior vinciris, vinciar vincibor. Quod quidam refutantes negant in bo & in bor rite exire posse tertiã cõiugationẽ, nisi in eo verbo, quod in prima persona indicatiui modi, tẽporis præsentis, numeri singularis, e ante o habuerit, vt eo, queo, eam, queam, ibo, quibo; & passiuo, queor, quear, quibor, & si quæ sunt similia.

Genera verborum, quæ ab aliis Significationes dicuntur, sunt quinq;, actiua, passiua, neutra, cõmunia, deponentia. Actiua sunt, quæ o litera terminãtur, & accepta r litera faciunt ex se passiua, vt lego legor. Passiua sunt, quæ r litera terminãtur, & ea amissa redeũt in actiua, vt legor lego. Neutra sunt, quæ o litera terminantur, & accepta r litera latina non sunt, vt sto, curro. Sunt etiam neutra, quæ i litera terminantur, vt odi, noui, cœpi, memini. Sũt itẽ, quę in um syllabã desinũt, vt sum, prosum, obsum. Sũt itẽ, quę in t literã exeunt, & Impersonalia dicuntur, vt pudet, pœnitet, libet, oportet, sed hæc, & similia Defectiua existimãda sunt. Sũt præterea Neutro passiua, vt gaudeo gauisus sum, soleo solitus sum, audeo ausus sum, fio factus sum, fido fisus sum. Deponẽtia sunt, quæ r litera terminãtur, & ea amissa latina nõ sunt, vt cõuitior, colluctor. Cõmunia sunt, quę r litera terminãtur, & in duas formas cadũt, patientis, & agentis, vt. scrutor, criminor. Dicim⁹.n. *scrutor te*, & *scrutor a te, criminor te, & criminor a te*. Sũt verba extra hanc regulã, quę Inæqualia dicuntur, vt soleo, facio, fio, fido, audeo, gaudeo, vescor, fero, medeor, edo, pando, mando, nolo, volo, malo, eo. Sũt quæ declinari rite non possunt, vt, cedo aue, salue, faxo, faxis, infit, inquam, quæso, aio. Sũt itẽ monosyllaba, quę etiã extra regulã sunt producta, vt sto, do, flo, no. Sunt verba incertę significationis, vt tondeo, labo, fabrico punio, munio, patior, munero, populor, assẽtior, adulor, luctor, arguor. Hęc.n omnia verba, & in o, & in r, literas finiũtur; & his verbis tẽpora partici-

cipiorum accidunt pæne omnia Sunt item verba, quæ componere possumus; vt pono traho;repono,retraho Sunt,quę non possunt,vt aio,quæso.

Numeri verbis accidunt duo, singularis,& pluralis. Singularis,vt lego. Pluralis, vt legimus. Item secundum quosdā Dualis, vt legere.

Figuræ verborum duæ sunt. Aut enim Simplicia sunt verba,vt scribo; aut Composita,vt describo. Componuntur etiam verba quatuor modis,sicut & cæterę partes orationis ex duobus corruptis, vt officio: ex duobus integris, vt obduco: ex corrupto & integro, vt alligo:ex integro & corrupto, vt defringo. Sunt verba cōposita, quæ simplicia fieri possunt, vt repono. distraho. Sunt, quæ non possunt, vt suspicio,compleo.

Tempora verbis accidunt tria, præsens,præteritum,& futurum Præsens,vt lego.Præteritum,vt legi. Futurum vt legam Præteriti temporis differentiæ sunt tres, imperfecta,perfecta, plusquamperfecta.Imperfecta, vt legebam, Perfecta, vt legi, Plusquamperfecta,vt legerā. Ergo in declinatione verborum quinque tempora numeramus,pręsens. preteritū imperfectum, præteritum perfectum, præteritum plusquamperfectum, & futurum.

Personæ verbis accidunt tres. prima, secunda,tertia.Prima est,quæ dicit,vt lego.Secunda, cui dicitur, vt legis. Tertia, de qua dicitur. vt legit. Sed prima persona non indiget casu, sed admittit plerunque nominatiuum, vt *verberor innocens, liber seruio* Secunda persona trahit casum vocatiuum, vt, *verberaris innocens,seruis liber*.Tertia trahit nominatiuum, vt *verberatur innocens,& seruit liber.* Quinetiā verba impersonalia, quæ in tur exeunt, casui seruiunt datiuo, & ablatiuo,vt *geritur a me, a te, ab illo; dicitur mihi, tibi, illi.* Quæ vero in it exeunt, casui seruiūt datiuo, vt *contingit mihi, tibi illi.* Quæ vero in et exeūt,ea modo datiuo, modo accusatiuo casui seruiunt.Datiuo,vt *libet mihi, tibi,illi.* Accusatiuo,vt *decet me te illū.* Sūt verba præterea, quorū alia genitiui casus formulam seruant, vt *misereor mei,tui,sui.* Alia datiui, vt *maledico tibi, suadeo illi.* Alia accusatiui,vt *accuso illum, inuoco illum.* Alia ablatiui, vt *discedo ab illo, auertor ab illo.* Alia septimi casus, vt *fruor agro, potior auro.*

Omnia verba modi indicatiui, temporis pręsentis,numeri singularis,primæ personæ,aut e, aut i,aut u,ante o habent; si autem vocalem ante o literam non habuerint, exceptis f & k & q, cęteras omnes latinas consonantes recipiunt.e, vt sedeo. i,vt iacio.u, vt ruo. b,vt bibo. c,vt voco.d,vt vado. g,vt ago. h,vt traho.l, vt impello.m,vt amo.n,vt cano.p,vt scalpo. r. vt curro. t, vt peto. x, vt rexo. his accidunt, i, &, u, pro consonantibus, vt aio, adiuuo. Nam triumpho per p & h scribitur. K, o literæ non præponitur. Item q sine u præferri o literæ non potest.

Sunt verba defectiua alia per modos, vt cedo:alia per formas,vt facesso:alia per coniugationes, vt adsum; alia per genera vt gaudeo:alia per numeros, vt faxo:alia per figuras, vt impleo: alia per tempora, vt fero: alia pet personas, vt cedo, facesso, adsum, soleo, faxo, impleo, fero, edo.

Verba quoque impersonalia (cum per omnes modos declinari possint, inueniuntur quædam defectiua, vt liquet, miseret.

DE ADVERBIIS.

ADuerbium est pars orationis, quæ adiecta verbo significationem eius aut complet, aut mutat, aut minuit, vt *iam faciam*, vel *non faciam*, *parum faciam.*

Aduerbia aut a se nascuntur,vt heri, hodie, nuper; aut ab aliis partibus orationis veniunt.

Veniunt autem a nomine ap-

pellatiuo, vt doctus docte A proprio, vt Tullius Tulliane. A vocabulo, vt hostium hostiatim. A pronomine, vt meatim, tuatim. A verbo, vt cursim, strictim. A nomine & verbo, vt pedetentim. A participio, vt indulgens indulgenter. A nomine venientia, aut in a exeunt, vt vna: aut in e productam, vt docte: aut in e correptam, vt rite: aut in i, vt vesperi: aut in o productam, vt falso: aut in o correptam, vt modo: aut in u vt noctu: aut in l, vt semel: aut in m, vt paulatim: aut in r, vt breuiter: aut in s, vt fundirus. Aduerbia, quæ in e exeunt, produci debent præter illa, quæ aut non comparãtur, vt rite; aut comparationis regulam non seruant, vt bene, male, faciunt enim, bene melius optime, male peius pessime; aut ea quæ a nomine verboue non veniunt, vt impune, sæpe. Cæterum, facile, & difficile, quæ aduerbia ponuntur, nomina potius dicẽda sunt esse pro aduerbiis posita, vt est, *toruum clamat, horrendum resonat.* Ergo aduerbia, quæ in e productam exeunt, ab eo nomine veniunt, quod datiuo casu singulari o litera terminatur, vt huic docto docte, & huic sedulo sedule. Quæ in r literam exeunt, ab eo nomine veniunt, quod datiuo casu singulari i litera terminatur, vt huic agili agiliter. Contra hanc regulam multa sępius vsurpauit auctoritas. Nam quædam, vt diximus, & in datiuo casu in o permanent, & aduerbium faciunt, vt falso, sedulo. Quædam cõtra faciunt, vt huic duro, non, dure, sed duriter. Aduerbio accidunt tria, Significatio, Comparatio, Figura.

Significatio aduerbiorum in hoc secernitur, quia sunt aduerbia loci, vt hic, vbi, ibi. Temporis, vt hodie, nuper. Numeri, vt semel, bis. Negandi, vt non, nihil. Affirmandi, vt etiã, quidni. Demonstrandi, vt, en, ecce. Optandi, vt vtinam. Hortandi, vt eia. Ordinis, vt deinde. Interrogandi, vt cur, quare, quamobrem. Similitudinis, vt quasi, ceu. Qualitatis, vt docte, pulchre. Quantitatis, vt multum, parum. Dubitandi, vt forsan, fortasse. Personalia, vt mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. Vocandi, vt heus. Respondendi, vt heu. Separandi, vt seorsum Iurandi, vt ædepol, castor, herc'e, medius fidius. Eligendi, vt potius, immo. Congregandi, vt simul, vna, pariter. Prohibendi, vt ne. Euentus, vt forte, fortuitu. Comparandi, vt magis, & tam. Sunt etiam aduerbia infinita, vt vbi, quando. Sunt finita, vt hic, modo. Aduerbia loci duas species habẽt, in loco, & ad locum significantes. In loco, vt intus, foris. Ad locum, vt intro, foras. dicim⁹ enim *intus sum, foris sum; intro eo, foras eo.* Adiiciunt quidam de loco, quod sic dicitur quasi in loco, vt *intus exeo, foris venio.* Adiiciunt quidam etiam per locũ, vt hac, illac. Heus, & heu interiectiones multi, non aduerbia putauerunt; ideo quia non semper subsequuntur verbum.

Comparatio accidit aduerbio, quia huic quoque comparationis gradus sunt tres, positiuus, comparatiuus, superlatiuus. Positiuus, vt docte. Comparatiuus, vt doctius. Superlatiuus, vt doctissime. Et quoniam aduerbia quoque sunt, quæ per omnes gradus ire non possunt, ideo his ad augẽdam significationem, pro cõparatiuo & superlatiuo, *magis*, &, *maxime*, coniũgimus: ad minuendam, *minus*, & *minime.* Quemadmodum enim comparantur, ita & minuuntur aduerbia. A positiuo, vt primum primule, longe longule. A comparatiuo vt melius meliuscule, longius longiuscule. A superlatiuo autẽ gradu, vel nulla exẽpla, vel perrara sunt.

Figuræ aduerbiorum duæ sunt. Aut enim Simplicia sunt aduerbia, vt docte, prudenter; aut Composita, vt indocte, imprudenter. Componuntur etiam aduerbia modis quatuor.

Sunt autẽ multæ dictiones dubię inter aduerbium, & nomen, vt falso: inter aduerbium, & pronomen, vt quomodo: inter aduerbium & verbum, vt pone: inter aduerbium, & participium, vt profecto: inter aduerbium & coniunctionem, vt quando: inter aduerbium, & præpositionem

nem vt propter: inter aduerbium, & interiectionem, vt heu. Horum quædam accentu discernimus, quædam sensu. Sũt item aduerbia loci, quæ imprudentes putant nomina, in loco, vt *Romæ sum*: de loco, vt *Roma venio*: ad locum, vt *Romam pergo*. His præpositio non anteponitur, quæ prouinciis, locis, regionibusve adiici solet, ideo quia de significatione nominis non recedunt, vt *de Africa venio, ad Ciliciam pergo, in Italia sum*. Præpositio separatim aduerbiis non applicabitur, quamuis legerimus desursum, desubito, derepente, & exinde, & abusque, & dehinc; sed hæc tanquam vnam partem orationis sub vno accentu pronũciabim⁹.

DE PARTICIPIO.

PArticipium est pars orationis, dicta eo quod partẽ capiat nominis, partẽ que verbi. Recipit enim a nomine genera & casus: a verbo tempora & significationes; ab vtroque numerum & figuram. Participio accidunt sex, genus, casus, tẽpus, significatio, numerus, & figura.

Genera participiis accidunt quatuor, Masculinum, vt lectus. Femininum, vt lecta. Neutrum, vt lectum. Commune, vt legens. Nam omnia participia præsentis temporis generis sunt communis.

Casus totidem sunt participiorum, quot & nominum, nam per omnes casus etiam participia declinantur.

Tempora participiis accidunt tria, pręsens, præteritum, & futurum, vt luctans, luctatus, luctaturus.

Significationes participiorum a generibus verborum sumuntur. Veniunt enim participia a verbo actiuo duo, præsentis temporis & futuri, vt legẽs, lecturus. A passiuo duo, præteriti temporis, & futuri, vt lectus, & legendus. A neutro duo, sicut ab actiuo præsentis temporis, & futuri, vt stans, & staturus. A deponẽti tria præsentis, præteriti, & futuri, vt luctans, luctatus, & luctaturus. A communi quatuor, præsens, præteritum, & duo futura, vt criminans, criminatus, criminaturus & criminandus. Inchoatiua participia præsentis temporis sunt tantum, vt horrescens, tepescens, calescens. Defectiua interdũ alicuius temporis sunt, vt soleo solens solitus. Interdum nullius, vt ab eo quod est, memini, nullum participiũ reperitur. Interdum a nõ defectiuo verbo participia defectiua sunt, vt ab eo quod est studeo studens; & futurũ tẽpus non habet in vsu. Ab impersonali verbo participia, nisi vsurpata fuerint, nõ veniũt.

Numerus participiis accidit vterque, singularis & pluralis. Singularis, vt hic legens. Pluralis, hi legentes.

Figura item participiorum duplex est. Aut enim simplicia sunt participia, vt scribẽs. Aut Cõposita, vt describens. Cõponuntur etiã participia modis quatuor.

Sunt nomina speciem participiorum habentia, vt tunicatus, galeatus; quę quia a verbo non veniunt, non sunt participia appellanda. Ex quibus sunt etiam illa, quę cum participia videantur, verborum tamen significatione priuata sunt, vt pransus, cœnatus, placita, nupta, triumphata, regnata. nam prandeor, cœnor, placeor, nubor, triumphor, regnor, non dicitur. Sunt etiam alia participia, quæ accepta præpositione, & a verbis & a participiis recedunt, vt nocens innocens. Nam noceo dicitur; innoceo, non dicitur. Sunt veluti participia, quæ a verbo veniunt; & quia tempus non habent, nomina magis quam participia iudicantur, vt furibundus, motibũdus, ludibundus. Sunt multa participia eadem, & nomina, vt passus, visus, cultus, sapiens, indulgens; quę tamẽ & casibus discrepant & temporibus dinoscuntur, & comparata mutantur. Sunt alia participia defectiua, quę per omnia tempora ire nõ possunt; quæ a verbo veniunt, vt est ceptus, vrgendus. Sunt participia quæ accepta comparatione fiunt nomina, vt acceptus acceptior, incensus incensior. Aduerbia de participiis fieri posse nonnulli negant; sed hos plurimæ lectionis reuincit auctoritas.

a,ab,abs,cũ,corã,clam,de,e,ex, pro, præ, palam,sine,absque.tenus Dicimus enim, *a domo,ab homine ,absq, quolibet, cum exercitu,coram testibus ,clam custodibus , de foro,e iure,ex præfectura,pro clientibus.præ timore palam omnium,sine labore ,absque iniuria, tenus pube.* Sed hæc præpositio propter euphoniam subiicitur , & facit, *pubetenus.* Clam præpositio casibus seruit ambobus.

Vtriusque casus præpositiones sunt hę In,sub,super, & subter. Quarũ In & Sub tunc præpositiones accusatiui casus sunt, cum aduersum,vel ante significant ,vt, *Ibat in Euryalum,&,sub ipsum Arcturum,* pro, ante. Tunc Ablatiui casus,cum vim recte retinent,nec pro accusatiuis pręponitionibus ponuntur. Item accusatiui casus sunt, cum ad locum, vel nos,vel quoslibet,ire iisse ituros esse significamus;cuius rei exempla sunt hęc. In accusatiui casus,vt, *Itur in antiquam syluam.* In ablatiui casus vt, *Stans celsa in puppi.* Sub accusatiui casus , vt , *postesque sub ipsos Nituntur gradibus.* Sub ablatiui casus, vt, *Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.* Super vero,& Subter, cum accusatiuo casui naturaliter præponãtur, & ablatiuo tamen plerunque iunguntur,vt *gemina super arbore sidunt* ,&, *Ferre iuuat subter densa testudine casus.* Quanquam multi sunt,qui non putant ambiguas esse prępositiones, nisi duas , In,& Sub. Cæterum Super & Subter,cum locum significant , figurate ablatiuo iunguntur,extra quam formam Super præpositio cum , de , significat, hoc est,mentionem de aliquo fieri , ablatiui casus est tantum,vt, *Multa super Priamo rogitans,super Hectore multa*, hoc est, de Priamo & de Hectore.

Separatæ præpositiones acuũtur;coniunctæ vero casibus aut loquelis, vim suã sæpe commutant , & graues fiunt. Præpositiones , aut verba ipsa cum componuntur, corrumpunt,vt conficio,aut ipsę corrumpuntur, vt affero; aut corrũpunt, & corrumpuntur, vt suspicio. Antiqui præpositiones etiam genitiuo casui iungebant, vt *crurum tenus.* Item Post , & Ante , & Circum vtriq; casui iunctas inuenimus. Sed scire nos conuenit præpositiones vim suam tunc retinere , cũ præponuntur ; suppositas vero & significationem suam , & vim nominis , & legem propriam non habere,&aduerbia faciũt, si quãdo illas non subsequitur casus. Separatæ præpositiones separatis præpositionibus non cohærent.

Snnt qui putant accidere præpositioni,& figuram , & ordinem.Figuram, quia sunt præpositiones simplices , vt abs ; cõpositæ,vt absque. Ordiné, quia sunt præpositiones præpositiuæ,vt sine, sunt subiunctiuæ,vt tenus. Sed hæc nos , & similia in his adnumerauimus, quæ Inæqualia nominantur.

DE INTERIECTIONE.

INteriectio est pars orationis interiecta aliis partib. orationis, ad exprimendos animi affectus, aut metuentis, vt , enim,at at. Aut optantis,vt,o. Aut dolentis,vt heu Aut admirantis,vt papæ. Aut lætantis,vt euax.Sed hæc græci aduerbiis applicant ; quod ideo latini non faciunt, quia huiuscemodi voces non statim subsequitur verbum. Licet autem pro interiectione etiam alias partes orationis singulas , pluresue supponere, vt nefas, pro nefas. Accentus interiectionibus certi esse non possunt, vt fere in aliis vocibus, quas in conditas inuenimus.

DONATVS DE BARBARISMO.

ARBARISMVS est vna pars orationis vitiosa in communi sermone. In poemate Metaplasmus. Itemque Barbarismus in nostra loquela, in peregrina Barbarolexis dicitur, vt si quis dicat, *mastruga, cateia, magalia, acinacis.* Barbarismus fit duobus modis: pronuntiatione, & scripto. His bipertitis quatuor species supponuntur: Adiectio, Detractio, Immutatio, Transmutatio; literæ, syllabæ, temporis, toni, adspirationis.

Per adiectionem literæ fiunt Barbarismi sic, vt:

Relliquias Danaum, atq; immitis Achilli.

cum *reliquias* dicere debeamus. Syllabæ, vt:

Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas.

Pro, abiisse. Temporis, vt:

Italiam fato profugus, Lauinaque venit.

Cum *Italiam*, correpte prima litera dicere debeamus.

Per detractionem literæ sic, ut: *infantibu paruis*, pro infantibus. Syllabæ, vt: *Salmentum* pro *salsamentum.*

Temporis, vt:

Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

Pro, vnius.

Per immutationem literæ sic, ut: *Olli*, pro, illi. Syllabæ, vt, *Pernucies*, pro pernicies. Temporis, vt:

Feruere Leucaten auroq; effulgere fluctus.

Cum feruere sit secundæ coniugationis, & producte dici debeat.

Per transmutationem literæ sic, ut: *Euandre*, pro Euander. Syllabæ, vt: *Displicina*, pro disciplina. Temporis, vt si quis *deos* producta priore syllaba, & correpta posteriore pronuntiet.

Toni quoque similiter per has quatuor species commutantur: Nam & ipsi adiiciuntur, detrahuntur, immutantur, transmutantur, quorum exempla vltro se offerent, si quis inquirat.

Totidem modis etiam aspiratione deprehenditur Barbarismus; quem quidam scripto, quidam pronuntiationi iudicant adscribendum, propter h scilicet, quam alii literam, alii adspirationis notam putant.

Fiunt etiam Barbarismi per hiatus. Sūt etiam malæ compositiones, id est, κακοσυνθέτα, quæ vitia nonnulli Barbarismos putant, in quibus sunt: Metacismi, Labdacismi, Iotacismi, Hiatus, Collisiones, & omnia quæ plus æquo, minusue sonantia, ab eruditis auribus respuuntur. Nos cauenda hęc omnia vitia prælocuti, controuersiam de nomine pertinacibus relinquimus.

DE SOLOECISMO.

Solœcismus est vitium in cōtextu partium orationis, contra regulam artis Grammaticæ factum. Inter Solœcismū & Barbarismum hoc interest, quod Solœcismus discrepantes, aut inconsequentes in se dictiones habet: Barbarismus autē in singulis verbis fit, scriptis vel pronunciatis. Quanquam multi errant, qui putant etiam in vna parte orationis fieri Solœcismum, si aut demonstrantes virum, *hanc* dicamus, aut feminam, *hunc*: Aut interrogati, *quo pergamus*, respōdeamus, *Romæ*: Aut vnum resalutantes, *saluete* dicamus, cum vtique præcedens demonstratio, vel interrogatio, vel salutatio, vim connexæ orationis obtineat. Multi etiam dubitauerunt, *scala, quadriga, scopa*, solœcismus, an barbarismus esset; cum scilicet id genus dictionis Barbarismum esse, vel ex ipsius vitii definitione facile possit agnosci.

Solœcismus fit duobus modis, aut per partes orationis: aut per accidentia partibus orationis.

Per partes orationis fiunt Solœcismi, cum alia pro alia ponitur, vt:

—torvum-

——— tortumq́; repente
Clamat.———

pro, torue; nomen pro aduerbio positum est. Fit etiam in eadem parte orationis hoc vitium, tum ipsa pro se non in loco, neque vt conuenit ponitur, vt:

Cui tātum de te licuit, mihi fama suprema. pro in te. Et, *apud amicum eo*, pro, ad amicum. Et, *intro sum*. pro, intus sum. Et, *foris exeo* pro foras.

Per accidentia partibus orationis, tot modis fiunt Solœcismi, quot sunt accidentia partibus orationis, sed ex his propter compedium exempli causa perpauca monstrabimus. Per qualitates nominum fiunt Solœcismi, sicut,

Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.

pro, Dardanius; proprium pro appellatiuo posuit. Per genera, sicut, *validi silices*, & *amarae cortices*, &, *collus collaria caret*. Per numeros, sicut,

Pars in frusta secant, verubusq́; trementia figunt.

pro, secat. Per comparationes, sicut,

Respondit Iuno Saturnia sancta dearum.

pro, sanctissima. Per casus, sicut:

Vrbem quam statuo vestra est subducite naues.

Pro, vrbs quam statuo. Per modos verborum, sicut: *Ite, paratis arma quamprimum viri* pro, ite, parate. Indicatiuum modum pro imperatiuo posuit. Per significationes, sicut:

Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt.

pro, spoliant. Per tempora, vt:

Immeritam visum superis, ceciditque superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia.

pro, cecidit & fumauit. Per psonas, sicut: *Danai, qui parent Atridis, quāprimū arma sumite.* pro, qui paretis. Per aduerbia, sicut: *intus eo*, pro intro: &, *foris exeo*, pro, foras: &, *Italia venio*, pro, de Italia: & *ad Romam pergo*, pro, Romam. Cum praepositio nominibus separatim addēda sit, non aduerbiis. Per praepositiones, cum alia pro alia ponitur, aut necessario subtrahitur. Alia pro alia ponitur, vt: *Sub lucem ibant*, pro, ante lucem. Necessario subtrahitur, vt:

Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti.

pro, in syluis. Per coniunctiones, sicut:

Praecipitare iubent, subiectisq́; vrere flammis.

pro, ve. Per ordinem coniunctionis, vt, *Autem fieri non debet*; cum dicendum sit, *fieri autem non debet*. Fiunt praeterea solœcismi pluribus modis, quos reprehendendo potius, quam imitando possumus adnotare. Solœcismus est in prosa oratione, in poemate Schema nominatur.

DE CAETERIS VITIIS.

CVm Barbarismo & Solœcismo vitia X. nominantur, hoc modo:

ἀκυρολογία.	ταυτολογία.
κακέμφατον.	ἔκλειψις.
πλεονασμὸς.	ταπείνωσις.
μακρολογία.	κακοσύνθετον.
περισσολογία.	ἀμφιβολογία.

Α᾽κυρολογία, est improptia dictio, vt:

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. *Sperare* enim dixit pro, timere.

Κακέμφατον, est obscœna enūntiatio, vel in composita dictione, vel in vno verbo, vt: *Corpora fundat humo, & numerum cum nauibus aequet.* Et: *Arrige aures Pamphile.*

Πλεονασμὸς, est adiectio verbi superuacui ad plenam significationem, vt:

Ac quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.

Περισσολογία, est superuacua verborum adiectio, sine vlla vi rerum, vt:

Ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.

Μακρολογία, est longa sententia, res non necessarias comprehendens, vt: *Legati non impetrata pace retro vnde venerūt domum reuersi sunt.*

Ταυτολογία, est eiusdem dicti repetitio vitiosa, vt, egomet ipse.

Ἔλλειψις, est defectus quidam necessariæ dictionis, quem desiderat præcisa sententia, vt:

Hæc secum: me ne incepto desistere victã?
Deest enim, loquebatur.

Ταπείνωσις, est humilitas magnæ rei, non id agente sententia quod demonstrat, vt:

Includunt cæco lateri, penitusq; cauernas
Ingentes, vterumq; armato milite complent.

Id est, multæ legiones armatorum militum impleuerunt cauernas. Et:

Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto. Et:

Pelidæ stomachum cedere nescii.

Κακοσύνθετον, est vitiosa compositio dictionum, vt:

Omne æuum ferro teritur, versaq; iuuencum.

Terga fatigamus hasta, nec tarda senectus.

Ἀμφιβολογία, est ambiguitas dictionis, quæ fit aut per casum accusatiuum, vt si quis dicat: *Audio secutorem retiarium occidisse.* Aut per commune verbum, vt si quis dicat: *Criminatur Cato, vadatur Tullius*; nec addat, quem, vel a quo. Per distinctionem, vt: *Vidi statuam auream hastam tenentem.* Fit & per homonyma, vt si quis, *aciem*, dicat, & non addat, *oculorum*, *exercitus*, an *ferri*. Fit præterea pluribus modis, quos percensere omnes, ne nimis longum sit, non oportet.

DE METAPLASMO.

Metaplasmus est trãsformatio quædam recti solutique sermonis, in alteram speciem metri, ornatus, necessitatisue causa. Huius species sunt XIV.

πρόσθεσις.	συστολή.
ἐπένθεσις.	διαίρεσις.
παραγωγή.	συναίρεσις.
ἀφαίρεσις.	συναλοιφή.
συγκοπή.	ἔκθλιψις.
ἀποκοπή.	ἀντίθεσις.
ἔκτασις.	μετάθεσις.

Πρόσθεσις, est appositio quædam ad principiũ dictionis literæ aut syllabæ, vt *gnato*, pro, nato; & *tetulit*, pro, tulit.

Ἐπένθεσις, est appositio ad mediam dictionem literæ aut syllabæ, vt: *relliquiis*, pro, reliquiis, *Induperator*, pro, Imperator. Hanc alii Epenthesin, alii Parenthesin dicunt.

Παραγωγή, est appositio quædam ad finem dictionis literæ aut syllabæ, vt *mage*, pro, magis; & *potestur*, pro, potest. Hanc alii προσέκθλιψιν appellant.

Ἀφαίρεσις, est ablatio de principio dictionis literæ aut syllabę cõtraria Prosthesi, vt, *mitte*, pro omitte; & *temno*, pro, contemno.

Συγκοπή, est ablatio de media dictione, contraria Epenthesi, vt, *audacter*, pro, audaciter; *commorat*, pro, commonerat.

Ἀποκοπή, est ablatio de fine dictionis literæ aut syllabæ, Paragogæ contraria, vt, *Achilli*, pro, Achillis; &, *potes*, pro, potest.

Ἔκτασις, est extensio syllabę contra naturam verbi, vt: *Italiam fato profugus*. cum *Italia* correpte dici debeat.

Συστολή, est correptio contra naturam verbi contraria Ectasi, vt:

Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion. Cum, *Orion*, producta dici debeat.

Διαίρεσις, est discissio syllabæ vnius in duas facta, vt est: *Olli respondit rex Albai longai.* Pro eo quod est, Albæ longæ.

Συναίρεσις, est conglutinatio duarũ syllabarum in vnam facta, contraria Diæresi, vt *Phaton* pro, Phaeton, *aeripedem* ceruam, pro, aeripedem.

Ἔκθλιψις, est consonantium cũ vocalibus aspere concurrentium quædam difficilis ac dura collisio, vt:

Multum ille & terris iactatus & alto.

Συναλοιφή, est per interceptionem concurrentium vocalium lubrica quædam lenisque collisio, vt:

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur.

Hæc a quibusdã Synæresis nuncupatur.

Ἀντίθεσις, est literæ pro litera positio, vt, *olli*, pro, illi.

Μετα-

Μετάθεσις, est translatio literarum in alienum locum, nulla tamen ex dictione sublata vt *Euādre* pro Euander, *Thymbre* pro Thymber.

DE SCHEMATIBVS.

Schemata lexeos sunt & dianœas: sed schemata dianœas ad oratores pertinent, ad grammaticos lexeos: quæ cum multa sint, ex omnib. necessaria ferè sunt XVII, quorum hæc sunt nomina.

πρόληψις.	ἐπίζευξις.
ζεῦγμα.	παρονομασία.
ὑπόζευξις.	σχέσις ὀνομάτων.
σύλληψις.	παρόμοιον.
ἀναδίπλωσις.	ὁμοιόπτωτον.
ἀναφορά.	ὁμοιοτέλευτον.
ἐπανάληψις.	πολύπτωτον.
εἱρμός. πολυσύνδετον.	διάλυτον.

Πρόληψις, est præsumptio rerum ordine secutarum, vt:

Interea reges ingenti mole Latinus, &c.

Ζεῦγμα, est vnius verbi cōclusio, diuersis clausulis apte coniuncta, vt:

Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarii laurus, qui sydera sentis.

Ὑπόζευξις, est figura superiori contraria, vbi diuersa singulis clausulis subiunguntur, vt:

Regem adit, & regi memorat, nomenque genusque.

Σύλληψις, est dissimilium clausularum per vnum verbum conglutinata conceptio, vt:

Posthabita coluisse Samo, hic illius arma,
Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse.

Hoc schema late patet, vt fieri soleat & per partes orationis, & per accidētia partibus orationis.

Ἀναδίπλωσις, est cōgeminatio dictionis ex vltimo loco præcedētis versus, & principio sequentis, vt:

Vrbs Etrusca solo sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & versicolorib. armis.

Ἀναφορά, est relatio eiusdem verbi per principia versuum plurimorum, vt:

Nate meæ vires, mea magna potētia solus,
Nate patris summi, qui tela Typhœa tēnis.

Ἐπανάληψις, est verbi in principio versus positi in eiusdē fine repetitio, vt:

Ante etiam sceptrū Dictæi regis & ante.

Ἐπίζευξις, est eiusdem verbi in eodem versu, sine aliqua dilatione congeminatio, vt:

Me me adsum qui feci, in me conuertite ferrum.

Παρονομασία, est quotiescunq; de nomine aliud efficitur nomen, veluti quædam denominatio, vt: *Nam inceptio est amentium, haud amantium.*

Σχέσις ὀνομάτων, est multitudo nominū coniunctorum quodam ambitu copulandi, vt:

Marsa manus, Peligna cohors, festina virum vis.

Παρόμοιον, est cum ab eisdem literis diuersa verba sumuntur, vt:

O Tite tute Tati tibi tāta tyrāne tulisti.

Ὁμοιοτέλευτον, est cum similiter dictiones plurimæ finiuntur, vt: *Eos reduci, quam relinqui, deuehi, quādeseri malui.*

Ὁμοιόπτωτον, est cum in similes casus exeunt verba diuersa, vt:

Mœrentes, flentes, lachrymantes, commiserantes.

Πολύπτωτον, est multitudo casuum varietate distincta, vt:

Litora litorib. contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotes.

Εἱρμός, est series orationis, tenorē suum vsque ad vltimum seruans, vt:

Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaq; astra Spiritus intus alit.

Πολυσύνδετον, est multis nexa coniunctionibus dictio, vt:

Demissum lapsi per funem Athamasque, Thoasque,
Pelidesque Neoptolemus primusq; Machaon. &c.

Διάλυτον, siue ἀσύνδετον, est figura superiori contraria, carens cōiunctionibus, vt:

Diripiantq́, rates, alii nauabibus ite
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

DE TROPIS.

TRopus, est dictio translata a propria significatione, ad non propriam similitudinẽ, ornatus, necessitatisue causa. Sunt autem Tropi XIII.

μεταφορά.	ὀνοματοποιΐα.
κατάχρησις.	περίφρασις.
μετάληψις.	ὑπέρβατον.
μετωνυμία.	ὑπερβολή.
ἀντωνομασία.	ἀλληγορία.
ἐπίθετον.	ὁμοίωσις.
συνεκδοχή.	

Μεταφορά, est rerum verborumq; trãslatio. Hæc fit modis quatuor: Ab animali ad animale. Ab animali ad inanimale. Ab inanimali ad inanimale. Ab inanimali ad animale. Ab animali ad animale, vt: *Typhin aurigam celeres fecere carinæ.* nam & auriga & gubernator animã habent. Ab inanimali ad inanimale, vt: *Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla.* nam & rates & naues animam non habent. Ab animali ad inanimale, vt: *Atlantis cinctum adsidue cui nubibus atris, Piniferum caput, & vento quassatur & imbre.* nam vt hæc animalis sunt; ita mons animam non habet, cui membra animantium adscribuntur. Ab inanimali ad animale, vt: *Aut si fama mouet, si tantum pectore robur Concipis, & si adeo dotalis regia cordi est.* nam vt robur animam non habet, sic Turnus, cui hæc dicuntur animam habet. Scire autem debemus Metaphoras, alias esse reciprocas, alias partis vnius.

Κατάχρησις, est vsurpatio nominis alieni, vt *parricidã* dicimus, qui occiderit fratrem; & *piscinam*, quæ pisces non habet. hæc enim nisi extrinsecus sumerent, suum vocabulum non haberent.

Μετάληψις, est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit, vt:

Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris, Post aliquod mea regna videns mirabor aristas.

Μετωνυμία, est dictio quædam, veluti Transnominatio, huius multæ sunt species. Aut enim per id quod continet, id quod continetur ostendit, vt: *Nunc pateras libate Ioui.* Aut contra, vt: *Crateras magnos statuunt, & vina coronant.* Aut per inuentorem, id quod inuentũ est, vt: *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Aut contra, vt: *vinum precamur.* nam hic deus præsens adest. Hæc exempli causa posita addiscentibus sunt, reliqua demonstrabit lectio.

Ἀντωνομασία, est significatio vice nominis posita, quæ fit modis tribus, Ab animo, A corpore, extrinsecus. Ab animo, vt:

Magnanimusque Anchisiades & pondus & ipsa.

A corpore, vt: *Ipse arduus.*

Extrinsecus, vt:

Infelix puer atque impar cõgressus Achilli.

Ἐπίθετον, est superposita dictio cũ proprio nomine. Nam ἀντωνομασία, vicẽ nominis sustinet; Epitheton nunquam est sine nomine, vt:

Hos mihi prædixit luctus non dira Celæno.
Italides quas ipsa decus sibi diua Camilla.

Fit etiam Epitheton modis tribus, Ab animo, A corpore, Extrinsecus. His duobus tropis, vel vituperamus aliquem, vel ostendimus, vel ornamus.

Συνεκδοχή, est significatio pleni intellectus capax, cum plus minusue pronunciat: Aut enim a parte totum ostẽdit, vt:

Haud aliter puppesq; tuæ, pubesq; tuorum.
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit, excutitur pronuśq; magister.
Gramineas alii fontemq; ignemq; ferebant.

Ὀνοματοποιΐα, est nomen de sono factũ, vt, *tinnitus æris, clangor tubarum.*

Περίφρασις, est circumlocutio, quæ fit, aut ornandæ rei causa, quæ pulchra est: aut vitandæ, quæ turpis est, vt:

Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Ὑπέρβατον, est transcensio quædã verbórum

borum ordinem turbans, cuius ſpecies ſunt quinque:

ὑστερολογία.	τμῆσις.
ἀναστροφή.	σύγχυσις.
παρένθεσις.	

Ὑστερολογία, *ſiue* ὕστερον πρότερον, eſt ſententiæ cum verbis ordo mutatus, vt:

Et torrere parant flammis & frangere ſaxo.

Ἀναστροφή, eſt verborum tantum ordo præpoſterus, vt:

Carthago Italiam contra, Tiberinaq; longe. pro, contra, Italiam.

Παρένθεσις, eſt interpoſita ratiocinatio diuerſæ ſententiæ, vt:

Aeneas, neq; enim patrius conſiſtere mentem

Paſſus amor, rapidum ad naues præmittit Achaten.

Τμῆσις, eſt vnius compoſiti, aut ſimplicis verbi ſectio, vna dictione vel pluribus interiectis, vt:

Talis Hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni. pro, ſeptentrioni:

Et ſaxo cere comminuit brum. Et:

Maſſili portant iuuenes ad litora tanas.

Σύγχυσις, eſt hyperbaton ex omni parte confuſum, vt:

Tris Notus abreptas in ſaxa latētia torquet,
Saxa vocāt Itali, mediis quæ in fluctib. aras.

Eſt enim hic ordo: tres abreptas Notus in ſaxa torquet, quæ ſaxa in mediis fluctibus latentia, Itali aras vocant.

Ὑπερβολή, eſt fidem dictio excedens, augendi, minuendiue cauſa. Augendi, *Niue candidior.* Minuendi, *Tardior teſtudine.*

Ἀλληγορία, eſt tropus, quo aliud ſignificatur quam dicitur, vt:

Et iā tempus equū fumantia ſoluere colla. hoc eſt, carmen finiri. Huius ſpecies multæ ſunt:

εἰρωνεία.	παροιμία.
ἀντίφρασις.	σαρκασμός.
αἴνιγμα.	ἀστεϊσμός.
χαριεντισμός.	

Εἰρωνεία, eſt tropus per contrariū quod conatur oſtendens, vt:

Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis, &c.

Hanc niſi grauitas pronūciationis adiuuet, confiteri videtur, quod negare contendit.

Ἀντίφρασις, eſt vnius verbi Ironia, vt, *bellum*, hoc eſt, minime bellum. *Lucus*, quod minime luceat. *Parcæ*, quod minime parcant.

Αἴνιγμα, eſt obſcura ſentētia per occultam ſimilitudinem rerum, vt:

Mater me genuit, eadē mox gignitur ex me. cum ſignificat, aquam in glaciem cōuerti, & ex eadem rurſus effluere.

Χαριεντισμός, eſt tropus quo dura dicta gratius proferuntur, vt, cum interrogantib. nobis, *Num quis nos quæſierit*, reſponderetur, *Bona fortuna*; exinde intelligetur neminem nos quæſiſſe.

Παροιμία, eſt accommodatum rebus temporibuſque prouerbium, vt: *Aduerſus ſtimulū calces.* Et: *Lupus in fabula.*

Σαρκασμός, eſt plena odio hoſtiliſque irriſio, vt:

en agros, & quam bello Troiane petiſti
Heſperiam metire iacens.

Ἀστεϊσμός, eſt tropus multiplex numeroſæque virtutis. Namque ἀστεϊσμός putatur, quicquid ſimplicitate ruſtica caret, & faceta ſatis vrbanitate expolitum eſt, vt illud:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui,
Atque idem vulpes iungat, & mulgeat hircos.

Ὁμοίωσις, eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius, quæ magis nota eſt demonſtratio: Huius ſpecies ſunt tres:

εἰκών	παραβολή.
παράδειγμα.	

Εἰκών, eſt perſonarum inter ſe, vel eorū quæ perſonis accidunt, cōparatio, vt:

Os humeroſq́; deo ſimilis, namq; ipſa decorā.

Παραβολή, eſt rerum genere diſſimilium comparatio, vt:

Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.

Παράδειγμα, est enarratio exempli hortantis, aut deterrentis, vt:
Antenor potuit medius elapsus Achiuis
*Illyricos penetrare sinus, atq; intima tut*⁹. &c,
Deterrentis, vt:
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledeamq; Helenā Troianas vexit ad vrbes.

SERVII MARII HONORATI IN SECVNDAM DONATI Editionem Interpretatio.

ARs dicta est, vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est, a virtute, quā Græci vniuscuiusq; scientiam vocāt; vel certe ideo ars dicitur, quod arctis præceptis cuncta concludat, idest, angustis, & breuibus. Plerique artem scribentes a literarum tractatu inchoauerunt; plerique a voce; pleriq; a definitione artis grammaticæ; sed omnes videntur errasse. Non enim propriam rem officii sui tractauerunt, sed communem & cū oratoribus, & cum philosophis. Nam de literis tractare etiam orator potest. De voce nemo magis quam philosophi tractant. Definitio etiam Aristotelicorum est; Vnde proprie Donatus, & docte qui ab octo partibus inchoauit, quæ specialiter ad grammaticos pertinent

NOmen dictū est, eo quod res nobis efficit notas. Pronomē, quia fungitur officio nominis, vt si quis dicat, *Virgilius fecit Bucolica*: *Ipse scripsit Georgica*. Verbum dictum est, eo quod verberato aere motu linguæ hæc pars orationis inuenta est, & licet omnes orationes cū hac oratione misceantur; tamen speciale sibi hæc pars hoc nomen efficit, eo quod hac frequenter vtimur in elocutione; intantum, vt dicamus, *Verbum fecit Tullius apud populum in senatu*. Aduerbium dictum est, quia nunquam recedit a verbo, siue.n. dicas, *cras facio*, inuenies aduerbia verbis cohærētia. Participiū vocatur, quoniā partē tenet nominis, partēq; verbi, quasi particapiū. nam a nomine habet genera, & casus; a verbo tēpora, & significationes; ab vtroq;, numerū, & figurā. Præpositio dicitur, quoniā in loquēdo præponitur. Dicimus .n. *ante templum est*, nō, *templum ante est*. Coniunctio dicta est, quia cōiungat elocutiones, vt, *ego & tu eamus*. Interiectio dicta est, quod interponitur ad exprimēdos animi affectus, vt puta, *heu mortuus est*. In his autem octo partib. naturalis est ordo. Rite.n. Nomē primū ponitur, quod ex ipso omniū rerū notitia procreatur. Post hoc debet assequi Pronomē, quia nominis officio fungitur, nec debet ab eius significatione diuelli. Inde sequitur Verbū, quo diximus nos frequēter vti. Inde Aduerbiū, quod a verbo nūquā recedit. Participiū aūt rite post nomē, & verbum ponitur, quod ex partib. vtriusq; natū est. Præpositio cū vel verbo vel nomini præponitur, & ipsa iuste hoc loco posita est, illis iam ante prædictis, quib. pręponitur. Similiter cōiūctio, q a cōiungit omnia, nō debet primū locū tenere; primō.n. debem⁹ scire, q̄ res cōiungūtur. Interiectio ideo vltima posita est, quia nihil exprimit, nisi affect⁹ animi, qui raro interponūtur.

DE NOMINE.

NOmen est pars orationis cum casu corpus aut rem, proprie cōmuniterue significans. In omnib. partibus orationis definitiones esse debent, vt segregentur ab aliis partibus; & suæ partis, quā definiunt, aliquā proprietatem dicāt. Igitur, quod dixit, *nomen esse partem orationis*, segregauit syllabas a plausibus, & quicquid confusæ voci datur. Quod autem dixit, *cum casu*, segregauit a verbis, aduerbiis, prępositionibus ac coniunctionibus. Quod autem dixit *corpus aut rem significare*, hoc ipsius pro-

propriū est. Corporale aūt nomē, vel incorporale grammatici ita definierunt; vt Corporale sit quicquid videtur, & tangitur, vt lapis; Incorporale, quod non videtur, nec tangitur, vt pietas. Item dicit aliā proprietatem, *quod aut proprium aliqu d significat, aut appellatiuum.* Nam propriū est, quod vnius est, vt Hector. Appellatiuum, quod multorum est, vt homo. Scire debemus inueniri freqnēter nomina appellatiua quæ sunt propria, vt felix; quæ communi sensu facile dignoscuntur. Illud etiā scire debemus, quia si propriū est quod vnius est, numerū tantūmodo recipit singularē. Neq. enim potest res vnius in pluralē cadere. Nā quod propria nomina pluraliter declinantur, sciendū est nō ab vnius nomine procreatū numerum pluralē, sed multitudinē nominū hoc facere. Recte enim Virgili⁹ dixit, *Marios*, & *Camilos*, quoniā plures fuerunt. Appellatiuum autem nomē est, quod cū sit res multorum, recipit tamen & numerum singularem. In multis etiā vnus tenetur.

Comparationis gradus sunt tres. Positiuus, vt doctus. Cōparatiuus, vt doctior. Superlatiuus, vt doctissimus. Pleriq; nolunt Comparatiuū esse doctiorē, dicētes non esse comparationem quādo doctior dicimus, quia nō comparat sed præferat. Sed errant, nam omnis comparatio id agit, vt alterum præferat. Illa enim, quæ æquat, similitudo potius est, quam cōparatio. Positiuus autē omnia recipit genera: masculinum, vt hic doctus: femininū, vt hæc docta: neutrum, vt hoc doctum: commune, vt docilis: omne vt docens. Cōparatiuus vero gradus duo tantum suscipit genera; commune, vt doctior: neutrum, vt doctius. Superlatiuus tria tantū: masculinum, vt doctissimus: femininum, vt doctissima: neutrum, vt doctissimū. Prçterea nomina recipiunt comparationem, sed ea, quæ sunt qualitatis, & quantitatis. Qualitatis autem, & Quantitatis, aut ab animo dicitur, vt doctus: aut a corpore, vt candidus, niger: aut a fortuna, vt miser: aut a mensurā, vt longus. Quare, quęsitū est, vtrum Latinior diceretur, quod tunc dicitur, cū pro diserto ponitur, vt sit Latinior, quomodo disertior; cum autem gentem significat, non potest comparari, ita enim nō possumus dicere, Latinior, quomodo nec, Græcior. Comparatiuus autem gradus iungitur casibus tribus, ablatiuo, septimo, & nominatiuo, interposita particula, *quam.* Ablatiuo, vt, *doctior ab illo.* Septimo, vt, *doctior illo* Nominatiuo, vt *doctior quam ille.* Sed frequenter vtimur septimo, ablatiuo pæne nunquam. Superlatiuus vero gradus genitiuo tantū plurali iungitur, vt *doctissimus illorum*; quamquam & singulari cohæret, quoties nomen est enunciatione singulare, intellectu plurale, vt, *o Danaū fortissime gentis Tydide.* Illud sane seruandū est, quod & postea tractū est: comparatiuū gradum nos & nostro, & extraneo generi coniūgere; superlatiuum autē tantum nostro. Dicimus enim, *velocior homo hominibus*, & *velocior homo canibus*; quoniam comparatiuus est gradus. Superlatiuum vero gradum tātum nostro præferimus generi, vt, *velocissimus homo hominum*; nemo enim dicit, *homo equorum.*

Genera dicta sunt ab eo, quod generant, atque ideo tantum duo sunt genera principalia, Masculinum & Femininum. hi.n. sexus tantum generant. Genera aūt aut naturalia sunt, aut ex auctoritate descēdunt, vt hic paries, hæc fenestra. In his enim naturalē nullum intelligimus sexū, sed eum sequimur, quem firmauit auctoritas. Cætera vero genera a superioribus veniunt, vt est Neutrum, quod neq; masculinum est, neque femininum: Commune, quod est masculinum & femininum: Omne, quod omnia supradicta continet genera: Epicœnum vero, quod confusum continet sexum. Nam inter Commune & Epicœnum hoc interest; quod Commune est, vbi visu secernimus sexum, vt canis: Epicœnum est ecōtrario, vbi visu non secernimus sexum, vt piscis. Item inter Epicœnū & Cōmune hoc interest, quod in Cōmuni articulati secer-

nimus sexum, vt hic canis, vel hæc canis: in Epicœno vero vnus articularis sumitur, & vtrumq; sexum intelligimus, vt hæc aquila. Eum autem sumemus articularem, quem auctoritas dederit. Nã cum naturaliter non possumus in Epicœnis sexum deprehendere, debemus auctoritate firmari.

Numerus aut singularis est, aut pluralis. Dualis vero græcus non vsurpatur nisi in nominibus duobus, quæ sunt. duo & ambo; atque ideo etiam inæqualiter declinantur.

Figura, aut simplex est, aut composita. Simplex, quæ vnam rem continet, atque naturalis est, vt doctus. Composita vero, quæ ex arte fit, duas res habet, vt indoctus. Composita vero fit figura quatuor modis, qui in arte sunt positi. Quod autem dixit, *Ex corruptis*, ita intelligere debemus, vt tunc intelligamus corrupta esse in compositione, quoties resoluta integrari possunt, vt si quis dicat, concipio, iure dicitur corruptum, quia si soluatur, facit capio, quod est integrũ; & conficio, facit facio, & similia.

Ablatiuus singularis regit genitiuum, datiuum, & ablatiuum pluralem secundum regulas in arte positas. Sed illud quod dicit, *Ablatiuo e producta, vel correpta terminato*, ita intelligendum est, vt tunc producta sit, quoties genitiuus singularis ei terminatus sit, cum vero is fuerit terminatus, idem genitiuus singularis, correpta, vt huius patris ab hoc patre. Ideo autem latini voluerunt ab ablatiuo singulari regulas sumere, quoniam hic casus latinus est. nec eum habent græci, & ille vtique casus debuit regulas latinis nominibus dare, qui proprius latinorum est. Omnia nomina, quæ in rerum natura sunt, quinque regulis continẽtur, quæ regulæ apud Donatũ non sunt propter compẽdium; tamen tenendæ sunt. Colliguntur aũt istæ regulæ de genitiuo singulari; nam hic casus quinque finibus terminatur, aut æ diphthongo, vt Musa Musæ: aut i, vt doctus docti: aut is vt pater patris: aut us, fluctus huius fluctus: aut ei, vt hic vel hæc dies huius diei. Ergo cum inuenerimus aliquod nomen, de cuius declinatione dubitatur, quærendus nobis erit præcipue genitiuus, qui inuentus si æ fuerit terminatus, ad similitudinem Musæ, declinabitur; ita & in reliquis fiet. Sed constat græca nomina, etiam græce posse declinari. Plane duos præcipue casus in his regulis sollicite proferre debemus, vocatiuum secundæ declinationis, & ablatiuum tertiæ; in quibus contra regulas plurimum sibi assumpsit auctoritas. Vocatiuus enim singularis secũdæ declinationis tum in i exibit, cũ nominatiuus singularis in ius fuerit terminatus in genere masculino in proprio nomine, vt hic Mercuri', o Mercuri. Hoc enim nomẽ ius terminat nominatiuum, & masculinum est, & propriũ. Si autem nominatiuus us terminatur, vt hic doctus, vocatiuum facit, o docte; & si appellatiuum sit, licet ius terminatur, vt hic impius o impie, hic egregius, o egregie At huic regulæ cõtrariũ est hic filius, o fili. Quare maiores nostri timentes ipsum vocatiuũ similem fecerũt nominatiuo, vt Virg. dicit, *Corniger Hesperidũ fluuius regnator aquarũ*, & Lucius Octauius index. Ablatiuus vero tertiæ declinationis, qui & i & e terminatur multũ confusus est; Tamen hoc seruare debemus, vt cum nomen fuerit generis communis, quod in is mittit nominatiuum & genitium ablatiuum i terminemus, vt hic & hæc docilis ab hoc & ab hac docili. Item neutra omnia, quę e terminãtur in nominatiuo, vt hoc mare, ab hoc mari. Ea vero quæ x litera terminãtur in e exeũt, vt hic calix, ab hoc calice, hęc pellex ab hac pellice, hæc lex, ab hac lege, & similia. Item omnia participia e terminãtur, vt ab hoc calente, ab hoc furente; quæ si nomina fuerint i magis terminabunt. Item, quæ or terminantur in nominatiuo, vt doctior, clarior, minor, maior; facit enim, a doctiore, clariore, minore, maiore. Reliqua vero sic ambigua sunt, vt vix etiam aucto-

auctoritate firmentur. Nā ab hac naui, & ab hac naue legimus; & ab hac puppi & ab hac puppe; & ab hoc igni, & ab hoc igne. In quibus omnibus meliorum auctoritas sequenda est.

DE PRONOMINE.

PRonomen dictum est, quia ponitur pro nomine, vt si quis dicat, *Virgilius scripsit Bucolica; Ipse scripsit Georgica.* Nec tamen videntur pronomina, quoniam nominum funguntur officio, esse nomina. Nam & si nominum vim exprimunt, non tamen plene exprimunt. Nomina enim posita plenas faciunt elocutiones; Pronomina semiplenas. Item Nomina posita velut inchoant elocutiones. Pronomina autem velut complent. Qualitas pronominum principaliter bipartita est. Omnia. n. pronomina, aut finita sunt, aut infinita Finita sunt, quę recipiūt personas, id est, quæ definiūt personas, & sunt tantum tria, ego, tu, ille. Sed Ille plerumq; variatur. nam si ad præsentis personam refertur, tunc recte finitum est; si de absente dicatur, minusquam finitū est. Infinita aūt pronomina varias habent species. Nam licet omnia quæcunq; non recipiunt personas infinita sunt, tamen alia dicuntur generaliter infinita, alia minusquam finita, alia articularia, vel demonstratiua, alia possessiua. Generaliter infinita sunt. q̃ vnicuiq; personæ aptari possunt, vt est quis; & sunt hæc septē tantū, quis talis qualis, quantus, tantus, quotus, totus. Minusquā finita dicuntur, quę cōmemorationem habent notarū personarum, vt est Ipse, hæc sunt sex tantū. Ipse, iste, is, hic, idem, sui. Sed ex his alia sunt, quæ absentes personas significant, alia quæ præsentes. Absentes reliqua omnia. Præsentes hæc tantum, iste, ista, istud, & hic, hæc, hoc; quæ nonnulli etiam pronomina Articularia vocant, eo quod more græcorum nominibus declinantur. Possessiua dicuntur pronomina, quę nos aliquid possidere ostendunt, vt est, meus, tuus. Hæc in quatuor partes diuiduntur, aut. n. vtraq; parte singularia; aut vtraq; pluralia; aut intrinsec⁹ singularia, extrinsecus pluralia; aut extrinsecus singularia, intrinsecus pluralia. Vtraq; parte singularia sunt, vbi & persona possidentis, & possessio vna est, vt meus. Vtraque parte pluralia, vbi sunt multi, qui possidentur, & multi sunt qui possident, vt est, nostri. Intrinsecus singularia, extrinsecus pluralia sunt. quæ possidentis vnam personam ostendunt, possessorum plurimas, vt est, mei. Vel econtrario, vt est, noster. Intrinsecus autem dicitur, quod pertinet ad personam possidentis. Extrinsecus, quod pertinet ad personam possessi. Sunt autem possessiua pronomina quinque tantum, meus, tuus, suus, noster, & vester. Absque his pronominibus, quæ omnia sunt viginti & vnum, nullum aliud, quod, suam originem habeat: poterit reperiri; sed si qua sunt, compositione fiunt. Scire autem debemus in declinatione pronominum plerunque sub vna significatione casus varie proferri, vt est, quis, vel, qui. nā possumus dicere, *mei causa te peto*, & *mis causa te peto*, & *tis causa te peto*; sed, *mis*, & *tis*, de vsu recesserunt. Itē ablatiu⁹ singularis aliquādo varie terminatur, vt, a quo, vel, a qui. nā dicimus, *a quo venisti*, & *a qui venisti*; sed *a qui* in vsu esse desiit. Datiuus etiā, & ablatiu⁹ plurales plerunque varii sunt; dicimus enim, a quis, vel, a quibus. Qui quidem vidētur hac ratione variari, quoniam ablatiuus singularis inuentus est varius. Scimus. n. quia omnia quæ o terminantur, in is mittunt; quæ i, in bus. Ergo sicut dicimus, ab hoc docto, ab his doctis; ita dicimus a quo a quis. Itē sicut dicimus, a puppi a puppibus; ita dicim⁹, a qui a quib. Sed pronomina quēadmodum in declinatione duplicant casus, ita plerunque mittunt. Nam sunt pronomina, vbi tantummodo accusatiui sunt, vt eccum, eccam, ellum; sunt vbi nominatiuus & vocatiuus deest, vt, sui sibi se a se; sunt vbi vocatiuus tantum deest, vt in pronomine quod est, ego

DE VERBO.

Verbum est pars orationis cum tempore & persona, sine casu. Quod dixit, *cum tempore & persona*, connexum intelligẽdum est. Neutrum enim potest in verbo ab altero separari. Nam si solam personã velis intelligere, Pronomen est; si solum tempus, Participium est; si vtrunq; simul, tunc Verbum est. Quod autem adiecit *casu carere*, velut superflue est positum. Quis enim nescit verbũ carere casu? Sed timuit propter illas elocutiones, quæ sic formantur quasi casum habeant, vt, *da mihi bibere*. sic est enim, *da mihi bibere*, vt si dicas, *da mihi vinum*, quod vtique casum habet. Ne qui ergo propter similitudinem elocutionum putarẽt casum modo infinito attribui; ideo dixit penit⁹ casum a verbo reponi. Nam illæ elocutiones casum non recipiunt, sed græcam elocutionem sequuntur.

Qualitas verborum diuiditur in modos & formas. Modi omnes sunt octo, Indicatiuus, Imperatiuus, Promissiuus, Optatiuus, Coniunctiuus, Infinitiu⁹, Impersonalis, Gerundiuus. Sed ex his, quinque volunt esse legitimos, de tribus vero dubitatur, id est, de Promissiuo, Impersonali, Gerundiuo. Indicatiuus dicitur modus, quoniã per ipsum quod gerimus indicamus, vt est, lego. Imperatiuus, quoniã per ipsum imperamus, vt est, lege. Optatiuus, quoniã habet aduerbium optãdi, vt, vtinã legã. Coniunctiuũ vero modum non ideo Cõiunctiuũ dicimus, quia habet aliquid coniunctũ, id est, *cũ*; nã & Optatiuus inciperet esse coniunctiuus, quia habet aduerbium coniunctum, *vtinam*; sed ideo dictus est Coniunctiuus, quia in loquendo, cũ solus locutionẽ implere non poterit, coniungit sibi indicatiuũ, vt, *cum scripsero faciam*, &, *cũ dixero legam*. Infinitiuus dicitur modus, quia nõ definit personas, sed omnes tres vno verbo profert, vt est, legere. Cęteri vero modi personis in differentiam faciunt, quod probatur hac elocutione, *legere volo, legere vis, legere vult*. Nam quoniam, volo, vis, vult, indicatiuus est modus, differentia facta est personarum; quoniam vero, legere, infinitus est, omnes vno modo prolatæ hi sunt generales modi. Illi vero tres, de quibus dubitatur, ita explicandi sunt. Qui negant Promissiuum modum esse, hoc asserunt, esse superfluum hunc putari modum, quoniam indicatiui modi sit tempus futurum, id est, legam, scribam. Qui autem dicunt proprium modum esse, negant indicatiuum modũ tẽpus futurum per rerum naturam habere posse. Nam si indicatiuus modus ideo dictus est, quod per ipsum indicamus; nemo autem indicat, nisi quæ nouit; futurum habere non potest; quia nemo indicat. De Impersonali autẽ modo hæc loquuntur. Plerique hunc modum dicunt, quia sic de verbo nascitur, quemadmodũ cæteri modi, vt lego legi legitur. Sed tamen non probatur modus esse, sed verbum. Nam cum vnusquisq; modus non possit currere per modos, nam habet Indicatiuum, legitur: Imperatiuum, legatur: Coniunctiuum, cum legatur. Itẽ Gerundiuũ, quem dicunt modũ pleriq; negant eum modum esse, sed dicunt participiorũ a passiuo futuri, & præteriti esse declinationem. Sed est modus, quia in o definit vltimo tempore suo, in qua litera nullũ definit participium; & significationem habet tam agentis, quã patientis, quod vtiq; non haberet, si participium passiuum esset. Etenim cum dicimus *cantando*, & agentis & patientis habet significationẽ, quod probatur teste Virgilio. Nam vbi dicit, *Cantando tu illum?* agentis significationem ostendit; vbi dicit, *cantando rumpitur anguis*, patientis.

Formæ sunt quatuor, per quas nõ declinatio, sed significatio verborum explicatur; quę ideo quatuor sunt, quoniam omne quod agimus, quatuor temporum officio continetur. Nam aut cogitamus, vtrum agendum sit; aut quod placuit inchoamus; aut inchoata complemus; aut completa iteramus. Iccirco ipsæ formæ hæc

mæ hæc nomina acceperunt. Vna enim Meditatiua, quę non agere nos aliquid, sed adhuc velle agere ostẽdit, vt est lecturio. significat enim non lego, sed legere volo. Secũda est Inchoatiua, quæ aliquid nos nunciare ostẽdit, vt est calesco, quod significat calere incipio. Tertia est perfecta, vt est lego, quæ plenum ostendit actum. Quarta est Frequẽtatiua, quę nos sæpe agere aliquid ostendit, vt lectito; significat enim sæpe lego; Quas formas plerique veluti inutiles refutare volunt, sed conuincuntur secundum rationem naturalem. Multa enim sunt, quæ proprie non nisi istis possunt explicari. Meditatiua autẽ forma in rio desinit, vt scripturio, lecturio. Inchoatiua autem verba quinq; regulis continentur, quarũ si vna defuerit, Inchoatiua non erunt. Debent enim in sco syllaba exire; & originẽ ducere a naturali verbo; & tertiæ esse coniugationis correptę; & carere tẽpore prçterito perfecto, & plusquamperfecto; carere etiam participio futuri temporis. Ideo autẽ Inchoatiua carẽt tempore perfecto; quia omnia quæ inchoantur nihil perfectum habere debent. Frequentatiua forma in to quando exit, semper primæ coniugationis est, vt lectito tas, cursito tas scriptito tas. Si autẽ in xo exeat, etiã tertiæ esse potest, vt lacesso lacessis, facesso facessis.

Coniugationes tres sunt, nomina habentes ab ordine literarum; quæruntur autem in quinq; rebus; indicatiuo modo, tempore præsenti, numero singulari, secunda persona ante literas, vel ante syllabas: ante literas in verbis actiuis, & neutralibus, ante syllabas in cæteris, idest, in passiuis cõmunibus, deponentibus. Ergo a vbi fuerit, prima coniugatio est, vt amo amas. vbi e est, secunda, vt doceo doces, vbi i est, tertia, vt lego legis: sed tertia plerũq;, & correpta est, & pducta, quod deprehẽditur hac ratione. Si correpta fuerit in passiuo penultima syllaba, e habebit, vt lego legis, legor legeris. Si aũt producta fuerit, i reseruabit in passiuo, vt nutrio nutris, nutrior nutriris. Quę varietas etiã de imperatiuo modo colligitur, nam tertia correpta in e exit, vt lege. Tertia producta in i, vt nutri. Itẽ infinitiui modi penultima syllaba, quæ si longa fuerit, productam cõiugationem esse demonstrat, vt nutrire. Si breuis, correptã esse demõstrat, vt legere. Hæ autem coniugationes futurum tempus indicatiui modi varie mittunt. Nam prima & secunda coniugatio in bo dicunt, vt amo amas amabo: doceo doces docebo. Tertia vero correpta in am tantum mittit, vt lego legis legã. Tertia producta duas habet regulas requirendas in indicatiui modi tẽpore prçsenti, si ante o vltimum e fuerit correptũ, in bo tantum mittit, vt exeo exibo. Si autem i habuerit ante o, futurum tempus & in bo mittit, vt seruio seruis seruibo; quas regulas Probus artifex tuetur.

Verborum genera sunt quinque, Actiua, Passiua, Neutra, Communia, Deponentia. Quæcunque illæ sint definitiones, quę hic lectæ sunt, varie tamen quantum ad significationes id pertinet. Omnia ista quinque duas habent significationes, idest, aut agentis, aut patientis. Hinc est quod in neutrali verbo, & agentis & patientis inuenimus significationem. agentis vt nato; & patientis, vt vapulo. Item deponenti verbo, vbi sola vtique debuit esse passiua significatio, & agentis nonnunquam inuenitur, vt est loquor. Confusio autẽ cõmunis verbi, casibus segregatur. Nam si accusatiuũ casum iungas, agentis est, vt, criminor illum. si ablatiuum, patientis, vt criminor ab illo.

Tempora sunt quinq;. Præsens quod agit, vt lego. Præteritum imperfectum, quod omissum est, & non completum, vt legebam. Præteritum perfectum quod completum est paulo ante, vt legi. Præteritum plusquamperfectum, quod cõpletum est olim, vt legeram. Futurum, quod imminet, vt legam. Vnde vitiose loquuntur, qui dicunt, *Expecta modo egrediar*. Nam iungunt significationem futuram, & præsens tem-

pus. Item qui dicunt, *Cras lego lectionem*, vitiose loquuntur. nam cū *lego* temporis præsentis sit, *cras* vero aduerbium futurum, vtique hæc locutio non cohæret. Tractandum est illud, an sana sit locutio hæc, *Cras legam*, an, *cras lego*. *Cras lego*, vt diximus vitiosum est. *Cras autem legam*, ideo nonnulli vitiosum iudicant; quoniam duo futura quasi in aliud futurum nos deferunt.

Modi varia tempora recipiunt. Indicatiuus enim omnia quinque habet supradicta tempora. Imperatiuus enimuero duo tantum, præsens & futurum. Optatiuus tria, sed geminata; nam pręsens & imperfectum pro vno est. Item perfectum & plusquamperfectum habet; & futurum. Coniunctiuus tot tempora habet, quot & indicatiuus. Infinitiuus tria habet tempora, præsens præteritum & futurum. Sed scire debemus in omnibus passiuis verbis præterita tempora, id est, perfectum & plusquamperfectum, habere vlteriora præterita. Personas omnes modi segregatas habent absq; infinito, vbi confusæ sunt, vt diximus, id est, tres. Modus autem imperatiuus habet difficultatem personarum, quæ talis est. Prima persona in tempore præsenti deficit, sed in numero singulari. cęterum in numero plurali non deficit. Ideo autē deficere creditur, tam in persona, quam in numero, quoniam omne imperatiuū in alium procedit, id est, secunda persona nascitur. In tempore vero futuro tam in numero singulari, quam in numero plurali prima persona deficit. Secunda vero & tertia in numero singulari vno modo proferuntur, vt legito tu, legito ille, vt est apud Virgilium, *Tertius Argolica hac galea contentus abito*. Nam si dicam, legito legat, legito quidem erit tempus futurū; legat vero præsens. Item tertia persona numeri pluralis, his regulis continetur. Indicatiuo modo, tempore præsenti, tertia persona, numero plurali, o accipit, & facit hāc personam Imperatiui modi per omnes coniugationes, amant amanto, docent docento, legunt legunto, nutriunt nutriunto; quod seruauerunt maiores, vt ait Horatius, *Et quocunque volent animum auditoris agunto*. Nam si diceret, agant, tempus præsens ostenderet, nō futurum. Prima cōiugatio, & tertia correpta, tot syllabas habere debent in secunda persona, quot in prima habēt, indicatiuo modo, vt amo amas, lego legis. Quod autem aliter fecerit, anomalum est, vt edo es, comedo comes.

DE ADVERBIIS.

ADuerbium dictum est eo, quod necesse habet hanc partem orationis verbum sequi, vt, *cras faciam, hodie legam, quotidie scribo*. Sed non vt necesse est verba sequi aduerbium, ita necesse est aduerbium sequi verbum. Nam quādo dico, *facit orator*, est elocutio plena, quanquam sine aduerbio. Potest ergo verbum sine aduerbio poni. Aduerbium autem sine verbo nunquam ponitur. In significationib. aduerbiorū localia aduerbia diligenter animaduertenda sunt, quæ habent quatuor species, in loco, de loco, ad locum, & per locū. In loco sunt hęc, hic, illic, ibi, int⁹, foris. De loco sunt hęc, hinc, illinc, inde, aliunde vno modo tam de loco quam in loco proferuntur, id est, sine coniunctione, præpositiones. Ad locum sunt hæc, huc, illuc istuc, illo, intro, foras. Per locum sunt hęc, hac, illac, illa. Ergo animaduertere debemus, vt quoties fuerint aduerbia in loco, iūgamus verba, quę habeant hanc significationem in loco, vt puta, *ibi sum*, *illic sedeo*, *intus*, & similia. Quoties sunt autem aduerbia, quæ significant ad locum, iūgamus his verbis similiter, quæ habeant significationem eundi, vt *pergo illuc*, *vado illo*, *proficiscor intro*, & similia. Nam si quis dicat, *venio ibi*, vitiosum est. *Venio* enim significationis est ad locum; *ibi* vero in loco est, & duo hęc diuersa nunquam cohęrent. Nam omnia aduerbia non recipiunt comparationem, sed ea tantum, quæ ducūt originem a nomini-

minibus recipientibus comparationẽ, vt doctus docte. Iure enim dicim⁹ doctius doctissime, quoniã & nomẽ ipsum facit, doctior doctissimus. Aduerbia autẽ, quę comparantur, in positiuo gradu duas habent regulas, e & er, vt docte & fortiter. In comparatiuo vnam, vt doctius & fortius. In superlatiuo autem vnam e, quod semper productum est, vt doctissime, fortissime. Quando autem positiuus e terminatur, & quando er datiuus singularis ostẽdit. Nam e tum terminatur aduerbium in positiuo, quando datiuus singularis o fuerit terminatus, vt docto docte, claro clare. Tunc autem aduerbium er terminatur, quando datiuus singularis i fuerit terminatus, vt huic agili, agiliter, & huic forti, fortiter. Quæ has regulas non seruant, aduerbia anomala sunt. Nomina prouinciarũ semper recipiunt præpositiones, vt, *ad Campaniam pergo, de Campania venio, in Campania sum*. Econtrario nomina ciuitatum nunquam recipiunt præpositiones, quando funguntur vice aduerbiorum. Verum tamen si ad locum significant, accusatiui forma sequenda est, vt *Carthaginem vado*; si de loco secundum septimum loquimur, vt *Carthagine venio*; si in loco duplex regula est, nam si nomen fuerit secundæ declinationis, aduerbium in loco fit secundum formam genitiui, dicimus enim, *Deli fui, Beneuenti fui*; quoniam huius Deli, huius Beneuenti genitiuus est: Sin autẽ nomen erit alterius cuiuscunq; declinationis, tunc formã sequimur datiui casus, dicimus enim, *Carthagini fui, Tyburi fui*; quoniam, huic Carthagini, huic Tyburi datiuus est. Sciendum est sane pauca nomina his regulis repugnare, vt est, Narbone, in Philippicis Cicero: *Cum tu Narbone Mensas, hospitium conuomeres*, debuerat enim dicere, *Narboni*. Item Virgilius ait; *Tyria Carthagine qui nũc expectat*. inquit *Carthagine*, non, *Carthagini*, quod erat regula. Sed Cicero Antiptosin fecit. Virgilius vero metri necessitatem mutata regula seruauit. Generaliter tenẽdum est, quod aduerbiis, id est, solis positis, non debet coniungi præpositio separatim. Nemo.n. dicit, *de sero, de modo*; vnde nec *de mane* dicere debemus, quod plerunque in vsu habent. Sed quoniam legimus, *Dum mane nouum*: id est, hoc ipsum mane, iam nomen effectum est, genus enim non recipit, nisi nomen; videmur ei adiicere posse præpositionem. Quare tutius loquuntur, & solum aduerbium sine præpositione ponunt, vt, *mane venit*; & quando volunt addere præpositionem, genus coniungunt, vt, *de primo mane venio*. Iam enim non videtur iungi ei parti orationis, quæ est *mane*, sed quæ est *primo*.

DE PARTICIPIO.

Participium dictum est, quasi particapium; habet enim partes a nomine duas, genus & casum; a verbo duas, tempus, & significationem; ab vtroque duas numerum, & figuram. Ideo *ab vtroque*, quoniam numerus & figura tam nomini accidunt quam verbo. illa enim bina iis tantum accidunt, a quibus trahuntur.

Genera participiorum sunt hæc, Masculinum, Femininum, Neutrum, & Omne. Masculinum participium in us syllabam terminatur, femininum in a, neutrum in um, vt lectus lecta lectum, lecturus lectura lecturum, legendus legenda legendum. Nam hæc sunt duo tempora, præteritum & futurum, quæ genera secundum regulas, quas diximus, diuidunt. Præsens autem participiũ semper generis est omnis; & duabus clauditur consonantibus, vt est legens.

Casus totidem sunt in participiis, quot in nomine, & pronomine. Participia autem masculina, & neutra secundæ sunt declinationis. Feminina primæ. Omne tertiæ, in quo ablatiuus & i & e terminatur, vt amanti & amante. Sed scire conuenit, quod ars exigit vt e litera terminetur; i autem vbi fuerit, terminatus ablatiuus huius participii, necessi-

tas est aut metri; aut euphoniæ.

Tempora in participiis latinis tria sunt, præsens, præteritum & futurum. Regulæ tamen quatuor sunt. Nam præsens vnam habet, quam diximus ns, vt legens. Preteritum vnam us, vt, lectus. Futurum vero duas habet regulas, rus, & dus, vt lecturus & legendus. Ideo autem neutrale verbum tot, & eadem habet participia, quæ & actiuum, quoniam sic declinatur vt actiuum. Nam participia declinatione noscuntur. Deponens autem verbum participium futuri in rus mittit, vt auxiliaturus. Nam ideo dictum est deponens, non quod r literam non deponat, (nam & commune deponens esset, & hoc enim r literam nõ relinquit) sed ideo deponens dicitur, quod deponit participium declinationis suæ, idest, futurum, quod dus syllaba terminatur. Nemo enim potest dicere, *loquendus*, licet inueniamus apud poetas hãc vsurpationem. Commune vero verbum ideo habet quatuor participia, quia cõmune est, idest, agẽtis & patientis habet significationem, & nouimus quod duo participia veniunt ab actiuo, & duo a passiuo. Sane scire debemus, quod licet latinitas non habet, neq; præteritum participium ab actiuo, neque præsens a passiuo, inuenitur tamen apud poetas talis elocutio, vbi, alterius tẽporis pro hac significatione ponatur, vt est Virgilius, *Et qua vectus Abas & qua grandæuus Alethes. Vectus* enim dixit, pro eo, quod est, *vehebatur*. Regulæ participiorum ita se habent, vt participium futuri temporis a passiuo regatur; participium præsentis temporis ab actiuo, id est, vt de participio futuri temporis a passiuo sublata dus syllaba, & addita s litera, faciamus participium præsentis temporis ab actiuo; vel e contrario. Item participium præsentis temporis a passiuo sublata s litera, & addita rus syllaba, facit participium futuri temporis ab actiua, vt lectus lecturus; vel e contrario. Sed his regulis repugnãt pauca participia noua ratione vsurpata, vt est, moriturus; quod nulla ratione dicitur. sublata enim rus syllaba & addita s litera, moritus, facit, quod latinitas non habet; nam mortuus dicimus. Et illud sciendum est, maiores nostros sæpe a verbis neutralibus præteriti temporis vsurpasse participia, vt est, regnata, triumphata, placita, nupta, pransus, cœnatus, & similia. Quibus nos ideo vtimur, quoniam auctoritate firmantur, non tamen possumus de aliis verbis neutralibus similiter, quæ non lecta sunt, vsurpare, sed debemus ea tantum, quæ lecta sunt, dicere.

DE CONIVNCTIONIBVS.

Coniunctiones dictæ sunt ab eo, quod coniungant elocutionẽ. Nam siquis dicat, *ego tu eamus*, diffidet elocutio; si interponas et, & dicas, *ego & tu eamus*, incipit cohærere. Copulatiuæ dicũtur, eo quod & verba, & sensum copulant, vt si quis dicat, *ego & tu eamus*. nam in hac elocutione, & verba coniuncta sunt, & sensus. Vtrunque enim iturum significat. Disiunctiua vero penitus cõtra naturam sermonis fuisset inuenta, nisi verba coniungeret. nam quid tam cõtrarium coniunctioni, quam habere species disiũctionis? sed ideo disiũctiua dicitur, quod sensus disiungat. nam verba coniũgit, vt si quis dicat, *ego aut tu eamus*. nunc enim elocutio coniuncta; sed sensus disiunctus. non. n. vtrunque, sed alterum iturum significat Expletiuæ dicuntur cõiunctiones, eo quod illud quod min⁹ fuerat, explere contendunt, vt si quis dicat negligenti, *lege*; dicendo *lege*, in eo eum arguit quod non legit. at si dicat *saltem lege*, in eo arguit, quod nihil omnino agit. Inter Causales & Rationales hoc interest, quod tunc vtimur causalibus, quando de causa loquimur; tunc rationalibus, quãdo de ratione. Causa est autem, quæ nos impingit ad aliquid faciendũ. Ratio autẽ, qua vtimur in faciendo. Sed plane faciẽdum est, quod pro rationalibus causales ponere possumus; & pro causalibus nunquam

quam ponimus rationales. Etenim causa non statim rationem recipit. Vbi autem nō est, iam causa præcessit. In ordine autem hoc seruādum est, quod sunt aliquæ, quæ semper præponuntur, vt est, at. Dicimus enim, *Ast ego quæ diuum incedo regina.* non, *ego ast.* Et item, *At pater Anchises*, non enim, *pater at.* Postponuntur, vero, que, &, autē, dicimus enim, *Primusq́; Machaon*, non, *que primus Machaon.* Et, *hoc autē fac*, non, *autem hoc fac.* Igitur, vero & primo & medio & vltimo conuenit loco; dicimus enim, *Igitur patres conscripti censuerunt*, &, *Patres igitur conscripti censuerunt.*

DE PRAEPOSITIONIBVS.

PRæpositio dicta est, quod in loquēdo præponitur. dicimus enim, *apud amicū sum.* Excepta bina præpositione, q̄ nunquam præponitur, sed postponitur, sicut tenus; dicimus enim *pubetenus*, & non, *tenus pube*; & excepta altera præpositione, id est, cum; scilicet in pronominibus nonnullis, vt, *mecum, tecum, nobiscum, vobiscum*, quod contra artem ex aperto dicitur, nemo enim dicit, *cum me, cum te*, propter Cacephaton. Natura enim præpositionis exigebat vt præponeretur. Accusatiuæ præpositiones sunt xxx. quæ accusatiuo tantum iunguntur, vel singulari vel plurali. Ex his, Ad, & Apud diuersas habent significationes. Nā Ad, ad locum significat, vt, *Ad patrem vado* Apud vero in loco, vt, *Apud parentes sum.* Sed Ad nonnunquam auctoritate, etiam in loco reperitur, vt, *Decem fiscos ad senatorem illum relictos*, & apud Maronem, *ad Troiam pro caris gesserat Argis.* Tentauerunt plerique facere discretionem, & in hac elocutione, quæ fit de Ad, & de In, vt, *ad forum venio*, &, *in forū venio.* Etenim *ad forum venio*, est, ad forum accedo: *In forum venio*, forum ingredior; vt sit illud potius propinquantis ad locum, hoc autem locum ipsum tenētis, sicut videtur locutus esse Salustius dicēdo, *Ire vtriq; imperatores ad vrbem, erant vtriq; impediti ne triumpharent, calumnia paucorū* Nam si necdum triumphauerāt, vrbem ingressi non fuerant. Ergo, *ad vrbem*, quod dixit propinquantis significatio habetur, non ingredientis. Vsque etiā præpositio nouo modo sibi aliam cōiungit præpositionē, dicimus enim, vt Virgilius; *adusq́; colūnas Exulat.* Nec sequi debemus, quod nonnulli dicunt; Vsque aduerbiū esse. multominus. n. sibi iungeret præpositionē, si aduerbiū fuisset. Aduerbio enim sæpe præpositio separatim non cohæret. Et E & Ex præpositiones habēt differentiā; nam si pars orationis sequatur a vocali inchoans ex præponimus, vt, *ex animo*: si autem a consonante inchoet, e, vt, *e foro.* Econtrario autem positæ, aut hiatum faciunt, aut asperitatē: hiatum, *e animo*: asperitatē, *ex foro.* Clam præpositio, quā Donatus inter ablatiuas posuit, scire debemus, quod indifferenter pro arbitrio dicentis, & ablatiuo iungitur & accusatiuo, dicimus enim, *clā patre*, & *clā patrem.* In, sub, super, & subter, & accusatiuæ sunt, & ablatiuæ. Sed apud maiores nostros indifferenter ponebantur, id est, nulla lege seruata. Nā & Virgili⁹ dixit, *rapuitq; in fomite flammā*, pro, in fomitē, & Horati⁹, *Naso districtus ensis, Quod super magna ceruice pendet*, pro, super ceruicē. Cicero, *Fortes in eo Quirites*, pro, in eum, & similia. Ætas posterior Super & Subter accusatiuis fecit. In vero & Sub coniungitur accusatiuis casibus, vbi commutatio est loci, vt, *in forum vado sub basilicā vado.* Tunc iungitur ablatiuis, cū permansio est verborum. Quæ elocutione præponenda sunt, ratione colligitur. Nā pergo, proficiscor, & huius motū significat. Sto, sedeo, dormio & huius permansionē. Loquelares præpositiones ideo dicuntur, quia semper cohærent, vt conduco, recipio. cohærere autem eas res illa significat, quod nō patiuntur in significatione interpositionem. Nemo enim dicit, *con tibi duco*, aut *re illum cipio.* Præpositiones cū postpositæ fuerint si casum suū reseruent, adhuc præpositiones sunt,

vt, *Transtra per & remos.* Si autem casum mutent, fiunt aduerbia, vt, *tempore post.* Sed plerunque metrorum ratione etiam præpositæ idem faciunt, vt, *Longo post tempore venit.* Et illud sciendum est præpositiones vtriusque casus, quoties pro aliis præpositionibus ponuntur, illis eas casibus iungi, quibus iungũtur illæ, pro quibus ponuntur, vt, *in alterum.* Nã quoniã In, modo, contra, significat, tantum accusatiuo iungenda est. Contra, enim accusatiui casus est. Item *super Priamo rogitãs,* quoniam Super, de, significat, tantum ablatiuo iungenda est. De, enim ablatiui casus est.

DE INTERIECTIONIBUS.

INteriectiones proprie sunt affect⁹ voce incognita condita expressi. Sed & plenus frequẽter sermo pro interiectione habetur, si affectum significet, vt proprie dolor, & similia.

DE PARTICIPIIS TRANSEUNTIBUS IN NOMINA.

SVnt nomina similia participiis præsentis temporis, vt demens, legens, quæ hac ratione discernuntur. Si enim nomen fuerit, comparationem recipit, vt dementior dementissimus; si autẽ participium fuerit, non recipit comparationem. Nemo enim dicit, legentior legentissimus. Quid si sit nomen non simile participio, sed quid sit, & participium aliam recipit discretionem, vt est amans, quod & nomen est & participium. Nam si sit nomen, genitiuo iungitur, vt *amans tui:* si autem participium sit, accusatiuo iungitur, vt *amans te,* quemadmodum *colens te.* Si autem inueniantur nomina similia participiis præteriti temporis, vel potius eadem, & participia discernuntur in declinatione. Nam participia si fuerint, secundę sunt declinationis, vt hic visus huius visi, hic auditus huius auditi. Si autem nomina fuerint, erunt quartæ declinationis, vt hic visus huius visus, hic auditus huius auditus. Quanquam hæc quæ diximus, etiam illa ratione discernimus, quod participiũ tunc est, cum tẽpus habet, vt puta, *ille auditus est;* cũ autẽ non habet tempus, nomen est, vt *auditus meus obtusus est,* & *visus meus breuis.*

SERVII MARII HONORATI DE RATIONE VLTIMARUM syllabarum ad Aquilinum Liber.

SERVIVS MARIVS HONORATVS AQVILINO Salutem.

VLtimarum syllabarum naturã, sicut poposceras breuiter dilucideque digessi; in qua re audacia mea tuo defenditur imperio. Nam hoc opus durum, velut facile, ac per se patens, dum multi reliquere, difficilius reddidere.

In omnibus partibus orationis, syllabæ primæ vel mediæ, quales sunt exemplis facilius est, quã arte colligere. Quare nos disputemus de vltimis, quib⁹ Poetæ, licet differenter vtuntur, non aliter. Idcirco qualiter se naturaliter habeant, nesciendũ est. Ergo a nomine sumamus exordiũ, tractantes pariter de Latinis, & de his Græcis, quæ in nostram orationẽ videntur transire.

Quanquã de literis & de syllabis multiplex sit copiosusque tractatus, tamen is magis

magis aperiendus, a nobisque susceptus est, qui ad dimensionem pedum metrorumq; perducit. Igitur literæ aut vocales sunt, aut consonantes dicuntur. Et vocales quidem habent ut liæ quinq;, a e i o u. Consonantes vero reliquę omnes. Quarũ aliæ semiuocales, alię mutæ proculdubio nuncupãtur. Semiuocales enim sunt septem, vt f l m n r s x. Mutę autẽ reliquæ omnes nouem, hę scilicet, b c d g h k p q t. Sed ex vocalibus excipiuntur i & u, quæ sępenumero pro consonantibus ponuntur, id est, cum vel secum fuerint iunctæ, ceu Iuno, vita; vel aliis vocalibus præpositiuæ vt, Ianus, Venus. Hoc etiam amplius pręstat quod i in vno sermone duabus vocalibus interiecta duplicis fungitur loco, vt Troia, Maia. Item ex semiuocalibus hæ quatuor adnotantur, l m n r quæ cum in eadem syllaba consonantibus aliis postponuntur, siue illæ sui generis, hoc est, semiuocales fuerint, siue adeo mutæ, interdum deficiunt, & consonantis significatione fraudantur, vt clarus, frater, gnatus, Tmolus. S quoque nonunquam de metro excluditur. X vero sine controuersia duplicem obtinet potestatem, quasi c s, in vna significatione pronuntians. Z etiam quæ propter Græca vocabula videtur admissa, duplicis aliquoties habetur in loco. H modo consonans, modo adspirationis nuda duntaxat creditur nota. Et illæ quidem quatuor liquidę nuncupantur, quoniam, vt dictum est, nonnunquam propriam significationem amittunt. Itemque aliæ quatuor, s x z n, quod supra notauimus, hac inter se varietate discordant.

Quæ cum ita sint, aut vnius vocalis enuntiatione, vt, i; aut duarum, triumve, siue etiam quatuor literarum connexione syllaba procreatur; scilicet aut breuis, aut longa, aut inter vtramq; communis.

Breuis syllaba dicitur, quæ & correptã vocalem habet, nec in duas definit consonantes, vel vnam scilicet geminatam, vel i duabus vocalibus interpositam.

Longa vero syllaba nuncupatur, cui vnum ex his quatuor contigit, quibus indiget breuis, vt, dos, quæ natura producitur: item, ars, quam duarum consonantium positio efficit longam: pix vel pax, quas duplex consonans productas ostendit: aio, quam i litera geminata, & inter duas collocata vocales reddidit longam. Nam diphthongatæ sane semper longæ sunt omnes, quæ numero quatuor fuisse noscuntur, æ œ au eu.

Communes syllabæ fiunt modis octo. Sic cum correptã vocalem sequitur subiecta consonantibus liquida; est enim lõga ita: *vasto Cyclopis in antro.* breuis hoc modo: *vastosq; ab rupe Cyclopas.* Aut cum correpta vocalis in vnam definit consonantem sequente h, quę interdum adspirationis creditur nota. est enim longa ita: *Terga fatigamus hasta.* breuis hoc modo: *Quisquis honos tumuli.* Aut cum correptam vocalem duæ consonantes excipiant, quarum prior s fuerit. est enim longa ita: *Vnde spissa coma.* breuis item hoc modo: *Ponite spes sibi quisque.* Aut cum breuis syllaba orationis terminat partẽ, est enim longa ita: *Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.* breuis item hoc modo: *O caput ô ciues.* Aut cum diphthongo vocalis statim subsequitur, est enim longa ita: *Musæ Aonides.* breuis item hoc modo: *Insulæ Ionio in magno.* Aut cum longam alia vocalis subsequitur. est enim longa ita: *O ego infelix quem tu fugis.* breuis item hoc modo: *sub Ilio alto.* Aut cum pronomen in c literam terminatum vocalis statim sequitur. est enim longa ita: *Hoc erat alma parens.* breuis item hoc modo: *Solus hic inflexit sensus.* Aut cum correptam vocalem sequitur z. est enim longa ita: *Mezenti ducis exuuias.* breuis item hoc modo: *nemorosa Zacynthus.*

Hæc de positione syllabarum nos dixisse sufficiat. Nam quod pertinet ad naturam primæ syllabæ, longa ne sit an breuis, solis confirmamus exemplis. Medias

vero in Latino sermone accentu dinoscimus. Vltimas arte colligimus. Qualis vltima syllaba videatur, hoc modo quæritur;puta, *amicissimorum*, quibus ex syllabis constet. Dicimus itaq; primam breuem; legimus enim, *nimium dilexit amicum*. Secundam longam; quoniam cum dicimus *amicus*, penultima cum accentu probatur, quæ si breuis esset, nunquam possideret tertiā positione longā, quartā breuem. Cum enim dicimus, *amicissimus*, antepenultima in accētu inuenitur, quo non careret si longa esset. Quintam longam; quoniam cum dicimus *amicissimorum*, penultima cum accentu inuenitur. Vltima vero per singulas partes orationis rationes subiectæ monstrabunt.

De Nomine.

Omnia nomina sex casibus declinantur, de quibus singulis disputauimus singillatim.

De Nominatiuo singulari.

Nominatiuus singularis A litera terminatus, proculdubio breuis est, vt Musa. E finitus in Græcis tantum producitur, vt Euterpe. I conclusus longus est, vt frugi. O definens breuis est, vt Cato; licet auctoritas variet: in Græcis tantum producitur, vt Dido. V terminatus corripitur, vt cornu. Al finitus in his nominibus quæ genitiuo a literā corripiunt, indubitanter breuis, vt Hannibal, Hannibalis. In his vero quæ producuntur, naturaliter quidem lōgus, sed autoritate corripitur, vt ceruical. nam Iuuenalis breuē posuit sic: *Conducunt comites sellam, ceruical, amicas*. El litera terminatus corripitur, vt mel. Il finitus breuis est, vt vigil, excepto vno tantum, Tanaquil. Ol terminatus longus, vt sol. Vl finitus corripitur, vt consul. Vm terminatus breuis est, vt tectum; licet arduum sit huius rei exempla reperire, eo quod hæc litera sæpe inter vocales posita deficit. An finitus producitur, vt Titan. En finitus in neutris nominibus breuis est, vt carmen: in alterius generis quæ sicut neutra declinantur, & in Græcis, producitur, vt lien, Sirē, fidicen. On finitus longus est, vt Chiron, Memnon. Ar terminatus in monosyllabis tantum producitur, vt far, Nar. Licet in his quoque longus appareat, in quibus genitiuo ante vltimam syllabam producuntur, tamen auctoritate corripitur, vt subligar. Er finitus in Latinis corripitur, vt puer, excepto vno monosyllabo, ver: In Græcis vero lōgus est, vt aer. Ir terminatus corripitur, vt vir. Or finitus breuis, vt autor. Vr terminatus corripitur, vt femur, murmur ebur; excepto vno monosyllabo, fur. As finitus in latinis nominibus producitur, vt facultas: in Græcis tūc corripitur, cum genitiuus dos fuerit terminatus, vt Arcas. Es terminatus in Græcis nominibus longus est, vt Anchises. in Latinis si quintæ fuerint declinationis producitur, vt dies. si tertiæ, tum longus est, cum genitiuus singularis non crescit, vt labes, nubes, pubes; vel cum crescens e productam habuerit ante nouissimam syllabam, vt quies, quietis: nam si eam vel in i mittet, vt miles militis, vel correptam exhibeat, vt seges, segetis, breuis existit, exceptis his nominibus, res, pes, spes, & si quę ab ipsis figurētur, vt vulpes, bipes. Is finitus breuis est, vt docilis, facilis; exceptis monosyllabis tribus glis, dis, lis. Os terminatus, in Græcis tunc tantū corripitur, cū genitiuus exit in diphthongum, vt Delos, Andros: in Latinis tunc breuis, cum genitiuus ante vltimam syllabam non habuerit o naturaliter longum, vt os, vnde genitiuus ossis effertur. Vs finitus breuis est, vt locus, lectus; absque his nominibus, quæ in genitiuo crescentia u productum habuerint ante vltimam syllabam, vt virtus, mus, salus, tellus, & vno indeclinabili, pus. T terminatus corripitur, vt caput. C finitus duo nomina regit tantummodo: vt allec; sed alii allex dicunt, quod longum est: & lac, de cuius declinatione ambigitur.

De

De Genitiuo.

GEnitiuus singularis in Latinis nominibus tunc tãtum corripitur, cum is fuerit terminatus, vt patris. In Græcis, cũ os finitus fuerit, vt Arcados, corripitur.

De Datiuo.

DAtiuus in Latinis semper producitur, vt comiti. In Grǽcis autem corripitur, cũ i litera terminatur, vt Palladi.

De Accusatiuo.

ACcusatiuus singularis in Latinis breuis est, vt molem. In Græcis tunc tãtum corripitur, cum a vel on fuerit terminatus, vt Thesea, Delon.

De Vocatiuo.

VOcatiuus singularis a terminatus, in Latinis omnibus vel Græcis femininis corripitur, vt tabula, Musa. In masculinis longus est, vt Ænea E terminatus in Latinis breuis, vt docte: in Græcis producitur, vt Tydide; exceptis his quæ nominatiuo os terminãtur, vt Phœbe. I terminat⁹ in Latinis lõgus, vt Mercuri: in Græcis corripitur, vt Nai. O terminat⁹ in Latinis breuis, vt Cato, licet auctoritas variet. in Græcis longus, vt Dido. V terminatus corripitur, vt cornu. In consonãtes vero desinẽs, nominatiui sequitur regulas, exceptis Græcis nominibus, quę sępe mutantur varietate linguarũ, vt Diomedes.

De Ablatiuo singulari.

ABlatiuus singularis semper producitur; absq; e terminatus, in his scilicet nominibus, quæ a tertia declinatione descendunt.

De Nominatiuo & vocatiuo plurali.

NOminatiuus & vocatiuus pluralis in Latinis nominib cũ generis fuerint masculini, vel feminini producuntur, vt fontes, fluctus, Musæ, curæ: si vero neutri fuerint, breues existũt, vt mœnia In Gręcis vero, si in es vel in a deponũtur, corripiuntur, vt rhetores, poemata; alias longę sunt, vt Musæ.

De Genitiuo plurali.

GEnitiuus pluralis in Latinis breuis est, vt montium, cornuum, virtutũ, Græcorum. In Græcis vero producitur, si Grææ tamẽ fuerit declinationis, vt φίλων.

De datiuo & ablatiuo plurali.

DAtiuus & ablatiuus pluralis cum is fuerint terminati, longi sunt, vt sacris: cum bus breues sunt, vt cornibus, vocibus; & si Græca sit declinatione terminatus, datiuus corripitur, vt Arcadibus; alioquin longæ sunt, vt Musis.

De Accusatiuo plurali.

ACcusatiuus pluralis in latinis nominibus, cum generis fuerit masculini, vel feminini, producitur, vt superos, terras: cum neutri, breuis est, vt templa. In Græcis vero cũ as fuerit terminatus, & a genitiuo venerit singulari os finito, corripitur, vt Arcados; alias productione lætatur, vt Musas.

De Pronomine & eius casibus.

NOminatiuus singularis in omnibus pronominibus sine dubio incunctanter corripitur; exceptis duobus monosyllabis, tu, & qui. Genitiuus singularis i vel æ terminatus, longus est vt mei, meæ; aliter breuis est, vt illius. Datiuus singularis semper producitur, vt nostro; exceptis his, mihi, tibi, sibi, quãuis inueniũtur cõmunes. Accusatiu⁹ singularis semper corripitur, vt illũ; exceptis, me, & te. Vocatiuus singularis rationem sequitur nominatiui. Ablatiuus singularis semper producitur, vt ab illo. Nominatiuus, accusatiu⁹, & vocatiuus plurales tũc tantũ corripiuntur, cum a fuerint terminati, vt nostra. Genitiu⁹ pluralis corripitur, vt illorũ. Datiu⁹ & ablatiu⁹ pluralis si bus terminẽtur, breues sunt; si is, producuntur.

De Verbo.

IN omnibus modis, temporibus, numeris, personis, coniugationibus, hæc vniformis est ratio. Quæcunque persona a litera terminatur, longa est, vt ama. E quæ finit, breuis est, vt lege; absque imperatiuo modo secundæ coniugationis, vt doce. In I quæ efferuntur semper producta sunt, vt nutri, sanci, serui. O quæ finiunrur correpta sunt, vt audio, licet auctoritas variet; exceptis monosyllabis scilicet, vt, do, sto, flo, & horum similibus, quæ longæ sunt. V quæ concluditur longa est, vt auditu. M quæ finiuntur correpta sunt, vt legebam. R quoque terminata similiter breuia sunt, vt loquor, legar. S quæ finitur, si ante eam a vel e habuerit producitur, vt vocas, mones, excepto vno monosyllabo, quod ab eo quod est, *sum*, *es* nascitur, & quæ figuratur ex eo, quæ similiter breuia sunt. Si vero i ante eam habuerit, corripitur, vt legis; excepta secunda persona in tempore præsenti, numero singulari, in tertia coniugatione producta, vt nutris, audis, & a verbo volo, quod finitur, vis. Si vero u ante eam habuerit, breuis est, vt nutrimus. T quæ terminatur forma breuis est, vt legit. C quæ finitur, producitur, vt duc.

De Aduerbio.

ADuerbia monosyllaba, vt hic; vel quæ ex ipsis fiunt, vt illic, duobus exceptis, bis & ter, omnia producuntur. Quæ A litera finiuntur longa sunt, vt vna. Quæ in E definunt omnia producuntur, vt docte; exceptis his quæ aut nō comparantur, vt iure, rite: aut comparata generalem regulam non sequuntur, vt bene, male. Sed apud Virgilium præcipue legimus producta e positum, ait enim: *Præcipue pius Aeneas.* Ab se originem ducunt, vt forte, impune. Quæ I litera finiuntur longa sunt, vt heri, ibi, & vbi, & quæ ex his figurantur, vt sicubi. Itemque in O terminata a se orta breuia sunt, vt modo. Ab aliis originem ducentia producuntur, vt falso; licet auctoritas varier in vtroque. Quæ in V finiuntur longa sunt, vt noctu. Quæ in L finiuntur correpta habentur, vt semel. Quæ in m & r & n finiuntur breuia sunt, vt strictim, forsan, fortiter. Quæ S terminantur, tunc tantum producta sunt, cum ante eam a habuerint, vt alias. Quæ C finiuntur producta sunt, vt illac.

De Participio.

OMnium participiorum nominatiuus singularis breuis est, vt lecturus; excepto participio præsentis temporis, vt amans. Genitiuus, necnon Datiuus productione gaudent, vt lecturi, lecturo; excepto participio præsentis tēporis, quod in genitiuo tantum corripitur, vt amantis. Accusatiuus & Vocatiuus singularis breues esse constat, vr lecturum, lecture; præter participium præsentis temporis in vocatiuo tantum, vt docens. Ablatiuus singularis tātum tunc corripitur, cum e fuerit terminatus, vt ab hoc amāte. Nominatiuus & Vocatiuus atq; Accusatiuus pluralis, sicuti masculini & feminini generis participiis producuntur, vt lecturos, lecturas: ita in neutris corripiūtur, vt lectura. Genitiuus pluralis breuis est, vt lecturorum. Datiuus & ablatiuus pluralis si in is fuerint terminati, longi sunt, vt lecturis: si enim bus, breues sunt, vt legentibus.

De Coniunctione.

COpulatiuæ & disiunctiuæ vel etiam expletiuæ coniunctiones, vt, *quidē*, breues sunt. Causales vero vel Rationales coniunctiones quæ a terminantur, exceptis *ita* & *quia*, longæ sunt, *propterea*: quæ i terminantur, excepta vna, *nisi*, producuntur, vt, *si*. Quæ in n definūt, si i ante eam habuerint, *Sin assumpta salus*, Virgilius producit, vt, *sin*, *quin*; alias breues

ues sunt. Cæteras vero omnes naturaliter correptas esse manifestum est.

De Præpositione.

DE accusatiuis præpositionibus, solæ quæ in a exeunt productione lætantur, vt, contra; & ex monosyllabis vna, cis. Ablatiuæ verò corripiuntur omnes, vt ab; exceptis his monosyllabis quæ vel vocalibus terminantur, vt, de: vel vocalibus constant, vt e. Communes præpositiones correptas esse te manifestum est, vt, in, sub. De loquelaribus præpositionibus ideo taceo, quia nec solę vnquam ponuntur, nec coniunctæ finem retinent, de quo tantum loquimur.

De Interiectione.

OMnes interiectiones, si monosyllabæ fuerint, longæ sunt, vt heus. Si vero duarum, vel amplius syllabarum, quoniam speciem iam retinet partis orationis, ad exemplum eorum quibus similes erunt, iudicandæ sunt, vt, pape. Hæ itaque vt diximus, per omnes partes orationis in vltimis syllabis obseruandæ sunt, exceptis scilicet positione longis aut diphthongis.

LECTORI S.

Libellus hic Seruii candide Lector, quia in MS. & olim cusis longe aliter exstat, operaprecium me facturum putaui, si totum hic denno repræsentarem, etiam illis relictis quæ in superiori commentario habentur, ne quis me mala fide hic versatum possit calumniari.

SERVIVS HONORATVS AQVILINO S.

VLtimarum syllabarum naturas, sicut proposueras, breuiter lucideque digessi, in qua re mea audacia tuo defenditur imperio. Nam hoc opus arduum, dum velut facile ac per se patens multi reliquerunt, difficilius reddiderunt.

QVanquam rationem literæ & syllabæ in Donati artibus habemus, tamen breuiandi causa aliqua ex his decerpsimus, quæ ad scientiam metrorũ proficere credimus.

DE PRIMIS SYLLABIS.

IGitur primas syllabas omnium partiũ orationis duobus modis considerauimus, natura & positione. Natura tripartita est. Nam aut diphthongo syllaba lõga esse cognoscitur, vt, ae, oe, au, eu, ei. Aut exemplo. Quæritur enim vtrum syllaba longa sit an breuis, vt, *Musa mihi causas memora quo numine læso.* Aut ex cõpositione figuræ, vt si nescias qualis sit, *pius*, ex cõpositione quod est *impius*, qualis sit *pi* cognoscitur; licet in aliquãtis hoc fallat. nam cum dicimus *nubere*, *nu* longa est, item cum dicimus *innuba* vel *pronuba*, breuis est nu in compositione. Sed hoc euenire raro contingit.

DE POSITIONE.

POsitio est, cum aut correptam vocalẽ duę consonantes sequuntur, vt arma, arcus; aut vna quæuis duplex, vt, axis, vel, Mezẽtius; vel maior, aut altera consonãs & altera vocalis loco cõsonãtis posita; vt, *at Iuno, at Venus.* Verũ si quęlibet pars orationis cũ prępositionib[9] cõponatur, ex

his primas syllabas cognoscimus. Nam talis manebit fere omnis composita syllaba, qualis & ipsa prępositio fuerit, vt ineptus. Item ex his prępositionibus, ad, & ob, & in, & sub, diuersæ in verbis ponuntur. Nam corripiuntur cũ crescendo dissyllabum reddunt, vt adit, obit, init, subit. Indifferenter autem cũ trisyllabum faciunt, vt adicit, obicit, inicit, subicit. Producuntur tãtummodo cũ tetrasyllabum ex se reddũt, vt adicio, obicio, inicio, subicio. Item quæ per, que, & per, pre, in primis syllabis scribũtur, producuntur, excepto, pretiũ, premo, precor, & queror, hoc est, querelã depono; & ea quę ex his per deriuationem aut declinationẽ fieri possunt, &, que, coniunctio. Itẽ contra breuiãtur ex hisdem prępositionib. in cõpositione, vt dehinc, deinde, profectus, professus, profusus, profanus, profatus, proauus, pronepos, & cætera Sunt item aliquanta verba quæ primas syllabas temporũ ratione permutant, quæ subter sunt collecta, in omni præterito perfecto vel plusquãperfecto, vel in vno futuro modi tantum coniunctiui producuntur, in cæteris aũt modis & temporibus breuiantur, vt sunt hæc, lego legi legeram legero: faueo faui fauerã fauero; venio veni venerã venero: fugio fugi fugerã fugero: facio feci fecerã fecero: sedeo sedi sederã sedero: fodio fodi foderam fodero: video vidi videram videro: voueo voui vouerã vouero: foueo foui fouerã fouero: iuuo iuui iuuerã iuuero: ago egi egerã egero: emo emi emeram emero: labo labi laberã labero: aueo aui auerã auero: odio odi oderã odero: eo ii vel iui, iuerã iuero: sæuio sæui sæuieram sæuiero: queo quiui quiuerã quiuero: caueo caui caueram cauero. Item cõtra inueniuntur verba, quæ in tempore præsenti producta sunt, & in præterito breuiantur, vt sunt hęc, pono posui, cogo coegi, do dedi, sto steti. Item omnia verba, quæ in præteritis antecrescunt in primis syllabis, breuiantur, vt tondeo totõdi, posco poposci, curro cucurri, tendo tetendi, pendo pependi.

DE MEDIIS SYLLABIS.

Medias syllabas trib. modis cognoscim⁹, positione, & diphthongis & accentu. Sed de positione & diphthõgis supra tractauimus. Accentus autẽ quasi adcantus dictus est, quod ad cantilenam vocis nos facit agnoscere syllabas. Qui vocis accentus, hi sunt duo, ad metricam rationẽ ad ea quæ tractamus necessarii, correptus & productus. Correptus est, quoties sine vlla mora vocis medias syllabas pronuntiamus, vt mœnia, macula, tabula. Productus est, quoties medias syllabas cũ aliqua mora vocis exprimimus, vt fortuna, natura. Sciendũ est tamẽ quia illa quę in verbis i correptã proferunt, cũ in medio venerint & ipsam i in e mutauerint, vt lego legis lege legere, vbiq; breuiantur, excepto cum a tribus excipiũtur consonantibus b m & t. vt legebam legemur, legetur. Cætera aũt melius accẽtib. colligũtur, q. accẽtus in trisyllabis & tetrasyllabis & in polysyllabis & deinceps ita cõsiderandus est; vt si quæratur *amicissimorũ* quibus syllabis constet, & dicimus primã breuem, exemplo, vt, *nimiũ dilexit amicũ*; secũdam cum longo accentu pronũtiabimus, inuenimus tertiam positione longam, quartã breuem accentu; quia cum dicimus *amicissimus*, penultimam cum breui accentu inuenimus, quintam longam accentu. Vltima vero qualis sit per singulas partes orationis monstrabũt rationes subiectæ.

DE FINALIBVS SYLLABIS.

Nominatiuus singularis has habet breues: a, vt Musa, e, vt sedile, o, vt virgo, u, vt cornu, el, vt, mel, il, vt vigil, vl, vt consul, m, vt tectum, n, vt carmen, us, vt iustus, ir, vt vir, or, vt doctor, t, vt caput. Ex his producũtur in gręcis: e, vt Euterpe, o, vt Dido, en, vt lien & Sirẽ, il, vt Tanaquil. Hæ sunt itẽ q̃ pducuntur: i, vt frugi, ol, vt sol, an, vt Titan on, vt, Mẽnon, in, vt delphin, as, vt facultas c. vt lac, allec. sed as finitus nominatiuus breuiatur in græcis, cum genitiuus dos habuerit, vt Arcas Arca-

cados, Pallas Pallados. er autem in græcis producitur, vt aer, æther. Item hæc sunt quæ in monosyllabis producũtur; in dissyllabis autem vel trisyllabis & tetrasyllabis & in cæteris polysyllabis corripiuntur: ar monosyllaba, vt far, dissyllaba, vt Cæsar: er monosyllaba, vt ver, dissyllaba, vt pater: vr monosyllaba, vt fur, dissyllaba, vt murmur: is monosyllaba, vt glis, dissyllaba, vt fortis: al monosyllaba, vt sal, trisyllaba, vt Hannibal, vel animal. & Canibal. Item hęc sunt quę varietatẽ nominatiui faciũt & quæ a genitiuo suo regulã sibi sumunt: es, os, vs. Nã es syllaba nominatiuus quando finitur modo producitur. Cum autẽ nominatiuus quintę fuerit declinationis, vt dies diei, & alio modo es producitur, cum totidem syllabas genitiu⁹ habuerit quas & nominatiu⁹, vt proles, plis. Tertio vero modo ꝓducitur, cũ genitiuus syllaba crescens e productã in medio habuerit, vt merces mercedis. Quarto modo producitur cũ monosyllaba fuerint nomina vel de monosyllabis ducta, vt pes, bipes, sonipes. Quinto modo producitur cũ i ante es in fine habuerit, vt seges segetis; aut cũ e in i mutauerit vt miles militis. Os igitur monosyllabũ, si *ora* significat, producitur vt os oris; si *ossa* significat breuiatur, vt os ossis. quæ tamẽ os syllaba cũ; in dissyllabis aut trisyllabis venerit, & o media syllaba genitiui producta natura permãserit, tũc longa erit, vt nepos nepotis; si vero correpta fuerit o aut diphthongon in genitiuo græco habuerit, breuiatur, os vt cõpos cõpotis, Delos Delou. Vs vero cum in genitiuo crescẽte lõga permanserit producitur, vt virtus virtutis, tellus telluris; excepto vno quod in genitiuo dis terminatur, vt palus paludis, vt est, *hæc sterilisq; diu palus aptaq; remis.* si vero in genitiuo crescẽte correpta aut mutata permãserit, aut nõ creuerit, breuiatur, vt pect⁹ pectoris vulg⁹ vulgi. Genitiuus, Datiuus & Ablatiu⁹ singularis producũtur; sed Genitiuus cũ aut os in fine secundũ græcos habuerit, aut tertię fuerit declinationis, cũ Ablatiuo suo, e tantũ litera terminato, breuiatur; excepto vno, quod ꝓducitur, vt, ab hac fame, quia veteres huius famei, nõ, hui⁹ famis, huic famei, nõ, huic fami declinabãt. sed datiuus in græcis i terminatus breuiatur vt Pallas Palladis, Palladi. Accusatiu⁹ singularis in latinis breuis est semper, in gręcis itẽ tantũ breuis est; cũ a vel on fuerit terminatus vt Thesea, Delon, alias lõgus est. vocatiuus quoq; in latinis breuis est, excepto cum i terminatur, vt Mercuri: in gręcis corripitur, vt, Alexi. Qui etiã dũ similis fuerit nominatiuo, regulã nominatiui sequitur, vt hæc paupertas huius paupertatis, o paupertas. In masculinis tantũ græcis lõgus est, vt Ænea. Sed etiã e finitus in græcis tũc tantũ breuis est, cũ eius nominatiuus os fuerit terminatus, vt Phœbos Phœbe. Nominatiuus & Vocatiuus & Accusatiuus pluralis in masculino & feminino genere producuntur; corripiũtur vero in neutro. Contra hæc sunt quædã nomina græca, quę dũ ante s literã vltimã, a aut e habuerint & a genitiuo singulari dos terminato venerint, tũc rãtũ in masculino genere & feminino breuiantur, vt huius Arcados has Arcadas o Arcades; alias lõgi sunt. Genitiuus pluralis semper breuis est in latinis. In græcis vero producitur vt Philemon. Datiuus & Ablatiuus pluralis, si is terminantur lõgi sunt, vt doctis; si bus, breuianrur, vt agilibus. aut si græca sit declinatio, *in* terminatus datiu⁹ corripitur vt, Arcasin. In hac .n. regula nomina pronomina, participia cõtinentur. sed pronominis declinatio in eo tãtũ differt, quod in monosyllabis quę vocalibus terminãtur vt, *me*; aut vocalib⁹ cõstãt vt *o*, in quolibet casu producitur; sed genitiuus cũ us finitur breuiatur, vt, illius, datiuus vero sicut in nomine semper lõgus est; excepto mihi, tibi, sibi, quæ indifferenter poni possunt. Sic reliqui quoque casus regulã sumunt ex nomine.

De Verbo.

IN omnibus verbis, modis, temporibus, numeris, personis coniugationes breuiantur: m, vt docebam, r,

vt legebat,t,vt faceret,us,vt nutriemus. E vero litera verba terminata breuiantur, vt lege. Sed imperatiui modi secunda tantum persona a secunda quoque coniugatione tantum producitur, vt doce. Es autem breuiatur, vt sum, es, & cętera quę ex his componi possunt, vt adsum, ades, prosum prodes, possũ potes: in aliis producitur vt doces. Is item in secunda persona indicatiui modi tantum producitur, cum a tertia coniugatione producta venerit, vt nutrio nutris, volo vis; alia breuiatur. Producitur autem a, vt ama, i, vt nutri, v, vt lectu, as, vt vocas, es, vt legeres, c, vt fac.

De Aduerbio.

IN omnibus aduerbiis breuiantur, el, vt semel, er, vt pariter, am, vt tam. n. vero, excepto non, & n vbiq; breuiatur, vt forsan, forsitan. E vero dum finiũtur aduerbia, illa producuntur quæ ex nomine veniunt & comparationis gradus omnino seruãt, vt docte, doctius, doctissime. quæ autem a se nascuntur, vt sępe; aut non cõparantur, vt rite; aut in comparatione deficiunt, vt bene, male, breuiantur. I finita aduerbia præter, quasi, & ibi & vbi, producũtur, vt heri O, sicut in omnib partibus orationis, indifferenter ponitur, vt falso. S si ante a fuerit producitur, vt alias, cras; aliter breuiantur, vt magis. Producuntur autem a, vt vna, v, vt noctu, c, vt illuc. Aduerbia autem monosyllaba producenda sunt, vt huc; vel quæ ex his fiunt, vt illuc; exceptis, bis, & ter.

De Coniunctione.

OMnes vero coniunctiones corripiuntur, sed quæ a & i terminãtur, producuntur, excepto ita & quia & nisi. Item quæ in n desinunt si ante eam i habuerint, producuntur, vt sin.

De Præpositione.

ACcusatiuæ vero prępositiones, absq; his quę in a exeunt, vt citra cõtra, vltra, & vna monosyllaba, cis, breuiantur. Ablatiuæ vero illæ longæ sunt, monosyllabæ quæ aut vocalibus constãt, vt a; aut vocalibus terminantur, vt de. Sed vtriusque casus præpositiones omnes breues esse non dubium est. Re autem vbiq; breuiatur, vt remitto; excepto cũ, refert, distat significat, vt est illic, *Præterea iam nec mutari pabula refert*; & vno verbo, *reicio*, vt, *Reice ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum.*

De Interiectione.

OMnes interiectiones si monosyllabæ fuerint producuntur, vt heu. Cęterę vero exẽplo similium partiũ orationis obseruandæ, sunt, vt pape. Hæ in omnibus partibus orationis obseruandæ sunt; exceptis his, quæ aut diphthongo aut positione longæ sunt.

MARII SERVII HONORATI ARS DE CENTVM Metris.

ALBINO CLARISSIMO SERVIVS GRAMMATICVS S.

TIbi hunc libellum, prætextatorum decus Albine, deuoui. Nã licet patris auiq; quibus maximam reuerentiam literæ debẽt, quotidie vrgearis exemplo, ibiq; pubescas, quo velut ad Musarum sacra venitur; non tamen cœlo suo tantum numina fruuntur, sed sæpe humiles vicos ac vilia pauperũ tecta subie-

subierunt. Quare laboris mei velim faueas voto, indulgeas audacia. Quod si secus cesserit, in cupiditatem deuotionis interpretabor euentum placendi. Vale.

LIcet audacter, non tamen inelegan- ter, hūc libellum, qui voluerit, CENTIMETRVM nominabit. Tot enim metrorū genera digessi, quanta potui breuitate rationem omittens, quo metrū nosatur ex genere, qua scansionum diuersitate cædatur; quæ res plus confusionis quam vtilitatis habet: Sed lecturo hæc fere generaliter scienda sunt. Finalem syllabam in omnibus metris indifferēter accipi. Solutionem esse, cum pro longa duæ breues ponuntur. Loca imparia dici, primum, tertium, quintum, ac deinde. Paria vero, secundum, quartum, sextum, ac deinde. Penthemimerim esse, cū post duos pedes sequitur syllaba quæ partem terminat orationis. Hephthemimerim vero, cum tres pedes sequitur syllaba. Tertius trochaicus, quum post duos pedes perfectos finita parte orationis trochæus remanet. Quartus trochaicus, quum definitione eadem quartum tenet locum trochæus. Catalecticum versum dici cui vna syllaba deest: Brachycatalecticum, cui duæ; Hypercatalecticū, vbi supra legitimos pedes syllaba crescit: Acatalecticum, vbi nihil plus minusue in versu, qui legitimo fine clauditur. Monometrum, Dimetrū, Trimetrum versum in Iambicis, Trochaicis, Anapæsticis metris per pedes duplices computari: in cęteris per pedes simplices. Metra vel a pedibus nomina accipere, vel a rebus quæ describuntur, vel ab inuentoribus, vel a frequentatoribus, vel a numeris syllabarum, eaq; octo esse principalia, Iambicū, Trochaicum, Dactylicū, Anapæsticum, Choriambicum, Antispasticum, Ionicum a maiore, Ionicum a minore, de quib carptim tractabimus eligentes ea, quæ ad palmam lyræ producit voluptas.

DE METRIS IAMBICIS.

METRA Iambica locis imparibus quinque recipere pedes possunt, iambum, tribrachum, spondeum, dactylum, anapæstum; locis paribus tantum iambum vel tribrachum, & apud Comicos frequēter anapæstum, ita tamen vt multarum breuium iunctura vitetur; sed ex plurimis metris XIII. vsui tradenda subieci.

Aristophanium metrum constat monometro hypercatalecto, vt est hoc,

Valles per imas.

Euripideum metrum cōstat dimetro catalecto, vt est hoc,

Dissolue Bacche crines.

Anacreontium constat dimetro brachycatalecto, vt est hoc,

Aiax furit dolens.

Archilochium constat dimetro acatalecto, vt est hoc,

Serena lux micat polo.

Alcaicum constat dimetro hypercatalecto, vt est hoc,

Amant venena parricidæ.

Alcmanium constat trimetro brachycatalecto, vt est hoc,

Spernis decora virginis thoros.

Hipponactium constat trimetro catalecto, vt est hoc,

Doctis Thalia vatibus fauebat.

Archilochium constat trimetro acatalecto, vt est hoc,

Martem fatigat prodigus vitæ furor.

Hipponactium constat trimetro acatalecto, vt est hoc,

Pauper poeta nescit antra Musarum.

Anacreontium constat trimetro hypercatalecto, vt est hoc,

Amor puellæ pectus improbe fatigat.

Aristophanium constat tetrametro brachycatalecto. vt est hoc,

Marcent lucernæ, sol propinquat, non tamen vacas.

Aristophanium constat tetrametro catalecto, vt est hoc.

Portum petamus, aura lassat vela, solve malo.

Anacreontium constat tetrametro acatalecto, vt est hoc, *(melicri.*

Hic finis est, iambe salue vindice dctor

DE METRIS TROCHAICIS.

Metra trochaica principaliter cōstāt trochæo; locis tamen imparib. hos recipiunt pedes, trochæum, tribrachum, & nonnunquam dactylum: in locis vero parib. cum his, quos supra memorauim', spondeum & anapæstū. Sed ex pluribus tredecim vsui tradenda subieci.

Pancratium constat monometro hypercatalecto, vt est hoc,

Auctor optimus.

Ithyphallicum constat dimetro brachycatalecto, vt est hoc,

Bacche iunge tigres.

Euripideum constat dimetro catalecto, vt est hoc,

Vultur altius volat.

Alcmanium constat dimetro acatalecto, vt est hoc,

Fistula canit subulcus.

Bacchilidium constat dimetro hypercatalecto, vt est hoc,

Floribus corona texitur.

Sapphicum constat trimetro brachycatalecto, vt est hoc,

Rex pater qui Iuppiter & Deorum.

Archilochium constat trimetro catalecto, vt est hoc,

Nox amoris & quietis conscia.

Sotadicum constat trimetro acatalecto, vt est hoc,

Arua sicca Nilus intrat, ite lati.

Sapphicum constat trimetro hypercatalecto, vt est hoc,

Splendet aurum, gemma fulget, forma sed placet.

Sotadicum constat tetrametro brachycatalecto, vt est hoc,

Thracicum nefas enarrat cantitans hirundo.

Archilochium constat tetrametro catalecto, vt est hoc,

Tolle thyrsos, ara pulsa, iam Lyæus aduenit.

Hipponactium constat tetrametro catalecto, vt est hoc,

Pelle tonsis terga freti, vela tende pergamus.

Anacreontium cōstat tetrametro, acatalecto, vt est hoc,

Parce iam Camœna vati, parce iam sacro furori.

DE METRIS DACTYLICIS.

Metra Dactylica principaliter constant dactylo: recipiunt tamē spōdeum, & interdum vltimo loco trochæum, sed ex pluribus XVIII. vsui tradenda subieci.

Adonium constat dimetro catalecto, vt est hoc,

Fundite fletus.

Hitmenachium constat dimetro acatalecto, vt est hoc,

Tibia personet.

Archilochium constat dimetro hypercatalecto, vt est hoc,

Garrula venit auis.

Alcmanicum cōstat trimetro catalecto, vt est hoc,

Tundite pectora palmis.

Simonidium cōstat trimetro acatalectico, vt est hoc,

Indue pallia serica.

Alcmanium constat trimetro hypercatalecto, vt est hoc,

Lurida brachia cur retegis.

Archilochium cōstat tetrametro acatalecto, vt est hoc,

Solstitio sola terræ.

Alcmanium constat tetrametro acatalecto, vt est hoc,

Virgo decens comulas religa tibi.

Alcmanium constat tetrametro hypercatalecto, vt est hoc,

Vita quieta nimis caret ingenio.

Stesichorium constat pentametro acatalecto, vt est hoc,

Marsya cede domi tua carmina Phœbi.

Simonidium cōstat pentametro acatalecto, vt est hoc,

Parthenopæus erat puer Arcadiæ decus.

Chærilium cōstat pentametro hypercatalecto, vt est hoc,

Pub-

Pulchra puella comas ambit sibi palmitib.
Heroicum constat hexametro catalecto, vt est hoc,
Vulnera, bella, tubæ, numero conduntur Homeri.
Bucolicum cõstat hexametro catalecto, vt tamē quartus dactylus partem terminet orationis, vt est hoc,
Rustica siluestrem resonat bene fistula cantum.
Ibycium constat hexametro acatalecto, vt est hoc,
Sydera pallida diffugiunt face territa luminum.
Alcmanium constat hexametro hypercatalecto, vt est hoc,
Alma Venus Paphon ingreditur rosa luceat ex adytis.
Stesichorium constat heptametro catalecto, vt est hoc,
Aeacides iuuenis trahit Hectora, plangite Pergama Troes.
Ibycium constat heptametro hypercatalecto, vt est hoc,
Versiculos tibi dactylicos cecini, puer optime, quos facias.

DE METRIS ANAPAESTICIS.

METra Anapæstica principaliter constāt anapæsto. Recipiunt tamē frequenter spondeum, raro proceleusmaticum; apud comicos aūt habent dactylū, sæpiusq; vltima cum superest syllaba in duas soluitur breues. Sed ex pluribus hęc XII vsui tradenda subieci.
Trinicium constat monometro acatalecto, vt est hoc,
Calidum iubar est.
Choricum constat monometro hypercatalecto, vt est hoc,
Animus male fortis.
Aristophanium cõstat dimetro brachycatalecto, vt est hoc,
Venit optima Calliope.
Parœmiacum cõstat dimetro catalecto, vt est hoc,
Fuge mania tela omnia Deo.
Alcmanium constat dimetro hypercatalecto, vt est hoc,
Tremulum mare mellifluа nitet aura.
Archebulium cõstat dimetro acatalecto, & palimbacchio, vt est hoc,
Dea somnifero bona curficulo relucet.
Pindaricum constat trimetro brachycatalecto, vt est hoc,
Medium rapido mare Tibris adit fluuio.
Alcmanium constat trimetro catalecto, vt est hoc,
Date Pierides mihi carmen dactylicorū.
Stesichoriū constat trimetro acatalecto, vt est hoc,
Lates in thalamo tibi virgo decens Veneris specie.
Simonidium constat trimetro hypercatalecto, vt est hoc,
Tuba terribili procul ære sonat, clipeum quatit miles.
Alcmanium constat tetrametro brachycatalecto, vt est hoc,
Sua munera fert Venus alma rosas iuueni cineri adolete.
Aristophanium constat tetrametro acatalecto, vt est hoc.
Date vina bona mihi, date serta, iuuat dare tempora tot alto Ioui.

DE METRO CHORIAMBICO.

CHoriambica metra principaliter cōstant choriambo; Vetū quia durius suo pede claudantur, accipiūt in fine amphibrachum, & bacchium Sed ex multis hæc quatuor vsui tradenda subieci.
Aristophanium constat monometro & amphibracho, vt est hoc,
Purpureus Tyrannus.
Anacreontium constat dimetro & amphibracho vt est hoc,
Virgilius Mantua quem creauit.
Sapphicum constat trimetro & amphibracho, vt est hoc.
Dulcisona Pierides versifico fauete.

Callimachiũ constat tetrametro & amphibracho, vt est hoc,

Armipotens Mars genitor Romulidum vt venias precamur.

DE METRO ANTISpastico.

Metra Antispastica principaliter constant antispasto; verum sæpe prima parte, qua iambum tenent, spondeum libenter accipiũt. Sed ex plurimis quatuor vsui tradenda subieci.

Phannium constat trimetro brachycatalecto, vt est hoc,

Fauni semideum numen adest.

Anacreontium constat trimetro catalecto, vt est hoc,

Curas mitificant dona Lyæi.

Alcaicum constat tetrametro brachycatalecto, vt est hoc,

Infandum tetigit sydera carmen magicorum.

DE IONICIS A MINORI.

Metra Ionica a minore principaliter gaudent Ionico suo, ac raro alterius pedis patiuntur accessus, sed ex pluribus quinque vsui tradenda subieci.

Timocratium constat dimetro catalecto, vt est hoc,

Rosa Veneris specimen.

Anacreontium constat dimetro acatalecto, vt est hoc,

Fuge Virgo, fuge munus Veneris.

Sapphicum constat trimetro catalecto, vt est hoc,

Sonat alta trabe fixus tibi nidus.

Phrynichium constat tetrametro catalecto, vt est hoc,

Tibi fenus fero donum, sola quod dant Veneri.

Alcmanium constat tetrametro acatalectico, vt est hoc,

Timor omnes docet artes, timor auget bona mentis.

DE IONICIS A MAIORI.

Metra Ionica a maiori principaliter constat Ionico suo: verum tamen diiambum, & ditrochæum non recusant, solutionem patienter admittunt. Sed ex plurimis tria vsui tradenda subieci.

Hipponactium constat dimetro brachycatalecto, vt est hoc,

Palmam cape Victor.

Praxilleum constat trimetro brachycatalecto, vt est hoc,

Fortis iuuenis sume coronam.

Sotadicum constat tetrametro, vt est hoc,

Salpinx cane, tempus fugit, intendito laborem.

DE DIVERSIS METROrum generibus.

Reliqua deinceps metra non ea lege, qua superiora, referimus. Illa enim velut confusa digessi, hęc velut dispersa collegi. Sed ex plurimis XXV vsui tradẽda subieci.

Faliscum constat tribus dactylis & pyrrhichio, vt est hoc,

Docta Falisca Pheronyme paras.

Pherecratium constat spondeo, dactylo, & trochæo, vt est hoc,

Reges purpura monstrat.

Glyconium constat spondeo, choriãbo, & pyrrhichio, vt est hoc,

Odi Parthenium nemus.

Asclepiadeium constat spondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio, vt est hoc,

Vita pars melior quam cito labitur.

Alcaicum cõstat spondeo, tribus choriambis, & pyrrhichio, vt est hoc,

Pro fas Aeacides procubuit sub Paridis manum.

Elegiacum cõstat penthemimeri, prima heroica, secunda dactylica, vt est hoc,

Mœret diffusis flens Elegia comis.

Eulogiacum constat primo pede dissyllabo quolibet, & quatuor dactylis, vt est hoc,

Sappho composuit male casta poemata.

Meiurum constat ita vt heroicum, sed pyrrhichio clauditur, vt est hoc,

Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ.

Pria-

Priapeium constat de Glyconico & Phe-recratio, vt est hoc,

Hellespontiacos tuum numen protegit hortos.

Phaleucium constat spondeo, dactylo & tribus trochæis, vt est hoc,

Isthmos diuitibus superbit vndis.

Sapphicum constat trochæo, dactylo, & duobus trochæis, vt est hoc,

Faune Nympharum metus & voluptas.

Saturnium constat dimetro iambico catalecto, & Ithyphallico, vt est hoc,

Isis pererrat orbem crinibus profusis.

Archilochium constat Partheniaco & Ithyphallico, vt est hoc,

Remeauit ab arce tyrannus vultibus cruentis.

Ænitologium constat dactylica & iambica penthemimeri, vt est hoc,

Carmina bella magis vellem sonare.

Iambelegum cõstat penthemimeri iambica & dactylica, vt est hoc,

Fontes ligabant gramina latificos.

Alcaicũ spondeum cõstat penthemimeri spondaica, & duobus dactylis, vt est hoc,

Carmen relaxat tædia pectoris.

Alcaicum cõstat duobus dactylis & duobus trochæis, vt est hoc,

Luna rubens Zephyros minatur.

Archilochium constat tetrametro bucolico, acatalectico Ithyphallico, & tribus trochæis, vt est hoc,

Linea piscator tibi concidit in profunda Ponti.

Galliambicum constat iambico catalecto & anapæsto vel spondeo, cum duobus trochæis aut iambis vt est hoc,

Tenera recrispat aura tremulos sinus freti.

Archilochium constat penthemimeri dactylica & dimetro iambico, vt est hoc,

Sydera cuncta micãt decore lucis aureo.

Archilochium constat dimetro iambico & penthemimeri dactylica, vt est hoc,

Indi Lyæo dediti tympana iam quatiunt.

Etcoicum quoties sonus vltimæ syllabæ penultimæ congruit, vt est hoc,

Excercet mentes fraternas gratia rara.

Reciprocus heroicus in sotadico, quoties a fine scansus sotadicum facit, vt est hoc,

Ire cupis firus mala vites somnia quæso.

Item. *Quæso somnia vites mala firus cupis ire.*

Reciprocus iambicus in Elegiaco est, quotiens a fine scansus elegiacum facit, vt est hoc,

Micant nitore tecta sublimi aurea.

Item, *Aurea sublimi tecta nitore micãt.*

Rhopalicus versus est, cum verba vt sequuntur per syllabas crescunt, vt est hoc,

Rem tibi concessi doctissime dulcis honorem.

Habes lector manualem in compendio discendi libellum, quem magis probabis, si tibi vsus scribendi voluntas exoluat.

SERGII GRAMMATICI

IN PRIMAM DONATI EDITIONEM Commentarium.

DE LITERA.



LITERA dicta est, quasi legitera, eo quòd quasi legentib. iter ad legendũ ostendit, vel qđ scripta deleri possit. Ideo dixit, *literam partem minimã esse vocis articulatæ*, quod cum omnis oratio soluatur in verba, verba denuo soluantur in syllabas, rursum syllabę soluantur in literas; litera sola non habet a quo soluatur, ideo

a Philosophis ἄτομος dicitur. Omnes igitur literæ sunt viginti & tres, quarum prima diuisio est in Vocales, & Consonanres. Ex cōsonantibus autē subdiuisio ista procedit id est, Semiuocales & Mutæ. Vocales vero quinque hæ sunt, a e i o u. Dictæ autem vocales, quod per se prolatæ sonant, & solæ syllabam positæ faciunt vt, amor, ego, igitur, omen, vnus. Sane hæ duæ, i & u, tunc vocales esse desinunt, quando vel sibi, vel cæteris vocalibus præponuntur, ita vt supra se nullam aliam literam habeant in eadem syllaba, vbi ipsæ præponuntur. i vt Ianus, iecur, iocus, Iuno. Irem u vt vanus, Venus, vita, volat, vultus Hæ etiam duæ i & u, interdum vt diximus in consonantium potestatem transeunt; interdum expressum suum sonum non habent: i vt vir, u vt optumus; non enim possumus dicere, vir, producta i, nec optumus, producta u; vnde etiam Mediæ dicuntur, & hoc in commune patiuntur. Ideo bene dixit Donatus, *has literas in quibusdā dictionibus expressum suum sonum non habere*, nā inuenimus vbi sonum explicant suū, vt virus & rumor. V vero hoc accidit proprium, vt interdum nec consonans nec vocalis habeatur, hoc est, vt non sit litera, cum inter q literam & aliam vocalem ponitur, nam consonans non potest esse, quia ante se alteram consonantē habeat, id est q: vocalis esse non potest, quia sequitur illam vocalis, vt quare, quia, quomodo. Præterea & hoc proprium v habet, vt digammō sonet, id est. pingue quiddam cum sibi ipsa præponitur, vt seruus, vulgus. Est autem Digammos dicta Græcorum, eo quod character eius ex duabus gammis fit. Aeolenses enim Græci, quibusdā dictionib. vt pinguescant, istam digammā apponunt, vt pro Elena, dicant Velena. Sed Donatus hic arguitur, quod apud Græcos digammos hanc legem habeat, vt u detracta, nihil absit nomini, vt si de Velena tollamus digammon, remanet tamen integrum nomen, vt Elena. His vero nominib. si detrahatur u, integrum deperit nomen, vt si tollamus de vulgus, u vnū, remanet vlgus, quod non dicitur. *I vero literam*, ideo dixit, *plurimos negare in vna syllaba posse geminari*, quod inueniatur istius literæ geminatio in vno verbo eo, is, facit enim præteritum perfectū, ii. Latini omnes vocales dichronas habent, quemadmodum Græci tres, α ι υ. nam & producuntur & corripiūtur omnes, sicut, ater, amor, erigit, erit, itur, item, omen, opus, vnus, vtique. *His etiam adspirari solis quosdam ideo existimare* dixit, quod non solum tunc h præponitur, quoties vocalis sequitur, sed etiam aliqua consonans, vt Thraso; vocalibus vero præponitur, vt hasta, heros, hircus, homo, humus. Semiuocales dictæ sunt, quod semis quiddam vocis habeant, & hanc legem habent, vt a vocalib inchoēt, & in naturalem desinār sonum, vt ef el em en er es ix; his si detrahamus vocales, habent tamen velut quēdam sui lenem sonum. Ante liquidas de semiuocalibus f sola præponitur, & de mutis sex, b c d g p r & necessario sublatis etiā quinq; vocalibus, quæ ante liquidas ita præponūtur, vt liquidæ postpositæ nō liquescant; sublatis etiam ipsis liquidis, quæ sibi aut nunquam præponuntur, aut si præpositæ fuerint, liquidarum iure depereūt, vt Mnestheus; sublato etiā s quod nunquam liquidis præponitur; remotis etiam x k q h y z, remanent hæ septem quæ necessario liquidis præponuntur, f semiuocalis, & mutæ sex, b c d g p t, vt flos, blandus, clarus, gloria, plenus, frigus, bruma, crimen, Drusus, gradus, primus, tritus Nam ante l nunquam inuenimus, d, t, nisi in paucis, vt, *exantlauit*, quod in Plauto lectum est, hoc est, exaruit: & Tlepolemus si quis vocetur. Mutæ sunt quæ a se incipiunt, & desinūt in vocales. Mutæ autem dictæ sunt, quod sublatis vocalibus nullum sonum habent. K vero & Q, quæ nonnullis superfluæ videntur, hanc habent rationem, vt K tunc præponatur, quando eam a sequitur; sed hoc in paucis nominibus obseruatur, Kalendæ, Katthago. Q vero, quā antiqui quoties

ties u sequebatur præponebant, præstantius est, vt tunc cum post u aliqua ex vocalibus fuerit secuta, præponi debeat, vt quando, quendam, quia, quomodo, & iuxta antiquos, æquus, alias enim per c quã per q scripserunt, vt cur, & cum. H vero propter hoc nonnulli excludendum esse putant, quod magis pro signo adspirationis, quam pro litera ponitur. Nã quemadmodũ Græci aspirationis notã hãc habent ⊢ quã dasian vocant; ad huius similitudinẽ & psilen ⊣: nos his sociatis adspirationis fecimus notã, H; cuius si mediũ eius separes, inuenies notas esse Græcorũ, quę cõtra se positæ, ⊢ ⊣, vt diximus, notã nobis adspirationis efficiunt. X quoque exclusione ideo digna visa est, quod quasi consonans contra literarũ legẽ, duarũ consonantium vim tenere desiderat. Y autem & Z ideo non numerantur in latinarum numero literarum, quod Græcorum nominũ causa repertæ sint; quarum vnam vocalem y, alteram duplicem consonantem z Græci esse voluerunt. Illud præterea astute datur nobis intelligi, quod cum omnium consonantium ista natura sit, vt quædam earum ab e incipiant, & in se desinant, quædam a se inchoent, & in e desinant, istę solæ repertę sunt k h q y z, quæ nec ab e inchoant, nec in e desinunt. Postremum illud animaduertendum est, quod vnicuiq; literæ accidit Nomen quo vocetur, & Character quo figuretur, & Potestas qua intelligatur, an sit vocalis, an consonans, an semiuocalis, an muta, an liquida.

DE SYLLABIS.

Syllaba dicta est ex interpretatione græca, ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα. eo quod complectitur & cõglutinat literas; vnde & in quæstionem illud venit, quare vna vocalis syllaba dicitur. Intelligendum est tamen, quod hoc sibi non ratione, sed abusiue deposcit. Est etiã syllaba tẽporũ capax, quia aut breuis est, & vnũ tempus suscipit, aut longa est, & duo. Omnes igitur syllabæ aut longæ sunt, aut breues, aut communes. Sed longæ duobus modis finiunt, natura & positione. Natura; aut singularum vocaliũ productione, vt a o e: aut diphthongo, vt æ œ au eu ei. Positione, modis quatuor fiunt, cum aut correpta vocalis in duas desinit consonantes, vt amnis: Aut in vnam duplicem, vt axis: Aut in alteram consonãtem, & alteram vocalem loco consonantis positam, vt, *At vates*; *At Venus*: Aut in i positam inter duas vocales, vt, Pompeius. Breues autẽ syllabæ illæ sunt, quæ nihil horũ habuerint. Cõmunes vero modis nouẽ fiunt. Primus modus est, cum correptam vocalem duæ consonantes sequuntur, quarum prior debet esse muta, quã liquida sequitur. Est enim longa in hoc: *vasto Cyclopes in antro*. Breuis in hoc: *vastosq; ab rupe Cyclopes*. Secũdus modus est, cum correptã vocalẽ similiter duę cõsonantes sequuntur, quarum prior sit semiuocalis, & sequens liquida. est enim longa in hoc: *toto proflabat pectore somnũ*: breuis in hoc: *neue flagello*. Tertius modus est, cum correptã vocalẽ duæ consonantes sequuntur, quarum prior est consonans, & sequens h, quæ aspirationis a plerisque creditur nota. est enim longa in hoc: *Terga fatigamus hasta*. breuis in hoc: *Quisquis honos tumuli*. Quartus modus est, cũ correptã vocalẽ duæ consonantes sequũtur, ita vt prior sit s litera. Est.n lõga in hoc, vt: *Vnde scissa coma*, vel, *vnde spissa corona*. breuis in hoc: *Ponite spes sibi quisq;*. Quintus modus est, cum correpta vocalis in vnam cõsonantem desinit, quæ partem terminat orationis. est enim longa in hoc: *Omnia vincit amor & nos cedamus amori*. breuis in hoc: *Hic amor, hoc studiũ*. Sciendũ est, quod si & hęc vocalis nõ desinat in vnã cõsonantẽ, sed nuda sit, sępe cõmunem syllabam facit. Est enim longa in hoc: *Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto*. breuis in hoc: *Talia dicta volant*. Sextus modus est, cum diphthõgon vocalis sequitur. Est enim lõga in hoc: *Musæ Aonides*. breuis in hoc: *Insulæ Ionio in magno*. Septimus modus est,

cum vocalem ſolam naturaliter longam vocalis ſequitur, eſt enim longa in hoc: *O vtinam in thalamos inuiſi Cæſaris iſſem.* breuis in hoc: *Sub Ilio alto.* Octauus modus eſt, cum pronomen c litera terminatum, vocalis ſequitur. Eſt enim longa in hoc: *Hoc erat alma parens.* breuis in hoc: *Solus hic inflexit ſenſus.* Nonus modus eſt, cum correptam vocalem ſequitur z. eſt enim longa in hoc, vt: *Mezenti ducis exuuias.* breuis in hoc: *nemoroſa Zacynthus.* Sciendum eſt etiam, quod & x cõmunem ſyllabam facit, ſicut & z Græcũ. Eſt enim longa in hoc, *Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis.* breuis in hoc: *Pontibus inſtratis conduxit litora Xerxes.* Sed hoc in nominibus Græcis. Sciendũ eſt, quod metrici ſyllabam, *Semipedem* vocant, vt in cæſuris, penthemimere, & hephthemimere; quas etiam in primo verſu Æneidorum eſſe reperimus, ita vt, *Arma virumque cano:* item, *Arma, virumque cano Troiæ.*

DE PEDIBVS.

PEs dictus eſt, quod quaſi metrorum greſſus incedat. Aliter dictus eſt pes, quod hoc, quaſi pedali regula, ad verſum vtimur menſurandum. Metimur enim verſum Heroicum, & dicimus ſex pedum eſſe. Metimur Sapphicum, & dicimus quinque pedum eſſe, & cæteros. Igitur neceſſe eſt, Pedem vnumquenque in ſe habere certum cum temporibus numerum ſyllabarum, vt ſpondeus: habet enim duas ſyllabas & tempora quatuor. Item dactylus tres ſyllabas, & tempora quatuor. Item & proceleuſmaticus quatuor ſyllabas, & quatuor tempora; & cæteri qui cum his ſupraſcripti ſunt. Scire autem debemus quod vnicuique pedi accidit arſis & theſis, hoc eſt, eleuatio & poſitio. Sed arſis in prima parte, theſis in ſecunda ponenda eſt. Numerus etiam ſyllabarum, & tempus, vt ſupra dictum eſt. Reſolutio, vt ſi pro ſpondeo proceleuſmaticus ponatur, vt eſt apud Virgilium, *Genua labant:* Soluũtur enim duæ longæ in quatuor breues, quæ ſpondeum ſolis facere ſolent temporibus. Figura etiã accidit pedibus, vt ſi velim⁹ ſpõdeum figurare his notis - - & Pyrrhichiũ his notis v v. ſicut etiam apud Græcos ſunt. Metrum quod ex ſpondeo Spondiacum, ex trochęo Trochaicum, ex iambo Iambicum nuncupatur.

Pedes diſſyllabi hi ſunt.

Pyrrhichius.	v v.
Spondeus.	- -
Iambus.	v -
Trochæus.	- v

Triſyllabi hi ſunt.

Tribrachus.	v v v
Moloſſus.	- - -
Anapæſtus.	v v -
Dactylus.	- v v
Amphibrachus.	v - v
Amphimacrus.	- v -
Bacchius.	v - -
Antibacchius.	- - v

Duplices XVI. *hi ſunt.*

Proceleuſmaticus	v v v v
Diſpondeus.	- - - -
Diiambus.	v - v -
Ditrochæus.	- v - v
Antiſpaſtus.	v - - v
Choriambus.	- v v -
Ionicus minor	v v - -
Ionicus maior	- - v v
Pæon primus.	- v v v
Pæon ſecundus.	v - v v
Pæon tertius.	v v - v
Pæon quartus.	v v v -
Epitritus primus.	v - - -
Epitritus ſecũdus.	- v - -
Epitritus tertius	- - v -
Epitritus quartus.	- - - v

Ex quibus alii pedes vel ſyzugię naſcũtur. Syzugia autem eſt, ex variis pedib. velut in vnum pedem collecta concluſio. Nam inuenta eſt propter hęc verba, quæ nec diſſyllabarũ, nec triſyllabarũ, nec quadriſyllabarũ eſſe potuerũt: vt puta ſi dicamus, ædificium, ędificatio; orationibus, ratiocinationibus. Hęc ſunt nomina quę integra poſita, nulli conueniunt pedi, excedunt enim quatuor numerum ſyllabarum.

barum. Syzugiæ vocantur, quod diuisæ pro diuidentis arbitrio pedibus signētur, vt si velimus diuidere hoc nomē in duos dactylos, ædifi-- ∪∪, catio - ∪∪. Iterum in choriambū & pyrrhichiū, difica - ∪∪ -, tio ∪∪, & cætera huiusmodi. Verū si nouem syllabarum nomen incurrerit, ita diuidimus: ratioci ∪∪ - ∪. nationi- - ∪ - ∪ bus, in pæonem tertium, & ditrochæum, & semipedem. Aut ita, ratiocinationibus, in anapæstum, ∪∪ -. & in amphibrachum, ∪ - ∪. & in dactylum, - ∪∪. & alia huiusmodi. Pedes dissyllabi secum iuncti hos de se duplices sedecim creant, tali schemate. Omnes pedes tres diuisionum tenent formas, sed has quæ ad grāmaticos pertinent. Nam amphibrachus, qui excipitur a Donato, habet diuisionē, quæ dicitur tripla epitriti; qui ab eodem excipiuntur, habent diuisionem quæ epitrita dicitur. Ergo his quinque pedibus exceptis, sciendū est quod in reliquis pedibus istæ sunt diuisiones tres, quarū prima æqua, secunda dupla, tertia sescupla dicitur. Et est æqua diuisio in his pedib', qui soluti tot tēpora habent in arsi, quot & in thesi, vt est dactylus. Dupla est, quoties altera pars alteram partē duplo vincit, & in his pedibus est, trochæo, & iambo. nam prima syllaba duo tempora habet sequens vnum, vel contra. Sescupla est, quoties altera pars alteram partem de medietate dupli vincit, quæ idcirco dicta est sescupla, quia plus ab æqua significet, minus a dupla. Aliud est enim cum duo sunt contra vnum: Plus enim laborat illa pars quæ vnum habet contra duo. Aliud enim est cū tria veniunt contra duo. Scire etiam debemus, quod æquam diuisionem possumus vocare Dactylicam, duplam Iambicam, sescuplam Pæonicam. Inueniuntur in vnoquoque metro pedes ignobiles, qui nothi vocantur: Idcirco, quod velut adpositi dignitatē metri degenerent. vt est in versu heroico, trochęus, anapæstus, proceleusmaticus. Nā legitimi hi sunt in heroico metro, spondeus, & dactylus; qui tamen & ipse non fuit antea legitimus, sed factus est, ex solutione spondei secundæ syllabæ. Pedes simplices ideo dicti sunt, quod non sunt ex aliis pedibus compositi: sed natura vsque ad ternas syllabas tendunt. Si enim vsque ad quatuor dixerimus, iam nō sunt simplices, sed ex dissyllabis facti duplices: qui duplices non amplius quam numero senarum syllabarum esse monstrātur. Et reuera siquidem constat simplices pedes vsque ad ternas syllabas posse conscendere, qui vtriq; geminati iure duplices vsque ad sex syllabas mittunt.

DE ACCENTIBVS.

Tenores, siue accētus dicti sunt, quod naturalem vniuscuiusq; sermonis in vocē nostræ eleuationis tenorē seruant. Dictus est autē accentus, quasi adcantus, iuxta Græci nominis interpretationem, quod prosodia dicitur, latine Adcantus. Sunt omnes accentus latini octo. Acutus qui ita fit.' Grauis ita.̀ Circūflexus ita ^: factus scilicet de vtroq;. Lōgus ita -. Breuis ita ∪ Hyphen ita ‿. Diastole ita, Apostrophus ita. ' Verum hoc interest inter Diastolē & Apostrophū, quod Apostrophos ad caput literæ ponitur, Diastole vero ad imā partē literæ. Hoc ideo diximus, ne cui notarū harū similitudo aliquid erroris adferat. His ita se habētibus, sciendū est, quod acutus, & grauis, & circūflexus soli sunt; qui vt superius diximus, naturalē vniuscuiusq; sermonis in vocē nostræ eleuationis seruāt tenorē, nā ipsi arsin, thesinq; moderātur. Quanquā sciēdū est, quod in vsu non est hodierno grauis accentus. Verū lex accentuum ita est, quod syllabæ in quibus isti poni debent, a fine numerātur. Nā si syllabarū quātarumuis sermo sit, circūflexus nō tenebit vltra nisi penultimum locum. Acut' accentus in Latinis nō tenebit, nisi penultimum locum & antepenultimum. Penultimū tunc in dissyllabis, cū prior fuerit vel correpta, vel positione lōga: vel cū ambę naturaliter lōgę fuerint, vel cū am-

bæ breues. Ita fit vt in dissyllabis cũ acuto accentu hi pedes coniuncti sint, Trochęus positione factus, Iambus, Pyrrhichius, Spondeus. In trisyllabis vero, vel in quantouis numero syllabarum, tunc erit acutus accẽtus, cum tres ipsæ syllabæ a fine breues naturaliter fuerint, vt anima, macula, vel quicquid horum exemplorũ inuentum fuerit, quæ in dissyllabis ante docuimus: Ita fit in trisyllabis, hunc eundem accentum cognoscimus in Tribracho, Molosso; cuius syllabæ ambæ a fine, aut naturaliter longæ fuerint, aut positione longæ, Dactylo, Anapæsto, Amphimacro, Amphibracho; cuius tamen media positione fit lõga, Bacchio naturali, & Antibacchio, cuius item media positione fit longa. Huc vsq; dictum est in dissyllabis eiusdem modi qui esse possint accentus; nunc dicendum est, in qua parte in trisyllabis accentus sit ponendus. In trisyllabis ante penultima accipit accentum, etiãsi penultima sit longa positione ex muta & liquida, vt; latebræ, colubri. In tribus sic penultima acuetur, vt Męcenas. Vbi antepenultima fuerit breuis, penultima vero sit longa, in penultima ponendus est, vt amicus. Sane sciendum est, quod monosyllaba pars orationis, quæ vel naturaliter breuis est, vt et, que; vel positione fit longa, accentum habebit acutum, vt pax, dux, nux, crux, fax. Circumflexus accentus in dissyllabis, vel in trisyllabis vel in quantouis numero syllabarum penultimum sibi vindicat tantũ locum; & hac lege, vt vbi fuerit hic accentus, penultima sit naturaliter longa. Ita fit vt huic accentui Trochæus naturaliter lõgus conuenire videatur. Itẽ monosyllaba pars orationis tunc istũ habebit accentum, cum natura longa fuerit tantũ, vt sol, dos. Grauis vero accentus cũ acuto & circũflexo accentu poni poterit. possumus enim in eo quod est Catullus grauem ponere cum acuto in antepenultima. Itẽ cum circumflexo ita ponitur, vt Cethegus, verũ quia necesse non est, vt cum reliquis accentibus ponatur, fit scriptoris arbitrio. Sed hic Grauis accentus non habet eandẽ cõmunionem cũ cæteris accentibus, quã cum circũflexo & acuto, quã si tamen cum cęteris habuerit, nõ habet nisi per istos, vt malesanus, intercaloci. Sed nequis putet in huiusmodi dictionibus quatuor esse accentus, hyphen, aut acutũ, aut circũflexũ, aut grauẽ, siquidẽ dixit in compositis dictionibus vnum accentũ esse debere, nõ minus quã in vna parte orationis: Sciendum est, quod modo hyphẽ pro distinctione ponatur, Grauis autẽ superfluo scriptoris arbitrio, vt supra dictũ est. Restat igitur vt ex illis legitimis duob⁹ in dictione positis iure dicatur accentus. Sciendũ autẽ quod nullũ barbarũ nomen, vel verbũ aliquod peregrinũ, neq; interiectio certũ potuerit accentum tenere. Nã in barbaricis nominibus, nulla sunt sui ratione, sed quasi volum⁹ sane nõ aspero proferamus accẽtu. Græca autẽ suis accentibus pronuntianda esse cognoscimus. Sępe accẽtuum dissipat legẽ, vel distinctio, velut cum debet dici sub hyphen, male‿sanus, male quis distinguendo dicat separans male sanus; vel pronuntiando, vt cũ dicere debeam⁹, latebras, legendo versum quis dicat; *Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras*, acute producens: Vel necessitas separandi verba similia, vt cũ dicere debeamus, pone, vt penultima syllaba habeat accentũ, quia nullũ latinũ verbũ est, in quo vltima syllaba habeat accentum, necessitate ducti, ne putaretur modus imperatiuus, ab eo quod est. pono, dicam⁹ Pone vt aduerbiũ significet loci. Vel similiter Ergo, vt intelligatur pro eo quod est causa, vt in Virg. *illius ergo Venimus, id est*, illius causa venimus. Hyphẽ est nota quę duo verba subiũgit, ac nectit subposita, quę ducitur a pręcedẽtis fine verbi vsque ad initiũ cõsequẽtis, vt interea‿loci, cũ tamẽ v⁹ exegerit. Diastole est nota contraria hyphen, hac. n. nota vitiose iũcta separamus, & ponitur ad imam partẽ literę, quasi retinens, vt: *erepta virginis ira.* Et, *viridique in litore conspicitur sus.* Apostrophus est nota

nota similiter facta vt diastole, sed ad summā partem posita est, scilicet consosonantis, quę quasi sub vocali motu velata suspenditur. Scire autē debemus Græcorum Dasian & Psilen H notā adspirationis modo positam, modo sublatam simulare. Dicta Distinctio est vel Positura, quod positum punctū distinguit nostrā orationem; & cum distinctio species sit positurę, tamen abusiue pro ipsa positura, hoc est, pro ipso genere distinctionē habemus. Nā cū sit codex emendatus distinctione, media distinctione, & subdistinctione, dicitur tamē codex esse distinctus. Igitur distinctio est punctū appositum ad caput literæ plenæ sententiæ. Subdistinctio, punctū appositum ad imā partem semiplenæ orationis. Media distinctio, punctum appositū mediæ sententię suspensæ, ꝓpter respirationē. Sciendū est aūt ꝙ in lectione textus vni⁹ sensus Periodos nominatur, vt est: *Nihil ne te nocturnu pſidiū palatii, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil cōcursus omniū bonorum?* &c. Cola autem & Commata eiusdem orationis singulæ partes esse noscuntur. Verum meminerimus in prosa oratione cola & cōmata idem esse, & vnum significare: In versu vero aliud & diuersum; nam vbi duo liberi sunt pedes, Colon dicitur, vt apud Horatium: *Terruit vrbes.* Comma vero, quando post duos pedes, vel post tres pedes sequitur syllaba, quæ partem terminat orationis, vt in primo versu Æneidorum: *Arma virumque cano.* Item: *Arma virumque cano Troiæ.*

SERGII GRAMMATICI IN SECVNDAM DONATI EDITIONEM Commentaria.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

PRINCIPALES partes orationis sunt duę, Nomen & Verbum; eo quod ipsæ solæ faciunt elocutionem; vt, *Cicero scripsit*, *Virgilius fecit*: & sine ipsis nulla pars implet elocutionem. Nam quando dicimus *Ipse legens dixit*, pro nomine ponimus. Aristotelici dicunt duas esse partes orationis, Nomē & Verbum, Stoici quinq;, Grammatici octo, plerique nouem, plerique decem, plerique vndecim. Interiectionem Græci penitus nō habent, sed inter partes orationis, id est, in octo non computant. Nos Articulo non penitus caremus, id est, eum articulum in pronomine computamus. Tres partes orationis sunt quæ casibus declinantur, Nomen, Pronomē, Participium; & vna quæ temporibus, id est, Verbum. Cæteræ omnes quatuor non declinantur. Quæsitum est, quando pars orationis officio fungitur, vtrum ius suum retineat, an eius, cuius accipit significationem; nam frequenter inuenimus & nomina pro aduerbiis posita, vt, *toruū clamat*, & aduerbia pro nominibus, vt, *mane nouum*. Quare sciendum est, quoniam si nomen sit pro aduerbio institutum, incipit non posse declinari. Etenim cum desinat esse quod est, & transeat per aduerbium, incipit iam non posse declinari, quemadmodum nec illud aduerbiū naturaliter declinatur. Item aduerbium si transeat in significationem nominis, nonnūquam declinatur, quoniam significat eam partem orationis, quæ recipit declinationē. Vnde est illud apud Plautum. *A primo mane vsque ad vesperum*: modo mane nomen est, hoc mane huius manis, huic mani, hoc mane, ab hoc mane. nam si aduerbium esset, nec genus reciperet, nec præpositioni adiungeretur, nec posset terminari.

DE NOMINIS DIVISIONE.

PRoprium nomen in quatuor diuiditur partes, Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen. Prænomen est, quod in loquēdo prępōnim⁹, vt Publius.

Nomen eſt commune familiæ, vt Cornelius. Cognomen eſt proprium vocabulum, vt Scipio. Agnomen eſt, quod extrinſecus ſumitur; vel a virtutibus, vt Africanus; vel a vitijs, vt Iugulator. Sed ſciendum eſt, quod plerunque contingit, vt tantummodo vnum inueniatur, vt ecce Romulus vnum tantum habet. Plerunque duo, vt Numa Pompilius. Plerunque tria, vt Publius Virgilius Maro. Plerunque quatuor, vt Publius Cornelius Scipio Africanus. Sane ſciendum eſt, quod quoties vnum inuenitur, Cognomen eſt; nemo enim poteſt eſſe ſine vocabulo: Quoties duo plerunque Prænomen & Cognomen ſi libertus eſt, nam non poteſt libertus habere nomen, quod familiam ſignificat, cum ipſe ſine familia ſit. Appellatiuorum ſpecies ſunt vigintiſeptem. Sunt nomina corporalia, quæ videmus & tangimus, vt terra, lapis. Sunt incorporalia, quæ nec videmus, nec tangimus, vt pietas, iuſtitia. Sunt primæ poſitionis, quæ a natura firmata ſunt, vt mons, ſchola. Sunt deriuatiua, quæ a primæ poſitionis nomine eiuſdem dicũtur, vt montanus, ſcholaſticus. Hæc autem deriuatiua non regulis, ſed auctoritate firmantur; nam plerunque inuenimus varia ab vno ſermone, vt a Tuder eſt Tudertinus, Tuders. Sunt etiam diminutiua, quæ ſententiam minuunt, & non ſemper, ſed frequenter ſyllabis creſcunt, vt agnus agnellus. Sunt etiam alia ſono diminutiua, vt tabula, fabula. In his ſignificatio principalis eſt, ſed enunciatio diminutiua; tunc enim reuera eſſent diminutiua, ſi haberent alia principalia, vt oculus ocellus. Sunt quæ dicuntur tota græca, vt Dido, Manto; græce hæc, & latine poſſunt declinari. græce, vt Dido Didous, latine Dido Didonis: Manto Mantous & Manto Mantonis. Sunt quę tota latina appellantur, quæ longe aliter a latinis proferuntur quam a græcis. nam cum gręci dicãt Polydeuces, latini appellant Pollux. hæc autem quæ tantum latina ſunt, latine declinamus. Sunt quæ appellantur nota, quæ non primis ſyllabis ſed vltimis a græco ſermone diſſentiũt, vt Achilleus Achilles, Agamemnon Agamemno, & fere omnia græca, quę in on exeunt. detracta enim on ſyllaba per breuem o proferuntur, vt Apollon Apollo, Platon Plato. Sunt ſynonyma, quę varias habent elocutiones, ſed vnam ſignificationem, vt terra, ſolũ, humus, tellus. Sunt homonyma ſuperioribus contraria, vt aries; nam & machinamentum eſt, quo muri expugnantur, & ſidus in cœlo, & animal in terris aries vocatur. Sunt patronymica, quæ trahuntur non tãtum a patribus, ſed etiam a parentibus. Nam inueniuntur & a matrib. dicta Hetideus, Retoides; & ab auõ, vt Æacides; & a maioribus, vt Dardanides, Æneades; & a vitrico, vt Amphitryonides. Sic ergo dicimus patronymica non a patre tãtum, ſed a parentibus tracta, vt dicimus parricidam, non qui patrem tantum, ſed qui quẽq. parẽtum necauerit. Hęc aũt patronymica, ſi græca fuerint, in des exeũt, vt Atrides, aut in ius, vt Atreius; aut in on, vt Atrion. ſed quæ in des exeũt tantũ patronymica ſunt, vt *Atrides Agamẽnon*. Quæ in ius exeunt, & patronymica & poſſeſſiua, vt *Atreius Agamemnon*, & *Atreius gladius, Euandrius enſis*. Quæ autem in on exeunt, in latinum ſermonem non tranſeunt. Feminina autem aut in is exeunt, vt Atreis; aut in ias, vt Atreias; aut in en, vt Atrien. Sunt etiam nomina adiectiua, quæ plerunque ſenſum habent, ſed coniunctione iactantur, vt magnus, fortis, dicimus enim, *magnus vir*, *fortis exercitus*. Sunt etiam qualitatis, quę trahuntur ab animo, a corpore, extrinſecus, vt doctus, niger, felix. Sunt quantitatis, quæ trahuntur a menſura, vt longus, latus. Sunt gentis, quæ gentem ſignificãt, vt Græcus, Hiſpanus. Sunt, quæ patriam ſignificant, vt Romanus. Sunt quæ numerum, vt vnus, duo, tres, quatuor, quinque. Sunt quæ ordinem, vt quintus, ſextus. Sunt, quæ ad aliquid dicuntur quæ penitus non poſſunt ſine alterius coniunctione

ctione intelligi, vt pater. non enim potest dici, nisi filium habeat. Sunt ad aliqualiter se habentia, quæ contrario significationem sumunt, vt dexter, sinister, niger, candidus. Sunt generalia, in quibus species continentur, vt animal. nam animal dicitur, & homo, & canis, & equus. Sunt Specialia, vt sunt ea, quæ diximus, canis, homo, & equus. nam illa sunt specialia, quæ genere discernuntur. Sunt facta de verbo, vt dictor, lector. Hæc autem semper in tor exeunt, & oriuntur a gerundii modo, vltimo tempore, & vltima syllaba in tor versa per omnes coniugationes, vt amatu amator, doctu doctor, auditu auditor, lectu lector. Sūt etiam participiis similia, vt demens; nam sic est demens quasi legens. sed demens nomen est, quia recipit comparationem, id est, dementior; legens vero participiū, quia non recipit similiter comparationē. Sunt etiam verbo similia, vt contemplator; sed hæc, cum casum acceperunt, nomina sunt, & contemplator huius contemplatoris facit. cum autē tempus habuerint, verba, vt Maro dixit, *Contemplator aquas dulces.* Sed cōparatiuus gradus generis est semper communis, excepto vno, quod est senior; hoc enim, vt Probus dicit, tantum generis masculini est. Nam omnia, quę recipiunt comparationem, qualitatis sunt, & quantitatis sic, vt puta, *non omnes qui student, causas agūt; quisquis autē causas agit, studuit sine dubio.* Recta comparatio est, quæ primam syllabam integram per omnes seruat, vt doctus doctior doctissimus. Sin autem integram non seruat, Inæqualia efficit nomina, quæ sunt tantum tria, bonus, malus, magnus. cum constet comparatiuum gradū minus significare, videatur, vt clarior clarissimo, doctior doctissimo. Præterea ipse comparatiuus nonnunquam positiuum significat, quando dicimus senior, significans tantum senex. At cū Sallustius dicit, *Mare Ponticum dulcius est quam cætera,* modo inuenitur. Comparatiuus non solum cōparatiuus non est, sed nec positiuus. Nam mare non modo dulcius nō est, sed nec dulce quidem. Donatus dicit quinq; tantū aduerbia positiuo esse iungenda, *tā, magis, minus, maxime, minime,* ea scilicet ratione, quoniā vim in se habent comparandi, atq; ideo non debent comparatiuis casibus iungi ne videatur comparatio geminata. Qui enim dicit, *tam doctior*, pæne dicit hoc, *doctior doctior*, quod latinitas non patitur. Probus autem dicit omnia aduerbia, quę vim augentis, aut minuentis in se habent, nō debere coniungi nec superlatiuo, nec cōparatiuo, vt sunt ista, *valde, multum, plurimum, per,* & similia. Nam ista aduerbia tantum positiuis gradibus debemus adiungere. Quod Superlatiuum dicit genitiuo plurali, non adeo verum est, nam inuenimus eum etiam singulari genitiuo posse coniungi, tunc quando nomina sunt enunciatione singularia, intellectu vero pluralia, vt est, *O Danaum fortissime gentis.* Quod dicit enunciatione masculinum, intellectu esse neutrum, pelagus, verum est; vulgus, falsum est. Nam, vulgus, & neutro & feminino genere legimus; apud Virgilium feminino, *In vulgū ambiguam:* neutro, *Ignobile vulgus.* Balneum generis neutri est in numero singulari, feminini quidem secundum visum, vt *occisus ad balneas pellicias*; tamen & neutraliter legimus, vt, *Balnea vitantur*, in Horatio. Cælum in numero singulari generis neutri est, in numero autem plurali generis masculini, habemus enim in Lucretio, *Quis totidem vertit calor.* Cepe in numero singulari neutri generis est, vt *tunicatum cum sale mordens cepe.* & hoc nomen tres solos habet casus, hoc cepe, hoc cepe, hoc cepe. In numero autem plurali genere feminino simpliciter declinatur. Ioca & Loca similia nomina sunt, nā in numero plurali, & masculino & neutro genere declinātur. dicimus enim & ioca & loca, & ioci & loci. In numero autem singulari tantum masculini, vt iocus, & locus. Quod dicit genera communia esse inter masculinum,

Nnn

vtputa pampinus non ita intelligimus quasi sacerdos. Nam sacerdos si masculus est, hic sacerdos dicitur, si femina, hæc sacerdos; non possumus hoc pro nostra voluntate confundere, sed pro naturæ qualitate discernimus. Pāpinus vero & dies,& similia ꝑ nostro arbitrio, vel masculino, vel feminino genere proferūtur. Nomen nec in totū fixum, nec in totum mobile;at fixū leæna secundum Virgiliū, *Torua leena lupum sequitur*; secundum Ouidium mobile est, qui dixit, *Vt lea sena sitim multa compescuit vnda.* Eiusdem generis debēt esse diminutiua, cuius generis sunt principalia, vt puta, ideo hęc domuncula generis feminini est, quia & hæc domus generis feminini est. Exceptis scilicet paucis istis, scutum, pistrum, canis,rana,verna, scutra, nam scutra scutrini facit,beta betaculus. Puluis dicitur, quia numeri singularis est tantum,sed legimus apud Horatium: *Nouendiales dissipare puluetes.* Item pax,lux,dicantur numeri singularis, sed legimus apud Sallustium,*paces,* & *luces.* Item Quirites dicit numero tantū plurali, sed legimus apud Horatium, *hunc Quiritem*; vetus nominatiuus,hic Quiris. Item idem Horatius, *Quite Quiritem*;cuius nominatiuus erit hic Quirites, vt dicit Petronius. Quadrigas dicitur numero tātum plurali; sed Varro dicit numero singulari. Virus generis neutri est, & declinatur quemadmodum doctus, hoc virus huius viri, legimus enim apud Lucretiū, *tetri primordia viri.* Dicit nomina iam composita nō debere componi, & idem paulo ante dixit de compluribus potuisse componi;ne contrarium sit,ita intelligi debet,vt liceat nobis nomen componere bis, sed ita, vt prima compositio sensum nobis in contrarium non vertat,vt tertitus, impertertitus.Illud enim nobis nō licet facere, vt per compositionem primum conuersum in contrariam significationē nomen per secundam compositionem valeamus reuocare ad primam significationem, vt est doctus, indoctus, quando vtique nulla ratione dicitur. Præfectus vigilum, sic dicatur quemadmodum Tribunus militum, id est, si pro vno nomine accipitur vterque sermo, in priore parte tantummodo declinatur. Si autem voluerimus elocutionem facere, dicimus Præfectus vigilibus,quo tempore licet nomis etiam in hæc duo nomina aliquem adferre sermonem, vt Præfectus est vigilibus.

DE CASIBVS.

CAsus plerique quatuor esse dicunt, auferentes nominatiuum, & vocatiuum.Nominatiuum, qui similis est vocatiuo. Ideo autē auferunt nominatiuū, quoniam cum casus sit ab eo, quod faciat nomen cadere, nominatiuus e contrario rectum nomen ostendit. Alii quinq; docent,vt græci,qui ablatiuum non habent. Alii sex,vt latini, qui ablatiuum addunt. Alii Septimum etiam addunt casum, qui ablatiuo similis inuenitur.Nam quando dico re vera, *doctior illo, & doctior ab illo,* eadem inuenitur elocutio; quando autē dico, *illo prasente suscepi*, & *ab illo presente suscepi,* non est similis ab vtroque casu elocutio. Nam, *illo prasente suscepi*, inter duas tantummodo res geri videtur. Nōnulli adiungunt Octauum casum qui fit, cum quid per accusatiuum cum præpositione possumus dicere, dicimus per datiuum sine præpositione,vt,*clamor it in celum*,&, *It clamor celo*; vt, *subeunt ad murum*, & *subeunt muro.* Inflexionum autē varietates sex sunt. Aliquando enim omnes casus varios exitus sumunt, vt est, vnus,quæ dicitur forma Hexaptota.Item Pentaptota dicitur, vbi quinque sunt varietates.Itē Tetraptota vbi quatuor sunt, vt est, species. Triptota vbi tres sunt, vt est,templum. Diptota vbi duæ,vt,cornu, genu. nam nominatiuus, accusatiuus, & vocatiuus corripiuntur. Alii tres producuntur, idest, genitiuus, datiuus, ablatiuus.Est enim Monoptota,quam non bene Monoptotam,sed Aptotam dicimus, vt nequam. Nam Monoptota illa sunt, quibus

quibus vnus tantum casus est, vt, sponte. Aptota vero illa sunt, vbi omnes quidem sunt casus, sed nulla ratione variantur, vt est frugi. Inueniuntur autem nomina vnum casum habentia, vt tabo; aut duo tātum, vt hic Iuppiter, o Iuppiter; aut tres tantum, vt hoc nefas; aut quatuor tantū, vt huius ditionis, huic ditioni, hanc ditionem, ab hac ditione. Sed horū nominū reliquos casus in vsu quidem nō esse manifestum est. In auctoritate autem sæpius reperiuntur. Inimicus datiuum regit, quanquam vsus vendicet nominatiuum. *Inimicus* enim *est mihi* dico, non *meus*. Itē *Secundus ab illo est*, dicimus, non *secundus illi*. quanquā ista nomina suis casibus seruiunt; etiam aliis alia auctoritate iunguntur. Nam & *pactus illam rē dicimus*, & *illa re*. Quod dicit, *ab his mulabus, filiab⁹, deabus nos dicere debere*; Sciendū est propter testamentorum necessitatem. Nam hæc pauca dicit. Probus contra artem esse suscepta, nec nos debemus ad istorum similitudinem alia declinare. Ea enim, quæ arte carent, sola auctoritate firmantur. Vas in numero singulari tertiæ declinationis est, in numero plurali secundę. Dies secundum regulam tantum feminini generis est. Nullum enim nomē est producto ablatiuo terminatum, quod alterius possit generis inueniri Quod autem dicimus genere masculino, idē ratio persuasit aduerbii Nam *hodie*, dicentes, quasi *hoc die* significamus; nec tamen dicim⁹ *hodie* quasi *hac die*. Nam quoties nominatiuus singularis n & r terminatur, ablatiuus in e; etiam genitiuus pluralis in um exit a supradictis regulis. Accusatiuus singularis tunc in im exit, cum ablatiuus singularis indubitabiliter i termina tur, vt ab hac vi, & ab hoc Tyberi; facit enim hanc vim, hunc Tyberim. Si autem e terminatur ablatiuus, tunc variatur accusatiuus, vt ab hac puppe, hanc puppem. Domus & iugerum ab antiquis aliter declinabantur, quā hodie declinamus. Nā domus erat quartæ declinationis, iugerum tertiæ. Nos autē in hoc nomine, id est, domus, tres in vnū casum vsurpamus a secunda declinatione: ablatiuū a domo, genitiuū pluralē hatum domorū, accusatiuū pluralē has domos. In nomine autē iugeris, vnum tantūmodo vsurpamus ablatiuū, ab hoc iugero. V litera tunc retinetur in datiuo plurali, vt ipse dixit, cum aliqua discernenda sunt, vt artubus & arcubus. Cui regulæ tamē inuenimus duo nomina cōtraria, id est, nulla discretione interueniente u retinētia, vt specubus, & tribubus, quæ ab istis regulis discrepant. Nomina tantū pluralia, Vulcanalia, Minerualia. ideoq; illæ regulæ ablatiui sunt singularis, hæc autē nomina sunt numeri tantū pluralis, quæ licet regulas non habent, tamen ad similitudinē nominū declināda sunt, quæ nomina regulis continentur, id est, vt sic declinemus, hæ Kalendæ, queadmodū hi agiles, hę ïdus, quemadmodū hæ manus. Quāquā dixerunt, vt quemadmodū regulis carent, ita varie declinatentur. nam inuenimus apud auctores, & ancilium, & anciliorum, & Vulcanalium, & Vulcanaliorum. Item nomina græca a supradictis regulis segregantur, vt emblema, poema; & hoc iuste. nam si græca sunt, ablatiuo carent, illæ autem ab ablatiuo originem sumunt, quas non possunt suscipere nomina ablatiuo carentia. Sed hæc maiores nostri aut tertia declinatione declinabāt, si fuissent generis neutri, vt poema poematis; aut prima declinatione declinabāt, si fuissent generis feminini, vt hęc pœna, hui⁹ pœnæ. Quāquā inuenimus aliquos casus, nec ab illis, nec ab istis regulis declinatos, id est, genitiuū pluralē, & datiuū, & ablatiuū pluralē: Legim⁹. n. apud Cicer. *horū poematorū, his poematis*, ablatiuo, *ab his poematis*; similiter & *emblematorū*, & *emblematis*, *peripetasmatorū peripetasmatis*. Analogia dicitur ratio declinationis nominū inter se omni parte similiū, latine Proportio vocatur. Nomina autē similia sunt omni parte, si octo reb⁹ sint similia, i. ex illis, quę accidunt nomini, qualitate, cōparatione, genere, numero, figura,

casu; Deinde exitus syllabarum, deinde consonantium rationes penultimarum. Atq; si vna res ex istis octo desierit similibus, dicimus nomen nulla ratione declinari similiter, cuius rei exemplum, & lupus sit & lepus, nam septem partibus consentiunt, tamen quasi genere dissentiunt. Lupus enim in aliud genus, vt lupus lupa; lepus lepa non facit.

DE DIVISIONE PRONOMINIS.

PRobus autem pronomen in quatuor partes diuidi putauit, id est, pronomẽ infinitum, finitum, minusquam finitum, & possessiuum; quod non videtur habere rationem, vnde Donatus melius, qui in duas partes in primo diuisit. Nam si ea sunt finita pronomina, quæ recipiunt personas, alia omnia, quæ non recipiunt personas, infinita dicenda sunt. Vnde apparet, quod infinita, & minusquam finita sunt, & possessiua. In illis enim non accidit certa persona, cuias & nostras, vel cuiates & nostrates. nam vtrunq; dicimus, secundum Plauti auctoritatem gentem significat, vt est, *cuius gentis, optime nostræ gentis*. Plerique accentum in vltima syllaba ponunt, quando cuiam, sed praue. nam nulla pars orationis est latina absq; prædictis, quæ potest in vltima accentũ tenere, id est, pone, & alias. Sunt aliqua pronomina, quæ casibus crescunt. Nominatiuo, vt quis vel qui, genitiuo singulari, vt mei vel mis, tui vel tis, ablatiuo singulari, vt a quo vel a qui: plurali datiuo vel ablatiuo, vt a quis vel a quib⁹, qua ratione fiant, superius diximus. Sunt e cõtrario, quæ casibus decrescunt; nam vocatiuus non inuenitur in pronomine Ego. Aliquando nominatiuus, & vocatiuus, vt in pronomine Sui, sibi, se, a se. Aliquando tantum accusatiuus, Eccum eccam, Ellum ellam. Aliquando tantum genitiuus; vt Cuia, & cuium. Quod autem dicimus Sui esse pronomen, verũ est; nõ enim de possessiuo nascitur, cuius nominatiuus est suus. Nam si inde nasceretur, datiuũ in o mitteret, vt suo, non in i. Præterea est aliqua differẽtia, quod hoc pronomen sui vel sibi, vtriusque numeri est. Illud vero possessiuum suum, & singularem habet numerum, & pluralem. Quæsitum est apud græcos an O vocatiuus esset articulus, & prouocatus non esset. Omnes enim articuli cum de numero singulari ad pluralẽ transeunt, varie proferuntur, vt hic & hi, huius & horũ, & reliqui. Quando autem dicimus, o docte, & docti, & vtroq; numero eundem articulũ ponimus, quæ res non articulus videtur, quia non mutatur in numero plurali, sed potius aduerbium vocãtis, vt quemadmodũ dicimus, *Heu vos docti*, sic dicamus, *O tu docte*, &, *vos docti*. Inter Articulos & pronomen hoc interest, quod pronomina dicuntur tunc cum sine nominibus sunt, & absentium nominum videntur explere personas vt hic & hæc & hoc. Quando autẽ dico hic Æneas, huius Æneæ, iã non possunt pronomina dici, cum non fungantur eorũ nominũ, quæ præsentia sunt, officio; Ipsa enim nomina per significationẽ implent. Neuter, alius, & reliqua cõstat esse nomina; quoniã Probus viginti, & vnũ dicit esse pronomina, in quibus ista non cõputãtur. Ea pronomina, quæ vtraq; parte nominatiuũ habent, secundum formã nominum declinantur. Nam sic declinamus Quisquis, vtraque parte; sic autem priore parte non declinamus Aliquis, quemadmodum nec Iurisperitus. Sic posteriore parte non declinamus, Quispiam, quemadmodum nec Tribunusmilitum.

DE VERBIS DEFECTIVIS.

ODi, Noui, Cœpi, Memini, quæritur cuius sint temporis, cum constat esse perfecti. Nam & perfectum in i semper exit, vt legi, scripsi; & præsens tẽpus nunquam in i, sed semper in o exit. Illa enim verba significationem habent præsentis temporis, regulas autem præteriti. Sũ defectiuũ verbũ est in coniugatione. Nam

Nam quando dicimus Es, non poteſt eſſe ſecunda coniugatio, quia & e correptam habet, & in prima perſona e ante o non habet. Pudet & Tædet quaſi defectiua poſuit. In ſuperiore autem parte imperſonalia non contrarie ſunt poſita. Nã hoc ipſum verbum impersonale defectiuum eſt. Sublatis enim de primo verbo duabus perſonis prima & ſecunda, tertia vtique ſupereſt. Quæ ſi non ſibi adiungat pronomen defectiuum, dicitur eſſe verbum, ſi autẽ adiungat, imperſonale. Gaudeo & audeo a pleriſque Neutropaſſiua, ab aliis Supina verba dicuntur, quæ in tẽpore perfecto & pluſquãperfecto paſſiuam habent declinationem, in reliquis autẽ actiuam, id eſt, tẽporibus. Sunt alia inæqualia, quæ ſuam habent declinationem, & contraria ſunt, vt placeo, nam & placui facit & placitus ſum. Sunt item alia inæqualia, quæ ideo ſunt inæqualia, quoniam primam ſyllabam non reſeruant, vt nolo, volo. Faciunt enim, Nolo non vis non vult; non, nolo nolis nolit. Item Volo volis volit non dicimus; ſed volo vis vult. Sunt alia penitus anomala, de quibus nihil poſſumus dicere, niſi quod lectione declinetur eas vſurpare perſonas, quæ tantum auctoritate firmantur, & ſunt hæc: Faxo faxis, Inquit, Infit, Inquam, & reliqua. Prima perſona in indicatiuo modo ſemper corripitur, vt lego; abſq; monoſyllabis, vt do, flo, ſto, quæ quidẽ ſi fiant polyſyllaba, vt reddo, reflo, reſto, corripiuntur. Verba quorum declinatio in noſtra poteſtate eſt, ſunt hæc, tondeo, lauo, fabrico, punio. & reliqua. Verũtamen debemus ſecundũ naturam: actiuũ, vel paſſiuũ præſumere, vt *ego lauor, b lneũ lauo*; quãdo ego capillos depono, vt dicam *tondeor*, quando alteri capillos detraho, vt *tondeo*. Prima perſona non debet ita proferri, *lego ego*. Quoniã *lego* iam habet in ſe ſignificationẽ pronominis, niſi tamen ſic tunc poſſumus dicere, quando nos magis volumus oſtendere lecturos quam alios, vt ſit, *quaſi ego magis quã cate. i. Maledico tibi* dicimus, non *te* dicimus. Prima perſona ante vltimam o, ſeptẽ literas non habet. h, o, f, k, q, y, z. cætera vero habent. E, vt ſedeo. I, vt audio. V, vt annuo. B, vt bibo, & ſicut in arte ſcripta ſunt. K, ideo non poteſt præponi o literæ, quia nunquã anteponitur, niſi a ſequente. Q, Y, Z, ideo nõ poſſunt præponi. Vnũ tamen verbum, quod o habet, vt reboo, *reboãt ſyluaq; & magnus Olympus*. Ideo cõtra regulã venit, quia græcum eſt; cætera in arte conſcripta ſunt.

DE ADVERBIO.

Aduerbium dictum eſt, quia neceſſo habet ſemper verbum ſequi. Verbo tamen non neceſſe eſt egere ſemper aduerbio, nam poſſumus dicere ſic, *legit*. Nunc n. & plena eſt elocutio, & aduerbium tamen non inuenitur, nam cum dico, *cras, hodie*, non erit integra elocutio, niſi addã verbum, vt puta, *dico*, vel *facio*. Aduerbium, plerunque confirmat verbum, plerunque deſtruit. Confirmat, vt, *iã faciã*, deſtruit, vt, *non faciam*. Aduerbia aut a ſe oriuntur, aut ab aliis partibus orationis veniunt, ſicut in artibus poſitum eſt, nam ibi ſunt exempla varia poſita. Horno autem nihil aliud eſt, niſi hoc anno. Vnde deriuatio duplex inuenitur. Nam Cicero dicit, *Hornotinas fruges*: Horatius dicit, *Hornatas fruges*. Itẽ Meatim nihil eſt aliud, niſi meo more: Tuatim, tuo more. Quod dicit de participio aduerbiũ poſſe deduci, verum non eſt, etenim illud exemplũ, quod protulit, id eſt, *Indulgens*, nõ tamẽ participiũ eſt. nã recipit cõparationẽ, facit. n. indulgentior indulgẽtiſſimus. ergo quando dicimus Indulgenter, nõ videmus a participio tranſtuliſſe in aduerbiũ, ſed a nomine. Omnia aduerbia e terminata in poſitiuo ſemper producuntur, vt docte. Exceptis tribus regulis eorũ aduerbiorũ; Quæ aut non comparantur, vt rite. nemo. n. dicit, ritius ritiſſime. Vel quę male cõparantur, vt bene. nemo. n. dicit, bonus boniſſime, Vel quæ a ſe oriũtur, vt impune impunius. Hoc ſcilicet in poſitiuo. Cęterum ſuperlatiuus gradus ſemper

producitur. Facile & difficile quæritur, vtrum aduerbia sint an nomina; constat autem esse nomina tantum, quia semper correpta sunt. Si enim aduerbia essent, vt supra diximus, producerentur. Deinde, quia neutri generis formam sequuntur. sicuti enim dicimus, & facilis facile, sic difficilis difficile. Deinde si aduerbia essent, in ter exirēt. Datiuus enim nominis i terminatus, aduerbiū in ter syllabam mittit, vt huic forti fortiter, sic huic facili faciliter, huic difficili difficiliter diceremus. Ergo constat esse nomina, sic autem posita sunt pro aduerbiis, quemadmodum fere inuenimus apud poetas pro aduerbiis constituta, vt, *Toruum clamat*, pro eo qđ est, torue: *Horrendū sonat* pro eo quod, horrende; qua figura oratores omnino vti non debent. Genus.n.est Solœcismi, sicut ipse Donatus paulopost de Solœcismi ratione monstrauit. Scire .n. debemus, quod datiu' singularis o terminatus aduerbiū in e mittit, vt huic docto docte. I terminatus in ter, huic agili, agiliter; quas regulas semper corrupit auctoritas. Nam inuenimus plerūq; id esse aduerbiū, qui datiuus est casus, vt est falso. Hæc autē ambiguitas elocutione discernitur, quando enim dicimus, *falso homini dedi*, erit nomen; quādo, *falso loqueris*, erit aduerbiū. Ita plerūq; in contrariū cedunt. Nā Terentius ait *duriter*, cū, dure, dicere debuerit, & Virgilius, *lugubre*, cū, lugubris, extensa dicamus. Ea aduerbia comparanda sunt, quæ ducunt originem a nomine recipienti cōparationē, vt est doctus. Ideo enim dicimus, docte doctius doctissime; quoniam dicere possumus, doctus doctior doctissimus. Ab eo quod est Tullius, cum sit aduerbium, non recipit cōparationē, quia nec nomen recipit. Sunt alia aduerbia, quæ semper per se comparantur. Sunt autē, quę nō egent comparatione, vt est, mane. nemo n. dicit manius, nemo manissime. Veruntamen hanc, quam per se inflexionem non habemus, possum facere adiectione illarum particularum, vt *magis* & *maxime*; vt puta sit positiuus mane, comparatiuus magis mane, superlatiuus maxime mane.

Omnis pars orationis cū desierit esse, quod est, nihil aliud est nisi aduerbium. Iccirco si nomen desierit esse nomē, nō faciet pronomen, aut participium, sed solum aduerbium, vt est, sedulo, nam si dicas *sedulo homini dedi*, nomen est; si dicas, *sedulo feci*, aduerbium est. Item pronomē aliquando & aduerbium est. cū enim dico, *quid est*, erit pronomen; cum dico, *qui scit*, erit aduerbium. Item verbū plerunq; & aduerbiū est. quando enim dico, pone, prima syllaba accentū habēte, erit verbū; quando vltimę syllabæ do accentum, erit aduerbiū, hoc est, discretionis causa. Nā vltimo loco verbi acutus accentus nunquam ponitur. Item participium aliquādo aduerbium est, cum enim dico, *me ad villā profecto contigit*, participiū est profecto: cū dico *profecto quaeritis*, aduerbiū est profecto. Itē ante præpositio nōnunquā & aduerbiū est. Præpositio in hac elocutione erit, *ante templū*, casum enim habet vocatiuū; si autem dicas, *ante feci*, erit aduerbium, quoniā sequitur verbū. Vt coniunctio est, sed plerunq;, & pro aduerbio ponitur, cū dicimus, vt *vt te fortissime Teucrū Accipio*. Heus si dolorem significat, interiectio est, *Heus etiam men' ai consumimus, inquit Iulus*; Si autem verbum sequatur, aduerbium est, *heus, inquit, iuuenes monstrate mearum*. Erit nomen, cum nominibus pro aduerbiis vtimur, vt antedictū est. Illud fideliter tenere debemus, nunquam separatim præpositionem aduerbiis posse cōiungi, veluti, de mane, de noctu. Quod autem inuenimus, indocte & infrequenter, sunt quidē præpositiones, sed non separatim, sicut sunt etiā particulæ, quas ipse ponit Attigraphus, *desursum, deorsum, deinceps*. Ita enim constāt duabus partib' orationis, vt vno ambæ nitantur accentu. Nec duæ præpositiones interueniente aduerbio sociandæ sunt. Præpositio etiam ideo non potest adiungi nomini interueniente aduerbio,

vt, de

vt, *de trans Tyberim venio*, quemadmodum, *illinc venio*.

DE PARTICIPIO.

PArticipium est quasi partcapium, habet enim a nomine genera & casus, a verbo autem tempora & significationes, ab vtroque numerum & figuram, & cætera, quæ supra dicta sunt. In posterioribus illud adducit, Inchoatiua verba illud non habere nisi præsentis temporis participium, futuro autem carere. Ideo autē futuro carere, quoniam regulam futuri participia a præterito ducunt participio, præteritum autē participium a tempore perfecto originem sumit. & ideo cum inchoatiua verba tempus perfectum non habent, non possumus habere, quod additur iam tēpore perfecto. Præterea dicit participia ab impersonalibus verbis, nisi vsurpata, non venire, quæ res penes latinum nou erit, & similia, & similiter ab arte discedit. Etenim participia a prima positione verbi originē trahunt. cū igitur impersonalia primam personam non habent, participia non iure ex se faciunt, sed tamen dixi vsurpare vobis licet. Inuenimus enim apud varios auctores quod puto ideo fieri, nō quod de impersonalibus vsurpētur participia, sed quod ipsa impersonalia fiant verba plenissima. Nam hoc quod dicimus pudet & tædet, tamen dici inuenimus in auctoribus, vt pudeo & tędeo; vnde fiunt & pudens & tædens participiū, non ab impersonali vt videtur, sed a verbo integro. Odi verbū participium habet osus, quod licet in vsu non sit, tamē componitur, & in vsu erit exosus, perosus. Ab eo quod est Memini, artis nullum participium reperitur: si ad vsum, verum est, si ad auctoritatem, falsum. Nam inuenimus in Plauto, *Meminens*. Tunicatus, Galeatus dicit participia non esse, sed nomina, eo quod a verbis nō trahuntur, sed si diligenter attendas aduertens ab similibus participia cōprobabis. Nā licet nō faciat tunico, galeo, tamen quoniam tēpus habent sine dubio participia sunt. Etenim *Armatus incedit*, *Vestitus incedit* cū dico, hoc significo, iam armatum, iam vestitum esse. sicut etiam dicimus, *tunicatus incedit*, *galeatus incedit*, id est, & iam tunicam habet, iam galeā habet, quæ res tempus ostendit, & si tempus est, participium est. Pransus, Cœnatus, & reliqua, constat non esse participia, si a verbo nō veniunt. Concessum est enim regulariter, vt a neutralibus verbis liceat nobis vsurpare pręterita participia; sed quoniā & has artes defendere debemus, vel auctoritate firmare, neq; ad istorum similitudinē alia fingere, sed illis tātū vti, quę lecta sunt. Nomina similia participiis præteriti tēporis quartæ sunt declinationis, ipsa autē participia secundæ, vt hic visus, huius visus, nomen est. hic visus huius visi participiū est. Furibūdus, & moribundus quid essēt, & nomina esse manifestū est, qđ subtracta dus syllaba, & addita litera nō redeūt in participia præsentis tēporis, quod regulariter dictum est Noua ratione participia, quæ constat esse participia, positiuum gradū possunt recipere, quoniam participia nullam recipiunt comparationē. Tamen comparatiuum gradū plerunque suscipiunt, acceptior, & ingētior, quæ res sola sensus ratione secernitur. Aduerbium de participiis nasci Donatus asserit, plurimi negant. At constat apud maiores equidem lecta, in vsu tamen esse non possunt, vt dictum est in Aduerbio.

DE CONIVNCTIONE.

IN Coniunctione nihil penitus noui posuit, sed ita hic sicut in superiore parte tractauit. Illud plane adiecit, quod licet nobis coniunctiones pro aliis cōiunctionibus ponere, quod mirum non est; cum liceat & alias partes orationis pro aliis ponere, vt nomen pro aduerbio, pronomen pro aduerbio, & multa alia, significatione tamen mutata.

DE PRAEPOSITIONE.

PRæpositio est pars orationis dicta, ꝙ in loquēdo pręponitur. Et hęc est ei natura, puta, *ante templū*; nemo enim di-

cit, *templum ante*. Sed tamen est vna præpositio quæ pro arbitrio nostro ponitur, vt tenus, dicimus enim, *pubetenus*, & *tenus pube*. Item Cum plerunq; postposita inuenitur, vt præponi omnino non possit; quod vtiq; contra artem videmus, vt cum dicimus, mecum, tecum, nobiscum, vobiscum. Præpositio aut cohæret, aut vtrumque efficit, con, dis, ita enim loquimur, *conduco tibi*, *distrabo*. Separantur autem, apud & penes etenim cum dicimus, *apud amicum*, duæ orationis sunt partes; *penes arbitros*, similiter duæ. Aliæ vero & cohærent, & secerni possunt, vt prę, nam cum dico, *pretulit*, vtiq; cohærens inuenitur; cum autem, *præ metu*, segregata est, Accusatiuæ præpositiones triginta tantū sunt. Illæ duæ possunt in quæstionē vocari, Apud & Ad, eo quod semper in loco est, vt *apud amicū sum*; Ad vero secūdum artem semper ad locum, vt, *ad amicū vado*, quanquam & secundum auctoritatē inuenitur in loco, vt, *ad M. Leccam te habitare dixit*. Vsque non videtur plurimis præpositio, quoniam sic alia præpositio non potest poni; etenim dicimus, *ad forū vado*, vt Virgilius, *adusque columnas Exulat*. iam si habeat alteram prępositionem, ipsa præpositio esse non potest. Nunquā enim præpositio alteri præpositioni cohæret. Si autem volueris, vt coniunctim cohæreat, non iam aduerbium erit, sed potius recipit naturam suam, nam & prępositionem præpositioni sic cohærentē, vt pro vna parte præpositionis habeatur, inuenimus sępe apud Catonem, vt *circūcirca*, id est, circa. In ablatiuis præpositionibus E & Ex hanc habent obseruatiōnem, vt si vocalis sequatur, Ex præponamus, vt, *ex amico audiui*; si autem consonans, E præponatur, vt, *e foro venio*. Illud vehementissime obseruare debemus, vt Con & In, quotiescunq; habent post se s & f literam, videamus quemadmodum pronuncientur. plerunq; enim non obseruantes barbarismos incurrimus. Nam cum ipsorum natura breuis sit; tamē si sequantur supradictæ literæ, plerunque in longitudinē transit, vt, cum dicimus, quo fit confessio Item consilium, consulit, his enim locis pronunciandæ sunt, vt longæ; similiter insula, infula; quod magis aurium iudicio, quā artis ratione colligimus. Præpositiones aut ipsa verba corrūpunt, vt cōficio, nam erat integrum, facio. Aut vtrunq;, & corrumpunt & corrumpuntur, vt afficio. Nam affero, quod scribebatur per a & per d, incipit scribi per a & per f: & itē quod erat facio, fit ficio. Præpositio & quando præponitur, & quādo postponitur, si casum suum retineat, prępositio est, vt, *Transtraper & remos*, si aūt casum mutauerit, fit aduerbium, vt *longo post tempore venit*. Ambiguæ præpositiones quatuor fuerunt, In, Sub, Super, & Subter. Quibus maiores indifferēter vtebantur, sed hodie tātum duæ sunt in & sub; nā super & subter accusatiuæ habentur. In autem & Sub, qua ratione in se ferentur, in superiore tractatum est. Plerunq; eadem est Præpositio quod est & Aduerbiū, vt ante, & post. sed quod magis dictum est, hac ratione colligim⁹. Etenim si pars orationis sequatur, quæ casibus seruit, præpositiones erunt, vt *ante templū*, *propter aquam*: templū enim & aqua, casuales partes orationis sunt. Quādo autem dicimus, *ante fecit*, *post dixit*, aduerbia sunt si sequantur verba Nouimus itaque aduerbia semper verbis egere.

DE INTERIECTIONE.

Interiectio nihil habet nisi solum mētis affectum, quæ tūc interiectio dicitur, quando voce incondita profertur, o, heu, & similia. Cum plenos adhibemus ad exprimendos animi affectus, tam interiectiones dicuntur, quam pro interiectionibus. vt *proh Iuppiter ibit Hic*, ait. & hæc pars non potest proprium nomen vtri⁹ tenere, eo quod variæ interiectiones sunt, nam O dolentis legitur, vt *O mihi præteritos referat si Iuppiter annos*; & italcentis, vt *O callid. s homines*, & similia.

CLE-

CLEDONII,

Senatoris Romani, Conſtantinopolitani Grammatici, In Donati artem primam & ſecundam expoſitio.

MAXIMI VICTORINI de re Grammatica Liber.

D. AVRELII AVGVSTINI Ars de nomine & verbo.

P. CONSENTII V. CL. Ars.

FLACCI ALCVINI, Caroli Magni magiſtri, Ars.

EVTYCHIS de diſcernendis Coniugationibus libri duo.

CORNELIVS FRONTO de Differentiis vocabulorum.

ANONYMVS eiuſdem argumenti.

Nnn 5



ARS CLEDONII ROMANI SENATORIS, CONSTANTINOPOLITANI GRAMMATICI.

FLVENTIBVS *verbis scribis ad me, vt ea quæ in arte vtraq; doctissimi Donati nebulosa caligine legentis obscurant inscitiam, lucido sermone ad te perferenda rescribā. Quasi quicquam sit quod indaginem tui vitare possit ingenii, & alterius laqueis irretiri. Parce doctissime, proteruo forsan, sed grato sermoni, o fide omnib. & in omnibus fide, hoc tamē reperiri potuit, in quo fas sit tibi dici, Mentiris. Quid igitur faciam? Video quā scopuloso difficiliq; in loco necessitudo versatur. Indeuotus me quoq; accusante reperiar, aggrediar, temeritatis flatibus æstu procelloso iactabor. Est tanti temerarius corrigar, quā nomine conditoris afficiar, pro quo de diuersis veterib. aptos huic operi sumsi tractatus, a quib. mea quoq;, vt potui & quæ potui pro bacchare copulaui, ablatisq; limitibus eam poplano dispersi, vt inoffensibili cursu fructus sibi lector colligat, maturatos nisu me tuis preceptis aggressa circumspice, luxuriosos tonde sermones, doctiloqua serie corrigentis extende curta, candifica vt ad tuum arbitrium cuncta videantur tractata, relecta, digesta: Vale.*

DE PARTIBVS ORATIONIS.

PRobvs & Vasso alter eorum in duas nouas partes scribit, & reliquas subiectas facit. Alter in quatuor., put. quisq, potuit sentire. Nos vero cōuenit Donati sequi auctoritatē. Igitur octo partes orationis esse dicim⁹. Nomē dicit̄ quasi notamē, qd̄ res nobis notas efficiat Pronomē quod impleat nominis vicē. Verbū quod verberet os motus linguæ reductus. Aduerbiū quod verbis adiectū sit. Coniunctio quod coniungat duas partes. Prepositio quæ omnib. partib. preponirur & sibi ipsi Interiectio quę ex affectu nascitur mentis. *Proprie. proprie vt Roma, Tiberis. Cōmuniter, vt vrbs, flumen.* Nomini quot accidūt? Qualitas accidit, vt sciamus quale nomen sit masculinū an femininū, vel propriū vel appellatiuū, quia appellatiua nomina cōparātur, propria nūquā. Gen⁹, vt discernam⁹ sexus. Numerus, qui vnū & plures demōstrat. & cōmunis est numerus qui & Dualis dicitur apud Græcos, vt species, facies, res. Figura, quia simplicia nomina cōponi possunt Casus, quib. nomina declinātur. *Bipertita.* in duas partes diuisa. *Nomen est,* Notandum quod propria nomina pluralem non habent. *Appellatiuum.* appellatiuum est commune cum multis. *Appellatiua.* appellatiua comparantur, propria comparari non possunt. *Dumtaxat.* tantummodo sola. *Qualitatem.* in qualitate duo principalia quærenda sunt animi & corporis, & vnū extrinsecus diuitiæ, dignitas rei: in quātitate vnū, quā magnus aūt quam breuis; nā ideo dixit *Dūtaxat* i. sola. Quā multa alia sunt nomina appellatiua, quæ qualitatē aut quantitatē non recipiunt. *Cōparatiuus.* Cōparatiuus gradus semper generis cōmunis est. *Ablatiuus.* trib. casibus seruit, & ablatiuo, septimo casui, & nominatiuo adiecta *quā* particula. Supetlatiu⁹ genitiuo tantū plurali; dicimus n *doctissimus amicorū.* & tunc hoc dicimus, quādo aliquē de nostro genere, aut de aliqua ꝓfessione significamus. Singularē autem i. tamirtis, si positionem habeat singularem; intellectum pluralem, vt *fortissimus Troiani generis. Est epicœnon.* Inter epicœnon & commune hoc interest. cōmune in articulis duo genera cōprehendit, dicimus. n hic & hęc sacerdos; epicœnon vnū, dicimus enim hic passer & hęc aquila. Quot modis nomina cōponuntur: IV. *Ex duobus corruptis.* Ipsa nomina simpli-

cia sunt. *ex duobus corruptis constant.* quæ ex corrupto & integro, vel ex integro & corrupto, vel ex duobus integris fuerint cõposita sunt, vt efficax pro efficiens, adfaciens, vt nugigerulus pro nugas. *a vel o.* preter deabus. mimabus, mulabus, asinabus, equabus, filiabus, quæ causa sexus anomala sint. fuerint terminata, vt Musa Musarũ Musis, genitiuũ pluralẽ in rũ mittunt, datiuũ & ablatiuũ in is intelligimus, etsi quando correpta, quando producta sint. E litera in ablatiuo singulati correpta est, si eã in genitiuo plurali non reddat, vt ab hoc corpore, corporũ, muliere, mulierũ: si autẽ ex ablatiuo singulari se in genitiuo plurali detenuerit, producta est, vt ab hac specie specierũ, ab hac re rerum. *Sic correpta E.* correpta hinc aduertens si genitiuus is fuerit terminatus, vt hui⁹ parietis; si autem in e miserit, e producta est, huius diei harum dierũ, & si qua talia: si producta, vt species specierũ: geminata ai literæ, vt cornu cornuũ. *casus nominum.* Casus a cadendo dictus, quod aliũ casum demonstret. Quartæ declinationis genitiuus singularis si similis fuerit, nominatiuũ & vocatiuum parẽ habebit, genitiuũ pluralẽ in uum mittit, datiuũ & ablatiuũ in bus, hic fluctus, huius fluctus, horũ fluctuũ, his & ab his fluctibus. Si vero dissimilis fuerit genitiu⁹ a nominatiuo, vocatiu⁹ in e mittit, genitiuus pluralis in rum datiuus & ablatiuus in is, docti horũ doctorũ, his & ab his d . ctis. Sic & varius interdũ vocatiuus in i mittit, quia secundæ declinationis, vt Sallusti; antiqui in us, vt Virgilius, *Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarũ.* pr , fluuie. nominatiuũ & vocatiuum pluralẽ generis masculini & feminini i facit, i & o magistri, hęc & hoc, & o fraxini. *casus sunt sex.* & est Septimus casus ablatiuis similis sine præpositi ne, vt *velocior equum equo*, non, *ab equo.* est & Octauus datiuis similis, quia accusatiuus casus repræsentat speciẽ, & facit elocutionem, vt, *It clamor cælo*, id est, ad cælũ. *nominatiui.* Neutra nomina tã in singulari quã in plurali numero tres casus similes habẽt, nominatiuũ, accusatiuũ, vocatiuũ. Ab hoc & ab hac & ab hoc felici, ablatiu⁹ singularis in omni genere e & i cõmunẽ habet, propter genitiuũ pluralẽ qui in iũ vadet; & sane sciendũ in ablatiuo singulari participia iuxta superiorẽ formã in e exire, nomina in i. Pręfectus vrbis rationabilius dicitur quã pręfectus vrbi, quia nomen est dignitatis non participiũ: hoc enim est præfectus quẽ Græci ὕπαρχον dicũt, vt videatur præire omnes, non ex eo quod præfect⁹ sit ciuitati: adde quod Cicero Verrinarum VII. id est, suppliciorũ dicit toties *præfect⁹ classis*; &, *præfect⁹ classiũ Cleomenes.* Deinde, *De futuro præfecto quid dicis. hic præfectus faciẽdus est crastino die.* Quomodo duo tẽpora sibi cõtraria confundes, præteritũ perfectũ & futurũ? tribus. n. tẽporibus participia constant Pręfectus si participiũ dixeris & futurũ est, & non potes antequã fiat dicere factũ. & erit nomẽ non participiũ, quod iungẽdũ est genitiuo casui nõ datiuo. nã si volueris verbi gratia mihi dicere nescio vrbem ciuitatem noui dici, & quæsieris a me qui transiit? nimirum dicturus tibi sum pręfectus ciuitatis, numquid bene dico si dixero pręfectus ciuitati? Similiter etiam pręfectus prætorii dici debet, non præfectus pretorio; ita vt præpositus cubicu i, non cubiculo. Ille nam dici debet præfectus aut ciuitati aut prætorio, qui superpositus fuerit a præfecto vel fabricæ prætorii, vel victualibus ciuitatis non enim poteris dicere de faciendo præfecto, cras iste præficiendus est ciuitati, sed dicis, cras iste futurus est præfectus, aut faciendus est præfectus. Proconsul a disertis bene dicitur, non vt quidam putant hic proconsule dici, quia nomen est dignitatis nõ sub duabus partibus orationis sed sub vna, nam si dixeris procõsule, erit monoptoton, secũdũ Donatũ & alios qui dicũt, ea parte declinari nomẽ qua fuerit in cõpositione nominatiui cas⁹. Absurdũ igitur erit dicere a præterito procõsule venio, vel carruca est pro cõsule. sectãtes chartulariorũ aliquãtorũ impe-

imperitiam, deserunt doctissimorum veterum in arte tractatus; quippe cum inter chartularios eloquentissimos reperias quosdam, vel paucos indoctos. Melius ergo est sequi eos inter quos nullus reperiatur imperitus, quam hos inter quos videantur esse pauci. Ergo si hic pro consule voluero dicere declinabo sic, quia erit monoptoton: nominatiuo hic proconsule, genitiuo huius proconsule, datiuo huic proconsule, accusatiuo hunc proconsule, vocatiuo o proconsule, ablatiuo ab hoc proconsule. Quid ergo cum a me quæsierit quisquam, qui processit? nempe dicturus sum, proconsule. de cuius prætorio venis? proconsule. cui libellum obtulisti? proconsule. quem audisti procedentem? proconsule. voca illum nomine suo. o proconsule. a quo causa tua examinata est? proconsule. Vide quam sit absurdum per tot casus errare, quos si voluero recte declinare, sic declinabo simplex nomen, quomodo compositũ, quia præpositio si illam non sequatur casus suus perdit vim suam & transit in nomẽ. Declinabo igitur simplex nomẽ sic. Nominatiuo hic consul, genitiuo huius consulis, datiuo huic consuli, accusatiuo hũc consulem, vocatiuo o consul, ablatiuo ab hoc consule. ad hanc formam cõpositum declinamus, nominatiuo hic proconsul, genitiuo huius proconsulis, datiuo huic proconsuli, accusatiuo hunc procõsulem, vocatiuo o proconsul, ablatiuo ab hoc proconsule. Nomen est enim dignitatis suæ, non actus cuiusdam rei, vel belli sibi specialiter mandari. Quod si ad tanta testimonia suadere pertinaci non queo, sufficiat illi ad confirmandã regulæ qualitatem, quod simplicia nomina in qua syllaba terminauerint nominatiuum in eandem mittunt sua composita, vt decẽs indecens, potens impotens, curator procurator, ita & consul proconsul. Deinde nullum nominatiuum masculini generis reperies, si requiras, e litera terminatum. Sæpe quæsitum est vtrum Vicarius dici debeat etiã is cui magnificentissimi præfecti vices suas in speciali caussa mandauerunt. nequaquam. nam Vicarius dicitur is qui ordine codicillorum vices agit amplissimæ præfecturæ: Ille vero cui vices mandantur propter absentiam præfectorum, non Vicarius, sed vices agens, non præfecturæ, sed præfectorum dicitur tantum. Præfectus vigilibus bene dicitur, quia hic participium est præfectus, nõ nomen; præponitur enim disciplinæ nocturnę. Et his qui eodem officio depotãtur * nõ officia potestatis ducit examen, qua enim ratione nomen poterit habere potestas, quæ diem non habet? Et quia prætermittendum mihi non visum est quod euentus admonuit, quodam tempore dum ars in Capitolio die competẽti tractaretur, vnus e florentibus discipulis Iohannes, a grammatico venia postulata intendens in alterum sciscitatus est, qua differentia dici debeat consularis. *

. . . .

. . . .

. . . nomine suo anni circulum . .

. . . qui . . . . .

Hic deerat folium vnum in exemplari.

met, nosmet. *Persona.* quia finita pronomina personas habent. Casus sicuti in nomine, ita & in pronomine. non omnia pronomina personas habent, nisi tantum * un interdũ recipit. Ideo interdum quia finita sola personas recipit, ab hoc quod de præsenti persona tractetur. *Bipertita est.* Non est bipertita sed tripertita, quia sunt finita, infinita, minusquam finita, ego tu ille. Alii dicunt Ille non esse finitam, quia de absentis persona est, & est verissimum magis esse infinitum. *Eadem fere.* Ideo fere quia epicœnum non habet præter epicœnum, vt qualis talis qualitatis infinitæ. talis femina, tale mancipium. Qui communis numeri est, generis masculini; Quæ similiter feminini. enim quæ mulier & quæ mulieres, qui vir, & qui viri? Ego pronomen fi-

nitum generis omnis, numero singulari, figuræ simplicis. Ideo figuræ simplicis, quia facit cōposita egomet. *Personæ primæ.* Prima & secūda persona generis sunt omnis. *O a me ablatiuo* In singulari numero prima persona vocatiuum non habet, quia ipse se nemo potest vocare. pluralem habet. genitiuus duplex est, sed omnino in vsu non est. *Et hic* in pluragenitiuus duplex est, septimus est generis. Tunc pronomen Ille finitum est quando de præsente dicitur; tunc infinitum quando de absente. Finita vt ego tu ille: minus quam finita, vt ipse, iste. Articularia, vt hic & hæc & hoc. Subiunctiua vel relatiua, vt is. Infinita, vt quis quæ quod. Possessiua, vt meus, tuus, noster, vester. In neutris pronominibus sicut in nominibus tam in singulari quam in plurali numero tres casus similes sunt, nominatiuus accusatiuus & vocatiuus. Minus quam finita duo sunt, ipse & iste. Ipsius naturaliter sic accipit accentum, longa est enim hic sicut & Illius. *Minusquam finita.* Quæ nec finita sunt nec infinita. Finita pronomina præsentes personas faciunt; minusquam finita absentes. Hoc pronomen in ipsum mittit, non in ipsud, quomodo illud & istud, nam sicut Virgilius dixit, *Atque ipsum non perdat. Inter Articularem.* Articularia ideo dicuntur, quia articula huius pronominis pronominibus cōiunguntur. nam inter articulos & pronomina hoc interest. pronomina sola declinantur; articuli iuncti nominibus, vt hic magister & hæc Musa, potest etiam si nomini non iungitur aliquem demonstrare, vt si dicat hic. Hic, hoc pronomen dum correptum fuerit, pronomen est, dum productum aduerbium est. ideo articularis præpositiuum dicitur, quia præponitur nomini, dum dico hic magister præpositus est articulus nomini. *Vel demonstratiuum.* Demonstratiuus ideo, quia videmur demonstrare dum dicimus, hic est, vt Virgilius, *hic est tibi quem promitti sæpius audis.* *Huius.* Sane notandum genitiuum communem esse tam masculino quam feminino vel neutro, dicimus.n. hu us viri & huius mulieris & huius scamni. *Subiunctiuum.* Subiunctiuum dictum est aut relatiuum quod subiungitur & refertur, nā ista pronomina articularibus præpositiuis subiecta sunt. nam cum verbo tenus interrogamus hic est magister? respōdes. is, nam si hic dixerit viro sunt eum eius notandum quod genitiuus omnibus tribus generibus. *A me est* a quo, vel a qui Ablatiuus singularis duplex est, cui⁹ talis est regula, qua & ablatiuum pluralē duplicem a quis vel a quibus, sicut a docto doctis, ab quod est a qui facit a quibus, sicut a nobili nobilibus. Quis nominatiu⁹ duplex est iste singularis dicimus.n. & q̄s & q̄ est, sed qui cōmunis numeri est, quis cōmunis non est. quæ cōmunis numeri est, vt quæ mulier & q̄ mulieres? *Item possessiua.* Possessiua dicta quia possident nomen. Finita dicta quia personatiua sunt. horum pronominū quatuor latera sunt; aut vtraque pluralia, vt nostra: aut vtraq; singularia, vt meus; aut intrinsecus plurale, & extrinsecus singulare, vt vester: aut intrinsecus singulare, extrinsecus plurale, vt mei: aut ex vtraq; parte possessiua, ad aliquid se habentia, plurale vt nostri, singulare vt meus codex. Inter nostrum & nostrorum hoc interest, nostrum de nobis ipsis, nostrū de hominibus nostris, sic & vestrum & vestrorum.

DE VERBO.

Verberato aere motu linguæ locutio firmetur. sed dū omnes partes sic fiant, verbum maxime, quia pars est principalis sine quo loqui non possumus. *Cum tempore.* quoniā verba temporibus declinantur. *Et modis* quomodo nomina casibus. *Sine casu.* casu caret, & ideo dixit sine casu, propter græca verba. Est tibi loqui, est ambulare in foro, est verbum, ambulare verbum, & duo verba iungi non debent simul. Igitur illi sic vtuntur infinitis verbis

bis quasi nominibus. *Neutrum.* nec agere nec pati, vt curro. *Qualitas verborum.* Qualitas accidit vt sciamus quale sit verbum in modis & in temporibus. Coniugatio vt sciamus vtrum prima an secũda. Genus vt intelligamus significationes vtrũ actiuæ sint an passiuæ. Numerus sicut nominum. Tempus quo cognoscimus rem gestã. Persona per quã singula diuidimus. *Coniunctiuus.* Cõiunctiuus ideo dictus, quia solus sensũ implere non potest, vt puta, cum legero surgam, hanc partẽ orationis sibi adiungit, surgam, quam si detrahas plenus sensus non est. *Modi sex sunt.* Promissiuus modus non est, sed est indicatiui modi tempus futurum. Infinitus dicitur qui numeros, tempora, personas confusum habet totum. Impersonalis modus est, qui de significatione sua personas nõ facit. quod de pronominibus personas sumit, vt legitur a me, a te, ab illo. *Quæ sunt formatiua.* Ideo quia habent verborum ipsorum significationem, nam hæc est forma perfecta lego, qua est, & significatio actiua. *Meditatiua.* meditatiua prima debet esse, q̃a ante meditamus aliquiđ, & sic inchoamus, & meditatiua est a meditatione dicta, vt lecturio, legere volo; non actum enim sed agẽdi apparatum habet. Inchoatiua est quæ inchoat, & venit a neutrali verbo, vt ardeo ardesco, vel a se oritur, vt manesco. & inchoatiua forma nec præteritum habet nec futurum. Frequentatiua est quæ ostendit nos frequenter aliquid facere, vt lectito, hoc est, frequenter lego. Quarta coniugatio a tertia hinc separatur, quod quarta coniugatio semper in actiuo ante s literam i productam habet in passiuo ante syllabam ris, vt audio audis, audior auditis, & duplex futurum habet, nam & in am mittit & in bo, vt audiam & audibo; & infinitum semper producit, vt audire, munire *Cum tempore & persona.* quare? quia ista sibi inuicem sunt iuncta, & persona tempori, & tempus personæ. nam si persona sola fuerit, pronomen erit, si tempus solum, participium erit. ergo tempus & persona verbum faciunt. *Inchoatiua.* Inchoatiuæ formæ hæc debent congruere. vt oriantur a neutrali verbo, vt in sco syllabam exeant, vt tertiæ sint coniugationis semper, vt careant tempore perfecto & plusquamperfecto, & participio futuri temporis; calesco præsentis temporis, calescebam imperfecti, calescam futuri. Coniugationes verborum quot sunt? multi volunt tres coniugationes esse, multi quatuor. tamen singula hanc habet regulam. Prima coniugatio a productam habet in actiuo verbo & in neutrali, in secunda persona ante literam s, in passiuo, communi, & deponenti, ante syllabam ris, vt laudo laudas, laudor laudaris. Secunda est quæ in actiuo verbo & neutrali e productam habet ante nouissimam literam, passiuo, communi, deponenti, ante syllabam ris, vt doceo doces, doceor doceris. Tertia est quæ in actiuo verbo & neutrali secunda persona i correptã habet ante literam s, vt scribo scribis. Quarta est quæ in actiuo verbo & neutrali secunda persona ante s literam i productam habet; in passiuo ante syllabam ris, vt audio audis, audior audiris. Et sane notandum quod prima, secũda, & quarta coniugatio productæ sunt, tertia sola correpta. Octauus mod' quidem dicitur Cõcessiuus hoc exemplo, vt, fac quia dixeris, quod compendiosa locutio inuenit. *Indicatiuo*, qui est pronuntiatiuus Inter promissiuum & indicatiuũ hoc interest. Promittimus tantum futuro; indicamus omnib. temporibus. Verba impersonalia currunt per modos, legitur, legebatur, lectum est, lectum erat, lectum fuerat, legeretur. imperatiuo modo legatur optatiuo modo, vtinam legeretur, vtinam lectum esset, vtinam lectum fuisset, vtinam legatur. Ita currit per modos declinatio totius verbi. *Non sunt modi.* Gerundi vero ideo modi non sunt, quia videntur quandam significationem habere participii. nam quando dico, legendi, genitiuus videtur esse

participii futuri temporis a passiuo quam alia significatio, legendo legeris, legendum accusatiuus, lectũ vero quasi accusatiuus est præteriti tẽporis participii. quasi videntur eadem esse, cum nõ sint formæ ita debent ordinari, vt prima sit meditatiua, secunda inchoatiua, tertia perfecta, quarta frequẽtatiua, ideo quia necesse est prius vt meditemur, deinde cum meditati fuerimus vt inchoemus, dein cum inchoauerimus vt perficiamus, deinde cum perfecerimus vt frequẽtemus. Iste confuse illas posuit. Meditatiua forma non aliquid nos agere ostendit, sed velle agere, vt Lecturio; significat enim non lego, sed legere volo. Inchoatiua, calesco, calere incipio. Inchoatiua autem forma hęc habere debet, vt oriatur a neutrali verbo, & exeat in sco syllabam, careat tempore pręterito perfecto, & plusquãperfecto, careat etiã participiis futuri temporis, & tertiæ semper sit cõiugationis correptæ. Si autem minus fuerit non erit forma inchoatiua, sed perfecta vt cõpesco, compescis, tempus præteritũ perfectum compescui, idcirco non videtur inchoatiua. Forma frequentatiua, canto cantas, primæ sunt coniugationis. Sciendum tertiam coniugationem hinc distare a quarta, quod quarta coniugatio futurum duplex habeat, tertia simplex, tamen melius coniugatio siue correpta sit, siue producta infinito modo deprehenditur, vbi etiam melius syllabarum natura cognoscitur. Notandum quod prima & secunda coniugatio semper futurum in bo mittit, tertia semper in am, quarta producta & in am & in bo. Sciendũ quod prima, secunda, & quarta cõiugatio infinitum productum habent, & tertia correptum. *Et imperatiuo.* nutrio nutriris, tertiam correptam vel productã de passiuo cognoscimus, de penultima syllaba imperatiui modi colligitur, & de imperatiuo qui a neutro veniat ab imperatiuo e correpto, scribe, ab infinito, id est, perpetuo, scribi. item ab imperatiuo i producto, muni, ab infinito, muniri. & infinito tria verba in imperatiuo excepta sunt, dico, duco, facio, dic, duc, fac; non dice, non duce. non face. quod si inuenerimus, comice dictum est. Modi ergo imperatiui temporis præsentis secundę personæ, re syllaba adiecta fit modus perpetuus, vt dicere, ducere, facere; excepto vno quod modo infinito fine re syllaba terminatur, vt volo velle, non vellere; & vno defectiuo, esse. *Quãdo tertia.* Tertia coniugatio producta aliquando in bo, tantum mittit, aliquãdo & in am vt in bo tũc in bo tantum, quando indicatiui modi prima persona e habet ante o vltimam syllabam, vt exeo facit exibo tantũ; tunc & in am & in bo, quando in supra dicta persona i habet ante vltimã o, vt nutrio, facit enim & nutriam & nutribo. nam Virgilius dixit, *Audiam, & hac manes veniet mihi fama sub imos*; & Terentius dixit, *matris seruibo commodis*. ille in am & hic in bo misit, vnde apparet vtramq; esse regulam. *Genera verborum quę & significationes.* Actiua sunt quæ se aliquid agere demonstrant: passiua quæ pati: neutra quæ nihil horum: deponentia κατ' ἀντίφρασιν, hoc est, per contrarietatem; sicut Parcæ quod nulli parcant; aut certe ideo dictum est deponens, quod deponat significationem actiuam. Communia quæ & agentis & patientis sibi vindicant significationem, & de actiuo passiuum fit, & de passiuo actiuum. Osculor tunc actiuum significat, quando accusatiuum casum regit, vt osculor illum, tunc passiuũ quando ablatiuũ, vt osculor ab illo. Dicimus enim, osculor te, & osculor a te. *Figura verborum.* figuræ sic accidũt verbis quomodo nominibus, simplex & cõposita. *Tempora verborum quot sunt.* ? tria tempora sunt, cũ declinatione quinque, quia præteriti tres sunt distantiæ, imperfecti, perfecti, plusquamperfecti. præsens est quod facere videmur. præteritum imperfectum est quod facere videbamur, & imperfectum dimisimus. præteritum perfectum est quod factum nunc cõpleuimus. præteritum plusquãperfe-

perfectum est, quod olim res perfecta est, futurum est, quod facere nos quandoque demonstramus. *Tertia Coniugatio.* Coniugationis tertię correptæ semper corripitur futuro, legam leges secunda persona futuri, indicatiuo singulari numero e producta pronunciāda est, ne secunda persona præsentis temporis intelligatur. Imperatiuus modus præsenti tempore secundam & tertiam personā habet, quia ipse sibi nemo imperat, eodem modo tempore futuro. modus imperatiuus temporis futuri numeri pluralis tertiæ personæ ita fit, sublata o indicatiui modi primæ personæ & addito unto, vt amo amunto, doceo doceunto, lego legunto, audio audiunto. Futuro legito. In hoc futuro nec in singulari nec in plurali prima persona est. *Coniunctiuo modo.* temporis præsentis coniunctiuus modus futuro optatiui similis est. *Infiniti modi numeris & personis.* Infinitus ideo dictus, quod in numeris & in temporib. & in personis æqualis est, dicimus enim a numero lege, legere debet & legere debent; a tempore, legere habet, & legere habuerunt: a persona legere habeo, legere habes, legere habet. hic similiter tria tempora habet, quamuis in præsenti omnia complectatur, vt est legere modo, legere antea, legere postea. *Verbo impersonali.* Impersonale verbū est quod personis caret suis, & a pronomine accipit personas & sic declinatur, dicimus .n legitur a me, a te, ab i lo. *Gerūdi.* ideo dicitur gerundi, quod nos aliquid gerere significat, vtputa legendi caussa veni, legendo mihi contigit valetudo, legendum mihi erit, lectum venio, nimio lectu factus sum, vt Virgilius, *nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli.* Sed magis melius est participia fiunt, quam gerundi verba. Bonus est visu, ille suauis est auditu. Participialia verba sunt, quia similia sunt gerundi verba participiis futuri temporis a passiuo. participia trahuntur a verbo actiuo, participia regulam significationis suæ seruant, & ipsa actum demonstrant & vlteriora, quia duo tempora habent, vlterius tempus, lectus fui ante horam, etiam ante duas horas, ostendit retrorsum tempus. lectum tibi erat, lectum tibi fuerat, legetur vel legere. sic abutere quamuis sit tertiæ correptæ coniugationis tamē & producenda est, quia elocutionem implet. Sciendum sane, quod regulas super futuri indicatiui tam in passiuo quam in communi vel deponēti, tam in prima producta, quam in secunda producta, quam in tertia correpta, quam in quarta producta similiter ponēdum, vt prober proberis, vel probere, probetur, docear docearis vel doceare doceatur, audiamur audiamini audiantur. *Ad secundam & tertiam personā.* quoniam primam non habet, siquidem sibi nemo potest imperare. Futuro legitor, probator, probaminor, probantor. sic a secunda docetor, docetor, doceminor, docentor. sic a quarta coniugatione producta auditor, auditor, audiminor, audiuntor. Iam per omnia verba hęc regula sequitur optatiuo modo. Optatiuus est proprie quod præsenti tempore optamus, ita Donatus; nam Probus & Sabinus sic volunt declinari optatiuū per singula tempora, quomodo coniunctiuum, vt Virgilius, *Fecissentque vtinam.* Notandum ne quo tempore, vtinam, nec in singulari nec in plurali prima persona ponēda sit; vlterius dicitur quod post pręsens est qui præteritū esse cognoscitur, ipse est modus coniunctiuus, quod est tempus futuri optatiui; futurum lectum iri. Futurum ab actiuo in e, a passiuo in i, futura infinita ab actiuo in e, a passiuo in i. Participia trahūtur a verbo passiuo duo. Participia significationis suæ intellectum sequuntur.

DE ADVERBIO.

Aduerbium dictum est ideo, quod coniūctum verbo vim eius explanet & impleat, nam cum dico lego, nec dicitur quemadmodum legam, sed adiecto aduerbio exprimitur, vtpote verbi gratia, bene lego an male lego. *Significatio.* Significatio est quæ probat a se aduerbia

descendere, & significati cuius sint. *Comparatio.* Sic comparantur aduerbia sicut & nomina, sic etiam componuntur, similiter & in figuris & comparatione deficiunt. aduerbia ipsa quæ extra exempla lectionis istius reperiuntur sensu colligéda sunt, vt deprehendantur cuius significationis sint, vt multum, rarum. Aduerbia ista multum & rarum, nō iunguntur nisi genitiuo tantum singulari, vt multum olei & parum aceti. Forsitan, & forsan, & fortasse, vnū est. *Vt heu mihi.* Heu quærendum est quando aduerbium sit respondendi, quando interiectio, si verbum sequitur, aduerbium, si alteram partem orationis, interiectio est. Et ele medius fidius, ædepol & medius fidius singulæ partes orationis sunt, etsi habeant intellectum duarum. *Vt doctissime.* Si nomini iungitur, nomen est generis neutri doctius, vt doctius mancipium. Si verbo iungitur, aduerbium est comparatiui gradus, vt doctius dixit. *Magis.* tamen, magis, istæ duæ particulæ a positiuo non recedunt, qui voluerit istas comparatiuo & superlatiuo iungere vitium non vitabit. *Et quam magis figure.* His verbis componuntur aduerbia quibus & nomina. Ad locum aduerbia hæc sunt, Huc, illuc, illo, istoc. In loco ista sunt, Hic, illic, vbi, ibi, istic. De loco ista sunt, Hinc, illinc, inde, istinc, alibi & illim. Per locum, isthac, illac, illa. De loco, vnde venisti? Per locum quā trāsimus, ad locum etiam illa aduerbia iunguntur, intro & foras, vt vade intro, exi foras. In loco etiam ista, intus & foris, vbi fuisti intus vel foris? De loco etiam similiter, vnde existi? intus, vnde venisti? foris; ideo deintus & deforis non dicimus quia præpositio aduerbiis vocalib minime sociatur. Sic dicimus & Roma exeo & Romæ sum, & Romam vado, quia præpositio ciuitatibus non iungitur, sed prouinciis. Sic & domo exeo, domi sum, domum vado. Tunc iungim' præpositionem, quando pronomen iunctū fuerit, vt de domo mea venio, vel de rua; vt ad domum meam vado, aut ad domum tuam. Sic & rus vado, & rure venio, ruri sum. si addo modo pronomen iungo præpositionem, vt de rure meo venio, vel ad rus meum vado. Aduerbia quæ cōparari possunt cū positiuo singulari aut in e aut in ter exire possunt, vt docte, admirabiliter. Comparatiuus vero gradus in aduerbiis semper in ius exit, vt doctius, admirabilius Superlatiuus vero in e semper exit, vt doctissime, admirabilissime. Aduerbia tunc in ter exeunt quādo datiuus casus singularis i litera terminatur, vt agiliter. tunc in e exit, quando datiuus casus singularis o litera terminatur, vt docto docte. Nomina ciuitatum aliquoties pro significatione aduerbiorum ponuntur, & cum ad locum significant, accusatiui speciem tenent, vtputa Romam pergo; cum de loco ablatiui, vtputa Roma venio. cū in loco, aliquando genitiui, aliquando datiui, tunc genitiui quando nominatiuus vel um vel us fuerit terminatus, vtputa, Ilium, Antādrum, Adrumetus. Aduerbiū in loco facit, *Illi Adrumeti* Cum autē nominatiuus aliis regulis fuerit terminatus, secundum datiuum facit aduerbium, vtputa, Carthago, Tibur. Aduerbium loci in loco erit, Carthagini sum, Tiburi sum. Ab his regulis pauca auctoritate vsurpata sunt, vt Narbone fui, pro Narboni, ablatiuum posuit pro datiuo. Sallustius, *Narbone per cōcilium Gallorum.* Cicero in Philippicis. *Cū tu Narbone mēsas hospitū cōuomeres.* Contra hāc regulā inueniuntur rare auctoritates vsurpatę, vt durus duriter, inhumanus inhumaniter. Itē sunt alia, quæ o in er literam conuertunt, vt violento violenter. Item ex hac forma sunt nomina, quæ o literā in i conuertūt, & tus syllabā accipiūt, vt diuino diuinit', cœlo cœlitus. Sunt alia quæ genera dum datiuū in o non mittant variata aduerbia in tus mittant, & hoc pæne ab omnib. generibus decurrit. nā radix facit radicitus & datiuū mittit in i. alia quæ originē non habēt. vt penitus. namq; medullitus a feminino genere aduerbiū facit, qd' est primæ declinationis. ergo regula horū nominum quæ exeunt in aduerbia in us vadunt.

dunt, pauca quæ auctoritas adprobat, vt medulla medullitus & a secũda similiter, vt cælũ cælitus, & a tertia similiter, vt radix radicitus. a quarta & quinta declinatione nusquam lectum est quod aduerbia in us mittunt.

DE PARTICIPIO.

Participiũ dictũ quod partẽ sibi verbi, partẽ sibi nominis tollat. nã a nomine tollit casus & genera a verbo significationes & tẽpora, ab vtrisq; partib. numerũ & figurã. Similiter nomen & participium hęc res discernit, quod si genitiuo seruit, nomen est, si accusatiuo, participium, prudens est illius rei prudens est ad illã rem, hic tempus designat. *Tribus generibus.* vt hic & hęc & hoc legens participia omnia temporis præsentis quæ veniunt ab actiuis & neutralibus verbis, vel a deponentibus vel a communibus, semper generis sunt omnis. Participia semper totius generis ablatiuum singularem in e literam mittunt. Participia in se inuicẽ ita recurrunt si participio præsentis temporis tollas s literam & addas dus, facis futurum tempus a passiuo, vt amãdus. Item si participio præteriti temporis ab actiuo tollas s & addas rus, facies participiũ futuri temporis ab actiuo, vt amaturus. Neutri regulam, ab actiuo intelligis, qui ipsam sequitur. Depon[e]s verbum passiui regulam sequitur. *Tempo. a partic. piorum* Participium presens in ns literas semper terminatur, ab omni verbo, ab omni coniugatione, vt amans docẽs, legens. Præteritum participiũ us semper terminatur, & est generis masculini vt doctus, amatus, lectus. Futurũ participiũ, duabus regulis terminatur, vt legens, lecturus. præterito dus, vt lectus legend[u]s, lecturus. *A commu- ni.* ideo quia actiui duo participia tenet, & duo passiui propterea cõmune verbũ quatuor participia recipit, quia actiui passiuiq; significatione demonstrat propterea eorũ bina participia. *Numeri participiorũ quot sunt?* Cõmunis numerus in participiis nunquã deprehẽditur. *Figura participiorum quot sunt?* duæ. *Quo ordine participia cõparantur?* quo & nomina. Da declinationẽ participii præsentis tẽporis. Participia quæ veniũt ab actiuo vel neutrali verbo, semper generis sunt omnis. *A verbo actiuo tẽporis præsentis.* Participia ista tẽporis præsentis semper tertiæ sunt declinationis, & hæc & alia similia iuxta istam declinationẽ inflectemus, ab hoc & ab hac & ab hoc legẽte. Semper participia præsentis tẽporis ablatiuum singularẽ in e literam mittunt, licet genitiuum pluralẽ in ium mittãt. A verbo actiuo tẽporis futuri participia ista futuri tẽporis ab actiuo masculinũ & neutrũ secundæ declinationis habent, femininum primę, hæc & alia similia iuxta hãc declinationẽ inflectenda sunt a verbo tẽporis præsentis participia ista. pteriti tẽporis a passiuo has declinationes habent, quas futuri ab actiuo participia venientia, a verbo passiuo similes declinationes habẽt. hæc præteriti tẽporis secundæ declinationis sunt, in masculino & neutro, femininũ primæ.

DE CONIVNCTIONE.

Coniũctio est pars orationis dicta quod iungat elocutionẽ nã si dico, ego tu faciam, nõ vtiq; sermo cõpletus est, adde vero et, & implebitur elocutio, vt ego & tu faciamus. *Cõiunctioni quot accidũt?* Tria, potestas, figura, ordo Potestas, vt sciamus quid coniunctio sit. Figura, quia sic cõponuntur cõiunctiones quomodo pronomina. Ordo, vt sciamus quando aut proponamus aut subiungamus. *Quinq; quas copulatiuas, disiunctiuas.* Hic quæstio est, si cõiunctiones a cõiungẽdo dictę sunt, cur disiũctiua cõiunctio est? quia copulatiua verba & sensus iungit, disiunctiua verba quidẽ iungit, sed sensus disiũgit. Ego & tu, ecce cõiunxit psonas disiũctiuas, ego aut tu separauit. expletiuas non legis, saltem vapulabis. Rationales lege cum pronuntiatione, nam vapulabis. ecce & caussam. *Quas copul[a]tiuas.* Copulatiuæ dictæ sunt ab eo quod verba copulent & sensus, hoc est cõiungant, sic vt supra diximus, ego & tu faciamus. Disiũctiuæ dictæ sunt quod sensus quidẽ disiungant, verba quidẽ co-

pulent, vt ego aut tu faciamus. Expletiua est ab eo quod expleat id quod in sensu minus fuerit, vt puta. *Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles.* *Causales & rationales.* Inter Causales & Rationales hoc interest, qđ causales non possunt poni pro rationalibus, rationales possunt pro causalibus, nam in caussa non est ratio semper. necesse est vt sit & ratio & caussa. In caussa non semper est ratio, in ratione semper est caussa, videlicet. Itaq; etsi, quoque, itemque, quaten', quando. quapropter, si, enim, namque, quoniã, quamobrem, quamuis, enimuero, siquidem, porro, autem, siue, quinetiam, etenim, nisi.

DE PRAEPOSITIONE.

PRæpositio dicta est ab eo quod præponatur omnibus partibus orationis. dicimus enim, ante homines, non homines ante, nam hæc vis est præpositionis, præposita præpositionis obtinet locum, postposita in significationem transit aduerbii. inde est, *& longo post tempore venit. Gemina super arbore sidunt. Seua sedens super arma.* id est, supra arma. Ecce postpositę vim quam tenuit modo, *Cum Juno eternum seruans sub pectore vulnus.* Aliis partibus orationis significationem complet, pręclarus. quia cum dico clarus, elocutionem non composui, addo præ & compleo elocutionem. mutat; vt infelix, nihil tam contrarium felici infelicẽ, quia felix aliud significat ac cõpositum, vt infelix aliud minuit, detraxit illi, earum autem complet, ita impotens multum impotens, minus potens, mutat, minuit aũt vt infractus. Etenim ad patrem plane pro libitu nostro & accusatiuo singulari & plurali, vt si poscit ratio, vt dicam & ad patres & ad villas, & cætera. Apud villam. Ad & apud dum vnius casus præpositiones sint, ad iteralis est, apud localis, licet hoc poetæ contemserint, vt Virgilius *Ad quem tum Juno supplex*: pro apud, quem. *Et hi multũ fleti ad superos*, pro apud. Istæ omnes præpositiones tam ablatiuo singulari quam plurali iunguntur. dicimus enim a domo. A domo non dicimus nisi pronomen addamus, a domo mea vel a domo tua, quia præpositio aduerbiis sine aliqua parte orationis nũquam sociatur. *Clam custodibus.* Clam præpositio vtriusque casus est, ideo pro voluntate dicentis vel accusatiuo iungetur vel ablatiuo, dicimus enim & clam amicum est & clam amico, *Sub, Super.* vtrius casus præpositiones ideo dictæ sunt, quod cõmunes sint accusatiuo & ablatiuo. sed in duabus his præpositionibus in & sub, quæ similem regulam habent, distantia hæc est, quando accusatiuo seruiant. quando ablatiuo. quotiescunq; itinerales fuerint, hoc est, cum de altero loco ad alterum transit, vt imus ad forum, descendimus in vallem, accusatiuo iungendæ sunt tribus temporibus comprehensis & ire & isse & ituros esse. cum vero localis fuerit, hoc est, cum in ipso loco aliquid esse, dicitur, vt est, in campo stetimus, in foro clamauimus, hæ ablatiuo iungendæ sunt, sed ita vt tria tẽpora comprehendat, in loco esse, fuisse, futuros esse: sed regulariter scire debem' quod interrogatio præpositiones facit esse perspicuas, nam si conuenit quo dicere, respondendum est per itineralem præpositionem, vt amicus quo processit? in publicum si interrogo vbi respondendum in loco, vbi equitat amicus? in campo. *Super* Super vero a contrario quãdo itineralis fuerit ablatiuo seruit, quando localis accusatiuo, vt, est codex super armarium. non super armario, quia vt dixi localis accusatiuo iungitur, si vero de significat ablatiuo seruit, quia vocalis est, vt *multa super Priamo rogitans.* hoc est, de Priamo. *Subtus* nunquã dicimus, nisi aut sub aut supra. Accusatiuo seruiunt, quãdo itinerales sunt, ablatiuo quãdo localles, sicut sub & subter. *Sũt quæ adiectionibus.* Istæ præpositiones loquelares dicuntur, ideo ab adiectionibus sequentib. non separantur, quia loquelares sunt nõ casuales, loquelis tantũ seruiunt, casibus ser-

ſeruire non poſſunt, nec ſeparatę proferri, niſi iunctæ verbis, nominibus, participi's vel aduerbiis.

DE INTERIECTIONE.

INteriectio quid eſt? Pars orationis interiectio dicta, quod interponitur ad exprimẽdos tantũ affectus. nam cũ dico, amicus meus mortuus eſt, ſignifico ex affectu mentis cauſſam dolendi, ergo quicquid affectũ exprimit interiectio eſt, nã ſunt interiectiones ſimiles præpoſitionibus, quæ hinc intelliguntur quod prępoſitiones non ſint, per affectũ aut gaudẽtis, aut dolentis, aut admirantis. Interiectioni quæ accidunt? quia ſunt interdũ confuſæ interiectiones, aut dolorem, vt he'; aut admirationẽ, vt pape. heu quãdo interiectio eſt dolentis, quando aduerbium reſpondendi hinc intelligimus: producta interiectio eſt, correpta aduerbiũ reſpondendi Et ſi qua ſunt ſimilia, quę ex affectu mentis colligenda ſunt, id eſt, qđ ſonũ ſuũ vocalibus mutcẽt, vt he, ohe, ve.

DE LITERA.

LItera quid eſt? pars minima vocis articulatæ, litera dicta quaſi legitera, ideo quod legentibus iter præbeat. Litera in duas ſpecies diuiditur, aut in vocales, aut in cõſonãtes. Vocales ſunt iſtę quinq; a e i o u, ſine quibus loqui non poſſumus, reliquæ decẽ & octo Cõſonantes dicuntur, eo quod cum vocalibus conſonent. *Articulatæ.* Duo genera ſunt vocũ, confuſa pecorũ, quæ ſcribi nõ poteſt: articulata hominũ, quæ legi & ſcribi poteſt. Literæ ipſæ ſi ad elementa referamus neutri generis ſunt, ſicut Tullius dixit, vt hoc m, hoc l: ſi ad ipſas literas feminini. Romanas literas primo Carmentis nympha, mater Euandri inuenit, vt alii dicũt, Mercurius. Cõſonãtiũ duæ ſpecies ſunt, quia ex ipſis ſemiuocales fiunt & mutæ. Semiuocales, quia ſemiſonũ vocis implẽt. Mutæ vero non ſonant niſi a vocali ſpiritum acceperint. Harum duæ i & u tranſeũt in cõſonantiũ poteſtatẽ, quia quibuſdã dictionibus expreſſum ſonũ non habent. quando pro conſonantib. ponuntur exeunt vocalẽ. hæ etiã mediæ dicũtur. Mediæ, quia vel ipſæ pro ſe inuicẽ ponuntur, vel quia expreſſum ſonũ nõ habẽt, in aliquibus dictionibus, vt maxume pro maxime. *mediæ dicuntur.* Mediæ ideo dicuntur, quia & vocales ſunt & cõſonantes, & in quibuſdã nominibus non certũ exprimũt ſonũ, i, vt vir, modo i opprimitur; u, vt optimus, modo u perdit ſonum. *i & u.* De his duabus vocalibus hęc ratio eſt. I ipſa vocalis eſt, & poſt vocalẽ etiã poſita cũ alia conſonante ponitur, non pro duabus, ſicut i interdũ nec vocalis nec cõſonans habetur hic, quoniã cum ſcribimus, quia nõ poteſt niſi u ſequi, ac p hoc modo vocalis perdidit in metro vim ſuã. *& aliquã vocalẽ cõſtituitur, vt quoniã quidẽ.* quoniã aut que ſonat, aut o; aut que aut i. *huic.* u ſcilicet, interdũ digãmon adſcribi ſolet. alii ſic volunt eſſe digãmon. In geminata u, gãmæ duæ græcæ literæ ponũtur, hoc modo . . vt nõ intellegantur ſeparatæ ſed iunctæ, ne vulgus dicam', hoc ab Æolicis proceſſit. *nã i literã geminari in vna ſyllaba poſſe plurimi negãt.* nullũ. n. nomen inueniri poteſt, ꝙ in vna ſyllaba duas i habeat. Latinæ vocales quia dichronę ſunt, breues quę fuerint ſingula tẽpora habent, lõgæ bina. *atq; his ſolis aſpirari quidã exiſtimant.* Adſpirationis notã accipere, id eſt, h, vt poſt adſpirationem ſtatim vocalis ſequatur. *quæ per ſe quidẽ proferuntur.* Falſum eſt, profertur autẽ ſon' a vocalibus, & finitur in naturalẽ, id eſt, in proprium ſonum. *ex his vna duplex eſt.* Ideo duplex dicitur, quia poſt vocalẽ poſita pro duabus conſonantib' valet, & poſitione eã longam facit. X in græcis ſimplex eſt litera, Xerxes, Xanthus. Liquidæ ideo dictæ, quia liqueſcunt in metro aliquoties & pereũt. nam toties pereunt, quoties cum muta iunctæ fuerint, poſt vocalẽ longã faciunt & vrbẽ, vt Atrida a communem ſyllabam facit. *ſ litera cuiuſdã ſuæ poteſtatis.* Quia ſuperflua inuenitur, interdum & ipſa liqueſcit in metro,

quia sibilus magis est quã consonans. Ex illis f litera hãc habẽt potestatẽ, quotiescunq; anteposita fuerit liquidę, sic & eam cõmunẽ syllabã facit, vt Africa, a cõmunis syllaba est. K & apud veteres hęc erat orthographia, vt quoties a sequeretur, K esset præposita, vt Kaput, Kalendæ: quoties u, q. sed vsus noster mutauit pceptũ, & earũ vicẽ c litera implet. *Scribẽdũ*. H quoties iuuat vocalẽ, cõsonans est, quoties nõ iuuat, nota adspirationis. X ita dicitur, qa genitiuus in is mittit, pix picis, rex regis, *Liquida quatuor l, m, n & r*. apud Latinos solæ pro metri caussa liquescunt, L & R pereũt. apud græcos totæ quatuor liquescũt Y & Z apud nos & lõga & breuis est, apud Græcos duplex, id est, longa, apud nos ita est. *Mezẽtı ducis exuuias*. simplex, vt *nemorosa Zacynthos*. *Vna aspirationis nota H. duplex X. Due superuacua K & Q*. qa harũ locum c implet. *Due Graca Y & Z*. Omnes literę generis sunt neutri, & semp indeclinabilia sunt nũquã declinantur, ait Cicero in Siciliẽsibus, quod ad aliarũ eri . . . . literæ esset integræ, & accidunt, nomẽ quia vocatur, figura qua notatur. hoc est, imago ipsius qua fingitur, potestas qua valet, vt sciamus vtrum vocalis sit, an semiuocalis, an muta.

DE SYLLABA.

SYllaba dicta est ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν, eo quod plures literæ cõprehensæ vna, a plutibus literis dicta. Cur vna syllabã facit vocalis litera? hoc soluitur κατ' ἀντίφασιν, hoc est per contrarietatem, quia tanta vis est vocalis vt locum syllabæ impleat, quia omnis syllaba tempora capit nam longa syllaba duo tempora habet, breuis vnũ. Tres sunt species syllabarum, aut breues sunt, aut longæ, aut communes. Longa syllaba positione octo modis fit, si vocalis desinit in duas cõsonantes, vt ast ego: vocalis desinit in vnam cõsonantem, & excipitur ab alia consonante, vt arma. si vocalis in x duplicẽ desinit, vt axis. si correpta vocalis desinat in vnam consonãtem, & excipiatur ab i vocali vice posita cõsonantis, vt *At Iuno*. si vocalis desinat in vnam consonantem, & excipiatur ab u vocali vice posita consonantis, vt *At Venus*, aut si in i solã quæ pro duabus consonantibus ponitur, vt aio. Notandũ sane quod i vocalis inter duas vocales posita semper pręcedentem longam facit, vt Pompeius, sed in vna parte orationis tantũ, pro duabus consonantib. i, vt Troia, ia tantũ vna pars orationis sit; si in alias nõ cõputãtur, vt *Constitit ante Iouẽ supplex p vota precat'*. *vt Aio*. i, inter duas vocales & diphthõgũ faciũt. diphthõgi istę quinq; lõgę sunt, exceptis his quæcunq; vocalib. iunctæ fuerint, breues sunt, ae oe au eu ei. Itur sic scribitur eitur, quia prima verbi persona eo facit. Vt adtetentianus modus hic est quoties correpta vocalis in duas desinit consonantes, ita vt vna muta sit, altera liquida, est. n. longa sic, *Atridas, Priamumq; & sauũ ambobus Achillen* Breuis sic, *Nec solos tangit Atridas*. Secundus sic cũ correpta vocalis in duas desinit cõsonantes, ita vt prior sit F. semiuocalis, & sequẽs liquida, est longa sic, vt *Reflexit remus*. breuis, *Neue flagella*. Tertius sic cũ correpta vocalis in vnã desinit consonantẽ, sequente h, nota aspirationis vt *Versaq; iuuencum Terga fatigam' hasta*. breuis sic, Quisquis *honos tumuli*. Quartus sic, quoties correpta vocalis in duas desinit cõsonantes, ita vt prior s litera sit, q̃ quando iuuat vocalẽ consonans est, quando nõ, sibilus est. Est lõga sic, *vnde spissa comã* breuis, *Ponite spes sibi quisq; suas*. Et quintus sic cum partem orationis terminat breuis syllaba, quæ in vnam desinit consonantẽ. Sextus modus sic, cum diphthongũ vocalis sequitur sic, *Aon æ Aganippa*. Breuis, *Insula Ionio in magno* Septimus sic cũ vocalẽ productã vocalis alia sequitur, *Eoasq; acies*. breuis, *Primo surgebat Eoo*. Octauus sic, cũ pronomẽ c litera terminatur, sic, *Hoc erat alma parens*. Breuis sic *solus hic inflexit sensus*. Item cũ correptã vocalem sequitur z consonans græca, duplex. *MeZenti ducis exuuias*. Breuis, *nemorosa Zacynthus*.

DE PEDIBVS.

PEdes dicuntur quibus versus incedit. Pes est syllabarum ordo talis, quod literæ

literæ syllabam faciunt, syllabæ pedes, metra numerantur, syllabæ computantur, & tempora ordinant pedes, hæc est certa dinumeratio. *Accidunt vnicuique pedi arsis & thesis.* Omnis pes in passus est, Arsis elatio, Thesis positio. *Numerus syllabarum.* Quoniam collectæ syllabæ pedes faciunt. *Tempus.* Quia longa syllaba duo tempora habet, breuis vnum. *Figura.* Quia simplices pedes componūtur, & figurati duplices fiunt. *Metra.* Quia mensura pedum ordinat metrum. *Tempus, Resolutio.* Resolutio ideo inuenta est, quia licet nobis pro vna longa syllaba duas breues ponere. hoc exemplo, quia Virgilius anapæstum posuit, vt *Fluuiorum rex Eridanus.* & Proceleusmaticum, vt *Arietibus iuuenes*, & *Arietat in portas*, & *Genua labant.* xxxv. versus Virgilius tales habet. Hi sunt dissyllabi Pyrrhichius dictus ab actu Pyrrhichę, hic etiā Patiambus & Dibrachus dicitur. *Tribrachus.* hic etiam Chorius dicitur. *Dactylus* dictus a digito, quia vt tribus vnciis signatus. sic iste tribus syllabis constat, longa & duabus breuibus. *Amphibrachus* dictus eo quod vnam longam duæ breues cingant is etiam Creticus dicitur. *Amphimacrus* dictus a contrario, quod mediam breuem duę longę cingant. Duplices pedes dicti qui & compositi, quoniam bini dissyllabi istos sedecim maiores faciunt *Antibacchius* ipse dict' & Palimbacchius. Ex breui lōga, breui & longa Ex longa breui longa & breui. Hic etiam Ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος dicitur. *Ionicus.* hic quoq; Ionicus, ἀπὸ μείζονος vocatur. hi etiam Hippii dicuntur. σύζυγίαι dicuntur latine coniunctiones, deinceps aliquorū nomina in vsu non sunt. *Proprii pedes sunt quatuor.* Ratio varietatum hæc est, quot varietates fuerint tot & pedes sint, quia vna syllaba duas varietates habet, aut breuis est aut longa, quia duæ syllabæ quatuor varietates habēt, quia aut longę sunt aut breues, aut vna longa & vna breuis, aut vna breuis & vna longa. Trisyllabi sedecim pedes per varietates similes faciūt, xxxiv. tetrasyllabi sexaginta quatuor cū trisyllabis geminati, ideo excepto amphibracho, quoniam amphibrachus caret diuisione, quia pes qui illum antecedit amphimacrus, quinq; tempora habet, & iste quatuor, nec duplum est nec æquum nec sescuplum ideo epitritus siue quia septena tēpora habet, & pæones quina, ideoq; integra diuisio inter ipsos, nec dupla sed sescupla esse potest, quia semis min' est, sescuplum enim est dimidium de duplo, a qua diuisio est. æqua diuisio, vnū & vnum, duo & duo, dupla, vnū & duo, duo & quatuor, quatuor & octo, tripla & sescupla, tria & duo, aut duo & tria. quoties vna pars alteram partem medietate partis vincit tūc sescupla est, vt in pæonibus. æqua dactylica amphibrachus. nulla de tribus habet diuisionem, quoniam si mediam longam ad arsin adiicias. tres erunt in arsi, & vna in thesi, si ad thesin adhibeas vnam, erit vnum tempus in arsi, & tria in thesi, quæ res nec æquam. nec duplam nec sescuplam significat diuisionem, similiter & epitriti quatuor. *Metri pedes legitimi.* qui sunt naturales. in heroico spondeus. *Nothi* degeneres, vt si dicas nothus de patre nobili & matre ignobili. Legitimi sunt spondei, quia primi ipsi inuēti sunt & ex ipsis alii facti nothi. *Simplices.* nothi dactyli, quia fracta syllaba spōdei factus est noth' inde factitius vt Virg. *Supposita de matre nothos furata creauit.*

DE ACCENTIBVS.

Accent' dicitur partiū oratorū. Quid igitur accētus dicūtur? & Toni dicūtur, & tenores. Acutus qui sursum pfertur, vt arma, excusso. n. sono dicenuū est, Circūflex' qui tractim, vt Roman'; Grauis qui pressa voce habet accētum circuflexus, acutus hāc habēt obseruationē, in grecorū nominū syllabis, accētus est in vltima penultima & antepenultima in latinis vltima syllaba accentum non habet, sane ea fine hoc est, ab vltima computandi sunt accentus. tria habet cognomenta accentus, aut toni sunt, aut tenores, aut accentus, toni a sono, accentus ab acuendo, tenores ab institutione. *Non*

tenebit nisi penultimum locum. apud latinos loca quę circumflexus aut acutus dimiserit, grauis possidet, & hoc illi non est commune cum cæteris. quia nō sibi vindicat locum, sed dimissum ab aliis possidet. *Ergo monosyllaba.* In monosyllabis nominibus siue quæ breues fuerint natura, siue quæ positione lōgæ factæ fuerint, non habent nisi acutum accentum, si vero ipsa monosyllaba natura lōga fuerint, non positione, non habent nisi circumflexum accentum. *In dissyllabis quæ priorem.* in omnibus dissyllabis. *Omnibus.* quatuor pedes sunt dissyllabi qui toti nothi sunt, in penultima siue longa sit siue breuis, non habent nisi acutum accentū, solus trochæus circumflexum accentum habet in penultima. *Si natura longa fuerit.* quid si positione habuerit penultimā longam? & ipse mutat accentum & acutū recipit. *Trisyllabis.* & deinceps omnes pedes trisyllabi siue in penultima acutū accentum habent, solus amphibrachus si penultima natura longam habuerit circumflexum accipit, quem si penultima positione fuerit longa, mutat accentum, & acutum recipit, in dactylo in antepenultima acutus ponendus, siue natura sit siue positione lōga. *Perosius & Cethegus.* amphibrachus pes est, penultima ipsius si natura longa sit, circumflexum recipit, quæ si positione longa fiat, mutat accentum, & in antepenultima acutum recipit. Notandum hunc solum pedem circumflexum accipere, si penultima natura lōga fuerit.

RATIO ACCENTUUM.

TRibrachus, vt macula, in antepenultima acutum habet, molossus vt natura siue positione in antepenultima acutum habet. anapæstus vt Erato, quouis modo in antepenultima acutū habet. palimbacchius qui & antibacchius, natura quouis modo in penultima acutū habet. amphibrachus, vt carina, in penultima circumflexum habet, si natura lōga: si positione, acutum, vt carecta. amphibrachus, vt insulæ, quouis modo in antepenultima acutum habet. quinq; sunt hi pedes ergo, qui quouis modo in antepenultima acutū habent, tribrachus, molossus, anapæstus, dactylus & amphimacrus. duo sunt palimbacchius & bacchius tantum, qui quouis modo in penultima acutum habent. vnus est amphibrachus, qui in penultima si natura longa fuerit, circumflexum recipit, si positione acutum. in amphibracho hæc est ratio. huius penultima si positione longa fuerit, acutū habebit accentū; si natura, circumflexum. prouidendum est aūt vt penultima amphibrachi positione fiat longa; nam si ex muta & liquida fuerit facta positio, penultima acutus in antepenultimā transit. in compositis quotiescunq; in plurimis partibus nomina cōposita reperimus, non nisi in trib. syllabis accentum quærimus. In cōpositis sermonibus æque vnus accentus inuenitur, sicut & in simplicibus, quia in trib. syllabis inuenitur accētus. in bacchio vero in penultima inuenitur acutus accentus, siue illa positione sit longa siue natura. interea in antepenultima est. Accentus in Romanis verbis & in regularib. quærere debemus. Peregrina nomina quæ sunt barbara vel interiectiones, quæ ex affectu animi nascuntur, accētus habere non possunt, he' heu, nulli certi sunt accentus. Legē dicit pronuntiatione corruptā, quia dissyllaba verba vel nomina quæ constat in prima syllaba habere accentū, si tenores, in pronuntiatione accentus ad vltimā transferunt, quæ quidē non videtur esse vltima, quia hac cōiunctione impletur periodos. *Sæpe cōturbat.* Meminerim' vt græca verba accentib. pronūtiemus. Quæ verba in vltimis syllabis accentus habent quę latini habere non possunt, vt Dido, Nais, in his vltimæ habent circumflexū accentū. *Nisi discretionis causa.* tūc in latinis verbis in vltima syllaba accētus inuenitur, quoties fuerit discretio verborū seruanda, vt ergo,

ergo, vt pone. *Ideo ne verbū putetur imperatiui modi*, nec coniunctio intellegatur, quæ caussa significat vt vltima pducatur, in vltima circumflexū recipiant. acutus ', grauis `, circumflexus ^. breuis ᵕ, hyphen, ‿ diastole,. ne dicatur hyphen *cōspicit vrsu*. *Dasia. psile*. Dasia adspiratio, Psile siccitas. Hæc signa apud græcos positura. ponenda dictæ. vnde & theses dictæ, vt est illud Terentii. *Facio te apud illū Deum*. Media est: *Principio cælum ac terras camposq, liquentes Lucentēq, globū lunæ Titaniaq, astra*. propter longū sensum, vt habeamus dilationē adspirandi. *principio* conclusio totius sensus. comma est, *Cæsar in*, ita cum sensu, *Cæsar in arma furēs*. Colon est cæsura curta, vt *Italiam fato profugus*.

Explicit ars prima.
Incipit ars secunda.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

X *his duæ sunt principales, nomen & verbum*. ex nomine & verbo genus ducunt cæteræ partes. *Principales*. sine quibus loqui non possumus. vnde & primę partes orationis ponuntur, quia reliquæ harū sunt partes *Pronomen*. hoc est pæne quod nomen. *Aduerbium*. quę pars sine verbo nō patitur. *Participium* habere. n. parti nominis & verbi coniungitur. Nominis & verbi ponitur Coniunctio. nomini autē & verbo præponitur præpositio. Interiectio nomini apponitur & verbo. Articulum male dixit Donatus. Habemus aūt articulos, sed in pronomine, non in nomine, vt gręci τὸ ἄρθρον cum in nomine habeant Gręci Interiectionem in aduerbio enumerant. Heu aduerbium græci dicūt, latini interiectionem. Ergo nos articulū separatum non habemus. *Græci interiectionē*. Aristoteles duas dicit, Stoici quinque, multi nouem. multi decem, vsq; vndecim. Nomen aut corporalem rem significat aut incorporalem. Corporalia sunt, quæ & tanguntur & videntur, vt homo, terra, mare. Incorporalia sunt, quę non tanguntur & videntur, vt cœlum, sol, aer. Alia quæ nec tanguntur nec videntur, vt pietas, iustitia, dignitas. Vnius hominis propria nomina appellantur, multorum vocabulum faciunt ex se quidem, vt dico Roma, Tiberis. Apud veteres hæc erat discretio inter nomina & vocabula; nominibus res animales appellabantur, vocabulis res inanimales. sed hoc vsus confudit & vsurpauit, quia quatuor literis notari prænomen noluit, ne nomina faciamus. Primæ positionis nomina sunt quæ dedit natura. Appellatiuorum nominatim species sunt viginti septem. *Item alii*. vt, *cui Romulo cognomen erat*. Prænomina sunt quæ ante nomina ponuntur. nomina sunt propria cognominata familiæ; agnomenta virtutis. Sciendū vero, quod nec veteres cōfusæ præferebant, nam & nomina cognomina vocabant, & cognomina nomina dicebant, hoc exēplo, vt, *cui tunc cognomen Iulo* Et, *magno demissum nomen Iulo*. ecce modo nomen, modo cognomen dixit. Sunt etiam sicut illa superiora ab origine descēdunt principalium, a monte montanus, monticulus; ita hæc originem non habēt, vnde descendant. ex se videntur esse principalia, ex se diminutiua, vt Themisto, hęc Themisto, huius Themistus, huic Themisto, hanc Themisto, o Themisto, quinq; casus habent græci. latine ita declinatur. hæc Themisto, huius Themistonis, vt Cicero Ciceronis, huic Themistoni, hanc Themistonem, o Themisto, ab

hac Themistone, sic Calypso, sic Manto, sic Dido hanc Dido. Virgilius, *& nomine Dido sæpe vocaturum*. omnia nomina quę on terminantur apud Græcos perdunt n vltimam & latina sunt, vtputa Ἀπόλλων dicit græcus, latin⁹ Apollo dicit. *Calypso*. hic Pan Panos Pani Pana o Pan, ablatiuum non habet quia græca est declinatio; latine Inuus Inui, id est, Panos. Virgilius, *Pometios castrumq; Inui*. alii illum Incubonem dicunt, hic Incubo huius Incubonis, huic Incubo hunc Incubum, o Incubo, ab hoc Incubone sicut hic botruo hui⁹ botruonis huic botruo. ab hoc botruone, vt Polydeuces gręce, latine Pollux, Odysse⁹ græce, latine Vlysses. *quæ notha appellātur*. correpta, media inter græca & latina. vt Apollo, vt Achilles, Achilleus, Agamemno pro Agamemnon. vnū multa significat, non sunt alia homonyma. Homonymū est quod vna significatione multos intellect⁹ habet, quia Nepotes & cōsumtores dicimus & adfines; vt acies oculorū dicimus & exercitus, hæc vtrisque declinationis flectuntur. hæc contraria sunt homonymis, cū vna res multa homonyma habet. Ita non solū a patribus patronymica appellantur, sed a matribus vel auis; vt Æacides patronymicū est. dum ab auo perhibeatur. Quomodo tribus modis exeunt masculina, sic tribus modis exeunt feminina, vt Peleias, Atreias, Neteias, sic item Atreis, Peleis, Nereis, sic Attide, Pelide, Nerine, vt Virgilius *Nerine Galatea*. vt Atrides trina regula, vt Atride, ita & Galatea ita & Nereia. Κτητικὰ dicuntur quæ coniunctionibus gaudent, hoc est quod aliis copulantur nominib⁹. sicut exempla docent. Κτητικὰ dicuntur possessiua, mediā significationē habent, quia ad exercitū magnum dicimus, & virum sic & fortem. quæ a nobis mediæ significationis dicuntur, a græcis epitheta vocantur. cū dicimus Euandrius Pallas patronymicū est; ensis possessiuū. Et a matre ita fiunt patronymica vt Virgilius, *& Inous Melicerta*. erit nominatiuus, Inous Melicerta. Hæc ab omnibus cognatis fiunt, nec a sororibus penitus *hæc etiam adiunctiua qualitatis*, vt magnanimus Æneas, vt bonus. Qualitas trahitur per mores, quantitas per magnitudinē. *alia gentis*. Inter gentilia nomina & patronymica hoc interest. Gentilia nomina a prouinciis veniunt, patronymica & a ciuitatib⁹. Quantitatis ad mensuram refertur, vt ostendat quantus sit, *vt vnus*. numeri nomina ab vno vsque ad tres declinamus. a tribus vsq; ad centū, a centū vsq; ad mille. Inter primū & priorē hoc interest, prior dicitur de duobus, primus de multis. sic vt alter & alius, alter de duobus, alius de multis dicitur. *vt de duobus*. Hæc ab auctoribus corrupta sunt dicimus vt sponde *alterā longā dicim⁹ de multis primā, vt dactyli & reliqua *ad aliquid dicta*. ad personā respicit, Inter ad aliquid & ad aliquid qualiter se habentia, hoc interest, qđ ad aliquid personā respicit; ad aliquid qualiter se habentia ad locū respicit, non ad personā *dexter* dexterior, sinister sinisterior cōparatiuus est *vt pater frater* Ad aliquid non sine causa, quia & pater a filio intelligitur, & filius a patre, frater a fratre, vt dexter sinister; quia ex dextro sinistrū intelligimus, ex sinistro dextrū. *hæc cōparatiuū admittunt*. quia facit dexterior, sinisterior, frater fratrior facere non potest. *sunt alia generalia*. vt in Rhetoricis generale. *& specialia*. Sed species pendens de genere. *de verbo*. alia facta de verbo, hęc nomina verbialia dicūtur, quæ de verbis fiūt, dictor facit dictrix, lector facit lectrix, auctor non facit auctrix, quia est cōmunis generis. tūc intelligim⁹ quādo feminina faciunt, quia cōmunia sunt, si verbis originē habuerint, vnde descendunt, faciunt femininum, vt cantor ideo facit cantrix, quia facit verbū canto, auctor quia verbiale non est, ideo est commune, ... aliquanti contra regulam auctoritatis vsurpatio. *vt dictor lector*. Gerundii vltimo tempore vltimam syllabam in or vertet, & facimus nomen, amator vltimum tempus est amatu, cantatu cantator, a cano canis

canit

canit cantu cantor facit, nutrio nutritu nutritor. Qualitas a tribus trahitur reb⁹; ab animo, vt doctus, stultus: a corpore, vt pulcher, turpis: extrinsecus, vt diues, fortunatus. quantitas vero a corpore, vt alt⁹, paruus. *alia verbis similia.* Ista nomina nō solum nomina sunt, sed & verba, nam dicimus comedo comedis comedit, & sicut edo, es, est. & facit hic comedo huius cōmedonis, sic & palpo palpas palpat, & hic palpo huius palponis. sic & verbero verberas verberat, & hic verbero huius verberonis. sic & contemplator est verbum futurum passiui imperatiui. vt contēplor contempletur, & est nomen hic contemplator huius contemplatoris. sic & speculator est verbum futurū deponentis speculator speculetur, & est nomen hic speculator huius speculatoris. Similia verba nominibus ita discernuntur, quod nomina casibus seruiunt, verba tēporibus declinātur. Participia a nominibus & a verbis sic discernuntur, quod nomina casib⁹ iunguntur, verba temporibus. *Comparationis gradus:* Ascensus quidam ad amplificandā significationē gradus sunt dicti. *Vt demēs.* Ista nomina participiis præsentis temporis similia sunt, sed participia & nomina quando significationes suas seruant participia sunt, quando cōparationē recipiunt nomina. Si præsens tempus est participium, est casus accusatiui, si genitiui nomen. Metuens quærendū est vtrū participium an nomen sit: si genitiuo seruit nomen est, vt metuens tui; si accusatiuo, participium, vt metuens te. Participia præteriti temporis a nominibus ita discernuntur, vt si participia fuerint, secundæ sint declinationis, vt puta hic vis⁹ huius visi. si nomina fuerint, quartæ sint declinationis, vt hic visus huius visus. *Superlatiuus, positiuus.* Positiuus non est gradus, nullam habet alterius expressionem comparatam, doctus simplicitudo est, non collatio. *Vt fortior.* Notandum quod comparatiuus gradus ablatiuum singularem semper iu e mittit, vt ab hoc fortiore, doctiore. *Semper communis est.* Non semper communis est generis, quia inuenitur nomen in comparatiuo gradu, quod non sit generis communis, vt senior. senior vero de viro dicimus, de muliere dicere nō possumus, sed dicimus magis anus. *Nam pro comparatiuo magis.* Magis comparatiuus est, & ideo cum cōparatiuo non ponitur, quia duo comparatiui poni non possunt, nā est solœcismus, sed positiuo adiūgitur magis. *Extra hanc formam.* Extra hanc regulam. *Comparatio nominum.* Comparatio in comparatiuo & superlatiuo est. positiuus pro gradu non accipitur, quia ipsius vt est quod est & nomen, quod est & genus, quod est & casus, vt absolutus. quia solus nomen declarat. comparatiuus gradus præponitur. tanta vis est comparatiui gradus vt interdum & superlatiuum vincat. nam stultior plus significat quam stultissimus, vt stultior, Ouidius in nono Metamorphoseos. *nō hoc inimica precatur, sed quacunque tibi iunctissima iunctior esse Expetit.* Doctior dicunt grammatici comparatiui gradus esse, cum res ipsa doceat & sensus, esse prælatiui: nam dico, doctior hic illis, non tam videor alterum comparare quam præferre. quare potius ille dicendus est. Comparatiuus quando tam vel sic aduerbia iungimus positiuo, vt puta, tam doctus hic quam ille, sic doctus hic vt ille, ergo quatuor sunt gradus a positiuo. Comparatiuus aliquoties minus a positiuo significat, vt, *mare Ponticum dulcius quam cætera.* quod dulcius mare est quam communia maria sunt. *dulcius quam*, pro dulcius quam sit aliud mare dulce. Ita *Iam senior*, seniorem hic dixit magis iuuenē non magis senem, cui est viridis senectus. ergo hic comparatiuus minus a positiuo significat. Ista nomina diminutiua sunt, & ab imprudentibus comparatiua intelliguntur. nam grandiusculus diminutiuum est. *comparatiuum aut magis.* Istæ omnes particulæ nec com-

paratiuo iunguntur, nisi tantum positiuo. quia qui comparatiuo & superlatiuo voluerit iungere, vitium facit. Non ablatiuo tātum, sed & septimo, & nominatiuo adiecta particula, quam. *Superlatiuus.* Comparatiuus non solum septimo casui iūgitur, sed & nominatiuo, Troianorum fuit, si dixeris Græcorum, vitiosum est, dū dico Iuppiter optimus maximus, comparari non potest, quia ad ipsū solū pertinet, quia nemo est alius Iuppiter. & Æneas fortissimus, id est, fortis. Comparatiuus gradus interdum seruit nominatiuo, casus nominatiui, quia articulis discernimus genera. *Epicœnon.* Inter commune & Epicœnon hoc interest, commune duobus articulis declinatur, dicimus enim hic & hæc sacerdos; epicœnon vno; nam dicimus hic passer, & hæc aquila, vt hæc Eunuchus, quia ad Comœdiam retulit, vt, *Eunuchum suam.* Feminina sunt, Terentius, vt *mea Glycerium.* Neutra, *vt Poema.* Hæc equidem neutra sunt, sed apud antiquos feminina erāt, vt pelagus, vulgus. Ista in singulari neutra sunt, in plurali masculina, vt *balneum, Tartarus.* Tartarus in singulari masculinum est. in plurali neutrum *Cælum.* Cęlum in singulari neutrum est in plurali masculinum. *Vt hoc cæpe.* & hæc cæpa, masculinum hi cęli. Porrum porri in singulari neutrum, in plurali masculinum. *Locus.* hic locus & hæc loca. Loca in singulari masculinum, in plurali neutrum. hic locus & hæc loca *Fori.* foros generis masculini dicimus cum innui locum nauis, vt, *Implessemque foros flammis.* Fora autem, vbi deambulamus, neutra appellamus. *Sunt item nomina.* Ideoque pro voluntate dicendum est & femininum, vt cortex. quia quouis genere declinātur siue masculino siue feminino. *Radix, Finis.* finis, *hic finis fundi.* Et. *quam fessis finem rebus ferunt.* *Stirps*, affinitas feminini generis est. *Heu stirpem inuisam.* domus masculini, vt, *Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum Sustulerant.* Horatius: *Stirpesq; raptos.* *Penus.* hic penus. Plautus in Pseudolo. *Nam nisi mihi penus annuus hodie conuenit.* hæc penus. Pomponius. *Quo pacto caream tam pulchra penu.* hæc penus huius penus. Sic penus huius peni, vt est hæc manus, huius manus. hic panus huius pani. Penus per omnia genera declinamus. *Pampinus.* Pampinus & dies generis sunt communis. hic Pampinus, Accius in Bacchis. *Deinde ab iugulo pectus glauco pampino obnoxæ obtexunt.* hæc Pampinus. Lucillius. *Purpureamque vuam facit albam pampinum habere.* Clipeus masculini; vt, *Ingentem clipeum infirmant.* neutri, *clipeum super intonat ingens.* Vulgus neutri generis, *Sæuitque animis ignobile vulgus*, masculini, *in vulgum ambiguas. Specus.* Specus & generis est masculini & neutri, *Hic specus horrendum.* masculini, Horatius: *Quos agor in specus. Vt Buxus.* buxus, masculinum. *Tympana vos buxusque vocat Berecynthia matris.* neutri, *& torno rasile buxum.* & buxus buxi, quomodo pampinus pampini. *Sunt etiam genera nominum fixa, sunt mobilia.* quę moueri non possunt, genus flecti non possunt, nam nec masculinum de se faciunt nec neutrum. *Frater, Pater* mobilia sunt, quæ in aliud genus transeunt, & de masculinis faciūt feminina, malus mala malum. Sunt item alia nec in totum fixa, nec in totum mobilia, sed ex parte fixa, vt draco dracæna, leo leæna. non facit draca. hæc fixa esse non possunt, quia licet non recte, tamen faciunt feminina. mobilia certe non sunt, quia non faciūt Rex rega, gallus galla, quomodo doctus docta, seu & hæc lea dicitur. Ouidius libro IV. Metamorphoseos, *Vt lea sæua sitim multa compescuit vnda.* Hæc in diminutiuo genus mutant, acus acula, hoc scutum hæc scutella, hoc pistrinum hæc pistrilla, hic & hæc canis & hæc canicula. *Nomen in a vocalem desinens nominatiuo casu singulari aut masculinum est, vt Agrippa, aut femininum, vt Marcia aut neutrum, vt toreuma.* a terminata tantum masculina, feminina sunt & communia

munia Latina. & neutra græca vero tantum possunt reperiri. Notandum quod a terminata nomina generis masculini feminini & communis primæ declinationis sint, neutri tertiæ, quia latinum non inuenis a terminatum. *sed tamen græcum nomen in e vocalem desinens.* e finita, duo tantum excipit femininum cum neutro. ideo græca quia latina nunquã terminãtur, neutra sed inueniuntur barbara, vt flumen Thuria, vel alia. Ostrea si primæ declinationis fuerit sicut Musa, feminino genere declinabitur, vt ad animans referamus; si ad testam, ostreum dicendũ est neutro genere, & ad secundam declinationem, vt sit huius ostrei sicut ostri. quia dicit Varro nullam rem animalẽ neutro genere declinari. *sed latinum vt sedile.* Nomen in i vocalem desinens aut neutrũ est, vt sinapi, gummi, tantum monoptoton excipit vel aptotõ. Casus nominatiui singularis, trium generum est aptoton, vt frugi: aptoton quod vnum casum tantum habet, & in alios casus non mutatur. nam dico hic & hæc & hoc frugi, huius frugi, huic frugi, hũc & hanc & hoc frugi, sicut nihil. inter aptoton & monoptoton hoc interest. monoptoton est vbi omnes casus similes sunt. *commune vt pumilio vel pusio.* Pumilio dicitur breuis staturæ. Inter paruum & pumilionẽ hoc interest, paruus est qui potest. *& tantum neutrum est.* Et hæc aptota sunt, vnum casum habent in singulari numero tantum, in plurali numero per omnes casus declinantur, *vt cornu. genu gelu.* quia indeclinabilia sunt in singulari, facit genua sicut verua, & specu specua, gelu gelua facere non potest, quia plurali numero caret. nam tonitru facit tonitruum tonitribus, sicut cornuum cornibus. Sunt nomina, quæ in numero deficiant, quæ plurales habent, singularem nõ habent, quæ singularem habent, pluralem non habent. Sunt etiam numero communia. In tertia quarta & quinta declinatione communis numerus inuenitur, Communia nubes dies. hæc res hæ res quoties nominatiuus numeri singularis & pluralis pares sunt, communis est numerus. Semper singularia generis masculini, vt puluis, pulueres apud Horatium: *Nouendiales dissipare pulueres.* Semper pluralia, vt manes, Quirites, licet Horatius singulari numero, *Quiritem* dixerit, quamuis Iuuenalis, *donauit Quiritem,* sed vsurpatiue vsus est, & sic declinatur, Hic Quiris, huius Quiritis. Et compedem singularis numeri dixit, cum sit pluralis. Semper singularia generis feminini, pax. vsurpauit Sallustius qui dixit, *Bella atque paces exercebant.* ita & scopæ esse debent, quia res quæ de pluralibus constat, singularis esse non potest. sic scalæ, mappæ, quadrigæ. Singularia generis neutri, vt pus, virus, superfluum est in hac re numerum quærere, quia indeclinabile est, sed tamen legimus apud Lucretium. *tetri primordia viri. consuetudine vsurpata sunt, vt vina.* vina apud Tullium in Verrinis, *Vina græca ceteraque quæ ex Asia facillime cõportantur. Et vina mella ordea.* Cornificius Gallus inde reprehẽdit Virgilium: *Ordea qui dixit, superest vt tritica dicat. semper pluralia eiusdem generis vt arma.* Quotiescunque ista nomina in nominatiuo plurali, ante vltimam vocalem a, i habuerint, semper genitiuum in ium mittunt, si consonantem, in rum, vt moenia mœnium, castra castrorum, licet veteres contra, *arce mæniorum* dixerint. & anciliorum, vt, *Anciliorum & nominis & togæ oblitus. vt populus.* dum sint singularis numeri populus & concio, plurali intelliguntur. quia populus & concio ex multis est, non ex vno. *nugigerulus componuntur.* Figura composita inuenta est ornatus caussa; nam maxime a iurisperitis inuenta est, qui duo verba composuerunt vel nomina, fidei commissum, iurequiritium. *expugnabilis.* Notandum quia quæcunque fuerint nomina composita, si a duplici componi possunt, simplicia sunt, quia cum dico expugnabilis compositum est & tamen simplex, quia facit inexpugnabilis,

aliud enim significat expugnabilis, & aliud inexpugnabilis. propterea videtur non secundo compositum. *Quae ex duobus nominatiuis composita sint.* Quia duo nominatiui per omnes casus flectuntur, si nominatiuus cum alio casu fuerit, nominatiuus tantum flectitur, alius immobilis manet. Hic paterfamilias indeclinabile est, ... dicant esse genitiuum graecae declinationis, sed melius dicetur nomen esse indeclinabile, quia non licet latinum graeco more declinare. *Vt praefectus equitum.* vt praefectus vigilibus, elocutio est non nomen, hoc est, qui praeest vigilibus, quia necesse est aliquid interponi, quia magis ad participium refertur, quia praefcio facit praefectus, vt commendo commendatus, trador traditus, ita praefectus vrbis genitiuo iungitur, vt *immitis Achills. Quae autem composita sunt.* Ne videatur esse contrarium quod dicit nomina composita non debere componi; quippe cum superius dixerit ex pluribus posse componi; inde intelligendum est, quoniam compositum est, in contrarium sensum non posse componi, vtputa felix sensum suum habet, contrarium huic est infelix quae est prima compositio, infelix secunda esse non potest, id est, non facit ininfelix, ne videatur ad primum sensum nominis simplicis remeare. *Vel Senatusconsultum.* Nominatiuus hoc consultum, senatus genitiuus est, modo singulari ergo senatusconsultum sic, ac si diceret patrisconsultus. nomina propria omnino non possunt componi. Casus a cadendo dicti casus sunt. *ex his duo recti appellantur.* Secundum antiquos recti appellati sunt, non secundum praesentem vsum. De nominatiuo casu dubitatur, quia non potest sicut alia nominatiuus cadere, vt hic noster o noster. *Recti nominatiuus & vocatiuus.* recti sunt quia analogiam sequuntur, obliqui non. *Ablatiuum graeci non habent.* Recti casus sunt nominatiuus & vocatiuus in prima tertia quarta & quinta declinatione, caeterum in secunda nonnunquam oblique, vt hic doctus o docte, quanquam antiqui etiam ipsum casum rectum faciebant, vt illud apud Virgilium. *Dic ait, & Rutulos equites Messapus in armis.* id est, o Messapus, pro eo quod est, o Messape. *Etiam septimum casum.* Et est octauus casus datiuo similis, qui per accusatiuum profertur, & elocutionem facit, vt, propinquo muro, hoc est, ad murum. nominatiuus septimus nonnumquam similem exprimunt sensum, vt doctior illo, doctior ab illo praesente suscepi. *Sunt autem formae casuales sex.* formae istae casuales per casus agnoscuntur, vt possit regula nominum demonstrari, quotiescunque nomen in declinatione casus superfluos habuerit, sequestrantur & quot remanserint. talem formam faciunt, si tres ternariam, si quatuor quaternariam. formae casuales significantur varietate declinationis in vltimis syllabis, vt hic Aeneas, huius Aeneae, huic Aeneae, hunc Aenean, o Aenea, ab hoc Aenea. Formae latinae appellantur ita, vnita, binaria, ternaria, quaternaria, quinaria, senaria. Vnita est quando omnes casus similes sibi sunt, vt hic nequam, huius nequam, & reliqui. Binaria dicitur quoties tres casus longi sunt, tres breues, in nominibus scilicet indeclinabilibus, vt hoc cornu o cornu, id est, nominatiuus accusatiuus & vocatiuus correpti sunt, genitiuus datiuus & ablatiuus producti. Ternaria est forma quoties nominatiuus accusatiuus & vocatiuus similes sunt, item datiuus & ablatiuus pares sunt, genitiuus dissimilis, vt hoc templũ. Quaternaria dicitur forma, quando nominatiuus & vocatiuus pares sunt, item genitiuus & datiuus similes sunt, accusatiuus dissimilis ablatiuus dissimilis, vt haec species. Quinaria forma est quoties datiuus & abla-

& ablatiuus tantum similes sunt, vt hic doctus huius docti, & reliqua. Senaria forma est quoties omnes casus dissimiles sunt, vt hic vnus, huius vnius, vni, vnum, o vne, ab vno; sic & nullus. *neque per casus. nisi sponte tabo* aptoton est, licet auctoritas tabes præsumserit. vt Lucanus, *cum iam tabe fluunt*, &, *terram tabo maculant.* sponte septimum tantum habet, vt. *sponte mea componere curas. ex qua forma sunt.* ab vno vsque ad tres per omnes casus declinamus; a quatuor vsque ad centum declinare non possumus, a ducentis declinamus & deinceps, præter mille autem in plenius mille non intelligitur; qui casus est, dicimus enim & mi le homines docuit & mille hominum magister, est talis accusatiuus qualis est genitiuus. in plurali vero declinatur, milia milium milibus, vno l sublato; vt, *milia multa daret letho. nominatiuus in vsu non est. vt si quis dicat hunc laterem.* Probus in arte quam de regulis scripsit, hic later posuit. hæc autem ditio non est lecta. *casus.* tres tantum casus habent, nominatiuum genitiuum & accusatiuũ, hæc nomina carent nominatiuo, quia nec hic lateris potest dici, nec hæc ditio. *item per cæteros casus nomina multa deficiunt.* Sponte septimum casum habet. sed inueniuntur nomina quæ binos, vt hic Iuppiter o Iuppiter Inueniuntur quæ ternos, hoc ius, huius iuris, o ius. Inueniuntur quæ quaternos, vt huius lateris, lateri, later, ab hoc latere, nominatiuum & vocatiuum non habent, non enim facit later. *vt ignarus belli.* & ignarus belli dicimus & ignarus bellorũ. secũdus tibi non dicitur, sed secundus a te. est dignus illam rem, Terentius: *Dignus cum tua religione odium, nodum in scirpo quæris.* Inter monoptoton & aptoton hoc interest. monoptoton est quod per omnes casus idẽ significat, vt frugi. aptoton est quod tantum vnũ casum quem inuenerit seruat, & non flectitur, vt ab hac ditione neque enim tabes potest dici, neque ditio, quia aptota nomina & monoptota a declinatione discrepant. *Necesse est autem contra hanc regulam declinentur ea nomina.* Hæc regula, quæ propter discretionem generis ablatiuum & datiuum in bus mittit, vt his & ab his deabus, his & ab his filiabus, in his tantum seruanda est quæ electa sunt. Cæterum si voluerimus ita ista omnia declinare generis feminini, perit latinitas, vt, Romana, his & ab his Romanabus. quia hoc ipsum quod inuentum est, contra artem iurisperiti fecerint, ne quis moriens hereditate filiis dimitteret, & filias videretur patrimonii sui facere heredes. *hanc regulam inuenimus. ab hoc vase vasorum.* aliter dicendum est vasa, aliter dicendum est vasis, vt simulacris. hic tertiæ declinationis & faciat vasis, ab hoc vasi, his vasibus, hoc vero vas facit ab hoc vase, vasorum, vasis. quare antiqui rectius dicebant vasum quomodo scamnum. auctoritas vas præsumsit, quia nullum nomen generis neutri as litera terminatur. *datiuo & ablatiuo in bus, vt ab hac re, harum rerum, his & ab his rebus. & hac regula proprie feminini generis putatur.* Hæc regula quintæ declinationis feminini generis est, vt hæc dies magis feminino genere declinanda est, quam masculino, licet Virgilius vtrumque dixerit. In hac regula accusatiuus pluralis genitiui singularis formulam sequitur, hoc est, vt has puppis sicut huius puppis, propter genitiuum qui in ium vadit. Ista nomina puppis, Tigris, Tiberis, nauis, in i mittunt ablatiuum, sicut illa quæ a communi veniunt tertiæ declinationis, vt agili, facili, liberali, quæ communia semper & neutra sunt, in i mittunt ablatiuum singularem. quæ in genitiuo plurali nomina in um vadunt, ablatiuum singularem in e mittunt, vt matre matrum. quæ in ium vadunt ablatiuum singularem in i & in e mittunt, vt horum felicium, ab hoc felice vel felici. nam & lachrymantium dicimus & lachrymantum per syncopen. nam par-

ticipia semper in um debent exire, nomina in ium, vt gementium nomen sit, gemētum participium. Mons, fons, frons consuetudine commutata vt per e exeāt quæ per i exibant apud antiquos. *Consuetudine commutata.* ait enim Lucanus, *puppe propinqua*; & *gemitus morientum*, pro morientium, *gemitumque carentum*, pro carentium. *Et ab hoc iugere iugerum iugeris.* modo nos iugerorum debemus dicere. antiqui iugerum dicebant, sicut tuberū. iugero ideo facit iugeribus, quia antiqui iuger iugeris dicebant, quomodo iter itineris, ideo ab analogia discrepat. iugero & nunc dicendum, quia hoc nomen secundæ declinationis est. quia antiqui domum & secundæ declinationis declinabant & quartæ, dicebant, & ab hac domo domorum. & Terentius: *Domo me eripuit.* vt Virgilius, *turres ac tecta domorum.* ab hac domu domus, vt versuum, vt Iuuenalis: *Viscera magnarum domuum.* quia quod nos habemus quartæ declinationis, illi secundæ habebant. *Verum Euphoniam*, in declinandis nominibus intelligimus potius suauitati quam rationi obsequi, id est, euphoniæ potius quam analogiæ. Analogia autem est similium similis declinatio. hæc fit rebus octo. Sex quæ accidunt parti orationis, hoc est, nomini, & duabus potestatibus syllabarum. euphonia suauis dictio gratia augendi. *Artubus.* Ideo artubus per u dicimus, nō artibus per i, discretionis caussa, ne non significemus membra, sed artes intelligamus. sic & arcubus vt arcus intelligamus; nam si arcibus dixerimus, arces intelligimus; sic & portubus dicimus. & quercubus, & partubus. antiqui enim in u vertebant, vt specus specubus, non specibus, ita & tribubus non tribibus. ratione declinandi. *In hanc regulam.* Aptota nomina in alios casus quia cadere nō possunt, regulam non seruant, sicut alia nomina quæ his literis vocalib. terminantur, quia illa per omnes casus inflectuntur, hæc casum nullum habent. *Regulam.* Ad has regulas quas memoraui quæ nō possunt, quia istæ regulæ vtique ab ablatiuo singulari procedunt, & ista nomina numeri sunt tantum pluralis, compitalia. *Non veniunt nec hæc quidem.* In quinque vocalib. nomina terminata cadūt, quia græca sunt, & magis græcam regulam sequūtur quæ a græcis sumsimus. Ideo Cicero dixit, *peripetasmatis*, nō peripetasmatibus, quia hoc ad femininum nomen secundæ declinationis retorsit. neq; hæc poterāt in regulam cadere nominib. vocalium terminatorum, quæ semper pluralia sunt nomina. antiqui hæc verba græca quæ apud nos generis sunt neutri feminino genere declinabant. Is vocata lectica, id est, simili modo finita. In pus, lupus genitiuo lupi, leporis, quia lupus facit lupa, lepus nō facit lepora. ideo facit in genitiuo differentiā. nā ita debes colligere, pares sunt syllabæ, & simile genus fuerit a parisyllaba terminata, & vnū genus ex se faciunt, id est pares similes sunt nominatiui, ita & genitiui fiūt, vt doctus docti, factus facti, & similia; & sunt appellatiua, vel ex collatione debemus intelligere, vt similitudo collationis intellectum similiū nominū possit tenere, vt si pluralia posita fuerint a plurali requiras, si græca a græcis, si aptota ab aptotis. *Vel ex diminutione.* ex diminutione autem poteris omne genus colligere, vt est acus acula generis feminini, & hęc acus. hic silex antiqui dicebāt, sed nunc propter auctoritatem Virgilii hęc silex dicimus: *Stabat acuta silex.* ad latinos, hæc pyxis, pyxidos pyxidi, pyxida, o pyxis. Tullius tamē ait in Cæliana, *Veneni pyxidem traditur.* græcum nomen in latina declinatione flexit, in his vero nominibus siue quæ græca neutra sunt, siue quæ semper pluralia, siue quæ aptota, ex collatione similiū nominū, vel exposito gradu, vel ex diminutiuo analogia colligitur. *Sex mutæ* Ideo sex, quia f excluditur, nullum autē nomen f litera terminatur, *Vt allec, vel lac, vel lacte*, quia volunt dicere quod lacte dicitur in nominatiuo singulari, iuxta Plautū. Lacte ait Varro non dici.

dici. nunquam enim nomen ex duabus muris terminatur aut currit, hoc lact. quod dicit Plautus vt sit lacte lacti, nō sic vt lactis. Auctoritas Virgilii tamen lac dixit. Ita ergo allec debemus dicere, nō allece sicut lac lactis. Quærendum vtrum pronomen an pronomine dicatur, magis pronomen sicut procurator.

DE PRONOMINE.

INter nomen & pronomen hoc interest, quia nomen plenam elocutionem habet. pronomen semiplenam. hęc enim particula propter fastidium inuenta est, ne bis nomen repetatur. Inter nomen & pronomen hoc interest, nomina comparationes habent, pronomina personas. nam neq; nomina personas possunt habere, neque pronomina comparationes. *Quę pro nomine posita tantundem pene significat.* Non est enim tantum cum dico Caius, quam quādo dico ego tu ille, Virgilius scripsit bucolica, ipse & Georgica. Ipse minus plena est oratio, nam quęrendum mihi est nomen quid sit ipse. *Personamque interdum recipit.* Nam tunc accipit quando finitum est, quando infinitū est, caret persona. finita cuncta absoluta & perfecta, maxime in prima & secunda persona. tertia quasi incerta, quia potest esse & absentis. *Prima.* prima & secunda persona semper generis sunt omnis. & multi volunt tertiam personam finitam non esse, quia & de absente dicimus ille. Cuias & cuiatis, duo ista vnum significant. Finitum a prima persona vocatiuū singularem non habet, in plurali habet, quia alios secum includit. Inter finita & infinita hoc interest, finita sunt quæ habent certam personam; infinita quæ cuique æquari possūt. Sed hæc apud Græcos sunt nomina interrogatiua, vel comparatiua. Pronomen quia non fungitur officio nisi præmisso nomine, ideo hæc pars a Varrone * succedat in ea dicitur, quia non potest in eadem locutione esse. hoc est, quia bis nomen repeti non potest. ordo tamen hic custodiendus est, vt nomen in præcedenti sit loco, pronomen in subiectis; ideo pronomen vocatiuum non habet, res quæ nomen præsentat, quia res subiecta vocatiuū habere non potest. *Quæ recipiūt personas.* Plenius artigraphus dicentes pronominibus infinitis accidere personas reprehendit. tūc enim bene diceretur si aliud esset nomen finitum, aliud persona. non enim vna res potest esse quæ accidit, & cui accidit. ergo melius ita dicendum est, ait eadem esse finita pronomina, quæ sunt etiam personę. vt ego tu ille ipse sunt finita, & quæ ex his deriuātur, meus, tuus, suus. *Ille.* Ille cum dicimus, non vsq; quáq; finitū est, sed tunc sonitu cum ad præsentē dirigitur elocutio, cum vero de absente relatio est, finiti speciem habere cognoscitur, vel minus quam finiti. *Subiunctiua vt qui.* subiunctiua qui, is ipse est ille qui scripsit. qui illud fecit. *Is etiam.* hoc Is ad certas personas dirigitur, Quis ad incertas. Minus quam finita sunt, quæ nec finita sunt nec infinita, nam iste & ipse & de præsentibus dicimus & de absentibus. Finita sunt secundum finitionē personæ, vt ait plenius, infinita generaliter eo q̄d plurima sint, vt quis; per omnes enim species nominum currit, vt quis homo, quis equus, quis codex, quis color. minusquā finita dicuntur quę non significant quod est certum, refert enim eandem personā, de qua ante locutus est. & eam præsentem nam infactam. Finita pronomina proprie sunt quæ commemorationē faciunt earum personarum de quibus iam locuti sumus. Probus quatuor species fecit tāntum, & ipsis omnia pronomina imposuit XXI. sed lōge a veritate, quia multo plura inueniuntur; sed si qua alia inuenta fuerint, ab istis oriuntur principalib. quia ista primigenia dicuntur. & ex ipsis fiunt alia pronomina, vt quisquis, quispiam, quisnam, aliquis. Donatus addidit & ait, *Sunt alia qualitatis* &c. *vt quotus.* Articularia nominibus iunguntur, quia funguntur articulis græcorum. nam inter articulos & pronomen hoc interest: articuli

iuncti nominibus declinantur, pronomina sola. *Cuiatis nostratis.* hæc dicuntur gentilia esse: cuias autem & cuiatis duo nominati sunt, vt nostras & nostratis, facit autem & cuiatem & nostratem, cuias autem significat cuius generis, nostras nostræ gentis. Genera pronominib. ita vt nominibus quidem accidunt, sed præter promiscuum genus. neque enim pronomen promiscuum inueniri potest. Nemo pronomen est, & quærendum cuius generis sit. quod communis generis esse non ambigendum est: denique feminino lectum est apud Terentium. *Vt illum nemo nostrarum quisquã vidit.* Quot numeri est quando per t scribitur, quando per d generis est neutri, quot homines occisi? quod est hoc. *Quot tot.* Quot & tot facit quotus & totus; quotus vero in penultima acutum habet, totus circumflexum, quia producitur, sicut legimus, *Totus & ille dies.* &, *hos tot armenta sequuntur.* Ergo in simplici vtrumque corripitur, & quot & tot, inde deriuatione totus producitur. *Infinita vt cuius.* Indefinitum est ad aliquid quo ostendo me aliquid possidere, quod cupio, & persona possidentis refertur, vt Terentius. *Quid? mulier cuia est.* & Virgilius, *Cuium pecus? cuiũ cuia.* Aliquid aliquis ideo dixit, quia necesse est vt persona possessi non intelligatur, nisi iuncta personę possidentis, vt si dicamus verbi gratia, quotus ab illo est? *Vt quantus tantus.* Notanda ista pronomina, quia & aduerbia faciunt, vt quantitatis, quanti te habuit, quanti te duxit? & sic dicenda quomodo maximi. *Sunt alia demonstratiua.* Demonstratiua quæ præsentes res demonstrant, vt hic hæc hoc. Nam si dicas de præsente persona, iste est qui tibi fecit iniuriam, solœcismũ facis. *Minus quam finita pronomina.* quæ commemorationem faciunt earum personarum de quibus iam locuti sumus, vt est ipse, iste, is. Hæc etiam subiunctiua appellantur, vt puta, qui illud fecit? ipse hoc fecit. commemorationem videatur habere personæ. *vt eccum eccam illum.* iam pronomina ista quasi monoptota sunt, sed hęc propter latinitatem composita proferenda sunt, vt puta eccam, ecce eam, eccum, ecce eum sic & ellum. sicubi ista inuenta fuerint vsurpatiua sunt, & ideo demõstratiua maxime sunt, quia aduerbium demõstrantis habent, vt ecce, & pronomen; vt eccũ ellum: sed hæc omnia ex istis quatuor specieb. sunt, finitis, infinitis, minusquam finitis seruiet possessiuis. *Commune vt qualitatis.* Qualis & talis cõmunia sunt pronomina. neutrũ in e correptum exeunt, vt quale, tale. sicut in nominibus suaue dulce, quæ & comparantur, vt suauius dulcius. Ista pronomina nõ comparantur, quia nullum pronomẽ recipit comparationem neque enim potest dici qualior talior, quomodo suauior dulcior vnde Lucanus aduerbiũ fecit: *Qualiter expressum ventis per nubila fulmen.* Nam non possumus his pronominibus comparationẽ apponere, quamuis ab analogia non discrepẽt nominum horum suauis & dulcis, & similiter aduerbiũ faciãt. Omnia pronomina, vt supra dixim⁹, primigenia XXI. sunt ita Finita tria, Ego tu ille. Infinita septem, Quis, qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus. Minusquã finita sex, Iste, ipse, is, hic, idem, sui. Possessiua quinque, meus, tuus suus, noster vester. Quatuor latera habent ista pronomina. aut ambo pluralia, aut ambo singularia: aut vnum plurale & vnum singulare aut vnum singulare & vnum plurale: aut composita, vt quisquis. Quisquis ita declinandũ est, quisquis, cuiuscuius, cuicui, quemquem, quisquis, a quoquo, vel a quiqui, & pluraliter quiqui, quorumquorũ, quibusquibus, quosquos. quiqui, a quibus aquibus. vnde sunt illa exempla apud Terentium. *Quemquem nacta sis, quin spolies, mutiles, non laceres.* apud Tulliũ in frumentaria. *cuicui modi est.* Quispiam autem prima pars declinatur, postrema non declinatur. piam enim quid est? nihil. sic & aliquis ali non declinatur, quis declinatur. nomina a prima parte componuntur, pronomina ab vltima: prono-

pronomina in qua parte nominatiuum habuerint, composita ipsa parte declinātur, sicut nomina. quæ aut vnum nominatiuum habent aut duos, si vnus nominatiuus fuerit ipse declinatur, alter casus sequens non declinatur: si duo nominatiui fuerint ambo inflectuntur; nam idē pronomen ex duobus corruptis constat, ideo simplicis figuræ est, nam cum idem productum fuerit masculinum pronomē est, cum correptū idem, accusatiuus triptotos est si de masculino, is est nominatiuus, qui & accusatiuus. Et figura in pronominibus ita est, vt & ab vltima parte componātur, & a prima, vt quispiam, aliquis, cuinam, ne quis, siquis, nescioquis: aut ex compluribus compo..imus, vt qui cunque; habet tamē numerum communem quidam, cuiusdam, cuiuscunq. Hic, quando producitur aduerbium loci est, quando corripitur pronomen. pronuntiatio illud discernit; si tractim pronuncias aduerbium l ci eit; si cursim, pronomen generis masculini. vt *Solus hic flexit sensus.* Ideo in singulari numero prima persona vocatiuum non habet, quia ipse se nemo vocat *Vt eccum.* Eccutus, eccum eniatis. eccam eccuia, ellum ellam, eccuium, eniatis. ista omnia anomala sunt, nō declinantur. nam *eccum pecus* auctoritas præsumsit. *Et vocatiuo vt sui.* Notandum ne ista pronomina quasi possessiua intelligantur. possessiuum ita declinatur, suus, sui, suo, suum, o, a suo. hoc vero ita declinatur, sui, sibi, se, & a se. Sed vide, quantum discrepat inter hoc pronomen & possessiuum, hoc ita dicendū est, sui causa facit dico, & sui causa fecerunt, idcirco & communis est numeri. Inter omnis & totus quid interest? omnis potest esse cum multis. Totus potest solus esse. dicunt alii facere. Hic neuter huius neutri. Inter pronomina & articulos hoc interest pronomina sola declinantur, articulos græci in nominibus habent, nos in pronominibus, & articuli tres significationes habēt, & pronomina dicuntur, & articuli & demōstrationes. *Pronomina ea putantur quæ cum sola sunt.* sed tunc dico esse pronomina cum carent articulis, sic vbi cum articulis fuerint declinata, nomina nuncupanda sunt. *Vterque. sunt qui nomina, sunt qui pronomina existiment.* quia non facit hic neuter huius neutri, sicut omnis sic dubiæ similiter pronomen; sic articulos accipit nomen est hic neuter, fit nō pronomen si quis ponat articulum, ita & omnes non omnibus pronominibus iunguntur articuli. nam nemo dicit, hic is & hæc ea & hoc id. pro articulis tunc ponūtur quando corripiuntur & nominibus iuncta fuerint pro demonstratione tunc, quando producuntur, & aduerbia faciūt loci. Istæ particulæ dubiæ sunt, vtrū pronomina sint an nomina; vnde magis nomina dicēda sunt, quia iunguntur his articulis, sicut omnibus nominibus & rite declinātur. id est, neuter, vterq;, omnis, alter, alius, ambo, vterque.

DE VERBO.

VErbum dictū a verberato aere, quod motu fit linguæ sed & aliæ partes sic fi..t, sed ideo hæc pars sic dicitur propie, quia principalis est & facit elocutionem. Qualitas in modis & in formis. Coniugatio in secunda persona agnoscitur. Genus, vtrū actiuū sit an passiuū. Numerus sicut in nominibus. Tēpora quibus facta discernuntur. personæ quę distributionē præsignant quoniam verba tēporibus & modis declinātur, nomina casibus. Verbū est interrogatiuę pars orationis responsiuę. Nō solū in modis est qualitas verborū sed etiā in formis *Indicatiuus.* quia q̄ indicamus, ꝓnunciando dicimus is ipse est pronuntiatiuus, qui & indicatiuus. Imperatiu⁹ qui nos ostēdit aliis imperare. Optatiuus est qui & promissiuus. quādo nobis promittimus & optamus aliquid euenire. Cōiunctiu⁹ qui nos facit sermonē cū alio modo cōiūgere. Infinitus qui personas in numeris & tempora confusa habet verborū. *In modis est.* Modi proprie sunt casus verborū, formæ intellectus accidit; & tempus; quod non solum verbo, sed & aduerbio & participio coniunctiuo mo-

do nisi iunctus fuerit indicatiuus futuri temporis, elocutio illius non constat, vt cum legero surgā. Impersonalis qui personas non diuidit nisi a nominibus accesserit. Sed notandum quod hic indicatiuus aut a neutralibus verbis venit, aut ab actiuis. misereor ab indicatiuo venit, sed a deponēti. senesco, senio, cupio lectū est, facesso non est, frequētatiua in sco aliam syllabam habent, & aliam coniugationē. quiesco quieui facit. Impersonalia tres significationes habent, aut in tur exeunt, vt curritur; aut in it, vt odit: aut in et, vt pudet. ista ipsa & neutro defectiua dicūtur. aliæ a se oriuntur. quia significationes non habent, vnde descendat. preteritum tempus non habet calesco, non facit calescui, participio futuri temporis nō facit feruescenturus, correpte calesco calescis. *sunt etiam frequentatiua* Frequentatiua sunt alia quæ non tantum a verbo veniunt, sed a nomine descendūt, nā patrissat est, patri similis est. Grecissat, grece adfectat. Et ista quæ a nomine veniunt, velut similitudinē tenent. nā patrissat, nō pater est, sed similis patris *sunt quasi diminutiua quæ a perfecta forma ven[illegible] [illegible]rbillo, sugillo*. Ista sorbillo & sugillo velut diminutiua sunt, sed diminutiua non sunt sed magis deriuatiua. nā a primis deriuationibus his descendunt, ab eo quod est sorbeo & sugo. *Vt pitisso, vacillo*. Vacillo quasi vago. Alii reprehendunt Donatum, vt ab eo quod est poto, mutata litera pitisso, pro potisso dixerit. & ab eo quod est vagor vacillo, non vagillo. Et ananio eo quod est tremo, vnde & anates dicimus, quod in aqua sint, hoc est in frigore. si quis tremitanio dicat, hoc est tremo. *Compesco compescui*. inchoatiua ista verba non esse approbat tempus, quia diximus supra, præteritum non admittere inchoatiua. compesco habet præteritum, quia facit compescui, ideo inchoatiuum non est. *Consuesco, quiescoq;*. Consuesco facit consueui, quiesco facit quieui, facit & passiuum consuesco ab alio. ideo ergo inchoatiua non sunt, quia & præteritum habent, & passiuum faciunt. Compesco compescis, tempus præteritum perfectum compescuit, idcirco non videtur inchoatiua forma. Prima cōiugatio in præterito imperfecto in bam exit, vt amo amabam, sicut audio audibam, præterito perfecto & audii & audiui, & audisse, & audiuisse. secunda doceo docui in solutum ui exit. tertia coniugatio i correpta exit; quarta producta, vt audii. Tres literæ quæ faciunt coniugationem, a e i. A quæ producta est. in secunda e & i, quæ correptæ sunt, in tertia. quarta i, quæ semper producta est. *Verba neutralia*. Furio, insanio, pendeo, fugio, cedo, madeo, proficio, deficio, venio, succedo, viuo, gusto, consuesco, maneo, caleo, hæreo, propero, valeo, curro, sto, sedeo, cuo, succumbo, accumbo, pario, dormio, prodeo, glisco, reuerto, esurio, lugubro, supplico, immineo, tremo, fallo, erro, vapulo, scateo, nubo, ardeo, excreo, caleo, algeo, pateo, serpo, repo, olfacio, vigilo, resto, cogito, surgo, milito, sudo, gemo, trepido, eo, reperio, recedo, procedo, oleo, sapio, spiro, sæuio, t[illegible]ceo, sileo, degenero, mando, surgo, descendo, voco, dubito, fluctuo prosilio, nuto, cado, libro pareo. *Verba deponentia*. Minor, opinor, pluor proficiscor. perpetior, tueor; intueor, patior, testor testificor, dominor, nascor, aspern[illegible]r, conor, misereor, paciscor, imprecor, medeor, luctor, profiteor, fateor, vereor, loquor, obliuisc[illegible]r, predor, vtor, continuator, negotior, rimor, scrutor, recordor, irascor, meditor quidam, imitor, interpretor, patior, adipiscor, precor, adsequor, consequor, persequor, prosequor, adgredior, progredior, vescor, molior, demolior, arbitror, venor. opertor, sciscitor, peregrinor, præstolor, comitor, nāciscor, expergiscor, iaculor, prælior, experior, queror, machinor, nitor, medeor tibi, medicor tibi, [illegible]tereor metui, for adfatur, opperi[illegible]r, opitulor tibi, reminiscor, speculor, iaculor, miror, tueor, tutor, dignor. *Commune* dicunt

dicunt & medeor te, & medeor a te, suspicor, suffragor tibi, tutor, polliceor, dignor, indignor, fortior, reuertor, commissor, furor, mentior, remulor, iocor, orior, ordior, odotor, exequor, detexor, rixor, vlciscor, minor, vagor, grassor, explicor, depeculor, hortor, contemplor, molior, palor, cunctor, blandior, epulor, argumentor, speculor, amplector, meretricor, stomachor, inficior reor, præuaricor, periclitor, auxilior, insidior, veneror, precantor, caussor, amplexor, operor, sciscitor, peregrinor, præstolor, comitor, gratulor, commentor, bacchor, lamentor, auctionor, hariolor, consolor, ballor, minitor, adulor, assentor, fabulor, speculor. *Verba communia*. Criminor, rueor, potior, hortor, osculor, contemplor, calumnior, ludificor, speculor, iaculor, miror, tueor, tutor, dignor, consolor, populor, criminor, scrutor, moror, fœneror, amplector, amplexor, aggredior, obliuiscor, assequor, vtor, fruor, exsecror, testor, vereor, metior. Nunc hoc monemus quod exceptis suprascriptis deponētibus & communibus verbis, quæcunq; iam verba indicatiuo modo tēporis præsentis, ex prima persona es litera terminantur, ea ex sua specie non possunt facere verba actiua, hæc indiscreta qualitate accipiantur, hoc est, quod seu communis seu deponētis verbi potestate fungātur. Tertia coniugatio varios habet modos, aliquando tantum in am, aliquando in bo, aliquando in am & in bo. & in am, vt lego legam, in bo tunc est si prima persona i suum teneat, vt munio munibo, eo ibo. Sed dicis, eo i non habet. iuxta orthographiam habet, nam & scribitur vt sit diphthōgus, sicut eitur, & vt diphthōgum semper teneat, in am & in bo, vt audiam audibo. quartam coniugationē putant quod futurum tempus & in am, & in ar, & in bo, & in bor rite exire possit. vt Terentius, *matris seruibo commodis*. Virgilius, *Audiam, & hæc manes veniet mihi fama sub imos*. & *si qua sunt similia*. vt eo is it, & habet ante o e, tertiæ est coniugationis, productæ ibo, non eam, temporis præsentis nutrio & nutriam, & nutribo, quæ i habent ante o. Tertia correpta a tertia, pducta hac ratione discernitur, qd tertia correpta in passiuo pro i, e habet correptam. vt lego legis, legor legeris, tertia vero producta eādē i & in passiuo seruat, vt nutrio nutris, nutrior nutriris. Eo verbum neutrale indicatiuo modo, personæ primæ, coniugationis quartæ productæ, eo, is, it, imus, itis, eūt. præterito impe: fecto, ibam, ibas, ibat, & pluraliter, ibamus ibatis ibant. Præterito perfecto, ii & iui, isti vel iuisti, iit vel iuit. & pluraliter iimus vel iuimus, istis, ierūt vel iuerūt, iere vel iuere. Præterito plusquamperfecto, ieram vel iueram, ieras, ierat. & pluraliter ieramus vel iueramus, ieratis ierant. Futuro, ibo ibis ibit, ibimus ibitis ibunt Imperatiuo modo ad secundam & tertiam personam, i, eat, & pluraliter, eamus ite eant. Futuro, ito, itote, eunto. Optatiuo, vtinam eam, imperfecto, vtinam irem, perfecto, vtinam ierim vel iuerim, futuro, vtinam eam. Coniunctiuo cum eam, eas, eat, perfecto cum ierim, plusquamperfecto, cum issem, futuro, itu ire. Impersonali, itur, in perfecto itum est, plusquamperfecto, itum erat, futuro ibitur. vsque adeo futurum duplex habet quarta coniugatio, vt Terentius diceret; *non eam? ne nunc quidem*. Et Virgilius, *Ibo animis contra*. ita & nutrio debemus dicere, & nutriam & nutribo. Deponentia per cataphrasin, & deponens potest facere commune, vt cōuiuor: & commune deponens facere nō potest, vt obsonor. Deponens dicitur quod deponat participiū futuri temporis in dus, vt nascens natus, naturus non nasciturus. & nascendus non facit, quia ab eo quod est natus, addes participio futuri temporis a passiuo rus, & fecisti passiuum ab actiuo moribūdus, ab eo quod est moriens tolles, adde dus. non facit tempus futurum a passiuo, sicut amans, amandus, sicut alia similia, sed est participalē. *Actiua sunt quæ o litera terminatur*,

& accepta r litera faciūt ex se passiua, vt lego legor. actiuum verbum est, quod o habet, & dato r passiuum facit. nam non potest esse actiuum quod non faciat passiuum, neque passiuum quod non faciat actiuū. Neutrum est si non faciat actiuum. Cōmune quod casibus discernitur, quod & ab actiuo, & a passiuo in or venit, actiuā significationem accusatiuus regit, passiuā ablatiuus, vt criminor te, & criminor a te. Neutra sunt quæ in r literam terminantur, & ea amissa redeunt in actiua, vt legor lego. neutra actiuum habent tantū, sed quia illud alter non patitur, actiuū non est, vt, nato. *Sunt etiam neutra quæ i litera terminantur, vt odi, noui, memini.* odi temporis præteriti perfecti est, sicut legi, nam quod dicis odio te habeo, nomen est non verbum. nam Terentius: *Miris modis odisse aiunt adolescentem Sostrata. Sunt item quæ in um syllabam desinant, vt sum, prosum.* Sum præteritū imperfectum facit eram, in composito facit adsum. secundæ coniugationis productæ est, sic dicimus es, quomodo mones, vt sit circumflexus accentus. *Item quæ t litera exeunt, vt pudet, tædet, pœnitet.* Tædeo in Casina Plauti legimus, secundum hoc verbum principale positum est. *pertædult me illius rei, & pertæsum est illius.* iam pro arbitrio scribentes vsurpatum est. *Sed hæc & similia defectiua existimanda sunt.* Notandum sane omnia impersonalia defectiua esse, sed illud melius est, quod careant participio futuri temporis a passiuo. *Communia sunt quæ r litera terminantur, & in duas formas cadunt.* vador illum, agentis. vador ab illo, patientis similiter criminor. Neutrum, quia nec actiuū est, nec passiuum. Deponens, quod r literam nunquam deponat, per antiphrasin. *Sunt verba extra hanc regulam quæ inæqualia dicuntur.* Inæqualia dicuntur verba quæ in præsenti tempore quasi actiua sunt, & in præterito quasi passiua, vt soleo solitus sum, gaudeo gauisus sum. fio factus sum, fido fisus sum, & si qua sunt similia. nam soleo solui debuit facere, gaudeo gaudui, fero non facit infertor sed inlator, vescor dubium vtrum vescitus dicatur, aut forte ideo vescor, quia facit vescui, audeo ausus sum. *Sunt quæ declinari rite non possunt, vt cedo, aue, faxosis, amabo, infit, inquam, quæso, aio.* Inquam inquio non facit, quæso quæsis non facit, aio ais non facit, ergo ista omnia inæqualia & neutro defectiua sunt. *Sunt etiam monosyllaba quæ ideo etiam.* Quia omnis prima persona verbi correpta est, vt canto, to breuis est: dico, co breuis est, & cætera. *producta sunt vt sto do flo.* do das, flo flas flat, quantumuis ista monosyllaba producta sunt, composita breuia sunt, vt reddo. *Sunt verba incertæ significationis, vt tondeo, lauo, fabrico, punico,* munero, populo, partio, adsentio, adulo, auguro, vtrum actiui an passiui. Tondeo tondeor si vis dicere, Dicit lauo. Terentius, *it lauit, redit.* Sallustius. *Cossutius in proxima villa fonte lauabatur.* Lucto, Terentius. *Anulum dum luctat detraxisse.* Virgilius, *Gensbusque aduersæ obluctor arenæ.* Partio, Sallustius, *Prouincias inter se partiuerant.* Virgilius, *Et socios partitur in omnes.* Auguro, Virgilius, *Et si quid veri mens augurat, opto.* Statius, *Auguror hinc Thebis bellum.* Populo, vexo illum. adulo adulor, obsequor. adulo adulas adulatus, adulaturus & adulandus. *Et his pene verbis accidunt.* quia & ab actiua veniunt & a passiua, vt, *populantque ingentem farris aceruum.* &, *Quisque suum populatur iter.* id est, rite declinari omnino non possunt, nam ab eo quod est cedo, dic mihi illam rem, secundam & tertiam personam non facit, cedis cedit. in plurali facit cette. vt Plautus in . . . *cette patri meo,* id est date, vel dicite patri meo. Aue similiter non declinatur, nisi tantum in prima persona. Faxo faxis. Terentius, *Faxis promissa appareant.* Amabo a prima persona non declinatur, quia velut blandientis est significatio. Infit declinatur in prima persona, quia infit, cepit loqui, vt, *Infit, eo dicente*

dicente. Sunt item secundum quosdā dualis, ut legere. Propter metrum legere prudentius dicimus, quod significat legerunt, ut Virgilius: *legere rudentes.* Ideo dualis dicitur numerus, quia duas personas a plurali numero tertia persona sibi defendit. Omnis prima coniugatio ad imperatiuum modum vi addit iunctum, & facit præteritum tempus perfectum, ut canta cantaui, salta saltaui, vacua vacuaui. exceptis scriptis, ut puta tona tonui, sed ita tamen ut sciamus & tonui facere & tonaui; sic tibi licet recedere ab ipsa regula, ut non perdas ipsam regulam, licet tibi & aliud dicere, doma, & domui & domaui facit. nam in quinta Verrinarum Tullius, *perdomauit* dixit, e contrario Virgilius *domui* ait, sed hæc discretio est; si facit nomen verbiale domitor, ut per i exeat, præteritum perfectum in vi separatum mittit; si a suum tenuerit nomen verbiale, ut laudator cantator, in vi iunctum mittit, ut laudaui, citaui. *Temporain verbis omnia quinq; sunt.* Sane videndū est ne tēpora confundantur, præsentis temporis & futuri. Quare leges præsens est si leges futurum, ut illud exeat per i correptam, illud per e productā. *Perfectum & plusq.* Inter perfectum & plusquamperfectum hoc interest, ante decem annos qui dicit ambulaueram, Solœcismum facit. debet enim dicere ante decē annos ambulaui. iterum, ante quindecim annos ambulaueram, non ambulaui. quicquid enim in præterito auditum fuerit, tempori plusquamperfecto debetur. hoc interest, plusquamperfectum est, quod ante iam factum est, imperfectum est, quod totum completum non est, quod factum est nunc, perfectum est. Prima persona in neutralibus & in actiuis respuit casum, quia per se implet effectum, nam deponentia & passiuum interdum admittunt nominatiuum casum, quando opus est ut personam suum ad te meritum. *Etiam verba impersonalia, quæ in tur exeunt, casui seruiunt ablatiuo, vt geritur a me, a te, ab illo.* Impersonalia pronomen sibi vindicant casus ablatiui. sed in omnibus personis ipse casus est, nunquam variat. *Quæ in it exeunt casui seruiunt datiuo, vt contigit mihi, tibi, illi.* In it impersonalia quæ exeunt, pronominis semper casum sibi vindicant datiuum, *Quæ vero in et exeunt ea modo datiuo modo accusatiuo.* Impersonalia quæ in et exeunt, a pronominibus alia accipiunt datiuum, alia accusatiuum casum, sed tamen notandum, libet tantum datiuo & accusatiuo iungi. nam pudet, piget, tædet, pœnitet semper accusatiuo dicimus, accusatiuo te, & in vocatiuo te, & in simplici & in composito ipsum casum tenet. Soleo caret participio præsentis, non facit solens oriri infinitus est, ita & veteres dicebant moriri, eufonia emori emēdauit. Sallio sallere facit, & psallo psallere facit & salio saluere, ut, *Mollibus in pratis unctos saluere per utres.* Studeo quamuis neutrale sit, & accusatiui regulam sequatur, futuri temporis participio caret. nā nemo dicit studiturus sicut iturus. *Omnes latinas recipient.* eo quod est auari primam personam non habere. nam nemo dicit, o bone intelligamus datiuū singularem, eo quod est ouum. *Nam triumpho per p & h scribitur. K & o litera non præponitur. Item sine u proferri q litera non potest.* Nullum verbum primæ personæ ante o, f sequitur. sed triumpho non in f & o, finitur, sed per aspirationem, ut pho. *Sunt verba defectiua, alia per modos vt cedo.* Cedo dic quando significat imperatiuum tantum modum habet, ideo per modos defectiuum est, facit autem pluralem cette. *Alia per formas, vt facesso.* facesso quasi frequentatiuum, quum non habeat principalem vnde oriatur, & non descendit ab eo quod est facio, nam facessere est abscedere, & est prima coniugatio, vt Terentius: *Hæc hinc facessit.* Ex eorum omnium similitudine, aliorum defectiuorum regulam sequitur. Notandum cum imperatiuus modus

o litera finitus sit, facit tamen pluralem certe. *Vt a sum adsum.* Adsum in composito caret coniugatione. In simplici secunda intelligitur, quia sum es est facit. Liquet mihi, id est manifestum est mihi. defectio facit equidem liquebat mihi, tempore tamen perfecto caret, non enim facit liquit. *soleo, faxo, impleo.* Soleo perdit enim tempus, in præterito enim tempore erit passiuum soleo solitus sum cum in præsenti formam habeat actiui. *Verba quoque impersonalia cum per omnes modos declinari possint, inueniuntur quædam defectiua, vt liquet, miseret.* miserebat potest facere, quomodo liquet liquebat. nam miseruit non facit, quomodo nec licuit. Verba impersonalia correpta per omnes modos declinantur. nam alii qui adserunt vsque ad imperatiuum declinari, auctoritate vincuntur.

DE ADVERBIO.

ADuerbium est pars orationis adiecta verbo significationem. adiicitur verbo aduerbium, vnde & aduerbium dictum est. *eius aut complet aut minuit.* vt est bene lego, male describo. vt & iam faciam, vel non faciam. significationem tunc complet, vt cum dicimus, optime recito, optime peroro Integrum est si dico; Iam faciam, firmaui quod dispo sui, si dico, non faciam, infirmaui quod non dixi. A se originem ducunt, non tamen habent originem vnde nascantur. *a vocabulo, vt ostium ostiatim. a pronomine, vt meatim, tuatim.* ostiatim per singula ostia. meatim meo more. tuatim tuo more. *pedetentim.* hic pes, tentum teneo. ergo pedem teneo si dicas. Aduerbia ab appellatiuis vel propriis nominibus quæ veniunt, semper in e productam exeunt, ista tamen quæ ex recta significatione descendunt, nam bene & male breuia sunt. & illa etiam quæ originem non habent, vt rite, semper. *a verbo, vt cursim, strictim.* aduerbia *quæ* ab aliis veniunt, ex his tribus partibus fiunt tantũ, ex nomine, pronomine, verbo. *participio, vt indulgens indulgenter.* Hic errauit Donatus, nam nulla participia aduerbia exeunt. nam in tantum indulgens nomen est, vt recipiat comparationem. indulgens indulgentior indulgentissimus, vnde fit vt nõ creetur a participio, sed a nomine, hic legens accepta igitur comparatione participia fiunt nomina. Omnia aduerbia a terminata longa sunt, vt vna, contra, vt, *illum aspice contra.* *rite* secunda breuis, & ritius non facit. *regulam non seruant, vt bene male.* faciunt enim vt bene, benius non facit, melius optime. malius non facit, male peius pessime. *Aut ea quæ a nomine verbove.* Quæcunque nomina appellatiua aduerbia ex se faciunt, & datiuo casu o litera finiuntur, appellatiua sane o in e conuertunt, vt hic docto docte, ita & doctissimo doctissime. Sunt alia quæ contra regulam veniunt, sed rara & auctoritate vsurpata, vt durus duriter, inhumanus inhumaniter. Item sunt alia quæ o in r literam conuertunt, vt violento violenter. Inter nocte & noctu hoc interest, si tota nocte iunctim dico, nomen facio. si solum noctu, aduerbium. Nomina cõmunis & omnis generis semper in r exeunt, vt breuis breuiter. misericors misericorditer. & magne, quia magnus maior maximus facit. etiam aduerbia aliquotiens faciũt, vt pęne pœnitus. Bene & male ex se comparari non possunt, ideo in e correptum exeunt. *rite* originẽ sui non habet, & in cõparatione deficit, quia ritius nemo dicit. sæpe quamuis comparationem seruet, nã dicimus sæpe sæpius sæpissime, tamẽ quia originẽ ex nomine non habet, ideo breuis est. notandũ sane horũ aduerbiorum regulam tamen esse, vt ea quæ a diuersis generibus vel a nomine veniũt, vt auctoritas elocutionis exercuit, ita & aduerbia facienda. Regula aduerbii quando debet in e ire, quãdo in o & er. Masculina omnia nomina quæ fuerint propria, & ex se faciunt feminina, in e productã mittunt aduerbia, vt Tullius Tulliane, Sallustius Sallustiane, Virgilius Virgiliane. Quæ vero appellatiua fuerint, & ex se masculinum & neutrum faciant, & ipsa in e exeunt

unt productam, vt doctus docta doctum, facit docte. Sed ista cōparantur quæ appellatiua sunt aduerbia, propria cōparari non possunt, sicut & nomina ipsa. illa vero quæ a cōmuni genere veniūt, vel ab omni, semper in er correptū exeūt, vt nobilis nobiliter, felix feliciter. & comparantur quia appellatiua sunt. O quæ producūtur a masculinis veniunt & melius iuxta regulam in e caderent, vt false, sicut docte. sed auctoritas in o mutauit, vt, *falso queritur de natura sua genus humanū.* & ista ipsa producenda sunt. Ideo hoc aduerbium correptum est, quoniā non descendit ab eo nomine vnde descendit & falso, vt *Tu modo posce Deos veniam.* nam cōtinuo inde producitur quod a nomine venit, vt huic continuo, continue facit aduerbiū quod vt diximus e in o conuertit auctoritas. Cito quærendum est cur breue sit? quoniam significationem non seruat dum flectitur in aduerbio; nā falsus potest & falso facere & false: continuus potest & continuo facere & continue citus autem non facit cite, sed cito, vnde o correptam habet: vt, *Et cito rapturus de nobilitate comesa.* est vna regula vnde breuis sit. citoq; comparationem recipit & duplicat aduerbium quod continuo & falso non possunt facere cōparatiuum, nā ista aduerbia ideo in o exeunt quia anomala sunt in comparatione. Aduerbia ipsa quæ extra exempla lectionis huius reperiuntur, sensu colligenda sunt, vt deprehendantur cuius sint significationis. Sic dicendū est intus sum, foris sum, foras vado, intro vado. Ibi sum, illuc, vado deintus & deforis venio, nō possumus dicere, quia præpositio aduerbiis nunquam iungitur. Sane sciendū quod nō dicitur de domo venio, vt Terentius, *domo meeni.* vel tunc dicimus de domo venio, quando pronomen additur, vt de domo mea venio, vel de domo tua. Omnia aduerbia quę ab appellatiōibus descendunt, & e litera terminantur, producto accentu pronuntianda sunt, vt prime, docte, & cætera. Sane ista tria corripienda, bene, male, mage, anomala repetiuntur. falso & magno & nomina & aduerbia sunt, sed quando significationem nominum perdunt, in aduerbia transeunt. Roma si non sit nomen, sed vice loci sit aduerbiū est, vt Roma venio. a quia locū significat, aduerbium quidē monstrat, vnde veneris. nomina ciuitatium quādo significat, locum non demonstrat. nam si locū monstrāt, aduerbia faciunt, *in Creta iussit considere Apollo.* vt Cicero. *ad mēsam,* pro in mensa. *Ne* Virgilius, *Tyria Carthagine qui nunc Expectat,* pro Carthagini. antiqui autem alia consuetudine vtebātur, & ciuitatibus præpositiones iungebant, & prouinciis detrahebant versa vice, vt Virgilius, *Italiam fato profugus.* pro ad Italiam, quod rectius nos ciuitatibus demimus prouinciis, applicamus. Facile & difficile, quæ vt aduerbia ponuntur, nomina potius esse ducenda sunt. Multi dubitant facile & difficile vtrum nomina sint, an aduerbia. Sed magis nomina intelligimus. vt sint communis generis, & neutri, vt hic & hæc facilis, & hoc facile, quia potest aduerbia facere, vt faciliter, & difficulter. Pro aduerbiis posita, vt est, *Toruum clamat. horrendum resonat.* Sunt etiam nomina quæ a Poetis pro aduerbiis licentissime ponuntur, vt *Toruum clamat.* pro torue. horrendum pro horrende. Sunt quædam nomina quæ dum vocabulorum obtinent locum, faciunt etiā aduerbia, quæ licenter Poetæ cōmutant, & nominibus pro aduerbiis vtuntur, vt Romę, Ruri. ergo aduerbia quę in e productam exeunt, ab eo nomine veniunt quod datiuo casu o litera terminatur, vt huic docto docte. ista quæ originem habent & comparationē rectam, in e exeūt productam. mane autem ideo correpta est, quia cōparatione deficit, nec manius dicimus nec originem habet. Quæ in ter exeunt, ab eo nomine veniunt. quod datiuo casu i litera terminatur. vt huic facili faciliter, agili agiliter. contra quam regulam multa sæpius vsurpauit auctoritas. nam quæd... & ... casu manent

& aduerbium faciunt, vt falso, & sedulo, pro false & sedule. Quædam multa contra faciunt, vt huic duro, non dure sed duriter. dure debuerat facere. *Temporis, vt hodie vel mane.* vt *Mane ruunt portis.* Falso aduerbium est & perdit casum dum facit aduerbium. Hoc autem breuiter intelligēdum est, omnes partes orationis cum desierint esse quod sunt, aduerbium faciunt; vt qui si habeat casum pronomen est, si non, aduerbium, vt qui pro vnde. Ante si iungo nomini, ante templum præpositio est. si tempus inuenit, vt ante faciam, aduerbium est. Sunt alia quæ contra hanc regulam veniunt sed rara, & auctoritate vsurpata, vt durus duriter, inhumanus inhumaniter, sicut Tullius in prætura dixit. Post crastinum quotiescunq; dicere voluerimus, non debemus dicere post crastinum diem; sed per se post crastinum ponere, & subaudiamus diem. *Hic locus vrbis erit.* Et, *Quæ loca, qui ne habeant homines.* & *Desertosque videre locos. Nuper,* vt *Nuper in pratis studiosa florum. Semel. Quā semel informem vasto vidisse sub antro Scyllam. Ut Non affirmandi.* vt *Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacenæ. Vt etiam quidni.* etiam demonstrandi, vt *Ideumq; etiam currus etiā arma tenentem. Optandi vt vtinam,* hortandi, *Mansissetq; vtinam. Deinde satis fluuium inducit. Cur inquit diuersus abis. Similitudinis vt veluti. Ac veluti magno in populo, vt quasi ceu.* vt *Ceu quondam torto.* &, *Ceu quondam petiere rates. Qualitatis vt docte & bene,* vt *non bene ripæ Creditur. Quantitatis.* Omnia aduerbia quātitatis quæ plus minusue significan. genitiuo casui singulari semper respondent, vt *multum vini bibi. Infinitum carminis accepi Satis pœnarum dedi. Plus olei effudi. Multum parum vel satis.* vt *Sit satis armentis. Dubitandi.* vt, *Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras. Forsitan,* fortasse, & forsan, totum vnum est, sed forte forsan & forsitan poeticum est, fortasse prosæ. Personalia, vt mecum. *Mecum erit iste labor.* Heus si raptim proferimus aduerbium est, si cum dolore interiectio: sic & heu. Sunt aduerbia quæ cum vnum significent duplici vel amplius modo efferuntur, vt puta num & nūc, vt vti, sicut sicuti. quo & aliquo, vbi & alicubi. ibi & ibidem, hic & istic, hinc & istinc. illo & illuc. illic & illinc. rursus & rursum, prorsus & prorsum. forte & fortasse & fortassis, & forsan, forsitan. Sunt alia aduerbia ex istis quæ sibi respondere inueniuntur, vt tum num. *Tum decuit metuisse tuis & Tum decuit cū sceptra dabas. num te fata impia tangunt. Vt seorsum.* Terentius, *Seorsum Demea.* vt *Aedepol.* Terentius, *Aedepol Syrisce te curasti molliter. Eligendi vt potius.* vt *Quin potius pacem æternam.* ista enim a vnam partem orationis habent. *Congregandi.* vt, *fundunt simul vndiq; tela. Prohibendi,* vt *Ne pete connubiis natam sociasse Latinis. Euentus.* vt, *Forte sub arguta consederat ilice Daphnis. Comparādi,* vt *magis.* vt, *Sunt item magis atque magis. Et tam,* vt, *Non tam præcipites biiugo certamine currunt.* Aduerbia infinita sunt quæ de absentibus dicuntur, finita quæ de præsentibus. nam cum dicimus hic & modo, & locus finitur & tempus. Aduerbia loci duas species habent, in loco & ad locum. in loco, vt intus foris. ad locum, vt intro foras. dicimus enim, intus sum, intro eo; foris sum, foras eo. adiiciunt quidam de loco, quod sic dicitur quasi in loco, vt intus exeo, foris venio. Aduerbia localia quatuor modis figurantur per locum, vt, *Hac iter Elysium nobis.* ad locum, vt *Huc ades o Galatea.* in loco, vt *Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.* Foris, intro, intus & foris. tunc has significationes custodimus, sicut in præpositionibus vtriusque casus, vt quando nos aliquo ire, vel isse vel ituros significamus, foras vel intro dicamus, vt quo is: foras vel intro. Quoque ieras? foras vel intro. Quo iturus es: foras vel intro. At vero cum nos alicubi esse, vel fuisse vel futuros esse significamus, vel foris intus dicamus. vbi futurus es? foris vel intus. vbi fuisti? fo-

foris vel intus. Item quando illo significas, foras, vel intro respondeatur. quàdo illic, foris vel intus. vt illic est. foris vel intus. adiiciunt quidam etiam per locum. vt hac, illac. hac eo, illac eo. Aduerbia loci sunt hæc, hic ibi illic. de loco, hinc illinc inde. Per locum, hac illac illa. Ad locum, huc illuc illo. *Aduerbia putauerunt, quia non semper hæc sequitur.* Aduerbia enim semper verba comitantur. *Positiuus vt docte.* vt comparantur nomina, ita & aduerbia, quæ comparantur ab appellatiuis nominibus veniunt. inde & recipiunt comparationem, & nomina appellatiua comparantur. *ire non possunt.* Nequam quamuis monoptoton nomen sit, hoc solum nequiter facit & nequissime. Notandum etiam aduerbiis omnia tempora pæne accidere. præsens, vt hodie. præteritum, vt heri. futurum, vt cras. *Magis & maxime.* Mane non facit manius, sed magis mane, aut maxime mane. *Sic & minuunt.* vt Terentius. *Fere grandiuscula illinc profecta est.* *Vt indocte.* Tribus regulis aduerbia non recte componuntur. Si a se oriuntur. mane manius non dicitur. Si a nomine quod non recipit comparationem. Inæqualia habet & in aliis partibus quæ comparationem non recipiunt. *Et pronomen.* vt qui inter aduerbium. qui euenit, vnde euenit. qui quia pronomen est dum per casus inflectitur, & aduerbium dum significat vnde. Pone accentu discernitur, vt propter discretionem contra regulam vltima accentum accipiat. *Profecto.* profecto, hic profectus apud Terentium. *Profectus sine dubio est.* sicut & falso inter aduerbia est, quia & hic falsus facit, & huic falso, sed articulus nomen facit, sine articulo aduerbium. Obseruandum sane vt nominibus locorum quæ aduerbia faciunt, præpositio numquam iungatur, vt Romæ fui, Cirtæ audiui, Vticæ moratus sum. Domus vero & rus tunc accipiunt præpositionem quando & pronomen, vt ad domum meam vado. si caret pronomine caret & præpositione, vt domum vado. *Vt quando,* quemadmodum, *vt te fortissime Teucrum.* vt id est quemadmodum, quomodo. *Propter* aduerbium est, vt, *propter te veni.* præpositio, vt *Propter aquæ riuum*, hoc est iuxta. ante est præpositio, ante audiui aduerbium. *Vt heu.* Heu responsio aduerbiũ est, quando ingemiscentis est, interiectio est. *De loco.* De his aduerbiis localibus in minore arte plenius subnotatum est. Nomina ciuitatium nunquam admittunt præpositionem. nam ea omnia secundum accusatiuum, septimum & datiuum debemus proferre, aut ad locũ, aut de loco, aut in loco. vtputa Beneuentũ vado, non tã nomen est ciuitatis quantum aduerbium ad locum. exceptis illis nominibus quæ us & um exeunt, vt Delus, Naxus, Tarentum. *His præpositio non anteponitur, quæ prouinciis, locis, regionibusue adiici solet.* his ciuitatibus scilicet, regionibus enim semper apponimus. prouinciæ enim non possunt aduerbia significare. *De Africa venio.* Africa nomen est, non aduerbium, significatio me venire, sed de ipsa re, *quia* de significatione nominis non recedunt. vt, *de Africa venio, ad Siciliam pergo.* *Vt pone.* vt idest quemadmodum circumflexum habet accentum, vt coniunctio acutum. sic & pone si retro significat circumflexum, si verbum acutum. Ne circumflexum aduerbium est, ne acuto quando dicimus coniunctio est, sensu vero discernimus ante & cætera. *Præpositio separatim aduerbiis.* Aduerbiis præpositiones putant aliqui omnino addi non oportere, cum interdum propter sonos iungi necesse sit, vt Terentius. *Interea mulier quædã ab hinc trienniũ.*

Et Virgilius.

——— *Siculo prospexit ab vsq; Pachynno.*

Sed hoc obseruandum secundum certos sonos quos Poetæ vsurparunt. *pronunciabimus. Deinde satis fluuium inducit,* deinde & desursum & desubito non sunt duæ partes orationes, sed vna composi-

tæ. si diuidas præpositio est, connexa aduerbium facit, ideo præiudicium non patitur, quia vno accentu pronuntiantur, tamquam singulæ partes orationes, non tamquam diuisæ.

DE PARTICIPIO.

Numerum & figuram. Quando similia sunt nomina & participia, hac re discernis. si genitiuo seruit nomen est; si accusatiuo participium, vt prudens illius rei. prudens ad illam rem, hic tempus designat, vnde participium dicimus, licet priuatum sit significatione. Participia ita se inuicem regunt, nam de participio præsentis temporis si detrahas s vltimam literam, & addas dus syllabam, facis participium futuri temporis a passiuo, vt amans amandus. Item si participio præteriti temporis a passiuo detrahas s vltimam literam, & addas rus, facies participium futuri temporis ab actiuo, vt lectus lecturus. sunt temporis præteriti, vt soleo solens solitus. Soleo præterito perfecto nec solui facit, & futuro tempore caret. non facit solendus. Omnia participia præsentis temporis ab omni coniugatione ns literis terminantur. Participium præteriti temporis in us mittit, vt amatus. Futuri temporis participia ab vtroque verbo in dus & in rus syllabam exeunt, vt amandus amaturus *Commune vt legens.* Trium generũ hic & hæc & hoc legens. *Quot & nominum.* Ita tot sunt casus participiorum quot & nominum, vt & septimum casum habeant participia & octauum. *A generibus sumuntur.* hoc est a qualitate verborum, quia intelliguntur participia ex quibus verbis oriuntur, oriuntur autem ex omnibus octo qualitatibus verborum, quia octo sunt qualitates vel genera verborum, neutrale, actiuum, passiuum deponens, commune, inchoatiuum, frequentatiuum, defectiuũ. Qualitas generis est significatio Species verborum similes sunt. Cultus si recipit comparationem nomen est, si tempora participium. declinatione discernuntur. vt visus si quartæ declinationis est, nomẽ est; si secundę, participiũ *præsentis temporis & futuri, vt legens lecturus.* In omnibus coniugationibus custodiendũ præsentis tẽporis participia quomodo a nominib. distent, amans illius & amans illum. *Luctaturus.* Hoc verbum deponẽs participium futuri temporis ab actiuo vindicat. *criminandus.* Quæritur vtrum sancturus an sanciturus dicatur, ad præteriti perfecti regulam recurrendum est, quod est sanctus, rolle s, adde rus, quod est sancturus. si sanciꝰ, facit sanciturꝰ. sed ideo hoc debemus intelligere ab actiuo, quia facit sanxi, facit sanctus, si faceret sancii faceret sancitus, sed facit sanxi potius quam sancii. Mortuus tamen hoc solum contra regulam istam repugnat, quia non facit mortuus mortuurus, sed moriturus. *Defectiua.* Odi lectum est, & osus & osurus, sed hic Tullii pugnat auctoritas. Notanda est alia declinatio, quomodo participia a nominibus separẽtur, vt ab eo quod est amans si genitiuo amantiũ facit participium est, si amantum nomen. vt ab eo quod est memini nullum participium inuenitur, memini meminens meminitus non facit, quia vtroque participio caret. ab eo quod est studeo studens, studiturus non facit. *Ab impersonali verbo participia nisi vsurpata nõ inueniuntur.* pudẽs pędens pœnitens, vtrum faciat ab impersonali verbo. Notandum ab impersonalibus verbis participia futura non venire nisi vsurpata *singularis vt hic legens.* Sciẽdum communem numerum participia habere non posse. *vt Tunicatus, galeatus.* nõ facit tunico, galeo. istud est participium quod a verbo venit. tunicatus comatus & galeatus, quia significationibus carent, ambigua participia sunt ex quib. etiam illa ista dubia sunt, & alia quæ sequũtur sub sequentib. exemplis, nam & pransus & cænatus quod dicitur, prandeo & cænor non dicitur. sed participia quæ a verbis neutralibus veniunt, & tamẽ præteriti

teriti temporis & nec nō & futuri, quod non in dus syllabam exit, sonū sustinere reperiuntur, vt apud Sallustium, *cenatos esse in castris*. Ita & apud Virgilium, *Monstrum horrendum ingens*. Nunc hæc participia quæ a verbis neutralibus veniunt, præter ... vel futuri, auctorum probantur exemplis. Amans sapiens & cætera quando comparantur & aduerbia faciunt, & genitiuo casui coniunguntur, quia nomina sunt, vñ de Sallustius: *alieni appetens, sui profusus*. fugitans litium. quoniam participia nec comparantur, nec aduerbia faciunt, & accusatiuo non genitiuo iungūtur, *Vt pransus, cenatus*. Rogatus & cænatus si ad hominum vocabula contorqueas, nomina sunt, si vero ad tempus propriis sunt nominibus adiecta participia. *Innoceo non dicitur*. Noceo nocens simpliciter dicimus, innoceo facere non potest. *Sunt multa*. Passus participium quādo declino, hic passus huius passi facit. hic passus huius passi nomen est. Similiter & visus cultus, nam ille genitiuus in i, ille in us. nam si nomina sunt non habent tempora, si participia sunt habent tempora. *Vt passus visus*. Horum participiorū vocabulum tale est, quod nec participia nec nomina, sed sunt nomina participiis similia, cultus. *Cæptus*. Præteriti. præsens. cæpens non facit. vrgendus præterito nō facit vrsus, vrgendus vrgens facit. passus nomen est quando gradum significat, participium quando aliquid nos perpessos demonstrat. & quando nomen, est quartæ declinationis; quando participium, secundæ. Visus quando ab alto nos videri ostendimus participium est, quum visum ipsum nomen est. *Cæptus, vrgendus*. alii quidem volunt vrgendus facere, vnde & vrsi dicti quod se vrgeant currendo. & vrgeo vrsi. ars quidē hæc habet, sed euphonia soni istos tulit de cōsuetudine, & defectiuū participiū fecit. posse nonnulli negāt, fieri posse nō est credēdū. quod falsum est amāter venit ab eo quod est amans, modo non participium est sed nomen, in tantū vt etiā cōparationē recipiat, facit n. amantior amantissimus, quod si participiū tantum esset, cōparationem vtique non reciperet. *Sed hos plurima lectionis vincit auctoritas*. Verissimum est vt nulla participia in aduerbia transeant, nisi illa quæ comparationes possunt accipere, vt iam potestates nominum teneant, vt negligens negligenter, quia facit negligentior.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio ideo dicitur quod adnectit verba, a connexione vim suam habet declaratam. Potestas coniunctionum est vt sciamus quæ copulatiuæ sunt, quæ disiūctiuæ, & reliquæ. Ordo vt sciamus quando subiungamus, quando præponamus. Figura, quia cōiunctiones quāuis sunt simplices cōponūtur sicut & nomina. Equidē alii dicunt hanc habere significationē, ego quidē. sed melius iuxta Sallustiū intelligendū quidē, vt cōpositū sit equidē. *Causales*. Intelligitur etiā hoc modo quid intersit inter rationalē & causalē per hunc colorē. verbi gratia si dicamus, occido hominē vt tollā illi pecuniā, causa est sed ratio non est. per intēperantiā hominē occidere ne deprehendar, si addo per noctē ratio est. Copulatiuæ dictæ coniunctiones quæ semper copulant & coniungunt locutiones, vt *Primusq; Machaō, & Menelaus*. Tale est si dicas, *& primus Machaon*. nā si dico *tu ille* stare nō potest, nisi fuerit media coniunctio, vt *tu & ille*. ergo ideo dicitur copulatiua, quia duas partes in elocutione optime coniūgit, disiūctiua. n. verba copulat, sensus disiungit, igitur cōtraria species videtur cōiunctioni disiunctio. Expletiuæ sunt quæ additæ ornant sensum, & pōdus adiiciūt, detractæ nihil derogant, vt *hoc facito saltem*, possumus & *hoc facito* dicere sublata cōiunctione. Difficilis discretio est inter causales & rationales, quæ res magis ad philosophos pertinet, & oratores, aliud .n. sunt causales, aliud rationales, potest esse. n. causa, quæ rationē non habeat, ratio n. sine causa non potest esse. alia discretio, vbi vtimur causalibus non vtimur

rationalibus, vbi rationalib. vtimur possumus vti & causalibus. *Si enim etenim.* si & ni in oratione nunquam pro coniunctione ponuntur, quia interdũ vices earum præpositio occupat. *Enim etenim vero.* Istæ tres coniunctiones quæ similes sunt semper causales sunt. *quia quare quidem.* aliquãta hinc possumus intelligere, quæ omnes coniunctiones a terminatæ longæ sunt, absq; duabus quia & ita. *Figura cõiunctionum.* Figura coniunctionibus accedit, sicut cæteris partibus, nec ambiguum est ex quatuor partibus coniunctionem posse componi. *Ordo coniũctionum in hoc est.* Sunt aliquæ coniunctiones quæ ordinem primum tenent, vltimum & mediũ. vt *ast ego*, non dicimus *ego ast*, semper sibi principium vindicat, vnde Horatius errauit qui dixit, *Ast o Deorum Iuppiter*, quia vitiosum est, in principio coniunctionem incipere, sed excusatur quia inchoatiua coniunctio est, quia omnes inchoatiuæ primũ sibi vindicant locum *Que* semper postponitur, vt *Arma virumq; primusq; Machaon. Autem* secũdum licentiam antiquorũ etiam præponitur, vt Plautus. *autem faciet. autem hæc mulier.* pro hæc autem mulier illic.n.hysterologiam fecit, quod & in aliis partib. fit a poetis, vt *transtra per & remos.* Sunt mediæ vt igitur, qua parte voluero licenter pono, & stat elocutio. & *igitur hoc faciã hoc igitur.* Virgilius, *Iliacas igitur classes.* Sallustius: *Igitur initio reges. Coniunctionum.* Coniunctiones præponuntur numero octo, At ac ast siue seu vel sin autẽ, Subiunguntur numero quinque, vt que enim quoq; autẽ, autẽ & præponitur & subiungitur. Præponuntur & subiungũtur quæcunque extra harum numerũ cognoscuntur. *Aliis cõiunctionibus.* Veteres frequentet coniunctiones pro cõiunctionibus ponebãt, & causales pro rationalibus, vt *subiectisq; vrere flammis* pro subiectisue, copulatiuam pro disiunctiua, vt *priusne inuenta.* Coniunctio est separata aduerbiũ. vt *Ne trepidate meas Teucri.* At per t coniunctio est. Ad per d præpositio. Aut si sine h adspiratione, & in t exit coniunctio est, si vero cũ adspiratione & in d exit aduerbiũ. Ve iuncta coniunctio est, separata interiectio est, vel separata aduerbiũ est, iuncta coniunctio est & grauẽ accentum in coniunctione habet, in aduerbio acutũ. Quoq; si ablatiuo casui nõ respondeat coniunctio est, si ablatiuũ habuerit pronomen, vt a quoque. Porro si vero significat cõiunctio est, si longe aduerbium temporis. quando si quatenus significat coniunctio est, si dicam *quando hoc tibi placet.* si vero tẽpus aduerbiũ est, vt *quando venit.* Quãquam si accusatiuo non respondeat coniunctio est, vt, *quanquã patres conscripti.* si accusatiuo respõderit cõpositum pronomen est, vt *quamquam iustitiã.* Ce etiã ornatiua coniunctio est, vt illæcce. & ideo coniunctio est quia postponitur. *Sunt etiã dictiones quas incertũ est vtrum coniunctiones an præpositiones an aduerbia nominemus.* intelligimus & hoc iuxta regulam sæpe dictam. quia quicquid deficit esse quod est, aduerbium facit.

DE PRAEPOSITIONE.

PRæposita. Præponitur præpositio omnibus partibus etiã sibi ipsi, vt circumcirca. *Aut implet, aut mutat, aut minuit.* Præpositio significationẽ partium interdũ mutat vt rogo, arrogo. aliud est rogare aliud arrogare. interdũ contrariã facit, vt claudo recludo. aliud vero est claudere, aliud recludere. nã claudo est claustra cõstringere, recludere aperire. interdũ auget, vt orno exorno. minuit, vt dolosus subdolus. Præpositio dicta est eo quod præponatur omnib partib. orationis excepta interiectione. nã cum dicimus ante homines, nõ dicimus homines ante. Cæterũ postposita si fuerit in significationẽ transit aduerbii, vt *longo post tepore venit.* Supponitur, vt mecũ tecũ. Pronominib. quando supponitur præpositio necessitatis est causa ad vitandũ cacemphaton. cũ dico cũ nobis, absonũ est, vel cũ dico cum me

me & cætera. Omnes præpositiones, aduerbia & cõiunctiones a terminatæ longæ sunt, absq; duabus, quia & ita. vt pro separatiua ppositio est, verbi gratia si dicã pro quo, si dico pronoco cõiunctio est. vt absq; abs præpositio est que coniunctio, *Vt circumcirca.* vt sit vna pars orationis. *Aut casibus aut loquelis.* Casuales dicũtur præpositiones quæ cum separatæ fuerint casib. copulantur. quæ vero verbis participiis & nominib. iũctæ fuerint loquelares dicuntur. reliquæ cõmunes dicuntur esse vt de, & *de loco venio & defero tibi.* quando separatæ fuerint casuales dicũtur, quãdo cõpositæ loquelares. *Vt di dis.* dicimus. n. diduco distraho. de istis quæ semper iunguntur excipitur & alia particula o, vt dicam⁹ *omitte me* quod maxime multas significationes habet, si verbo iũgitur vel nomini vel participio perdit vim suã, si separatur tres significationes facit, aut exclamantis aduerbiũ, aut dolẽtis interiectionem, aut articulũ vocatiui casus hæc quotiescunq; parti aliæ coniũcta fuerit semper producitur. verũ separata aliquãdo corripitur. *Plerumq; producuntur vt insula.* Istæ non tantũ positione longæ sunt, quã naturæ, vt prima vocali circumflexũ accipiãt. Præpositiones sunt secundũ Probũ numero quinquaginta & quinq;. ex his tributæ sunt accusatiuo triginta. ablatiuo quindecim. vtrique quatuor, loquelis sex. *Cõfessio* vt o naturaliter producatur. *Preter.* Preter vero lecta est & ablatiuo iuncta, vt Sallustius. *Præter rerũ capitaliũ condemnatis. Vsque penes.* dicimus n. *vsq; alii volunt*, vt aduerbiũ sit. sed falsum est. qui adserũt aduerbiũ sic dicũt, quia sine alia præpositione proferre non potes. vt vsq; ad vrbẽ vado, sed hoc cõuincimus præsumtione imperitiæ dici, siquidẽ ipsa vti sola debemus, vt Virgil. *vsq; columnas Exulat. Ad patrẽ.* Virgil. *Nec non ad templũ.* Terentius, vt *apud sęclũ prius. Ante ædes* Virgilius *Quis ante ora patrum: Aduersum.* Tullius, *aduersum leges moresq; maiorum. Cis.* Sallustius. *Quæ cis paucos dies iuncta in armis foret. Citra forũ.* Sallustius. *Citra Padũ omnib. lex Lucania fratra fuit. Circumuicines.* Virgil. *Et circum tẽpora pasci. Circa templũ.* non habet exẽplũ. *Vltra fines.* Virgil. *Vires vltra sortemq; senecta. In te omnis domus inclinata recũbit.* Ex his ad & apud cũ vnius casus sunt: apud tantũ in loco significat, vt apud amicũ sum. nec possumus dicere apud amicum vado. Ad vero in eo loco & ad locũ significat, nõ dicimus & ad amicũ sum & ad amicũ vado sicut etiam Tullius posuit. *In vna actione decẽ fiscos ad senatorem illos relictos.* Item ipse in inuectiuis *Ad M. Leccã te habitare velle dixisti.* Ad amicum est dicitur & vsu, & ad amicũ vado. vsque duæ sunt præpositiones quia sine alia nõ profertur, quia dicimus, vsq; ad amicum vado. vsque & ad duæ sunt præpositiones. *de, ex, e. fero ex amico.* aliquando enim consonans sequitur. *Ex pretura.* Notandum sane quod ex præpositio & auget & minuit. *Tenus pube.* Propter bonum sonum propter gratiam vocis, facit *pubetenus.* Tenus aduerbium est quia pubetenus dicitur. Tenus & subiungitur & anteponitur. & tenus pube dicimus, & pube tenus. Cæterum pube tenus quando dicimus hysterologia est. Quarum tres præpositiones vtriusque casus in sub & subter, quando itinerales fuerint, accusatiuo semper seruiunt. quando locales ablatiuo in omnibus temporibus, super vero ab his distat per contrarium, quando itineralis fuerit ablatiuo seruit, vt *super platea.* quando localis accusatiuo, vt *super Idalium. Accusatiui casus.* tunc quando est mutatio locorum accusatiuum casum regunt, quando in loco permansio necesse est, vt ablatiuum regant. vtrumque possumus dicere, & cado in plateam per accusatiuum, & cado in platea per ablatiuum, sed tunc dicimus per accusatiuum quando de tecto nos verbi caussa in plateam cecidisse significamus. tunc per ablatiuũ quãdo ibi stantes cadimus. Ergo mutatio loci facit accusatiuũ vel ablatiuũ. *Sup vero.* Necesse est. n. vt ei casui iũgatur

præpositio cui casui illa iungitur pro qua ponitur. quoniam de ablatiuo casui iungitur, super quando pro de ponitur ablatiuo debet sociari. *Super vero.* Super significat & aduerbium, vt Virgilius: *Et super ipsi Dardanidæ infensi.* pro insuper. Igitur quia longum est cæteras præpositiones prosequi, breuitur hoc custodiẽdum est, vt quando præpositiones ad casum minime respondere viderimus, aduerbia appellentur. notandum sane quando incertæ fuerint præpositiones, hoc est nec itinerales nec locales ex sensu colliguntur ex spatio aut ex ipso loco tũc positiones Ad præpositio actum habet, mutat accentum iuncta & loquelaris, vt adigit, & penultima habet accentum. Præ præuertit, præ habet circumflexum, ita & o circumflexum habet. omitto in penultima acutus. Horatius tamen o breuem posuit, ait, *deceptus omitte tueri.* sed hoc metri gratia præsumsit. *Acuuntur.* Acutæ sunt, con, di, dis. vim suam autem commutantes sunt graues, si dicamus conduco, du enim nunc producitur, corrũpuntur autem ira, conficio, corrupit verbum subfacio, suscipio subcapio. sane iuxta orthographiam affero scribitur, non adfero, nam & suscipio quod dicimus integrũ erat, subcapio. *Aut loquelis.* Præpositiones loquelares naturam suam nõ seruant, aliquando longæ sunt, aliquando breues *Antiqui præpositiones.* Antiqui ideo mutabant vim præpositionũ, vt elocutiones componerẽt. vt *Crurum tenus a mẽto palearia pendent.* Circum vtriusque casus, etiam præter antiqui vtriusq; casus appellabaur, præpositionem. inde Sallustius, *præter rerum capitalium condemnatis.* & præter vim hanc habet si ablatiuo iungatur, quia sic intelligimus præter pro sine, quomodo in pro contra. *Si quando illas non subsequitur casus.* Quoties præpositiones sequitur verbum, necesse est vt illa præpositio in aduerbium transeat. vt puta ante facit, propter sedet, ante venit. *Non cohærent.* vt apud præ simul iungi non possunt *Et ordinem.* ordo accidit præpositioni vt sciamus quando præponatur, sed hoc superfluum est, nihil enim accidit præpositioni nisi solus casus. *Subtũctiua vt tenus* vt *crurum tenus.* ita & *pube tenus,* ante *pube* & sic *tenus.* Subiunctæ inueniũtur præpositiones per poeticam licentiam, sed hæc non sunt recta ratione composita, quæ non rationem suam sequuntur.

DE INTERIECTIONE.

Optantis vt o; o multas particulas habet. Interiectionẽ dolentis pro sensu intelligimus quoties significat miserationẽ, vt, *O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.* articulus est quoties vocatiuo casui applicatur. aduerbium exclamantis est quoties inuocamus Deos, vt o cælum o terra. Interiectio vel quod interiecta sit mentibus, vel quod ex affectu animi nascãtur. *vt heu euax.* Heu & euax & papæ, & reliqua licet apud latinos interiectiones sint, apud Græcos tamen aduerbia, heu pro dicit græcus, nos heu sola, quod ideo latini non faciũt. heu inde intelligimus quando interiectio est quãdo aduerbium, si verbum sequitur aduerbium facimus, vt *Heu fuge nate Dea.* quoties alteram partem sequitur interiectio est, vt *Hei mihi qualis erat.* Et *Heu quæ nunc tellus inquit.* *Pro nefas.* Pro nefas plena est. Proh Iupiter. Heu pietas. si simul iungimus interiectiones faciamus, si separam⁹ aduerbia. sic & pro, Iuppiter, sic & heu pietas. *Accentus.* In his interiectionibus non possunt certi accẽtus reperiri, quæ inconditis vocibus constãt, vt heu vah certi sunt accẽtus in istis, quæ possunt disiungi, vt papæ, atat.

MAXI-

MAXIMI VICTORINI
DE RE GRAMMATICA LIBER.

Rs vniuſcuiuſque rei eſt ſcientia. Artium genera ſunt tria. Animi tantũ, vt Poeticæ, Muſicæ, Aſtrologiæ, Grammaticę, Rhetoticæ, Iuris ſcientię, Philoſophiæ. Corporis, vt iaculatio, ſaltus, velocitas, oneris geſtamen. Animi & corporis, vt ruris cultus, palæſtra, medicina, mechanice, tectonice. Quidam tamen ex his veteres aliis nominibus diſgregauerunt, in κακοτεχνίαν, ψευδοτεχνίαν, ματαιοτεχνίαν. Κακοτεχνία ſiquidem a malicioſo faſtu, in id quod perſuaderi quærit intenta, plerunque ad peruertendam nititur veritatem. Ψευδοτεχνία vero, quæ animos hominum, ſenſusq; quadam ſpecie veritatis, illudit, veluti eſt pictorum & præſtigiatorum. Ματαιοτεχνία, quæ difficiles quidem res, non tamen vſui neceſſarias, facit, veluti ſunt ſpiropatæ, funambuli, cæterique huiuſmodi.

Grammatica eſt ſcientia interpretandi poetas; aut recte ſcribendi loquendique ratio, dicta ἀπὸ τῶν γραμμάτων, id eſt, ab his literis, a quibus incipere debet. Quidam eam a voce cœperunt; alii aliteris; alii a ſyllabis; alii a caſibus: Nos autem a definitione, qui tanto melius vtiq; incipimus, quam qui a voce, vel a literis incipiunt. Nam vox naturalis eſt, & ſine Grammatica communis etiam cum imperitis.

Grammatici officia ſunt quatuor, lectio, enarratio, emendatio, iudicium. Lectio quidem eſt ſecundum accentus ad ſenſum neceſſitatemque pronunciatio. Enarratio, eſt ſecundum Poetæ voluntatem vniuſcuiuſque diſcretionis explanatio. Emendatio, eſt errorum apud Poetas, & figmentorum deprehenſio. Iudicium eſt benę dictorum comprobatio.

DE LECTIONE.

Partes lectionis ſunt quatuor, accentus, diſcretio, pronunciatio, modulatio. Accentus eſt vniuſcuiuſque ſyllabæ pronuntiãdæ in ſono qualitas. Diſcretio eſt confuſarum ſignificationum per plana ſignificatio. Pronunciatio eſt ſcriptorum per perſonas accommodatas diſtinctione ſimilitudo, vt puta cum aut ſenis temperamentum, aut iuuenis proteruitas, vel feminæ infirmitas, aut qualitas vniuscuiuſq, perſonæ oſtendenda eſt, & mores vniuſcuiuſq; habitus exprimendi ſunt. Modulatio, eſt continuati ſermonis in iucundiores dicendi rationes artificis flexus, & in delectabilem auditus formam conuerſus, acerbitatis vitandæ gratia.

DE DEFINITIONE.

Definitio eſt, oratio quæ id de quo quæritur aperte deſcribit, & determinat, veluti ſi quæras a me, ***quid ſit homo***, reſpondebo, ***animal rationale, mortale, riſus capax***.

DE LATINITATE.

Latinitas, eſt obſeruatio incorrupte loquendi ſecundum Romanam linguam. Conſtat autem tribus modis, ratione, auctoritate, conſuetudine. Ratione, ſecundum technicos, id eſt, artiũ traditores. Auctoritate, veterum ſcilicet

lectione. Consuetudine, quæ doctotum modo loquendi vsu placita assumptaque sunt.

DE VOCE.

VOx est aer ictus sensibilis, qui auditur quantum in ipso est. Vocis vero species sunt duæ; Articulata, & confusa. Articulata, quæ hominum tantū est, vnde articulata dicta est, quod articulo scribentis comprehendi possit Confusa, quę scribi non potest, veluti ouium balatus, equi hinnitus, bouis mugitus, & aliæ nōnullæ voces. Sonos quoque omnes appellamus voces, vt fluctus qui a litore audiuntur.

DE CASIBVS.

CAsus sunt quędā declinationes, inde sic dicti, quod per eos pleraque nomina a prima sui positione inflexa varientur, & cadant pleraque, non tamen omnia. Sunt enim quędam vocabula, quę per casus flecti non possunt, veluti, *nugas, frugi, nihili*. Declinationis casus sunt sex: Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus. Ablatiuus. Sed si a cadendo casus dicti sunt, Nominatiuus casus recte dici non potest, qui adhuc in suo statu est, nec a prima sui positione cecidit, quo fit vt a Genitiuo casus esse incipiant. Ac per hoc iam quinque sunt. Quamuis non aliter Nominatiuū quoque casum dicere possumus, quā in gradibus per quos descendimus, illum etiam qui in summo est, gradum dicimus, cum alioqui superiori planiciei ęqualis sit, nec fiat gradus nisi depressione sequentis, quo exemplo per genitiuum, in quem cadit nominatiuus quoque iam casus est. Addunt etiam nonnulli, quamuis sine nomine, Septimum casum.

Septimus casus est, qui quasi speciem ablatiui habet, nec tamen ablatiuus est; quippe ipse per accusatiuum lucidius explicatur, veluti cum dicimus, *nos terra vel mari vectos*; non vtique a terra vel mari, sed per terram, vel per mare. Ex quo sensu est:

— multum ille & terris iactatus & alto.

Genitiui casus regula est: Genitiuus singularis nunquam a suo nominatiuo minor est Iraque aut totidem syllabis cōstare debet, quot & nominatiuus eius, aut etiam vna syllaba excedere. Totidem syllabis, vt Virgilius Virgilii, Terentius Terentii; & ob id geminata est, ii: quoniam vna excedere debet, vt Hector Hectoris, Nestor Nestoris. Nullus nominatiuus inuenitur, qui etiam duabus syllabis accrescat in genitiuo. Incidunt quædam contra supra dictam rationem, sicuti est anceps ancipitis, præceps præcipitis, biceps bicipitis, supellex supellectilis.

Ablatiui regula est: Ablatiuus singularis exceptis quibusdam nominibus aptotis, nequam, & nugas, vna ex quinque vocalibus terminatur. Quæcunque igitur nomina ablatiuo singulari a vel o fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum syllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in is, vtputa ab hac tabula, harum tabularum, his & ab his tabulis: ab hoc docto, horum doctorum, his & ab his doctis. Quod si e aut i aut u fuerint terminata, correpta litera in ablatiuis, genitiuum pluralem in um & ium syllabas eiiciunt, vtputa ab hoc codice codicum, pariete parietum, item rupe rupium, stirpe stirpium, nocte noctium. Simili quoque modo i aliquando in um iacit, vt mugili mugilum, pugili pugilum; item agili agilium, facili facilium: Datiuum & ablatiuum in bus, vt his & ab his codicibus. Ablatiuus quod si e producta fuerit, genitiuum pluralem in rum iacit, vt ab hac specie, harum specierum, his speciebus. At vero si u, genitiuum in uum tandummodo iacit; vt ab hoc fluctu, horum fluctuum; ab hoc curru, horum curruum: his & ab his fluctibus.

DE

DE DECLINATIONE nominum.

Declinatio nominum ſecundum genera nominum. Maro,propriũ generis maſculini,numeri ſingularis, caſus nominatiui,& vocatiui, quod declinabitur ſic : Hic Maro, huius Maronis, huic Maroni, hunc Maronem, o Maro, ab hoc Marone. Et pluraliter: Hi Marones, horum Maronum, his Maronibus, o Marones, ab his Maronibus.

Muſa, nomen appellatiuum,generis feminini,numeri ſingularis, figuræ ſimplicis,caſus nominatiui.vocatiui & ablatiui ,declinabitur ſic : Hæc Muſa, huius Muſæ,huic Muſæ, hanc Muſam. o Muſa, ab hac Muſa. Et pluraliter: Hæ Muſæ,harum Muſarum, his Muſis, has Muſas, o Muſæ ab his Muſis

Factum,nomen appellatiuum generis neutri numeri ſingularis, figuræ ſimplicis,caſus nominatiui,accuſatiui, & vocatiui declinabitur ſic : Nominatiuo hoc Factum, huius facti, huic facto, hoc factum, o factum, ab hoc facto. Et pluraliter : Hæc facta, horum factorum, his factis, hæc facta, o facta, ab his factis.

Parens nomen appellatiuum, communis generis numeri ſingularis, figuræ ſimplicis. caſus nominatiui & vocatiui, declinabitur ſic: Hic & hæc parens, huius parentis, huic parenti, hunc & hanc parentem, o parens, ab hoc & ab hac parente. Et pluraliter : Hi & hæ parentes, horum & harum parentum, his parentibus, hos & has parentes, o parentes, his & ab his parentibus.

Felix,nomen appellatiuum,generis omnis,numeri ſingularis figuræ ſimplicis, caſus nominatiui, accuſatiui,& vocatiui, quod declinabitur ſic : Hic & hæc & hoc felix, huius felicis, huic felici, hunc & hanc felicem, & hoc felix, o felix, ab hoc & ab hac felice,& hoc felici. Pluraliter : Hi & hæ felices, & hæc felicia, horum & harum & horum felicium, his felicibus, hos & has felices & hæc felicia, his & ab his felicibus.

DE SENTENTIA.

Sententia eſt dictio generalis ad vitæ emendationem in cõmuni pertinens, vtputa: *Ne quid nimis.* Oratio ſermo eſt contextus ad clauſulam tendens; vnde dicta eſt oratio, quaſi oris ratio. Clauſula eſt compoſitio verborum plauſibilis ſtructuræ exitu terminata. Diſtinctio, eſt appoſito puncto nota finiti ſenſus, vel pendentis mora. Tribus locis ponitur. Summo,cum ſenſum terminat, Finalis a nobis πλεία a Græcis dictus,hoc modo· Medio, cum reſpirandi ſpacium legenti dat, & dicitur μέση, hoc modo. Imo ponitur,cum mora lectionis interrupto tenore aliud adhuc illatura ſuſpẽdit, & vocatur a Græcis ὑποστιγμή, a nobis, Subdiſtinctio.

DE ACCENTIBVS.

Accentus ſunt, qui Græce Proſodiæ dicuntur,acutus,grauis,circũflexus. In omni parte orationis Latinæ, item & Græçę aut acutum aut circumflexum poni neceſſe eſt,nec amplius quam vnũ,vel hunc vel illum. Nam Grauis in pluribus ponitur. Acutus cum apud Græcos tria loca teneat, vltimam & ei proximam ſyllabam & antepenultimam; apud nos duobus tantum locis poni poteſt. Quibus? aut in penultima ſyllaba, vt prælegiſtis; aut ea quæ a fine eſt tertia, vt prælegimus. Circunflexus ſi pars orationis trium aut amplius fuerit ſyllabarum, non niſi penultimum locum poterit inuenire, vt perturbare, perdocere. Monoſyllabæ quæcunque poſitione longæ fuerint, acutum habebunt accentum, pix, nox, nix, nux, pax, fax. Quando natura longæ erunt,circunflexo accentu pronuntiabun-

cebimus. Consonantiū species sunt duæ, quædam sunt semiuocales, quædam mutæ. Semiuocales sunt, quæ per se quidem proferuntur, sed per se syllabam facere non possunt, quarum sunt septem, f l m n r s x. Ex his duplex est x: constat enim aut ex g & s literis, aut c & s, vtputa rex, regis; pix, picis. Quippe ante x literam, quæ postea in compendium inuenta est, rex per gs; item pix per cs veteres scribebant. Mutæ sunt, quæ ipsæ proferri per se non possunt, neque per se syllabam facere; quarum sunt nouem, b c d g h k p q t. Duæ ex his superuacuæ videntur K & Q; quia c litera eorum locum possit explere. Verum has quoque necessarias orthographiæ ratio efficit, quoties a sequitur, vt per K scribendum sit, vt Kanna, Kalendæ, Karthago: quoties u per Q, vt quoniam, Quirites: quoties reliquæ vocales per c, vt certus, commodus, cinis. H vero existimatur aspirationis nota, veruntamen litera est. Literæ peregrinæ sunt Z & Y, quæ peregrinæ propter Græca quædam assumptæ sunt, vt Hylas, Zephyrus; quæ si non essent, Hoelas, & Depherus diceremus, quarum y inter vocales habetur, inter mutas z duplex, quę loco duarum consonantium apud nos fungitur, nec aliter metri ratio constare potest in illo versu; *— ubi est Mezentius.* Siquidem me breuis est syllaba, verum excipitur a duplici z, quæ si assumpta non esset, per s & d Mesdentium scriberemus. Literis XIII. finiuntur extremæ partes nominum, quinque vocalibus, & semiuocalibus sex, & mutis duabus. Ideo autem semiuocales sex, cum alioqui sint septem. quoniam nullum nomen latinum in f literam exit Sunt autem illæ, a e i o u l m n r s x c t, vt tabula, monile, frugi, ratio, genu, mel, scamnum, flumen, arbor, flos, nox, halec, caput.

DE SYLLABIS.

Syllaba, est litera vocalis, vel literarum coitus per aliquam vocalem comprehensus. Dicta est autem syllaba ἀπὸ συλλήψεως. Est enim syllaba σύλληψις quædam literarum, id est, conceptio & quasi adsumptio. Qualitas syllabarum diuiditur in duas species, in breues & longas; sunt enim breues aut longæ. Breues efficit correpta vocalis in syllaba. Tempora in breui est vnum, in longa duo. Longæ syllabę duobus modis deprehenduntur, aut natura, aut positione. Natura, quinque modis, aut cum vna vocalis producatur, ex qua dictio constat; vt *o dea*: aut geminata; vt Euryalus: aut incipiens, vt en: aut terminans, vt ne: aut medio posita, vt non. Positione longæ fiunt decem modis, aut cum correpta vocalis in duas desinit consonantes, vt ars: aut cum desinit in vnam consonantem, & excipitur ab altera consonante, vt arma: aut cum excipitur a duabus consonantibus, vt agri: aut cum desinit in x duplicem literam, vt nox: aut cum excipitur a duplici, vt nexus: aut in z, quæ apud Græcos duplex est, vt Mezentius: aut cum desinit in consonantem, & excipitur a vocalibus loco consonantium positis, u vel i, vt arua, adiuuo: aut cum correpta vocalis in vocalem desinit loco consonantis positam, excipiturque a vocali consonantis loco posita, vt *maior agit deus*, & *Troiiaque nunc stares*; sic enim ista scribi per geminatum i metri ratio deposcit: aut cum desinit correpta vocalis in consonantem, in qua pars orationis finitur: aut cum correpta vocalis ipsa per se partem orationis impleuerit.

DE VERBO.

Qualitas verborum est, qua quęritur finitum sit verbum, an infinitum. Finitum verbum est, quod habuerit certum numerum, tempus certum, certamq; personā, vt lego, scribo. Infinitū quod nihil horū certū habet, vt legere, scribere; hęc enim omnibus numeris, personis,

temporibus, incerta sunt. Genera verborum sunt quinque, Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune, Deponens. Actiuum est, quod o litera terminatur, & accepta r facit ex se passiuum, vt lego, legor. Passiuum est, quod r litera terminatur, & deposita ea redit in actiuum, vt legor, lego. Neutrum est, quod o litera terminatur, & non potest accipere r, vt curro, vigilo, dormio. eius significationes sunt duæ, aut enim agendi vim habet, vt sedeo, curro, aut patiendi, vt algeo, vapulo. Commune verbum est, quod r litera terminatur, & agendi, & patiendi accipit significationem, vt criminor, osculor te, & a te. Deponens est, quod r litera terminatur, & deposita ea latinum non est, vt loquor, luctor. Deponens autem per antiphrasin dictum est, & catachresin, quod r literam non deponat. huius quoque significationes sunt duæ, aut enim agendi vim habet, vt loquor, aut patiendi, vt morior. Numeri verborum sunt duo: Singularis, vt lego; Pluralis, vt legimus. Figuræ similiter sunt duæ: Simplex, vt lego, Composita, vt relego. Totidem modis vero componuntur, quot & nomina. Ex duobus integris, vt describo. Ex integro & corrupto, vt expleo. Ex corrupto & integro, vt offero. Ex duobus corruptis, vt sustineo. Personæ verborum sunt tres. Prima, quæ loquitur, vt lego. Secunda, ad quam loquitur, vt legis. Tertia, de qua loquitur, vt legit. Coniugationes verborum sunt tres. Prima, quæ indicatiuo modo, tempore præsenti, persona secunda, a habet ante s, vt amo, amas. Secunda coniugatio, quæ indicatiuo, tempore præsenti, persona secunda, e habet ante s, vt moneo, mones. Tertia coniugatio, quæ i habet ante s, vt lego legis. Coniugatio forma quædam est, in qua intelligitur, promissiuus modus quomodo efferri debeat. Eam quærimus in verbis actiuis, neutralibus, o litera terminatis, modo indicatiuo, tempore præsenti, persona secunda, ante nouissimam literam. In passiuo autē & communi & deponenti, quæ r litera terminantur, eodem modo, & eodē tempore præsenti, & persona secūda ante nouissimam syllabam. Prima & secunda coniugatio, futurum tempus, id est, promissiuum modum mittunt in bo, amo, amas, amabo: moneo, mones, monebo. Tertia coniugatio promissiuum modum in am, & bo syllabam mittit, si correptam literam i habuerit, promissiuum in am syllabam mittit, vt lego, legis, legam: scribo, scribis, scribam. Quod si e correptum fuerit, in ar syllabam iacit, vt legor, legeris, legar. Si producta i fuerit, promissiuum modum in am & in bo iaciet, vt scio, scis, sciam & scibo. Terentius in Phormione: *Scies, modo vt tacere possis.* Item in Heautontimorumeno: *Scibis cuius sis coniux.* Et Hecyra: *Seruibo commodis.* Et in Milite Plauti: *Assentiendum est, quicquid hic mentibitur.* Vt autem sciamus, quando in secunda persona i correpta aut producta sit, in imperatiuo modo hoc aduerte. Nam quoties correpta est i, detracta s litera i in e transibit, vt lego, legis, lege: scribo, scribis, scribe. Quando autem producta est, perseuerat in imperatiuo modo i, vt audio, audis, audi: seruio, seruis, serui. Modi autem sunt: Indicatiuus, Promissiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus, Concessiuus, Impersonale, Gerendi, Hortandi modus. Addunt quidam Percunctatiuum modum. Indicatiuus, vt lego: Promissiuus, vt legam: Imperatiuus, vt lege: Optatiuus, vtinam legerem: Coniunctiuus, cum legam: Concessiuus, vt legerim: Infinitiuus, vt legere: Impersonalis, vt legitur: Gerendi, vt legendo: Hortandi, vt legamus: Percunctatiuus: legisne. Tempora verborum sunt tria, Præsens, Præteritum, Futurum. Præsens, vt lego: Præteritum, vt legi: Futurum, vt legam. Præteriti differentiæ sunt tres: Imperfectum, Perfectum, Plusquamperfectum, vt legebam, legi, legeram. Formæ verborū sunt quatuor, Meditatiua, Inchoatiua,

tiua, Perfecta, Frequentatiua. Meditatiua sunt, vt amaturio: Inchoatiua, vt feruesco, calesco: Perfecta forma, ferueo, caleo, algeo: Frequentatiua, cursito. Defectiua vero sunt verba, quæ cum declinentur, in genere vel tempore, vel coniugatione, vel persona, aut etiam vniformiter perdurare non possunt, & ob id Defectiua dicuntur. Genere deficiunt verba, cum actiua significatione, præsentis temporis, ad passiuam speciem in præterito transeunt, vt audeo, ausus sum: gaudeo, gauisus sum: soleo, solitus sum. Persona deficiunt, quæ cum actiua significatione, nisi adiuncto pronomine personam acceperint, declinari per se nequeunt, vt tædet, pudet, pœnitet, piget, oportet, libet. Dicimus enim, tædet me, te illum, nos, vos, illos. Similiterque sunt alia Impersonalia, quæ a perfectis verbis descendunt, vt ab eo, quod est, eo, & video; facit enim, itur, & videtur. Dicimus, itur a me, a te, ab illo, a vobis, a nobis, ab illis. Coniugatione deficiunt, fero, fers, fert, facit enim in præterito tuli, nec apparet quoræ sit coniugationis, cum secundum formam supradictam indicatiui modi nulla vocalis ante nouissimam s inueniatur. Modo sunt quæ deficiunt: odi, noui, memini, oderam, noueram, memineram; quæ sola duo tempora indicatiuo modo inueniuntur. Item cedo, cede, quæ solo imperatiuo modo deprehenduntur, cæteris modis deficiunt. Quæ indicatiuo modo, tempore præsenti dissimilia, in præterito similia fiunt, vt cerno cresco, creui. Sed illa quoniam Donatus exposuit, ideo dimittimus.

DE PARTICIPIO.

SVnt autem quædam participia similia appellationibus, vt passus, visus, cultus, quæ discernuntur tantum declinatione. Nam quoties nomina sunt, in genitiuo singulari in us syllabã exit, vt hui⁹ passus, visus, cultus: datiuo & ablatiuo in i & u, vt huic passui, visui, cultui; ab hoc passu, visu, cultu: item genitiuo plurali in uum, vt horũ passuũ, visuum, cultuũ: datiuo & ablatiuo in bus, vt ab his passibus, visibus, cultibus. Quoties autem participia sunt, genitiuo singulari in i exeunt, vt huius passi, visi, culti: datiuo & ablatiuo in o huic passo, viso, culto: Item genitiuo plurali in rum, vt horum passorum, visorum, cultorum: datiuus & ablatiuus in bus, vt his & ab his passibus, cultibus, visibus. Regno & Vigilo cum sint verba neutralia, faciunt in præterito passiuo regnatus, & in futuro vigilandus, vt apud Virgilium: *Agri quondam regnata Lycurgo.* Et: *Quæ vigilanda viris.* Hæc autem a poetis figurata sunt, quæ cum a verbo originem non habeant, vtique non recte participia dicuntur. Participia nominatiua siue Participialia sunt, quæ quasi speciem participiorum habent, vt conatus galeatus, astutus.

DE ADVERBIO.

ADuerbium est pars orationis, quæ adiecta verbo manifestior & plenior redditur, vt docte dixit, pulchre fecit. Nascuntur autem a sua positione, aut ab aliis partibus orationis: vt heri, pridem, nuper. Ab aliis partibus orationis, vt doctos docte, sapiens sapienter. Aduerbiis accidunt tria, significatio, figura, comparatio. Significationis species sunt multæ. Sunt enim quædam temporis, vt heri, nuper. Alia loci, quæ quidem in quatuor species diuiduntur: Aut ad locum, vt huc, illuc: Aut in loco, vt hic, ibi: Aut e loco, vt hinc, inde: Aut per locum, vt hac, illac. Sunt quædam temporis & loci, vt hactenus, protinus. Alia terminationis, vt illic. Alia numeri, vt semel, bis, ter. Alia negantis, vt non, nequaquam. Alia affirmantis, vt prorsus, profecto, proculdubio. Alia percunctantis, vt nunquid, anne. Alia

demonstrantis, vt en, ecce. Alia optantis, vt vtinam. Alia æstimantis, vt fere, ferme. Alia ordinis, vt deinceps, deinde. Alia interrogantis, vt cur? quid ita? Alia similitudinis, vt ceu, quasi, veluti. Alia dubitationis, vt forrasse. Alia vocationis, vt heus. Alia respondendi, vt heu. Alia prohibendi, vt ne. Alia congregandi, vt pariter, vna, simul. Alia comparandi, vt magis, satius, potius. Alia euentus, vt forte. Alia annuentis, vt vero. Alia iurandi, vt pol, mediusfidius, ecastor, mehercule. Alia personalia, vt mecum, tecum, secum. Alia animaduertentis, vt at. Alia interiectionis, vt rursus, sæpius, itidem. Alia qualitatis, vt bene, male. Alia quantitatis, vt sat, nimium. *Dum, gentium, ad id locorum*, ornatiua sunt aduerbia, posita enim orationem illuminant, ablata nihil sensui detrahunt: loci enim & temporis habent significationem, id quod Sallustius indicat in Iugurtha de Mario: *Ad id locorum talis venit vir*. Aduerbia nominatiua, vel vt alii dicunt, aduerbialia nomina sunt, vt, fui Romæ, Cariæ, Cappadociæ. Figuræ aduerbiorum sunt, vt in cæteris partibus orationis, duæ: Simplex, vt iuste; Composita, vt iniuste. Comparationem possunt aduerbia recipere, quoties appellationes, vnde transeunt, comparantur, vt iuste, iustius, iustissime; quod facit iustus, iustior, iustissimus. Aduerbiis adiici præpositiones negant omnes technici, quãuis licenter veteres vsi sint. Terentius in Hecyra ita corripuit:

Derepente tacitus sese ad filiam.

Ita & Lucretius: *Desubito.*

DE CONIVNCTIONE.

CONiunctio est pars orationis, nectens ordinansq; sententiam. Tria accidunt coniunctioni: Potestas, Figura, Ordo. Figura est, quod aut simplices sunt, vt quoniam, quando: Aut compositæ, vt quoniamquidem, quandoquidem. Ordo coniunctionum est, quo apparet quæ in loquendo præponi debeant, & quæ subiungi, quæ præponi & subiungi. Igitur præponuntur, quam, quamuis. Subiunguntur, enim, autem, præsertim. Denique subiunguntur & præponuntur, quoniam, quatenus. Potestas coniunctionum diuiditur in quinque species. Sunt enim Copulatiuæ, Disiunctiuæ, Expletiuæ, Rationales, Causales. Copulatiuæ sunt, que, atque, et, ac, ast, at. Disiunctiuæ, aut, ne, vel, ne, nec, neque. Sed disiungendi vim habent, quo modo recte coniunctiones dici possunt? disiungunt quidem sensum verborum, cæterum verba copulant, vt cum dicimus: *aut hoc, aut illud: siue hoc, siue illud*, & cætera. Expletiuæ sunt, quidem, equidem, tamen, porro, saltem, prorsus, duntaxat, & cætera. Causales sunt, si, etsi, etiamsi, sin. Rationales sunt, ita, itaque, proin, proinde, denique; quæ magis aduerbia mihi videntur esse, præter illas coniunctiones quæ accentu discernuntur ab aduerbiis; nequaquam, nusquam, quamuis, quandoquidem, quinetiam, sin, seu, siue, nanque, nisi, nisisi, sedenim, propterea, interea, quatenus, quamobrem, sane, certe, nunc. Quando, tunc magis aduerbium temporis videtur esse, quando acuto accentu effertur; aduerbium est enim temporis: cum autem graui, coniunctio causalis; significat enim quia vel quoniam, vt:

quando hæc te cura remordet.

Sunt reuera quædam, de quibus ambigi potest; vnde merito quidam Aduerbia coniunctiua dicunt, vel Coniunctiones aduerbiales.

DE PRAEPOSITIONE.

PRæpositio est pars orationis, quæ præpo-

præposita aliis partibus orationis significationem earum aut minuit, aut auget, vt describo, præscribo, rescribo, facio, sufficio. Aliquæ vero harum præponuntur casibus, aliæ verbis, quædam casibus & verbis. Verum ex his quæ casibus coniunguntur, aliæ accusatiuum regunt, aliæ ablatiuum, aliæ in vtroque communes sunt. Accusatiuis adiunguntur, per, apud, aduersum citra, contra, & cætera. Harum quædam mutato accentu sunt aduerbia. Nam Ante, cum graui accentu pronuntiatur, præpositio est, vt: *Ante focum si frigus erit.* Si autem acuto, fiet aduerbium temporis, vt: *Ante equidem summa de re statuisse Latini.* Item Post præpositio, cum dicimus, *post tergum*: cum vero significat postea, fit aduerbium temporis, vt: *Posthabuit non illorum*, &c. Harum quædam verbis adiunguntur, vt per, ad, trans, ante, circum, inter, ob, post. Dicimus enim perlego, adfero, transueho, antefero, circumfero, interuenio, obduco, postpono. Ablatiuis casibus adiunguntur, a, abs, e, ex, pro, de, præ. Harum quædam æque mutato accentu fiunt aduerbia, veluti est, cum. Nam quoties casui iungitur, præpositio est, vt *cum duce, cum amico.* Quoties cum verbo erit aduerbium, vt: *Cum venit aulæis.* Et: *Cum subit Aeneas concursu ascendere magno.* Ex his quædam etiam verbis adiunguntur, vt a, ab, abs, e, ex, de, pro, præ. Dicimus enim, amoueo, abripe, abstrahe, emitte, expone, detrahe, produc, præfer. Quædam accusatiuis, & ablatiuis: in, sub, super, subter. Accusatiuo, cum in locum ire vel mittere significamus; quod quidem plenius supra docuimus. In præpositionibus casualibus hæc etiam verbis adiunguntur. Dicimus enim infer, subtrahe, subterpone, superscribe. Quædam verbis tantummodo præponuntur, vt con di re dis se am o. Dicimus enim conduco, dimitto, distraho, relego, amputo, omitto. In & Con præpositiones aliquando corripiuntur; sequentibus f vel s literis producuntur, vt instans, infidus: & cæteris omnibus corripiuntur, vt inconstans, imprudens. In augendi vim habet, aut minuendi, vt instans, indoctus.

DE INTERIECtione.

Interiectio est pars orationis animi affectum significans. Sunt autem aut lætantis, vt eia. Aut laudantis, vt heu. Aut timentis, vt hei. Aut dolentis, vt eu. Aut exultantis, vt euax. Aut iurantis, vt pape. Aut respuentis, vt phei. Aut animaduertentis, vt at at. Aut ridentis, vt ha ha ha. Sunt prætereа partes orationis pro interiectionibus positæ, vt fas, nefas. Item, *pro Iuppiter*, si dicimus, & si qua sunt alia. Hem quoque interdum coercentis est, vt Terentius in Heautontimorumeno: *Hem tibi ne diutius licere speras facere?* Aliquando etiam admirantis, vt in Andria: *Hem quid est!* Ex his cæteros animorum motus intelligere possumus.

MAXIMVS VICTORINVS DE CARMINE HEROICO.

METRVM, est rei cuiusque mensura. Metrum vero poeticum est versificandi disciplina, certa syllabarum ac temporum ratione in pedibus obseruata. Inde autem sic dictum est, quod veluti mensuram quandam præstituat, a qua si plus minusue erit, pes siue versus minime constabit; cui Rhythmus est consimilis, qui sic definitur: Est verborum modulatio & compositio, non metrica ratione, sed numeri sanctione ad iudicium autium examinata; veluti sunt cantica Poetarum vulgarium. Ergo is in metro non est nec potest vllo pacto inesse, sed hoc distat a metro; quia rhythmus sine metro esse potest, sine rhythmo metrum non potest, quod liquidius ita definitur: Metrum est ratio cū modulatione: Rhythmus sine ratione. Plerunq; tamen casu quodam inuenias etiam rationem metricā in Rhythmo, non artificii ratione obseruata, sed tono & ipsa modulatione ducente.

Pes est compositio duarum vel trium, aut æque quatuor syllabarum, secundum rationem sui cuiusque metri. Pedum genera sunt duo, aut enim simplices sunt, aut duplices. Simplicium species iterum sunt duæ; dissyllabi, & trisyllabi.

Dissyllabi sunt quatuor: Spondeus, Pyrrhichius, Trochæus, Iambus. Ex his quidam sunt inter se cōtrarii, Pyrrhichius Spondeo: Trochæo Iambus Idem est quippe Iambus, qui & Pyrrhichius; idem etiam Tribrachus, qui & Chorius, idemque Trochæus. Spondeus duabus constat longis, vt. *pleni* Trochæus longa & breui, vt, *vita*, *Roma* Pyrrhichius, ambabus breuibus, vt, *Maro*, *Cato*. Iambus, ex breui & longa, vt, *nepos*, *honos*.

Pedes trisyllabi sunt octo: Dactylus, Anapæstus, Molossus, Tribrachus, itemque Epignomus, Amphimacrus, qui & Creticus, Amphibrachus, siue Mesites, Bacchius siue Amphibacchius, Pæon. Constat autem Dactylus ex lōga & duabus breuibus, vt, *copia*. Anapæstus ex duabus breuibus & longa, vt *sapiens*. Molossus ex tribus longis, vt *Mecœnas*, *Heredes*. Tribrachus ex tribus breuibus, vt *Lepidus*, *Catulus*. Amphimacrus ex longa, breui, & longa, vt *charitas*, *veritas*. Amphibrachus ex breui, longa, & breui, vt *corona*, *marina*. Bacchius ex breui & duabus longis, vt *Athenæ*, *Camœnæ*. Palimbacchius ex duabus longis & breui vt *lucerna*, *lacuna*.

Pedes duplices siue tetrasyllabi sunt sedecim: Dispondeus, Proceleusmaticus, Ionicus ἀπὸ μείζονος, Ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος, Ditrochæus, Diiambus, Choriambus, Antispastus; Pæon primus, Pæon secundus, Pæon tertius, Pæon quartus. Item Epitritus siue Hippius primus, secundus, tertius, quartus. Horum autem contrarii sunt, Proceleusmaticus Dispondeo: Ionicus ἀπ' ἐλάσσονος, Ionico ἀπὸ μείζονος: Diiambus Dittochoæ: Antispastus Choriambo: Epitritus primus, Pæoni primo; secundus secundo; tertius tertio; quartus quarto. Singuli vero quinque constant; Dispondeus quatuor syllabis longis, vt *oratores*, *saltatores*. Proceleusmaticus quatuor breuibus, vt *animula*, *memoria*: Ionicus ἀπὸ μείζονος ex duabus longis, & duabus breuibus, vt *penuria*, *vicinia*. Ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος ex duabus breuibus & duabus longis, vt *Diomedes*, *Palinurus*. Ditrochæus ex longa & breui, & longa & breui, vt *agritudo*, *cantilena*. Diiambus ex breui & longa, & breui & longa, vt, *be-*

vt *benignitas, malignitas*. Choriambus ex longa & duabus breuibus & longa, vt *diuitiæ, simplicitas*. Antispastus ex breui & duabus longis & breui, vt *valetudo, amaturus*. Pæon primus ex longa & tribus breuibus, vt *Oceanus, rusticola*. Pæon secundus ex breui & longa & duabus breuibus, vt *facinora, colonia*. Pæon tertius ex duabus breuibus & longa & breui, vt *Marianus*. Pæon quartus ex tribus breuibus & longa, vt *cupiditas*. Epitritus primus ex breui & tribus longis, vt *Palatini, Numantini*. Epitritus secundus ex longa & breui & duabus longis, vt *conditores funditores*. Epitritus tertius ex duabus longis, breui & longa, vt *viuacitas, induciæ*. Epitritus quartus ex tribus longis & breui, vt *Libertinus, Florentinus*.

Genera versuum sunt in dactylico metro quinque. Est autem dactylicum carmen, quod constat dactylo & spondeo. Non dico, vltimo loco nonnunquã Trochęo, eo quod quidam bono iudicio hunc pedem de versu Hexametro excludendũ censuerunt. Quippe omnis syllaba in versu vltima ἀδιάφορος est, id est, indifferenter accipitur, nec interest vtrum producta sit an correpta. Nam cum ita ratio exposcat, vt pleno versu viginti quatuor tempora insint, admisso vtique Trochæo curtabitur numerus temporum, & erunt tempora XXIII. Illa sunt ergo quinq; genera in dactylico metro: Hexameter, Pentameter, Tetrameter, Trimeter, Dimeter.

Hexameter dicitur, aut Hexametrus, vt Euander, Euandrus quorum vnũ venit ex græca enuntiatione, alterum ex latina. Quippe Cornelius Epicadus in eo libro, quem de metris scripsit, *Hexameter*, inquit, *versus*. Contra quem item Cęsius Bassus vir doctus atque eruditus, in libro de metris, *Iambicus trimetrus*, ait. Nostra quoque memoria Lactantius de metris, *Pentameter*, inquit, *& tetrameter*. Hexameter ergo siue Hexametrus versus est, quod pedibus sex constet, Dactylo & Spondeo circum se positis, aut alterna interpositione variatis Hexametri versus genera sunt tria: Hexameter vbi dactylus tantum est. Dactylicus vocatur Herous. Est Hexameter Iambic*; qui & Senarius, cum constat ex simplicibus, est. Itemq; ex duplicib. Trimeter. Si vero versus Hexameter sex spondeis cõstiterit, erit Spondiazon metrũ tamen Dactylicum; quippe eiusmodi compositio non nisi in dactylicum metrũ cadit. Hexametri dactylici tantum sunt, qui constant sex pedibus dactylicis, præter facta & bella heroũ, quidlibet aliud continentes, veluti sunt Bucolica, Georgica, cæteraq; eiusmodi. Hexametri vero dactylici heroici sunt, qui bella heroum, & res gestas complectũtur, veluti est Æneis Virgilii, Ilias Homeri. Quintus ibi pes semper erit dactylus, eo quod exceptis aliis locis, in quib. varie ponitur, quintam regionẽ proprie obtinet; minusq; lenis est versus, qui quinto loco spondeum magis quam dactylum habuerit, & vocabitur Spondiazon, veluti est illud:

Aut leuis ocreas lento ducunt argento.

Sic vt spõdeus a quibusdam imus pes dicatur, quod regionem sextam semper obtineat, nec vnquã dactylus in fine ponatur. Modus autem syllabarũ in versu Hexametro dactylico siue heroico, crescit a duodecim syllabis vsq; ad XVII. Nã qui minimus est habet syllabas non minus quam duodecim. Qui maximus, nõ plures quam XVII. Quamuis non negauerim esse versus etiam pluriũ sylllabarum, vt sunt hi:

Quando aliud mihi iam miseræ nihil ipsa reliqui. Et:

Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto. Et:

Quin morere vt merita es, ferroq; auerte dolorem. Et: *(ste Diane.*

Cara mihi ante alias, neq; enim nouus i-

Sunt quidẽ plerunq; syllabarum XVIII. & ille qui vltimo loco positus est XX. Sed sciendum est in metrica ratione nunquam computari eas syllabas, quas synalœpha intercipit. Quo fit, vt omnes

illi versus, qui supradictum numerũ syllabarum videntur excedere, detractis synalœphis ad XVII. aut XIII. ac nonnulli etiam ad XV. syllabas rediguntur, veluti sunt illi, quos supra exempli causa posuimus. Vnde sciendum est, nullum versum dactylicum Hexametrum inueniri posse, qui numerum syllabarũ XVII. excedat. Itaque omnis versus Hexameter, si solis spondeis constiterit, duodecim syllabarum. Si vnum dactylum habuerit, XIII. Si duos, XIIII. Si tres, XV. Si quatuor, XVI. Si quinque, XVII. Ita quoties dactylus accesserit, toties mono-syllaba accrescit. Hexameter versus dactylicus variatur per XXXII. species. Nã in versu duodecasyllabo species vna est, quippe is sine vlla varietate omnes in se spondeos habet, & vocatur Spondiazon, vt est:

Forte ducuntur ligati Minturnenses.

Quod genus versificationis vsque adeo durum est, vt Albinus in libro, quem de Metris scripsit, ita posuerit.

Vilem spondeo totum cõcludere versum.

Sed iunges dactylum apte in versu. Tredecim syllabarum species sunt quinque, in eo vnus dactylus inter spõdeos admissus, quinque locis interuertitur. In versu vero XIIII. syllabarũ species sunt X. Aut enim primo & secũdo loco dactylus ponitur: aut primo & tertio: aut primo & quarto: aut secundo & quinto: aut tertio & quarto: aut tertio & quinto: aut quarto & quinto. In versu XV. syllabarum species sunt multæ. Nam vti in illo qui est XIII. syllabarum dactylus decies variatur, ita in hoc toties spondeus inuertitur. In versu XVI. syllabarum species sunt totidem, quot in XIII. syllabarum, id est, quinque: nam vt in illo dactylus quinque locis inuertitur, ita in hoc Spondeus iisdem locis, totiesque variatur. In versu syllabarum XVII. similiter vt in duodecasyllabarum species vna est: quippe hic quinq; dactylis cõstat, excepto vltimo pede, quẽ necesse est dissyllabum esse, ne contra rationem supradictam, syllabarum amplior numerus accrescat. Ergo dactylus, cum aliis locis, tũ etiã in fine aliquando ponitur, sed in his versibus qui non habeant in cæteris omnib. dactylos, veluti est ille in Georgicis:

Et spumas miscent argenti, viuaque sulphura.

Quem quidam inuertentes, sic legunt.

Et spumas &c. sulphura viua. Item:

Bis patriæ cecidere manus quia protinus omnia.

Quem quidam per synalœphen excludunt, vt sit in scandendo, *omna*; Nec intelligunt synalœphen tunc inter se esse, cum vocales confligunt, vt:

multum ille & terris iactatus.

Quod nequaquã hoc loco adseri potest, quippe absolutus pes est, *omnia*, velut in illo versu:

Omnia fert ætas. Et:

Omnia vincit amor.

Possit itaq; esse etiam versus ex dactylis sex, si modo metrici admitterent, veluti:

Dicitur in tenero mihi bucula pascere gramine. Et:

At tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.

In supra dictis speciebus XXX. in carmine Virgiliano deprehendũtur XVII species. Nam ex versu XIII. syllabarum duæ species sumptę, secundæ aut quintæ positionis sunt. Nam aut secũdo loco dactylus est, & vnus tantum, vt:

Aut leuis ocreas lento ducunt argento.

Et quinto, vt:

Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus.

Item ex versu syllabarum XIIII. quatuor species assumuntur. Aut enim primo & quinto loco dactylus inuenitur, vt:

Quippe vetor fatis, Pallas ne exurere classem.

Aut secundo & quinto, vt:

Felix qui potuit rerũ cognoscere causas.

Aut tertio & quinto, vt:

Arcebat longe Latio, multosq; per annos.

Aut quarto & quinto, vt:

Quarũ, quæ forma pulcherrima, Deiopæam.

Ex

Ex versu XV. syllabarum sex species assumptæ. Nam aut primo & secundo loco spondeus inuenitur, vt:

Infandũ regina iubes renouare dolorem.

Aut primo & tertio, vt:

Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse.

Aut primo & quarto, vt:

Aeneas scopulum interea conscendit, & omnem.

Aut secundo & tertio, vt:

Aut capiunt celsis in puppib. arma Caici.

Aut secunda & quarta, vt:

Vi superum, sæua memorem Iunonis ob iram.

Aut tertio & quarto, vt:

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Ex versu XVI. syllabarum quatuor species assumptæ. Nam aut primo loco spondeus inuenitur, vt:

Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

Aut secundo, vt:

Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum.

Aut tertio, vt:

Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Aut quarto, vt:

Imperium sine fine dedi, quin aspera Iuno.

Ex versu syllabarum XVII. vna species assumpta, quæ sola in eo est, cũ præter vltimum pedem cæteri omnes dactylici inueniantur, vt:

Quando aliud mihi iam misera nihil ipsa reliqui.

Quatuor sunt species in censura hexametri versus: coniunctus, districtus, mixtus, diuisus.

Coniunctus est, quando scandendo ita continuatus est sibi, vt nusquam finito sensu diuisa verba ponantur. Quod genus versificationis laudabile habetur, ac melius, vtpote est:

Infandum regina iubes renouare dolorẽ.

Strictus, qui in scandendo sensum seu partes orationis separatas in se habet, vt:

Dic mihi Clio, quinam primus fingere versus.

Mixtus, qui vtrunque in se habet, vt in quibusdam coniunctus, in quibusdam separatus, vt:

Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse.

Diuisus, qui in Priapeio deprehenditur metro.

Metrum vero Priapeium est, cum in hexametro versu supremi inter se pedes concatenati a reliquis tribus sequentibus diuisi separatique sunt, veluti in Bucolicis:

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. Et:

Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca.

Inde dictum Priapeium, quod pleraque huiusmodi in honorem Priapi ita conscripta sint. Propter quod multi volunt hoc genus compositionis bucolico carmini magis conuenire.

Pythium autem dictum quidam volunt ob id, quod hoc genere metri oracula primum ab Apolline sint edita, qui interfecto Pythone Pythius dictus est. Aliis tamen videtur Pythium metrum esse, quod continet duodecim syllabas, spondiazonica videlicet ratione, quod cum in Parnasso Pythona serpentem in vindictam matris sagittis insequeretur, accolæ Delphici hunc ipsum versu isto hortati sint. Hactenus de hexametro dactylico: De cæteris vero suo loco exequemur.

MAXIMI VICTORINI
DE RATIONE METRORVM
Commentarius.

LIQVENTES literæ sunt quatuor: l m n r. Liquentes vero ideo dicuntur, quod fluanr, & quasi intereāt, tum cum consequuntur aliquam breuem syllabam cum quauis alia consonante. Sunt autem duplicis potentiæ. Nam longam syllabam positione facere possunt, si ita poeta voluerit, & breuem non producunt. Quod dico huiusmodi est exemplum, vt hic Lucretii versus:

Nam fuerant iuuenes subito ex infantibus paruis.

Sic habetur, quasi dixerit: *ex infantibu paruis*; subtracta s litera. hic enim s litera interit. Ennius quoque ait:

---- *vita illa dignus, locoque.*

quasi dixerit: *vita illa dignu, locoque.* Similiter Lucillius:

Tum lateralis dolor certissimus nuntius mortis. Pro:

Tū laterali dolor certissimu nūtiu mortis.

Sic habetur quasi subtractis s literis: quia licentius antiqui & ipsa quasi pro liquenti vtebantur, inerudita adhuc nouitate, quod posteriores poetæ non ferunt. Nō quod ista definitio recta non esset, sed quod versus suos liquidius discurrere nullis salebris voluerunt.

Liquentes autem cognoscere in illo Virgilii versu possumus.

---- *Aptare flagello.*

quasi subtracta l litera *fagello* dixerit. Sic & in illo:

Phœbe graues Troiæ semper miserate labores.

Quasi subtracta s litera *gaues* dixerit, nō, graues.

Mihi autem de his magis videtur illud, quod liquentes literæ, de quibus diximus, tunc detrahantur, cum breuem syllabam duæ consonantes, quarum altera liquens erit, ita sequuntur, vt in duas syllabas se diuidant. Quod dico huiusmodi est exemplum, vt, *infantibus paruis*, s & p literæ in duas se diuiserunt; nam s ad bus syllabam pertinet, p ad paruis. Quoties ergo se ita diuidunt, tunc liquentes erunt. Alioqui cum duæ consonantes ita aliquam breuem syllabam consequuntur, vt hæ ipsæ consonantes alterius syllabæ sint, nec se diuidant, tunc illa syllaba, vt poetæ voluerint, longa aut breuis erit, hoc exemplo:

Conspiciunt Atridas Priamumque.

A litera positione longa est, eo quod eam excipiunt duæ consonanres t & r. Sed quoniam consonantes hæ duæ ad alteram syllabam non pertinent, non semper positione longam syllabam faciunt quam excipiunt, vt est: *geminosque Atridas.* Hic a breuis est, quoniam consonantes ambas sibi syllaba posterior vendicat. Æque vt poetæ voluntas est, proinde auxiliantur aut cedunt, vt illi Virgilii versus quos præposuimus, tales syllabas habēt consonantium coitu, non liquentium fluxu.

DE CONIVNCTIS *syllabis.*

Coniunctas quoque syllabas animaduertere nobis intentio est. Nam Coniunctæ syllabæ dicuntur, cum longa syllaba in vocali finitur, & a vocali excipitur; atque ideo longa syllaba illa natura breuis est, quod eam vocalis terminauerit, & excipitur a vocalibus. Hoc exemplo:

Te Co-

Te Corydon o Alexi.

Sic enim ſcanditur. *Te Cory*, dactylus: *don o A*, alius dactylus: cuius media ſyllaba *o* natura longa eſt. Sed quia & ipſa vocalis conſtat, & excipitur a vocali coniunctione ſyllabarum, & quaſi cognatione vocalium, idcirco breuis eſt veluti gratificatur, & eſt huic ſimilis ille verſus, vt:

Credimus an qui amant.

Credimus dactylus eſt, *an qui a*, alius dactylus. Sed *qui* media dactyli, natura longa ſyllaba; ſed hæc a vocali vt ſuperior terminatur, & excipitur a vocali, breuis eſt. Nõ enim in hoc, aut in ſuperiori verſu ſynalœphen facere potes ſine vitio, verſus enim erit ex trochæo, ſi feceris ſynalœphen; qui niſi nouiſſimus in heroico verſu eſſe non poteſt. Si tamen in huiuſcemodi cõiunctis ſynalœpha fieri poteſt, quæ a dactylo ſpondeũ faciat, profecto ſpondeus vſitatior inuſitato dactylo anteponendus eſt, vt illud:

Nec tota tamẽ ille prior praeunte carina.

Scanditur enim ſic: *Nec to*, ſpondeus eſt, *ta tamen*, dactylus, *ille pri*, dactylus eſt, *or pra*, ſpondeus eſt.

Hic autem vides poſſe alios dicere dactylum eſſe ratione cõiunctarum ſyllabarũ, quæ *pra* ſyllaba vocali finitur, & excipitur a vocali quæ eſt *e*: ſed cum ſynalœpha fieri poſſit, faciatq; ſpondeum, cur nõ eam viam ſequamur quam nobis conſuetudo frequẽtior tritam reliquit ante? Nouiſſimus pes eſt huius verſus, *ente ca*, quã idcirco præpono, cum ſynalœphæ hæc ſit cõſuetudo, vt interior ſyllaba vocalis excludatur. Tunc tamen non excludiſcias, cum ſola ſyllabam facere poteſt interior, quę excludi nõ poteſt. Quod dico huiuſmodi eſt exemplum: *praeunte*, per duas e ſcribitur, eſt ergo ſpondeus, *or pra*, ſequũturq; circa ſe duæ vocales, vt, *praeunte carina*. Sed quomodo e litera eadem & ſyllaba eſt, u autem ſyllaba vt ſit, adhibeat ſibi conſonantes n & t; idcirco rectius, *ente carina*, quam, *vnte carina*, per ſynalœpham ſcandimus.

DE DICHRONIS VOCAlibus vel Syllabis.

Vocales quinq;, cum nouiſſimam ſyllabã verbi, aut nominis teneant, tametſi natura breues ſint, longę tamẽ, ſi ita Poeta voluerit, habentur, hoc modo:

Hic amor, hoc ſtudium.

mor ſyllaba breuis eſt, ſed quia vocalis ibi eſt, produci etiam poteſt, vt:

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Scanditur enim ſic: *Omnia*, dactylus, *vincit a*, alius dactylus, *mor &*, ſpondeus. Vides ſuperius correptam, hic eſſe productam. Item:

Oſtentas artemq; pater, arcumq; ſonantẽ.

Scanditur enim ſic. *Oſten*, ſpondeus eſt, *tas ar*, ſpondeus eſt, *temq; pa*, dactylus, *ter ar*, ſpondeus. Vides hic ter ſyllabam longam eſſe, alio loco breuem. Item:

Sanguis hebet.

hic *guis* ſyllaba breuis eſt; in Lucano autem longa eſt:

Dum ſanguis inerat.

Vides enim *s* literam feciſſe hãc poteſtatem. Item:

Tum ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat.

Tur ſyllaba breuis natura, ſed quia habet vocalem, producitur. Quicquid enim in *tur* ſyllaba finitur, breue eſt, vt poſtea dicemus. Nec intereſt vocales illæ cũ nouiſſima ſyllaba vel ſint ſolæ, an cum conſonantib ſint, vtroq; enim modo dichronæ ſunt. Vides tamen dichronas hoc etiam compendio poſſe trahi, vt in heroico verſu cuiuſcunq; pedis ſyllaba prior, cum a ſuperiore verbo remanſerit promiſcua fiat, longa erit aut breuis, vt Poeta voluerit, quomodo in ea pars orationis impletur quoque vt in verſu, ſic in verbo non attendatur.

DE GRAECIS NOMINIBVS.

Quæcunq; Gręca nomina, id eſt, quę in Latinis eadẽ ſunt, ea cum in es ſyllabã, aut in as exeunt, breuia ſunt contra naturam & conſuetudinem Latinorum,

huiusmodi enim nomina latina, quę plurali numero in es syllabam exeunt, aut in as, longa natura sunt, vt principes, milites, arbores, optimas, feminas, sarcinas, idcirco, quia in versu esse possunt Græca, & in hisdem syllabis breuia sunt, vt:

Gorgones, Harpyiasq;.—

Et alibi:

—fuso crateres oliuo.

Et Lucretius:

Lampadas igniferas manibus retinentia dextris.

Vides hic es vel as breues esse syllabas, ideo quia Græca sunt nomina.

DE PROPRIIS NOMINIBUS.

NOmina sunt propria, quæ primam syllabam natura longam non habēt, id est, quæ non duabus vocalibus iunctis constant, vt *Eulus*, *Aeneas*; Et alia.

Quæ ergo primam syllabam natura longam non habent, tales erunt syllabæ, vt eas ponere volueris, siue longas, siue breues, hoc exemplo:

Exercet Diana choros.

Hic, Di, longa est; alio loco breuis est:

—tunc etiam telis moriere Diana.

Armatumque auro circunspicit Oriona.

Hic longa est *on*, alio loco breuis est, vt:

—aquosus Orion.

Nomina item, quæ genitiuum in es syllabam mittunt, eadem ipsa syllaba breuia sunt, vt *Lingones*, *Mygdones*, *Theutones*, *Bascones*; & accusatiuo, vt, *Basconas armipotentes.* Item Græca nomina quæ in i litera finiuntur, in eadem ipsa syllaba breuia sunt, vt:

Quo te Mœri pedes.

Scanditur enim sic: *Quo te*, spondeus, *Mœri pe*, dactylus. Videndum etiam hoc in his nominibus, quæ ante nouissimam syllabam i litera terminantur, vt est, radius, gladius. Hæc enim per duo i proferuntur in genitiuo, huius radii. & pluraliter per duo i, h; gladii, vt cū Poeta voluerit, hanc eandem nouissimam syllabā, vbi duo i esse diximus, hic synalœpha nō fit; quo modo est versus ille Lucretii:

Non radii solis, neque lucida tela diei.

Scanditur enim sic, *i so*, spondeus. Vide quomodo i litera neq; interior synalœpha subtracta est, & exterior pedis partem cepit. Sed rursus cum Poeta voluerit, synalœphen in eodem nomine facit, vt est Virgilii versus;

Diuersi rumpent radii.

Scanditur enim sic, vt; *Diuer*, spondeus, *si rum*, spondeus, *pent radi*, dactylus, Hic enim nouissima excluditur, quæ longa est.

Interdum in nominibus appellatiuis prima syllaba cōtra naturam producitur, qui aliter in versu poni non potest, vt; *Italiam.* Hic enim contra naturam syllaba producta est, vt esse in versu potuisset. Hoc autem modo breuem intelligimus. Necesse est enim, vt qualis est prima syllaba in aliquo nomine prouinciali, eadem sit natura ipsa prouincia, vt; *Afer* prima longa est; in *Africa* enim eadem natura est prima litera. Ergo videamus *Italus* prima syllaba qualis sit; dabit Virgilius exemplum, vt:

Italusque, paterque Sabinus.

Hic in *Italo*, prima syllaba breuis est, quæ nos docet eadem & in *Italia* seruari oportere.

DE BREVIBVS syllabis.

QVatuor syllabæ breues pro Spondeo poni possunt, vt: *Genua labant.* Hic enim, *Genua la*, scanditur, in quo pede priores duæ breues iunguntur, vt vnā longam faciant poetica licentia, quę magis in Iambicis versibus est permissa celebris.

DE CONCATENATIS syllabis.

INterdum in heroico versu nouissima syllaba sequenti versui adiungi necesse est

est per synalœphen, vt est ille versus in Virgilio:

Iamq; iter emensi, turres, ac tecta Latinorum
Ardua cernebant.

Scanditur enim sic: *Iamque iter*, dactylus, *emen*, spondeus, *si tur*, spondeus, *res ac*, spondeus, *tecta La*, dactylus, *tino*, spondeus. Nouissima vers⁹ syllaba quæ superest *rum*, reuocatur ad sequentem versum per synalœphen, vt si dicas: *Rardua cernebant* &c. Est huic similis ille versus:

Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.

Syllaba enim nouissima, quę est, da, ad sequentẽ versum refertur, quare necesse fuerit istiusmodi sequentem versum a vocali incipere, vt synalœpha fieri possit illa quam diximus.

DE CASIBVS.

NOminatiuus omnis numero singulari qui us syllaba terminatur, eadẽ ipsa syllaba natura breuis est, vt doctus, carus sanctus, & alia. Genitiu⁹ omnis qui i litera terminatur, natura longus est, vt docti, cari, sancti. Datiuus semper qui o litera terminatur natura lõgus est, vt caro, sancto, docto. Accusatiuus omnis qui m litera terminatur, positionẽ expectat, aut synalœphen, quia nulla syllaba in m literam exit, quæ non vtrumque quærat. Vocatiuus omnis e litera terminat⁹ breuis est natura, vt docte, care, sancte. Ablatiuus omnis o litera terminatus natura lõgus est, vt ab hoc docto, caro, sancto. Nam pluralis nominatiuus omnis cum i finitur, longus est natura, vt hi docti, cari, sancti. Datiuus omnis pluralis in is terminatus lõgus est, vt doctis, caris, sanctis. Accusatiuus omnis pluralis qui in os syllabam finitur, natura lõgus est, vt doctos, caros, sanctos. Vocatiuus omnis pluralis in i literam finitus longus est, vt docti, cari. sancti. Ablatiuus omnis qui in is finitur æque longus est, vt ab his doctis, caris, sanctis.

Item quicquid in is syllabam nominatiuo & genitiuo singulari exit, breue est, vt lapis, apis. Quicqd in r finitur, in genere masculino breue est, vt doctor, cator, pater, frater. Nam quicquid in es syllabã pluraliter finitur longum est, vt doctores, homines, arbores, & quicquid sic terminatur. Itẽ quod in bus syllabam exit, breue est, vt cantoribus, doctoribus.

In genere feminino casus nominatiu⁹ solus sic variatur, vt hæc tabula breuis est, ablatiuus longus est. Omnia nomina feminini generis quæ in a litera terminãtur, nouissima syllaba breuia sunt in nominatiuo, ablatiuo vero longa.

Omnis autem accusatiuus casus, cuiuscunque generis, qui m litera terminatur, nouissimam syllabam longam habere nõ potest natura, sed aut positionem, aut synalœphen expectat.

Nomina generis feminini, quæ in es syllabam finiuntur, si eadem ipsa syllaba in genitiuo non producitur, tam in nominatiuo, quam in ablatiuo breuia sunt. Si autem eadem syllaba in genitiuo producitur, tam in nominatiuo, quam in ablatiuo longa est nouissima syllaba. Quod dico huiusmodi est exemplum, vt hæc lues, es syllaba breuis est, quia genitiuum luis facit: hæc fides, des syllaba longa est propterea, quia genitiuus producit eam, facit enim huius fidei; quo modo est hæc facies, es syllaba longa est, quo modo in genitiuo producitur, huius faciei. Ergo quas syllabas genitiuus producit, hæ nominatiuo & ablatiuo longæ sunt, vt hæc fides, hui⁹ fidei, a fide, faciei, a facie: Quas syllabas genitiu⁹ corripit, aut mutat, breues sunt in nominatiuo & ablatiuo, vt lues, luis, lue. Quicquid in genitiuo is syllaba terminatur breue est in ablatiuo, sed hic genitiuus, quo cognoscuntur nouissimę syllabæ plerũq; nominatiuum qualis esse debeat ostẽdit, vt est paupertas, tas. n. ideo lõga est, quia genitiuus producit eã, dicimus paupertatis, ta producta: pal⁹ paludis media syllaba producta: quomodo est hic Samnis, longa est nis, facit .n. genitiuo huius Samnitis, media producta:

item amnis breuis, quomodo syllabam nis non producit genitiuus.

DE VERBIS.

IN verbis vel in coniugationibus, attendendæ sunt positiones, & tempora, & syllabæ nouissimæ, quæ his fere regulis colliguntur. Similis est prima coniugatio nouissima syllaba in omnibus coniugationibus. Omnes.n.coniugationes, quæ in o literam finiuntur, dichronæ sunt, vt cãto, moneo, dico, sed positionibus discrepant. Nam secunda positio primæ & secundæ coniugationis longa vt sit necesse est, cantas, clamas, mones: Hæ enim nouissimæ producuntur infinitiuo modo; dicimus enim cantare, monere, clamare, sedere. Imperatiuus quoque modus coniugationum supradictarum syllaba nouissima longus est; proprerea, quia syllaba ipsa producitur in infinitiuo modo. In tertia autem coniugatione correpta secundæ positiones breues sunt; quia in infinitiuo modo produci non possunt. dicimus enim: legis legere, ducis ducere. In imperatiuo modo quoq. syllabæ nouissimę breues sunt, quia non producuntur in infinitiuo modo, vt lege, duce, scribe, & omnino quæ syllabæ mutãtur breues sunt: sicut legis, lege, legere: dicis, dice, dicere: scribis, scribe, scribere. Tertia longa est, quæ dicitur similis primæ coniugationis & secundæ; propterea quod quemadmodum infinitiuus producit in illis medias syllabas, sic producit & in hac, quapropter dicimus, finis, tertia cõiugatione longa, quia in infinitiuo finire dicimus i producta; sicut audis audire. Rursum faxis, adsis, velis: nam is nouissima syllaba ideo longa est, quia pluralis numerus eam producit. Dicimus enim producta media syllaba, faxitis, adsitis, velitis. Quæ autẽ produci media in plurali numero non possunt, breuia sunt, vt dicis, dicitis. legis legitis. Nam illa longa sunt, audis, finis, quia producũtur in plurali numero, auditis, finitis. Omnes verbi nouissimæ syllabæ, quæ sunt huiusmodi, res, ses, longæ sunt; quia producit eas pluralis numerus, vt audires, audiretis, clamasses, clamassetis. Omnes infinitiui qui syllaba re terminantur, breues sunt, vt clamare, monere dicere, finire. Omnes in verbis syllabæ quæ huiusmodi sunt, vt in tis exeant, breues sunt, vt clamastis, dixistis, fecistis. Infinitiui autem omnes passiuorum & communium, & deponentium verborum, quando in i exeunt longi sunt, vt clamari moneri, dici, finiri. Et quicquid in i in verborum declinatione exierit, longum est, vt clamaui, monui dixi, finiui Hæc autem de nouissimis syllabis dicta sunt.

De primis autem inueniendis hoc erit videndum: Omnes igitur coniugationes excepta simplici tertia, hoc est, longa, in aliquibus verbis primas syllabas temporum ratione permutant. Nam illa quæ in præsenti tempore breuia sunt, in omni præterito perfecto, vel in omni pręterito plusquãperfecto, vel in vno futuro modi tantum coniunctiui producuntur, in reliquis autem modis & temporibus breuiantur. Ergo coniugatio prima tempore præsenti corripitur, vt lauo: præterito perfecto vel coniunctiuo futuro producitur, vt laui, laueram, lauero. Secunda similiter præsenti tempore corripitur, vt moueo: præterito perfecto vel coniunctiuo futuro producitur, moui. mouerã, mouero. Tertia correpta similiter præsenti tempore corripitur, vt odio: præterito perfecto vel cõiunctiuo futuro producitur, vt odi, oderam, odero. Infinitiuus autem modus similiter in aliquibus verbis tempore præsenti corripitur, vt mouere, legere: tẽpore præterito vel futuro producitur, vt mouisse, motum ire; legisse, lectum ire. Sunt plurima verba, quæ nunquam temporum varietate mutãtur hoc modo. Est igitur coniugatio prima semper correpta vt voco; semper producta, vt numero. Est similiter & secunda semper correpta, vt doleo. Item semper producta, vt soleo. Est æque tertia semper.

per correpta, vt tero. Item semper producta, vt munio. Sunt etiã aliqua participia similiter, quæ in primis syllabis temporũ varietate mutantur, vt quæ in præsenti tempore breuia sunt, in præterito vel futuro non quidem natura, sed positione producta sunt, vt legens, lectus, lecturus. De trisyllabis nunc item dicendũ est, quę sic variantur, quomodo & dissyllaba hoc modo distãt, quod indicatiuo specie imperfecta, in primis syllabis breuia sunt, vt legebam, veniebam; nam in dissyllabis in hac ipsa specie lõga sunt, vt ibã, nabam. Sed hac ratione primas syllabas rite cognoscimus, vt si prępositionem illi verbo addamus, cuius primam syllabam, cuius naturæ sit quærimus. Cum ergo addiderimus verbo prępositionem, sciam⁹ quomodo eam cõsuetudo pronunciet; cuius rei exemplum hoc est, dico, dicas, dicat, ab eo quod est dicare. addamus illi præpositionem de, & faciamus dedico. videamus quomodo consuetudo pronũtiat, si producta media, an correpta; vtiq; correpta, vt dedico. Sic inuenimus & longas, vt clamo: addamus illi præpositionem in, vt fiat inclamo, producta media dicimus, non correpta. Item sunt nomina, quibus præpositio addi non potest, vt halitus, faciamus verbum halo, huic addamus præpositionem, vt fiat exhalo, media syllaba producta pronuntiamus; ibi apparebit etiam halitus qualis sit in prima syllaba.

Medias ergo syllabas coniugationes docent, extremas verbi ipsius declinationes. Primas autem docent exempla, vel illæ quas dixi præpositiones: Hæc prudẽti satis sunt, isque exemplis omnia in promptu habebit.

Rhetoricam autem eloquentiam, id est, verum nosse non poterit; nisi qui ad eam hoc vestigio venerit. Primum vt discat qui sint pedes metrorũ; deinde quæ sit natura syllabarum in verbis, quod iam hic docuimus. Tum quid sit periodos; deinde quid sit colon, quid comma, quid sit numer⁹, quid orationes solutæ, quid numerosum; quæ sint præterea tres primæ figuræ dicẽdi, magnopere subtile est. Postremo quæ sint figuræ verborum atque sententiarum. His completis, Ciceronis sentẽtias rhetoricas debet nosse, omniaque legere incipiat, id est, totam rhetoricam nosse, seque quotidie exerceat.

DE PARTICIPIIS.

OMnia participia, quæ in ans & in ens syllabam mittunt, positione longa sunt. Nam quę in i aut in o syllabam mittunt, quasi nomina existimantur, de quibus iam dictum est.

DE ADVERBIIS.

OMnia aduerbia, quæ in e mittũt, exceptis benè & male, & fere, & prope, & pone, & pene, & sæpe; His ergo exceptis, illa quæ de nominibus manant, longa sunt, vt pulchre, docte, sancte, iuste. Illa autem breuia sunt, quia nomina nulla habent vnde deriuantur; quo modo illa, vt docte quia doctus, sancte quia sanctus, iuste quia iustus. Rursum quæ a nominibus deriuantur, si in er syllabam exeunt, breuia sint necesse est, vt duriter, turpiter, misericorditer. Quæ autẽ in m literam finiunt, positionem aut synalœpham expectant. Item illa quæ in a exeunt literam longa sunt, vt vltra, vna.

D. AVRELII AVGVSTINI, HIPPONENSIS EPISCOPI, De Grammatica Liber.

DE NOMINE.

MNIA nomina tredecim literis terminãtur: quinque vocalibus, a,e,i,o,u: sex semiuocalibus, l,m,n, r,s, x: & duabus mutis, c. t. A masculino, vt Seneca, Catilina, Sylla, Vua, Cinna, Pansa: Græca, Sosia, Pareta: Aphra, Iugurtha, Micipsa. A feminino, femina, musa, regula, norma, forma, & talia. A neutro Græca sunt tantum, thema, schema, & vnum nomen latinum fluminis, Turia, dicente Sallustio: *Flumen Turia*. A communi, aduena, conuena, indigena, Troiugena, & talia. Ab epicœno, vipera, aquila, musca, locusta, vlula, & talia. Diximus de a litera, nunc de e. Ab E litera vocali nullum Latinum, nisi iuncta præpositione, masculinum inuenitur, vt proconsule, proprætore. Ergo iuncta præpositione fiunt latina, vt dixi, proprætore, proquæstore. Nã veteres nominatiuo casu proconsul dicebant, attendentes nullum nomen latinũ exire in e litera nominatiuo casu generis masculini. A feminino nullum Latinum, sed Græca solum, vt Andromache, Niobe, Libye, Hecate, Euterpe, quorũ genitiuus in es exit, vt Andromaches, Niobes, Libyes, Hecates, Euterpes. Sed hæc cum Græcis tractamus. A neutro e litera in nominatiuo, monile, sedile, cubile, & cętera quæ paulo post in regula generis neutri per omnia nomina ponemus. A cõmuni nullum nomẽ est, similiter nullum ab epicœno. Nunc de I litera tractemus, in nominatiuo quæ genera cõtineat. A masculino nullum nomen in i. A feminino nullũ. A neutro gũmi, & est *ἄπτωτον*. A cõmuni nullũ. Ab omni genere, vt frugi, nihili: declinatur sic, hic vir frugi, femina frugi, mãcipiũ frugi: genitiuo similiter frugi faciet, huius viri frugi, hui⁹ feminæ frugi, huius mãcipii frugi. sic per omnes casus frugi dicimus. Sic declinãtur nihili, hic nihili vir, hæc nihili mulier, hoc nihili mancipiũ. Hoc sono nominatiui omnes casus declinantur: sic pluraliter viri nihili, feminę nihili, mancipia nihili. Ab epicœno nullũ similiter exit in i. Ab O litera vocali nominatiu⁹ terminatus masculino appellatiuo, vt ligo, ligonis. A proprio nomine, vt Cato, Cicero, Maro, Nero, Tubero, & cætera talia. A feminino appellatiuo, vt verrigo, indago, farrago, siligo. In Iuuenali legitur ita: *Sed quid mutatis inducitur atq; fouetur Tot medicaminibus, coctæq; siliginis offas Accipit, & madidæ faciei dicetur an vlcus.* sartago, vitago, lanugo, aurugo, ærugo, crepido. In Iuuenali: *Nulla crepido vacat, nusquam pons & tegetis pars.* & talia. A feminino proprio, Carthago; peregrina vero, vt Dido, Ino, Io, Alecto, Celęno, Clio, Mãto, quorum genitiuus in us exit, Didus, Inus, Ius; Alectus, Celęnus, Clius, Mantus. sed hoc cum Græcis tractemus. A neutro nullus nominatiuus in o exit. A communi, fullo, latro, caupo, &c. Ab epicœno, struthio, hirũdo, hirudo, gurgulio, buffo, & talia. Ab u vocali solum neutrum, quod in singulari indeclinabile est, in plurali declinatur, vt cornu, veru, gelu, tonitru, hoc sono enunciantur omnes casus in singulari, vt diximus, in plurali declinan-

clinantur, cornua, verua, gelua, genitiuo horũ cornuũ, veruũ, genuũ, & cætera declinabis ad regulam, versuum, fluctuum.

Diximus de vocalibus quinque, quibus terminatur nominatiuus, nunc de semiuocalibus dicamus. L litera nominatiuus exiẽs in masculinis appellatiuis, hic sal; in propriis sol. In femininis vnum nomen matronę tantum, Tanaquil. In neutris, vt mel, fel. In cõmunibus vigil, pugil; vnde & Terentius de virgine, *pugilem esse aiunt*. In epicœnis nullum nomen est. M. nominatiuus exiens, in masculinis nullum Latinum est. In femininis, Glycerium, Phanium, Dorcium, Philocomasium. In neutris autem, templum, telum, tectum; & alia quorum plurales faciles sunt. In communibus nullum exit in M. Sic & in epicœnis. Nunc tractemus de semiuocali N. N litera terminatus nominatiuus a masculinis, flamen pecten, lien, quod est splen. A femininis, Siren; pluralis, Sirenes. A neutris, carmen, germen, gramen, & cætera talia quæ post regulas generis neutri tractabimus. A communibus nominatiuus exiẽs in N, tubicen, tibicen, fidicen lyricen, cornicen, liticen, qui in lituis canit. Ab epicœnis; oscen, id est, ab his quæ tradunt augurium, attagen. Nunc de semiuocali r. R litera terminatus nominatiuus a masculinis, vt Cæsar, Arar, Nar, victor, tutor, sopor, mœror, & alia quæ facilia sunt tã in appellatiuis quã in propriis. A femininis, arbor, soror. A neutris, marmor, æquor & alia. A communibus, pauper, acer, alacer, memor, autor. Ab epicœnis, passer, accipiter, anser. Nunc de litera semiuocali tractemus. S litera terminatus nominatiuus a masculinis, iustus, doctus, pius A femininis, dos, sors, mors, & talia. A neutris, vulnus, pectus, pecus, & cætera, quæ mox regulare tractabitur. A communibus, sacerdos, impos, compos, similis, nobilis, agilis. Ab omni genere, vt nugas etc. De his mox vberius tractabimus. A epicœnis, tigris, mus, lepus, etc. Nunc de semiuocali litera X. Nominatiuus in x litera; a masculinis, vertex, cortex, pumex; a propriis, Pollux. A femininis, nex, prex, fex, fax, pax, & alia. A neutris nullum nomen, nisi omni generi iungatur, vt, felix. Remanent duæ mutæ, c, t literæ. Nominatiuus exiens C litera tenet masculinum, vt alec; tenet neutrum, vt lac. T litera exiẽs nominatiuus tenet genus neutrum, vt caput, sinciput, semicaput.

Nomina generis neutri in um syllabã exeuntia, vt templum declinantur: Nominatiuo singulari hoc templum. G. huius templi. D. huic templo. A. hoc templum. V. o templum. A. ab hoc templo: & pluraliter, N. hæc templa. G. horum templorum. D. his templis. A. hæc templa. V. o templa. A. ab his templis. Simili declinatione hęc omnia procurrunt, telum, tectum, scamnum, bellum, monstrum. portentum, oppidum, carpentum, venenum, donum, bonum, malum, magnum, pessimum, paruum, frumentum, medicamentum, membrum, forum, metrum, potrum, tignum, plaustrum, claustrum, instrumentum, oliuetum, vinetum, palmetum, quercetum, esculetum, lauretum, argumentum, sacrum, testamentum, iugetum, vinum: sed nunc tantum in singulari; *vina* enim poetæ dixerunt; & *cicera*. Sic oleum, hordeum, triticum, ferrum, viscum, aurum, argentum, plumbum, stannum, vitrum, electrum; & talia quæ ad pondus veniunt vel mensuram. Ex istasunt forma generis neutri, quæ in ium exeunt, sed hæc in genitiuo per duo ii scribuntur, vt hoc ingenium, huius ingenii, sic imperium imperii, scrinium scrinii, Capitolium Capitolii, tentorium tentorii, armariũ armarii, solariũ solarii, tectoriũ tectorii, armamentarium armamentarii, spacium spacii, sacrarium sacrarii; sic horariũ horarii, salariũ salarii, viridariũ viridarii pomœriũ pomœrii, sacrificiũ sacrificii, foliũ folii, soliũ solii, testimoniũ testimonii; sic rosariũ rosarii, auiariũ auiarii, auguriũ augurii, auspiciũ auspicii, exitiũ

exitii,exilium exilii, prodigium prodigii, auxilium auxilii, præsidiũ præsidii, atrium atrii, aucupium aucupii, adiutorium adiutorii, mancipium mancipii, dolium dolii. Est alia forma generis neutri, quæ per us exit, vt hoc pecus: numero singulari. N. hoc pecus. G. huius pecoris. D. huic pecori. A. hoc pecus. V. o pecus A. ab hoc pecore: & pluraliter. N. hęc pecora G. horũ pecorum. D. his pecorib. A. hæc pecora. V. o pecora. A. ab his pecoribus. Ad hanc formulã declinabimus, vlcus vlcera, facinus facinora, vell⁹ vellera, viscus viscera, rus rura, ius iura, nemus nemora, tergus tergora, pectus pectora, genus genera, pondus pondera, corpus corpora, decus decora funus funera, fœnus fœnera, olus olera, litus litora, opus opera, rudus rudera, thus thura, tempus tẽpora, fœdus fœdera, stercus stercora, onus onera, latus latera. Est alia species generis neutri, quæ cõtinet nomina in vr exeũtia, vt hoc murmur in Nominatiuo. G. huius murmuris. D. huic murmuri. A. hoc murmur. V. o murmur A. ab hoc murmure: & pluraliter. N hęc murmura. G. horum murmurũ. D his murmuribus. A. hæc murmura. V. o. murmura A. ab his murmuribus Ad hanc formulã similia declinabis, vt ebur ebora, femur femora, sulphur sulphura, fulgur fulgura. Sed ex hac formula non multa inueniuntur, quoniam pauca sunt generis neutri, quæ in or exeunt, vt marmor in Nominatiuo. G. huius marmoris. D. huic marmori. A. hoc marmor. V. o marmor. A. ab hoc marmore: & pluraliter. Nominatiuo hęc marmora. G horum marmorum. D his marmoribus. A. hæc marmora V. o marmora. A ab his marmorib. Sic æquor æquora, cor corda. Alia species generis neutri, quę continet nomina in ar syllabam exeuntia, vt far Nominatiuo. G. huius farris D. huic farri. A. hoc far. V. o far. A. ab hoc farre. In plurali tres casus habet solum: Nominatiuo hæc farra. Accusatiuo hęc farra. Vocatiuo o farra non habet ergo genitiuum, datiuum & ablatiuum. Vnde τρίπτωτα dicuntur in plurali, id est, trium casuum, vt sunt iura, non dicimus horum iurium, his iuribus; nec ærum, æribus; nec mellorum mellibus; & alia pauca, nec enim multa sunt: sic nec horum farrum in genitiuo possumus dicere, aut in datiuo his farribus. Hanc ergo formam numero tantum singulari declinabis, hoc nectar nectaris, laser laseris; & instar quod est similitudo, sed habet tres casus tantum, nominatiuum, accusatiuum & vocatiuum, & est numeri tantum singularis. Alia species generis neutri, quæ continet omnia in er exeuntia, sed numeri tantum singularis. N. hoc piper. G. huius piperis. D. huic piperi. A. hoc piper. V. o piper. A. ab hoc pipere Ad hanc formam declinabis numero tantum singulari, ver: N hoc ver. G. huius veris. D. huic veri. A. hoc ver. V. o ver. A. ab hoc vere: Sic declinabis hoc siler, vt ait Virgilius, *Molle siler*. Similiter declinabis & iuger, sed habet pluralem, vt iuger iugera, secundum antiquos, qui dixerunt iugerum: vber vbera, tuber tubera. Et in hęc, vt dixi, paucorum nomina sunt. Alia species per os, vt ipsum os ora, vnde osculum, sed hoc producimus, aliud corripimus. Ab eo quod sunt ossa declinantur singulariter. Nominatiuo hoc os. G. huius ossis D. huic ossi. A hoc os. V. o os A. ab hoc osse: & pluraliter, N. hæc ossa G. horũ ossiũ. D ossib A hæc ossa. V. o ossa. A. ab his ossibus. Alia species generis neutri, quæ continet nomina in e exeũtia vt monile: Nominatiuo hoc monile. G. huius monilis. D. huic monili. A. hoc monile. V. o monile A. ab hoc monili. & pluraliter, Nominatiuo hæc monilia Genitiuo horum monilium. D. his monilib. A hæc monilia. V. o monilia. A. ab his monilibus. Similiter declinabis, sedile sedilia, p̃sepe præsepia, collare collaria ducale ducalia, molle mollia, graue grauia, vile vilia, mite mitia, suaue suauia, vitale vitalia morale moralia, lene lenia, leue leuia, ancyle ancylia; de quo Virgilius, *lauaque ancyle gerebat*: facile facilia, no-

nobile nobilia, agile agilia, mare maria, ſed pluraliter tres caſus habet tantum, nominatiuum, accuſatiuum & vocatiuum, genitiuum, datiuum & ablatiuum non habet; non enim dicimus in genitiuo horum marium, aut in datiuo his maribus, aut in ablatiuo ab his maribus. Sic & alia declinabis huic formæ ſimilia. Huic regulæ ablatiuus in i exit, non in e; quia genus neutrum nunquam habet quatuor caſus ſimiles, vt faciat in nominatiuo hoc monile & accuſatiuo hoc monile & vocatiuo o monile & in ablatiuo ab hoc monile; ſed ab hoc monili: inde Virgilius, *inſtrato ſaxa cubili*: ab hoc cubili: ſic &, *Sacra mari colitur*: item, *Hortatur pater ire mari*: item, *tenui de vimine*. item, *Crudeli vulnere*: item *Lethali vulnere*: item, *Dulci ex ore coruſcent*: & cum dicimus, nobili genere natus, non nobile. Sic ergo obſeruabis in nomine neutro quod exit in nominatiuo ſingulari in e, vt ablatiuum in i mittat regula perpetua. Alia ſpecies neutri generis, quæ continet nomina in al excuntia, vt animal: Nominatiuo hoc animal, G huius animalis. D. huic animali. A. hoc animal. V. o animal. A. ab hoc animali: & pluraliter. N. hæc animalia. G. horum animalium. D. his animalibus. A. hæc animalia. V. o animalia A. ab his animalibus. Ad hanc formam declinabis tribunal tribunalia, lupercal lupercalia, quæ ſunt facta iſtius genii, qui Pan vocatur; vnde & Virgilius de ipſo loco, *Et gelida monſtrat ſub rupe lupercal*. Alia ſpecies neutri, quæ continet nomina in el exeuntia, vt mel: N hoc mel. G. huius mellis D. huic melli A hoc mel. V. o mel. A ab hoc melle Sic declinabis. N. hoc fel. G. huius fellis. D. huic felli. A. hoc fel. V. o fel. A ab hoc felle. Sed plurali numero non niſi per tres caſus currit, nominatiuum, accuſatiuum & vocatiuum. Alia ſpecies generis neutri, quæ continet nomina in en ſyllabam exeuntia. N. hoc crimen. G. huius criminis. D. huic crimini. A. hoc crimen V. o crimen. A. ab hoc crimine: & pluraliter, N. hæc crimina. G. horum criminum. D. his criminibus. A. hæc crimina. V. o crimina A. ab his criminibus Ad hanc regulam ſimilia declinabis, carmen carminis, numen numinis, flamen flaminis, agmen agminis, acumen acuminis, gramen graminis, flumen fluminis, ſtramen ſtraminis, lumen luminis, ſemen ſeminis, liquamen liquaminis, fulmen fulminis, rumen ruminis, bitumen bituminis, gluten glutinis, legumen leguminis, fundamen fundaminis, tegimen tegiminis, munimen muniminis, leuamen leuaminis, ſpecimen ſpeciminis; ſed pluralem non admittit: item ſubtegimen ſubtegiminis. Alia ſpecies generis neutri ἄπτωτα, id eſt, indeclinabilia, vt genu. N. hoc genu. G huius genu. D huic genu. A. hoc genu. V. o genu. A ab hoc genu: & pluraliter, Nominatiuo hæc genua. G. horum genuum. D. his genibus. A. hæc genua. V. o genua A. ab his genibus. Ad hanc formam declinabis & hoc cornu, vt ſupra diximus, cornu cornua, veru verua, quæ ſunt virgæ ferreæ laniorum, de quibus Virgilius,

— verubusq; trementia figunt:

tonitru tonitrua. Sed talium nominum declinatio perrara inuenitur. Alia ſpecies generis neutri de qua ſupra tractauimus, quæ exit in quatuor nomina duarũ mutarum c, & t, vt caput, ſinciput, & lac & alec; ſed hæc duo pluralem numerum nõ admittũt. Exit itẽ gen⁹ neutrũ in a, ſed in græcis nominibus, vt thema themata, toreuma toreumata, ſchema ſchemata, emblema emblemata, theorema theoremata. boethema boethemata, & alia. Itẽ meminerimus ſingulas literas tã in Græcis quam in Latinis eſſe generis neutri. Dicimus enim vnum alpha, vnum beta, vnũ gamma, ſic & aliæ literæ: pluraliter duo alpha, duo beta, duo gamma; ſic

tria alpha; tria betâ; tria gamma. Inde est illud, τρία κάππα κάκιστα, id est, *tria cappa pessima*, De Cornelio Sylla, de Cornelio Cinna, de Cornelio Lentulo: hi enim per tres literas designati sunt in libris Sibyllinis. Est & vnũ nomen generis neutri in a, vt flumen Turia; vt supra diximus.

Genus commune exit per a, vt aduena, declinatur: N. hic & hęc aduena. G. huius aduenæ. D. huic aduenæ. A. hunc & hanc aduenam. V. o aduena. A. ab hoc & ab hac aduena: Pluraliter N. hi & hæ aduenæ. G. horum & harum aduenarum. D. his aduenis. A. hos & has aduenas. V. o aduenæ. A. ab his aduenis. Ad hanc formulam declinabis, Troiugena, indigena, incola, agricola, conuena, cœlicola, sacricola, publicola, terricola, orbicola, plebicola, Numida, Dalmata, ruricola, lucifuga, Persa, Romulida, &c. In nominatiuo e & i, non habet genus commune, sed in o vt latro: N. hic & hæc latro. G. huius latronis. D. huic latroni. A. hunc & hanc latronem. V. o latro. A. ab hoc & ab hac latrone: & pluraliter. N. hi & hæ latrones G. horum & harum latronum. D. his latronibus. A. hos & has latrones. V. o latrones. A. ab his latronibus. Ad hanc formam declinabis, homo, ganeo, degulo, caupo, fullo, nemo, helluo, qui & gluto, & alia. Per u autem nullam habet. In nominatiuo ergo exit commune per es syllabam, vt comes: N. hic & hæc comes. G. huius comitis D. huic comiti. A. hunc & hanc comitem. V. o comes. A. ab hoc & hac comite. & pluraliter N. hi & hæ comites. G. horum & harum comitum. D. his comitibus. A. hos & has comites. V. o comites A. ab his comitibus. Ad hãc formam declinabis similia, vt sospes, locuples, hospes, licet hospita dixerit Virgilius, *hospita tellus*: miles, veles, id est, leuis armaturæ miles, interpres, ales, præpes, præs, id est, fideiussor, satelles, deses, præses, diues, heres, cœles, cœlites, qui iter sibi faciunt ad cœlum, indiges indigetis, &c. Exit in is, vt similis. N. hic & hæc similis. G. huius similis. D. huic simili. A. hunc & hanc similem. V. o similis A. ab hoc & ab hac simili: & pluraliter. N. hi & hæ similes. G. horum & harum similium. D. his similibus A. hos & has similes. V. o similes. A. ab his similibus. Ad hanc formam declinantur, agilis, facilis, fragilis, viridis, mobilis, humilis, miris, lenis, mollis, ciuis, restis, hostis, tristis, fortis, suauis, frugalis, crudelis, inanis, gracilis, immanis, &c. Exit per os, vt sacerdos N. hic & hæc sacerdos. G. huius sacerdotis. D. huic sacerdoti. A. hunc & hanc sacerdotem. V. o sacerdos. A. ab hoc & ab hac sacerdote: & pluraliter. N. hi & hę sacerdotes. G. horum & harum sacerdotum. D. his sacerdotibus. A. hos & has sacerdotes. V. o sacerdotes. A. ab his sacerdotibus. Ad hãc formam declinantur, custos, impos, compos, nepos. Exit & per us, vt sus. N. hic & hæc sus. G. huius suis. D. huic sui. A. hunc & hanc suem. V. o sus A. ab hoc & ab hac sue: & pluraliter. N. hi & hæ sues G. horum & harum suum D. his suibus. A. hos & has sues. V. o sues. A. ab his suibus. Exit & per er, vt pauper. N. hic & hæc pauper. G. huius pauperis. D. huic pauperi. A. hunc & hanc pauperẽ. V. o pauper. A. ab hoc & ab hac paupere: & pluraliter. N. hi & hæ pauperes. G. horum & harum pauperum. D. his pauperibus. A. hos & has pauperes. V. o pauperes. A. ab his pauperibus. Ad hanc formam declinantur & alia, vt acer, alacer, id est, lætus. Exit commune in ex, vt opifex. N. hic & hæc opifex G. hui⁹ opificis. D. huic opifici. A. hunc & hanc opificem: V. o opifex. A ab hoc & ab hac opifice: & pluraliter, N. hi & hæ opifices. G. horum & harum opificũ. D. his opificibus. A. hos & has opifices. V. o opifices. A. ab his opificibus. Ad hanc formam declinabis, aurifex artifex, iudex, carnifex, index, vindex, auspex, haruspex, signifex, & alia. Exit genus commune in eps, vt princeps. declinantur sic: Nominatiuo hic & hæc princeps. G. huius principis. D. huic principi. A. hunc & hanc principẽ. V. o princeps. A. ab hoc & ab hac principe: & pluraliter.

raliter.N hi & hæ principes. G.horum & harum principum. D. his principibus. A hos & has principes. V. o principes. A.ab his principibus.Sic declinantur manceps, particeps,municeps.Anceps autem & biceps & triceps & quadriceps, multiceps, præceps ; hæc sex nomina genitiuum singularem contra regulam superiorem in tis syllabam mittunt,non in pis, vt,anceps ancipitis, biceps bicipitis,triceps tricipitis, quadriceps quadricipitis, multiceps multicipitis, præceps præcipitis. Sed ideo in tis syllabam exeunt, non in pis, vt principis, mancipis, quia a capitis significatione veniunt, illa autem superiora a capiendi significatione. Princeps enim dictus est quod primus capiat, & manceps quod manu capiat. Anceps autem dictus est quod dubii capitis sit, vel inclinati capitis in vtranque partem. Exit genus commune in iunx syllabam, vt coniunx Nominatiuo hic & hæc coniunx. Exit in ux, vt hic & hæc dux, redux. Exit in ps, quod quidem in omne genus redibit.Exibit in ebs,vt cœlebs. Cœlebs dicitur, qui non habet vxorem, vel quæ non habet maritũ;qualia sunt numina in cœlo, quæ absque coniuge sunt,si agapetas attendamus: Nominatiuo hic& hæc cœlebs G huius cœlibis. D. huic cœlibi A hunc & hanc cœlibem. V. o cœlebs. A.ab hoc & ab hac cœlibe. & pluraliter, hi & hæ cœlibes G. horum & harũ cœlibum. D.his cœlibib A. hos & has cœlibes, V. o cœlibes. A.ab his cœlibibus Exit& in yx, vt Phryx. Nominatiuo hic & hæc Phryx. G.huius Phrygis. D huic Phrygi. A.hunc & hanc Phrygem. V. o Phryx. A. ab hoc & ab hac Phryge:& pluraliter. N.hi & hę Phryges. G. horum & harum Phrygum. D.his Phrygibus. A. hos & has Phryges. V. o Phryges. A.ab his Phrygibus. Et in us exit,vt Ligus,quod similiter vt Phryx, locale nomen est. Nominatiuo hic & hæc Ligus. G. hui⁹ Liguris. D. huic Liguri. A. hunc & hanc Ligurem. V. o Ligus. A ab hoc & ab hac Ligure: & pluraliter, N. hi & hæ Ligures. G. horum & harum Ligurũ. D.his Liguribus. A hos& has Ligures. V. o Ligures. A. ab his Liguribus. Exit genu⁹ cõmune in il, vt vigil. Nominatiuo hic & hęc vigil G.huius vigilis. D. huic vigili. A.hunc & hanc vigilem. V. o vigil. A. ab hoc & ab hac vigile:& pluraliter N. hi & hę vigiles. G.horũ& harũ vigilũ D.his vigilibus. A. hos & has vigiles. V. o vigiles. A.ab his vigilibus. Ad hanc regulam declinabimus, hic & hæc pugil. Exit in ul, vt exul. N hic & hæc exul. G. huius exulis. D. huic exuli. A. hunc & hanc exulẽ. V. o exul. A.ab hoc & ab hac exule. & pluraliter. N. hi & hę exules. G. horũ & harum exulũ. D. his exulibus. A. hos & has exules. V. o exules. A.ab his exulibus. Ad hãc formã declinabis præsulẽ, hic & hæc pręsul; quoniã masculinũ est, vt consul. Exit in ur, vt fur: Nominatiuo hic & hæc fur. G.huius furis. D. huic furi. A. hunc & hãc furẽ. V. o fur. A. ab hoc & ab hac fure: & pluraliter. N. hi & hę fures. G. horũ& harũ furũ. D. his furibus. A. hos & has fures. V. o fures. A. ab his furibus. Ad hanc formam declinabis augur, hic & hæc augur. Exit genus cõmune in or, vt maior, memor. Sed memor, si alia regula est, nõ admittit genus neutrũ in us, quomodo maior admittit in neutro mai⁹. N. hic & hęc memor. G.huius memoris. D huic memori. A. hunc & hanc memorẽ. V. o memor. A. ab hoc & ab hac memore:&pluraliter. N hi & hæ memores. G. horũ & harũ memorũ. D. his memoribus. A. hos & has memores. V. o memores. A.ab his memoribus. Admittit & neutrũ, sed non regula generis omnis, vt hoc memor; vnde & Virgilius : *tũ si quod nõ æquo fœdere amantes Cura numẽ habet, iustũq; memorque precatur.* Pluralẽ non admittit, inde non est generis omnis. Neq;.n.dicimus, *memora* vel *memoria numina*. Similiter declinabis auctorem in nominatiuo singulari, hic & hæc auctor, vt ait Iuno, *Auctor ego audendi*: hi & hæ auctores.

Exit genus omne in ax, in ex, in ix, in ox, in ux, ans, ens, ars, ers, ors, in us, es. In ax vt hic & hęc & hoc pertinax, Genitiuo hui⁹

pertinacis D huic pertinaci A.hũc&hãc pertinacẽ,&hoc ptinax.V.o pertinax.A. ab hoc&ab hac & ab hoc ptinaci:& pluraliter hi &hę pertinaces& hęc ptinacia. G.horũ& harũ & horũ pertinaciũ.D.his pertinacibus. A. hos & has pertinaces & hæc pertinacia. V o pertinaces,& o pertinacia. A. ab his pertinacibus. Ad hanc formam declinabis, efficax, tenax, peruicax, dicax, sequax, rapax, mordax, capax, furax, emax, fallax, mendax, nugax, viuax. Hæc omnia ablatiuum singularem & alia, in i mittunt. Exit item omne genus in ex, secundum ordinem regularum supra ordinatarum, vt simplex. Nominatiuo hic & hæc & hoc simplex. G. huius simplicis.D. huic simplici. A. hunc & hanc simplicem, & hoc simplex. V. o simplex. A ab hoc & ab hac & ab hoc simplici:& pluraliter. N. hi & hæ simplices & hæc simplicia. G. horum & harum & horum simplicium.D.his simplicibus. A. hos & has simplices & hæc simplicia. V. o simplices &o simplicia A.ab his simplicibus. Ad hanc formam declinãtur duplex, triplex, quadruplex, quintuplex, sextuplex, septuplex, excluso m, quia & septemplex Latinũ est, quod declinatur vt superius. Ex regula in ix vt felix, quod sic declinabitur. Nominatiuo hic & hæc & hoc felix.G huius felicis.D. huic felici. A. hunc & hanc felicem & hoc felix.V. o felix. A. ab hoc & ab hac & ab hoc felici, ex sono, generis neutri: (a propriis nominibus in e exit ab hoc Felice & est generis masculini)& pluraliter.N.hi& hę felices & hęc felicia G. horum & harum & horum felicium D his felicibus. A hos & has felices & hæc felicia. V. o felices & o felicia. A ab his felicibus. Ad hanc regulam declinatur pernix, quod significat velocẽ. Ex regula in ox, vt ferox, declinatur sic. Nominatiuo hic & hæc & hoc ferox. G. huius ferocis.D. huic feroci.A. hunc & hanc ferocem & hoc ferox.V.o ferox.A. ab hoc & ab hac & ab hoc feroci:& pluraliter.N.hi & hæ feroces,& hęc ferocia. G horum & harum & horum ferociũ D. his ferocibus.A.hos & has feroces & hęc ferocia.V.o feroces & o ferocia.A.ab his ferocibus. Ad hanc formam declinabitur atrox, velox. Ex regula in ux vnũ nomen est vt trux. Nominatiuo hic & hæc & hoc trux.G.huius trucis.D. huic truci. A.hunc & hanc trucem & hoc trux.V. o trux.A ab hoc & ab hac & ab hoc truci,a sono generis neutri.& pluraliter.N. hi & hæ truces & hæc trucia G horum truciũ. D.his trucibus.A.hos& has truces & hęc trucia.V.o truces&o trucia. A.ab his trucibus Ex regula ans vt præstans: Nominatiuo vt hic & hęc & hoc pręstãs G.huius præstantis D.huic præstanti A. hunc & hanc præstanrem & hoc præstans.V.o pręstãs A.ab hoc & ab hac & ab hoc pręstanti, ex sono generis neutri: & pluraliter.N.hi & hæ præstantes & hæc præstãtia.G.horũ & harũ & horũ præstantium. D.his præstantibus.A. hos & has præstãtes & hæc præstantia. V. o præstantes & o præstãtia. A ab his præstantib⁹. Ad hãc formã declinatur, amans, clamans, cãtans, luctans, cõstãs, prostãs, regnans, pugnãs, mirans, minans, miserans, æstuans, versans,& alia. Ex regula ens, vt amẽs.N.hic & hęc & hoc amens.G huius amentis.D. huic amenti. A. hunc & hanc amentẽ & hoc amens.V.o amẽs.A. ab hoc & ab hac & ab hoc amenti, ex sono generis neutri similiter:& pluraliter. N. hi & hæ amentes & hæc amentia.G horũ & harũ & horũ amentium.D.his amentibus.A.hos & has amentes & hæc amentia. V. o amentes & o amentia. A. ab his amentibus Ad hanc formã declinatur demens, potens, impotens, præpotens, prudens, imprudens, pudens, impudens, frequens, infrequens, sedens, hærens, moriens, mœrẽs, tenens, egens, ferens, cedens, sequiens, seruiens, sapiens, insipiens, decipiẽs,& talia. Ex regula ons, vt sons.G. huius sontis.D. huic sonti.A.hunc & hanc sontem & hoc sons. V.o sons. A. ab hoc & ab hac & ab hoc sonti, a sono generis neutri:& pluraliter.N.hi & hæ sontes & hæc sontia. G. horũ & harũ & horũ sontiũ.D.his sontibus.A.hos & has sontes & hæc sontia.V. o.

o fontes & hæc fontia. A. ab his fontibus. Ad hanc regulã declinatur infons, id eſt, innocens. Et hæc duo ſunt tantũ generis omnis. Ex regula ar, vt par. N. hic & hæc & hoc par. G. huius paris D. huic pari. A. hunc & hãc parẽ & hoc par. V. o par A ab hoc & ab hac & ab hoc pari; ſono generis neutri: & pluraliter. N. hi & hæ pares & hæc paria. G. horũ & harũ & horũ pariũ D. his paribus. A. hos & has pares & hęc paria. V. o pares & o paria. A. ab his paribus. Ad hanc formã declinatur impar, & ſuppar, quæ ſola tria ſunt generis omnis. Ex regula ers; vt iners. N. hic & hæc & hoc iners. G huius inertis. D. huic inerti. A. hunc & hanc inertẽ & hoc iners. V. o iners A. ab hoc & ab hac & ab hoc inerti. & pluraliter. N. hi & hæ inertes & hæc inertia. G. horũ & harũ & horũ inertiũ. D. his inertib. A. hos & has inertes & hęc inertia. V. o inertes & o inertia. A. ab his inertib. Ex regula ors, vt vecors. N. hic & hæc & hoc vecors. G. huius vecordis. D. huic vecordi. A. hunc & hanc vecordẽ & hoc vecors. V. o vecors. A. ab hoc & ab hac & ab hoc vecordi, a genere neutro: & pluraliter. N. hi & hę vecordes. & hæc vecordia. G horũ & harũ & horũ vecordiũ D. his vecordibus. A. hos & has vecordes & hęc vecordia. V. o vecordes & o vecordia. A ab his vecordibus. Ad hanc regulã declinãtur excors, cõcors, diſcors, cõſors, diſſors. Sed hæc duo, id eſt conſors & diſſors in genitiuo ſingulari tis habẽt, vt cõſortis, diſſortis. Diſſors autẽ dicitur diſſimilis ſortis. Ex regula us, vt vetus, declinatur autẽ ſic. N. hic & hæc & hoc vetus. G huius veteris. D. huic veteri. A. hũc & hanc veterem & hoc vetus. V. o vetus. A. ab hoc & ab hac, & ab hoc veteri, a ſono generis neutri: & pluraliter. N hi & hæ veteres & hæc vetera G. horũ & harũ & horũ veterũ D. his veterib⁹. A. hos & has veteres & hæc vetera V. o veteres & o vetera A. ab his veteribus. Hoc ſolũ nomen in us eſt generis omnis. Es, vt teres; q eſt totundũ, declinat̃ hic & hæc & hoc teres; teres aũt dictũ eſt a terẽdo. Ex regula autẽ ἀπλῶς eſt nequã. vno. n. ſono declinantur omnes caſus per omnia genera.

Eſt autẽ genus Epicoenũ quo ſub vno articulo intelligitur ſex⁹, vt puta hic paſſer, iã ſub vno articulo quo ſonat hic, illic eſt & femina declinatur. N. hic paſſer. G. huius paſſeris. D. huic paſſeri. A. hũc paſſerẽ. V. o paſſer. A, ab hoc paſſere: & pluraliter. N. hi paſſeres. G. horũ paſſerũ. D. his paſſeribus. A. hos paſſeres. V. o paſſeres A. ab his paſſeribus. Sed & hæc aquila, ſub vno articulo, quo ſonat hæc, ibi & maſculinũ intelligimus: ſic & hæc tigris, ſub quo ſono intelligitur & maſculus: ſic & hæc hirundo, ibi intelligis & maſculũ; ſic & hic ſtruthio ibi intelligis & feminã: ſic ſorex, ſtellio, muſca. Ergo hoc intereſt inter genus cõmune & epicœnũ, quia in genere cõmuni & homines ſunt & pecora; in epicœno pecora tantũ. Quod in genere communi ambo articuli ſunt, id eſt, hic & hæc, cũ nomine cõmunicat, vt hic & hæc canis: epicœnũ autẽ cum articulo vno maſculino cõmunicat nomen femininũ, vt cũ dico hic paſſer, ſub ipſo articulo qui ſonat hic intelligitur & femina. Sic in articulo generis neutri, quod eſt hoc pecus, ſub articulo, qui ſonat hoc, intelligitur & femina, vt Virgilius ait, *Lenta ſalix fœto pecori*. Et in pecore licet ſit genus neutrum, auditur illic & genus femininũ, cũ dixit, *fœto pecori*, id eſt grauido.

Nunc dicendum de nominibus, q̃ aut ſunt numeri ſingularis tantũ, aut numeri tantũ pluralis, vt cancelli, manes, penates. In feminino tantũ plurali, vt thermæ, exequiæ, inſidiæ, diuitiæ, nundinæ; in nominibus ciuitatũ, Amyclę, Thenæ, Athenæ Syracuſæ, Thebæ, Tuburnæ, Saldæ, Abituræ, Macomades, Cales, Carreaſi, Relares Furnitũ, quæ loca Furnos dicũtur, & alia ſimilia. In neutro tantũ ſingularia, vt aurũ, argẽtũ, plumbũ, ſtannũ, pip, triticũ, oleũ, hordeũ, vinũ. Quãq̃ Virg. *vina*, at Cicero rari⁹; poetica licẽtia dedit plurali, vt *ferite hordea cãpu*; declinat̃ aũt nominatiu⁹ ſol'. In neutro tãtũ plurali, caſtra, mœnia, arma, exta, i viſcera, Bactra, q̃ eſt ciuitas Parthiæ: ergo & hæc ciuitas generis neutri eſt numero tantũ plurali.

Sane sunt nomina sub duplici enuntiatione, vt tribunusmilitum, præfectusurbis, præfectusfundis, præfectusannonæ, præfectusuigilibus, plebiscitum, senatusconsultum: quorum nominum vna pars declinatur, altera non declinatur. vtputa. præfectusuigilibus, nominatiuus ipse flectitur per casus. pfectus, præfecti, præfecto præfectum, præfecte, a præfecto; vigilibus sic manet, nec flectitur. vt senatusconsultum, hoc consultum, huius consulti, huic consulto, hoc consultum, o consultum, ab hoc consulto; senatus autē genitiuus est, hic non flectitur.

De nomine, quantum rudi conueniebat, plenius exposuimus; nunc de pronomine est dicendum, quod est secūda pars de octo partibus orationis.

DE PRONOMINE.

IDeo pronomen dicitur, quia vice fungitur nominis, vt ille, iste, ipse. Nā quomodo dicendo nomen, explicamus personam, vt Virgilius; sic pronomina proprie eiusdem potestatis sunt, cum tacito nomine dicimus, Hic fecit, iste fecit. Pronomina aut finita sunt, aut infinita, aut minus quam finita. Finita sunt, quæ notant certam personam, vt ego. Infinita, vt quis, quisque, quicunque, quæcunque, qui, aliqui, quæ, aliquæ. Minus quam finita sunt pronomina, quæ non sic definiunt personam, vt non egeant demōstratore, quomodo dicimus Ego: nam ipsum Tu, non plene finitum est, nisi in personam duxeris digitum. Sic ergo hæc minus quam finita dicenda sunt. Habent enim quandam designationem non plenæ significationis, quomodo ego: vtputa, pone esse turbam, tamen non sic, tu, significanter dicitur in turba, quomodo de turba, cum vnus dixerit, ego: sed vt de multis vnum significemus quem quærimus, aut nomen addimus, aut digitum intendimus, vt appareat, certius quem vocamus. Ergo tu, ille & iste, & alia quæ quasi possunt ex parte aliqua definire personam, minus quam finita vocanda sunt. Prima persona dicitur Ego, tam in singulari numero quam in plurali, cū dicimus Nos, non habet vocatiuum casum; quia nemo vocat se, o ego, o nos. Ergo sic declinantur singulari numero N. Ego G. mei. D. mihi. A. me. A a me: & pluraliter. N. Nos. G. nostrum. D. nobis. A. nos. A. a nobis. Vocatiuum enim vt dixi, non habet, tam in singulari, quā in plurali Nominatiuo Tu. G. tui. D. tibi. A te. V. o tu. A. a te: & pluraliter. N. Vos. G. vestrū. D. vobis. A. vos. V. o vos. A. a vobis. Sane prima persona & secunda, id est, ego & tu, generis omnis est: nam & vir dicit, ego, & femina, ego, & mancipium, ego: Sic tu & viro dicimus tu, & feminę & mācipio. sic in plurali generis omnis est, vt nos, vos Ex tertia persona hæc est declinatio masculino genere, numero singulari: N. Ille. G. illius. D. illi. A. illū. A. ab illo: & pluraliter. N illi. G illorum. D. illis. A. illos V. o illi. A. ab illis. Genere feminino. N. Illa, G. illius. D. illi. A illā. V. o illa. A ab illa: & pluraliter. N. illæ. G. illarū. D. illis A. illas. V. o illæ. A. ab illis Genere neutro numero singulari. N Illud. G. illius D. illi. A. illud V. o illud. A. ab illo: & pluraliter. N. illa. G. illorū. D. illis A. Illa. V. o illa. A. ab illis. Iste similiter & Ipse ad formam superiorē declinabis, tam ad genera quā etiā ad numeros. Sane quęstio est in hoc pnomine Ipse, quare cum Istud & Illud, in genere neutro dicimus, dicamus Ipsū, vt ait Virgilius: *atq; ipsum corpus amici*: non dixit, ipsud. Sed hæc quæstio soluitur hoc modo: Antiqui. n. magis Ipsus dicebāt in nominatiuo singulari generis masculini, quā Ipse. Hanc antiquitatis rationē attēdentes artis scriptores, pronomen hoc ad formā nominis trāstulerūt, vt quomodo in nomine iustus, iustū dicimus, & perfectus, perfecta, perfectū; sic & hoc pronūciabitur pronomen ipsus, ipsa, ipsum, nō ipsud, quomodo istud & illud. Nominatiuo. Quis. G. cuius. D. cui. A quē. V. o qui A. a quo: & pluraliter, N. qui. G. quorū. D quis vel quibus (vt Virgilius: *Quis ante ora patrum*) A. quos. V o qui. A. a quibus. femi-

feminino genere. N. Quæ. G. cuius. D. cui. A. quam. V. o quæ. A. a qua: & pluraliter N. quæ. G. quarũ. D. quis. A. quas. V. o quæ. A. a quibus. Genere neutro. N. Quod. G. cuius. D. cui. A quod. V. o quod A. a quo: & pluraliter N. quę. G. quorũ. D. quis, (sed iam secundum vsum quibus dicimus) A. quæ. V. o quæ. A. a quibus. Antiqui Quis genere communi dixerũt. N. hic & hæc quis. G. huius quis. D. huic qui. A. hunc & hanc quẽ. V. o quis. A. ab hoc & ab hac qui. Inde venit ablatiuus exiens in bus. A quis autẽ, ablatiuus pluralis, ab ablatiuo venit, qui exit in o, quomodo in regula ablatiuus cũ exierit in o, datiuũ pluralẽ in is mittit, vt a iusto iustis, a docto doctis, a perfecto perfectis, a fortunato fortunatis. Ergo vt superius dixi, antiqui hic & hæc quis dixerunt, & quomodo in nominibus hic & hęc similis, hic & hæc agilis, hic & hæc facilis: sic in pronominibus hic & hęc quis, ab hoc & ab hac qui. Inde Virgilius, cũ de socia Camillæ diceret, ait: *Qui cũ partiri curas*, id est, cũ qua partiri curas. Item sunt alia Infinita, quæ interrogatiua, & declinatur, Nominatiuo Vter. G. vtrius. D. vtri. A. vtrũ. V. o vter. A. ab vtro: & pluraliter, N. vtri. G. vtrorum. D. vtris. A. vtros. V. o vtri. A. ab vtris. Inde addita in cõpositione que syllaba, facit Vterq;, & significat ambos; & tamen singulari sono est, sed significatione duali. Nam cũ dixit Virgilius, *Constitit in digitos extemplo arrectus vterque*; duo significati sunt, cum dixerit *vterque*: cum autem *arrectus*, noluit exspectari pluralitatem vt sit in plurali, vtrique. Sed hoc interest, quia Vterque licet duo significet, tamen solum duo: Vtrique autem duo significat, sed sic vt in singulis multi sint; si dicas, *vtrique exercitus*, duo significo, sed sic in singulis turbam intelligi volo. Hæc quidem distincta sunt, sed item authoritate confusa sunt. Nam cum ait Virgilius, *Super vtroque [illegible] Tempora*, confudit; dicere enim debuit, *super vtrunq; tempus*. loquebatur enim de duobus temporibus tantum, cui, *vtrunq;* *tempus*, sufficiebat accusatiuus, vt diceret, *vtrunq; quassum tempus*. Ergo vt declinauimus masculinũ pronomen, sic femininum declinabimus, vtra mulier, vtrius mulieris, vtri mulieri, vtram mulierem, o vtra mulier, ab hac vtra muliere: & pluraliter N. vtrę mulieres. G. harũ vtrarũ mulierum. D. his vtris mulieribus. A. has vtras mulieres. V. o vtræ mulieres. A. ab his vtris mulieribus. Sic neutro, Vtrum mancipiũ, vtrius mancipii, vtri mancipio, vtrum mancipium, o vtrum mancipium, ab hoc vtro mancipio: & pluraliter, Nominatiuo, vtra mancipia, vtrorũ mancipiorũ, vtris mancipiis, vtra mãcipia, o vtra mancipia, ab his vtris mancipiis. Sic declinabimus eius contrarium, quod est Neuter. Masculino Neuter, feminino Neutra, neutro genere hoc Neutrũ mancipium. Vnde vsus iam arripuit, vt dicamus, *generis neutri*, cum dicere debeamus, *neutrius*, quomodo vtrius. Addita coniunctione que syllaba, declinatur pronomen ipsum ad regulam supradictam. In masculinis Vterque. In femininis vtraque: in neutris vtrunque. Sic pluraliter in masculinis vtrique: in femininis vtræque: in neutris vtraque mancipia. Est & aliud pronomen, Vllus, vllius vlli, vllum, o vllus, ab vllo: & pluraliter vlli, vllorum, vllis, vllos, o vlli, ab vllis. Femininum, Vlla, vllius, vlli, vllam, o vlla, ab vlla: & pluraliter, vllæ, vllarum, vllis, vllas, o vllæ, ab vllis. Neutrum, Vllum, vllius, vlli, vllum, o vllum, ab vllo: & pluraliter vlla, vllorum, vllis, vlla, o vlla, ab vllis. Ad hanc formam declinabis & Nullus, nulla, nullum: sic Alius, huius alius, huic alii: sic Alter, huius alterius, huic alteri: sic Totus, huius totius, huic toti: sic Solus, huius solius, huic soli: sic Vnus, hui9 vnius, huic vni: vnde Virgilius, *Forsitã huic vni potui succumbere culpæ.*

Sunt & qualitatis pronomina, hic & hæc Qualis, huius qualis, genere communia: in genere autem neutro, hoc quale, huius qualis: pluraliter hæc qualia, horum qualium. [illegible] quantitatis.

vt Quitus, Tãtus, quãti, tanti: declinãtur vt iustus iusti. a feminino, vt quãta, tãta, declinantur vt iusta a neutro, quantum, tantum, declinantur vt iustum. Itẽ pronomen a masculino, Quotus, Totus: a feminino quota, tota: a neutro, quorum, totum. Pluraliter a masculino, quoti, toti: a feminino, quotę, totæ: a neutro, quota iugera, quotorum iugerum. Sunt Relatiua, quæ ad interrogantem referuntur, vt *Quis est?* respondetur, *Is est*: & declinantur a masculino, Is, eius, ei, eum, o is, ab eo: pluraliter ii, eorum, eis, eos, o ei, ab eis. a feminino Ea, eius, ei, eam, o ea, ab ea. a neutro Id eius, ei, id, o id ab eo. Ergo cum loquimur de itinere; *per id iter* dicendum est, non, *per eum iter*; quia eum, in accusatiuo casu masculini generis est: plurali, ea itinera, ab eis itineribus. Item, *per id nostrum, per id tectum, per id caput*, non, *per eum*, nisi in genere masculino tantum.

DE VERBO.

Verba quatuor modis accipimus. Primo modo, cũ verba pro fallaciis accipimus, cum dicimus, *verba illi dedit*, fefellit eum; vnde Terentius dixit, *Cui dare verba difficile est*. Secũdo modo, verba pro oratione dicimus, *Verba fecisse Ciceronem in curia*. Tertio modo, Verba dicimus pro vulgaribus sentẽtiis, quæ Prouerbia dicuntur, vt Terentius dixit. *Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet.* Quarto modo, verba dicimus hæc quæ decurrimus cum temporibus & personis, vt clamo, clamas, clamat: Hic & personæ sunt tres, vt clamo ego. clamas tu, clamat ille; & tempus est præsens. Deinde pluraliter, clamamus nos, clamatis vos, clamant illi. Tẽpore præterito imperfecto, clamabã ego, clamabas tu, clamabat ille: & pluraliter, clamabamus nos, clamabatis vos, clamabant illi. Tẽpore præterito plusquãperfecto, vbi significamus nõ solũ nos aliquid fecisse, sed etiã dudũ, & dicimus numero singulari, clamauerã ego, clamaueras tu, clamauerat ille: & pluraliter, clamaueramus nos, clamaueratis vos, clamauerant illi. Tẽpore futuro, numero singulari. clamabo ego, clamabis tu, clamabit ille; clamabimus nos, clamabitis vos, clamabunt illi. Hucusq; modo Indicatiuo totum hoc quod diximus indicantis est. Ideo dicitur Imperatiuus, quia sonum habet imperandi. Sed iste modus non habet primam personam, quia nemo sibi imperat, sed ad secundã loquitur personã & tertiã. Numero singulari ad secũdam, clama, & ad tertiam, clamet: & pluraliter. ad secundam, clamate, ad tertiam, clamẽt. Futuro tẽpore ad secundã clamato, ad tertiam similiter, clamato. Sed quare similiter facit in secunda & tertia, est ratio; sed nunc prætermittenda est. Et ne ad alia transeamus, redeamus ad rẽ pluralem ad secundam, clamatote, ad tertiam, clamanto. Sic autem Optatiuũ dicimus, quia optantis modo loquitur, prima persona, tempore præsenti, vtinam clamarẽ, ad secundam, vtinam clamares, ad tertiã, vtinam clamaret: & pluraliter ad primam personam, vtinam clamaremus, ad secũdam, vtinam clamaretis, ad tertiam, vtinã clamarent. Præterito tempore, ad primã personam, vtinam clamassem ego, ad secundam, vtinam clamasses tu, ad tertiam, vtinam clamasset ille: & pluraliter, vtinã clamassemus nos, vtinam clamassetis vos, vtinam clamassent illi. Futuro tempore, prima persona, vtinam clamem ego, vtinam clames tu, vtinam clamet ille: & pluraliter, vtinam clamemus, clametis, clament. Ideo autem Subiunctiuus dicitur, quia eget aliqua re, vt impleat sententiam suam, vtputa cum clamem, clames, clamet. pendet hic sensus, indigetque aliqua re, vt sententia compleatur; ac si dicam, *cum clamem, quare me tacere dicis?* Ideo ergo Coniunctiuus modus dictus est, quia ei coniungitur aliquid, vt sententia locutionis plena fit. Ergo declinemus hunc modum vt superiores. Declinatur autem per personas tres: prima perso-

persona præsentis tẽporis cũ clamem, secunda persona, cum clames, tertia cũ clamet: & pluraliter prima, cum clamemus, secunda, cum clametis, tertia, cũ clament. Præterito tẽpore imperfecto prima persona cum clamarem, secũda, cũ clamares, tertia cum clamaret: & pluraliter prima persona cum clamaremus, secunda cum clamaretis, tertia, cum clamarent. Tempore præterito perfecto, prima persona, cum clamauerim, cum clamaueris, cum clamauerit: & pluraliter, prima persona, cum clamauerimus, cum clamaueritis, cũ clamauerint. Tempore plusquamperfecto, prima persona, cum clamauissem, cũ clamauisses, cum clamauisset: & pluraliter prima persona, cũ clamauissemus, cũ clamauissetis, cum clamauissent. Tẽpore futuro, prima persona, cum clamauero, cum clamaueris, cum clamauerit: & pluraliter, prima persona, cũ clamauerimus, cum clamaueritis, cum clamauerint. Infinitiuus dicitur hic modus, quia superiores definiunt personas primam, secundã & tertiam: hic autem modus sine personis est, & habet solum tempus præfinitũ, præsens, præteritum & futurum: vtputa clamare, præsens est: clamasse, præteritum: clamatum ire, futurum. Ecce vides designare tantum tempora, nõ personas. Clamare enim, & clamasse, & clamatum ire, nescitur persona, nisi velis iungere & dicere, clamare debet ille; tunc quasi fit finitum. Si autem non subiungas ille vel ipse, vel iste, fit, vt dicitur, infinitiuus modus; nam & numero singulari vel plurali infinitus est. Cum enim dico, clamare, clamasse, nec finitum est, vtrum de vno an de duobus dicam. Isti ergo sunt modi, per quos omnia verba cursantur. Iam ad formam vnius verbi, quod currimus, percurramus cætera verba similiter, clamo, clamas, clamat, amo, amas, amat, cãto, cantas, cantat, pulso pulsas pulsat, freno, frenas, frenat, armo, armas, armat, impugno, impugnas, impugnat, capto, captas, captat, paro paras parat, separo separas separat, accuso accusas accusat, mando mandas mandat, grauo grauas grauat, lauo lauas lauat, genero generas generat, creo creas creat, ligo ligas ligat, alligo alligas alligat, sanctifico sanctificas sanctificat, cito citas citat, vulnero vulneras vulnerat, macero maceras macerat, lacero laceras lacerat, aro aras arat, calco calcas calcat, lanio lanias laniat, memoro memoras memorat, calceo calceas calceat, inuestigo inuestigas inuestigat, vallo vallas vallat, domo domas domat, circumuallo circumuallas circumuallat, curuo curuas curuat, medico medicas medicat, consulto consultas cõsultat, intimo intimas intimat, insinuo insinuas insinuat, frequento frequentas frequẽtat, celebro celebras celebrat, ministro ministras ministrat, palpo palpas palpat, sono sonas sonat, socio socias sociat, muto mutas mutat, postulo postulas postulat, quasso quassas quassat, euiscero euisceras euiscerat, denso densas densat, eneruo eneruas eneruat, verbero verberas verberat, macto mactas mactat, fugo fugas fugat, elimino eliminas eliminat, cælo cælas cælat, signo signas signat, ventilo ventilas ventilat, contristo cõtristas contristat, sereno serenas serenat, & alia. Istis omnib⁹ adiicitur r litera, & sunt passiua, vt clamor clamaris clamatur, amor amaris amatur, pulsor pulsaris pulsatur, secor secaris secatur, curor curaris curatur. Sic omnia percurreris per illos modos, quos superius diximus, indicatiuum, imperatiuum, optatiuum, coniunctiuum, infinitiuum. Sane ex hoc sono, quo verba actiua ordinauimus, id est, quo nos agere aliquid significamus, sunt similes soni, sed ad verba pertinent neutralia. Sed ne te commoueat, quare dicuntur neutralia, hæc ratio est, quia neque agunt aliquid, neque patiuntur, id est, sto, iaceo, cubo, sedeo. Hæc in nulla actione, in nulla passione sunt. Alia neutralia ab vsu dicta, quæ habent actionẽ sed passionem nullã: vt certo, habet actionem, sed non dicimus certor, vt curro. Et quo sono multa sunt, quæ cum

in o exeunt, or nō admittunt, vt hæc verba, pugno pugnas pugnat, bello bellas bellat, cœno cœnas cœnat, nato natas natat, ambulo ambulas ambulat nauigo nauigas nauigat, commeo commeas commeat, æstuo æstuas æstuat, regno regnas regnat, gelo gelas gelat, dico dicas dicat, exulo exulas exulat, sacrifico sacrificas sacrificat, cachinno cachinnas cachinnat. Hæc omnia primæ coniugationis sunt, q̃ secundam personam horum omniū verborum in as syllabam mittunt, vt amo amas, canto cantas, pulso pulsas, freno frenas, armo armas, impugno impugnas, salto saltas, curuo curuas pugno pugnas. Ergo audisti primam coniugationem, scire debes secundam verbi personam per as syllabam exire. Nam inde dicitur Coniugatio, quod sibi ad vnum sonum multa coniungat. Has coniugationes Græci συζυγίας dicunt. Sic & similia omnia hæc inuenta percurris.

Secunda autem coniugatio est, quæ in secunda similiter persona quæritur, & exit per es, vt teneo tenes, præbeo præbes, moneo mones, doleo doles, tergeo terges, arceo arces, egeo eges, terreo terres, mulceo mulces, impleo imples, compleo comples, repleo reples, suppleo supples, mordeo mordes, spondeo spondes, & alia. Et his adiicitur r litera, & fiunt passiua, teneor teneris, mordeor morderis, arceor arceris, mulceor mulceris, impleor impleris. Declinabis hæc passiua per modos & tempora & personas. Per modos, vt dixi, indicatiuum, imperatiuum, optatiuum, coniunctiuum, infinitiuum, hoc est, quod dixi, per modos. Per tempora autem, id est, præterita, præsentia vel futura. Personas autem dixi, prima, secunda, & tertia, vt teneor teneris tenetur: & pluraliter, tenemur tenemini tenentur. Hæc sicut dixi obseruabis. Sed quomodo vt superius dixi, prima coniugatio, quæ exit in as vt amo amas, capit & verba neutralia, vt certo certas, nato natas, in quibus r litera non admittitur; nec enim dicimus certor, nator: sic in hac coniugatione secunda, quæ exit in eo es, vt moneo mones, doceo doces, sunt multa quæ non admittunt r literam in prima persona, vt algeo alges, scateo scates; algeor enim non est latinum: sic ferueo ferues, torpeo torpes, pendeo pēdes, inuideo inuides, quamuis Horatius poeta *inuideor* dixerit, sed noua vsurpatione: sic emineo emines; nec dicimus emineor. Hæ duæ coniugationes prima & secunda quas diximus exire in as, & in es, vt amo amas, moneo mones; futurum semper tempus in bo syllabam mittunt, vt amabo monebo. Sic seruabis vbicunque futurum tempus in bo syllabam mittas, quia sunt aliæ duæ coniugationes, quæ futurum tempus in am syllabam mittant, non in bo, & vocantur ipsę coniugationes tertia correpta, & tertia producta. Tertia correpta est, quæ imperatiuum modum in e correptā mittit, vt scribe, tolle, carpe, occide, fere, lege. Ergo vidisti imperatiuum sic exire. Tertia itaque coniugatio est correpta, quæ semper futurum tempus in am mittit, nunquam in bo, vt scribam, legam, tollam, carpam; quia Latinum non est si dixerit quis, scribebo, legebo, tollebo, carpebo. Tertia similiter coniugatio producta ex eodem imperatiuo modo colligitur. Cum enim imperatiuus modus exit in i literam, tertia cōiugatio producta est, vt audi, nutri, senti, muni, farci, leni & alia. Similiter etiam hæc futurum tempus in am mittunt, vt muniam, leniam, nutriam, audiam. Sed Tertia correpta infinito modo e correptam habet ante nouissimam syllabam, vt scribere, legere, tollere, & alia: Tertia autem producta habet in antenouissima syllaba in infinito i, quæ producitur, vt munire, lenire, audire, farcire, sentire, venire. Vnde in omnibus verbis hæ coniugationes obseruantur, quæ exeunt in as & in es, futurū tempus in bo mittunt, vt sæpius dixi. Quę autem in is exeunt, futurū tempus in am mittunt, nunquā in bo, nisi auctoritate præsumta; nam ars hoc prohibet.

Sed

Sed aliqua verba ponimus tertiæ coniugationis correptæ, ex quibus & alia consequaris. Sunt autem hæc, lego, tollo, erigo, carpo, cognosco, capio, fugio, mergo, fero, arguo, accipio, pono, sumo, accendo, expono, incipio. Hæc accipiunt r literam & faciunt passiua verba, legor, carpor, capior, &c. Sub hac forma sunt neutralia, quæ non accipiunt r literam, vt cado; non enim dicimus cador. Item ruo; neque enim dicimus ruor: facio; neque enim dicimus facior. Item fulgesco, nitesco, fetuesco, algesco, torpesco, compesco, nigresco. Hæc omnia r literam non habent, & dicuntur verba Neutralia, quæ exeunt in sco. Ergo neutralia memineris semper nunquam admittere r literam.

Remanent duo alia verba, quæ cõmunia dicuntur & deponẽtia. Sed Cõmunia ideo dicũtur quia cõmuniter simul tenẽt sub vno sono actiuũ & passiuũ; quomodo in nominibus genus commune dicitur quod & masculinũ tenet & femininũ sub vno sono, vt, sacerdos, homo, hic & hæc sacerdos facit, hic & hæc homo. Sic & verba Cõmunia dicuntur; & nunquam deponunt r literam, ne non sint Latina. Vt osculor, si tollas r literam, & dicas osculo, non est latinum. Et dicimus cum agimus, osculor te; dum autem patimur & ab alio afficimur, dicimus osculor a te: sic criminor te, non crimino, cum actionem significamus, id est, cum crimẽ obiicimus, criminor te dicimus; cum autem crimen nobis obiicitur, criminor a te dicimus, id est crimen a te audio, & est significatio passiua. Declinantur autem verba hæc vt superiora, per modos, tempora & personas. Tempore præsenti singulariter. Criminor, criminaris criminatur: & pluraliter, criminamur criminamini criminantur. Præterito imperfecto singulariter, criminabar criminabaris criminabatur: & pluraliter, criminabamur, criminabamini, criminabantur. Præterito perfecto singulariter, criminatus sum, criminatus es, criminatus est: & pluraliter, criminati sumus, criminati estis, criminati sunt. Præterito plusquãperfecto, singulariter, criminat⁹ erã, eras, erat: & pluraliter criminati eram⁹, eratis, erãt. Futuro, singulariter, criminabor, criminaberis, criminabitur: & pluraliter, criminabimur, criminabimini, criminabũt. Imperatiuus autẽ modus semper in verbis in re exit, vt dicas, criminare illum, id est, crimen illi ingere. Optatiuo modo sic, vtinam criminarer criminareris criminaretur: & pluraliter, criminaremur criminaremini criminarentur. Præterito perfecto singulariter, vtinam criminatus essem, criminatus esses, criminatus esset: & pluraliter, criminati essemus, criminati essetis, criminati essẽt. Futuro singulariter, vtinã criminer, crimineris, criminetur: & pluraliter criminemur, criminemini, criminentur. Coniũctiuo modo, singulariter, cum criminer, crimineris, criminetur. Præterito imperfecto, singulariter, cum criminarer, criminareris, criminaretur. Præterito perfecto, singulariter, cum criminatus sim, criminatus sis, criminatus sit; & pluraliter, criminati simus, criminati sitis, criminati sint. Præterito plusquamperfecto singulariter, cum criminatus essem, criminatus esses, criminatus esset: & pluraliter, criminati essemus, criminati essetis, criminati essent. Tempore futuro singulariter, cum criminatus ero, eris, erit: & pluraliter, cum criminati erimus, eritis, erunt. Modo infinito, quem diximus nullas significare personas, facit in præsenti criminari. In prȩterito criminatum esse In futuro, criminatum iri. Ad hanc formam communia verba declinabis sic, hortor, iaculor, osculor, nidificor, tutor, consolor, scrutor, moror, fœneror, amplector, & furor, vnde est furor, furaris, furatur, comitor, recordor, reminiscor, percunctor, minor, gestor, piscor, odoror, aucupor, venor, contemplor, speculor, sector, veneror, dignor, precor, miseror, vador, id est, fide dico, calumnior, & alia, quæ nun-

quam deponunt r literam; nam si deponunt, Latina non sunt. Quis enim dicat reminisco, aut recordo, vel digno, vel secto? Ergo memineris hæc semper cum r litera, enunciare.

Restat verbum Deponens, quod ideo dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi. Nam cum participia quatuor habeat verbum commune; præsens vt criminans; futurum criminaturus; præteritum, criminatus; futurum criminandus; a passiua significatione hoc non habet verbum deponens. Et ideo dicitur deponens, quia deponit vnum participiũ futuri temporis a verbo passiuo, quod exit in dus syllabam; vt puta, opinor vel minor verba sunt deponentia, venit a participio præsentis temporis & facit minãs, futuro tempore facit minaturus; præterito facit minatus; futuro a significatione passiui non facit minandus sic opinãs, opinaturus, opinatus, opinandus non facit. vel si dicas moriens moriturus, mortuus; non facit moriendus, quia non est Latinum. Ergo & hoc deponens verbum sic percurrit per modos & tempora & personas, quomodo supra dictum est. Commune verbum non deposita r litera Latinum est, deposita autem Latinum non est: sic etiam deponentia, cum perdiderint r literam latina non sunt. Subiicio itaque nunc pauca verba deponentia, cætera vsus Latinus docebit. Sunt autem, opinor, minor, grator, gratulor, arbitror, gratificor, auspicor, misereor, lenocinor, meditor, luctor, conor, suffragor, vescor, lætor, morior, stomachor, hariolor, lezor, id est colore pingor, argutor, paciscor, complector, aduersor, angor, queror a significatione querelæ, macior, ratiocinor, argumentor, blandior, fabulor, nitor, labor, a significatione lapsus, vagor, rusticor, concionor, id est, ad populum loquor, mercor, vociferor, nanciscor, quod est, inuenio, suspicor, & alia. Memineris, vt iam dixi, cum r litera enunciare; nam nemo dicit blandio, aut pacisco; Sic hæc omnia declinantur ad formam declinationis communis verbi, quod dixi, criminor.

Tractauimus ergo verba actiua, quæ ideo dicuntur ab agendo. Tractauimus neutralia, quæ ideo tale nomen accipiunt, quod nec agunt aliquid nec patiuntur, vt diximus, sto, iaceo, sedeo, cubo & alia. Tractauimus etiam alia neutralia, quæ agunt aliquid, sed non patiuntur, & quasi Semineutralia dicuntur, vt nato, curro. Alia quæ patiantur, & non agant, vt vapulo, pendeo, sudo, algeo, æstuo ferueo, febrio, somnio, meridio, rigeo, frigeo, tumeo langueo, oleo, rubeo, fulgeo, stupeo, & alia. Hæc omnia tam in iis, quæ nequaquam aliquid agunt, nec patiuntur, quam etiam in iis, quæ agunt, nec patiuntur, quamque in iis quæ patiuntur aliquid, nec tamen agunt, nunquam adiicitur in his litera r, nam incipiunt non esse latina. Tractauimus item communia, exposuimus vnde communia dicuntur, quia actionem in se tenent & passionem. Tractauimus deponentia, & exposuimus, quare dicantur deponentia, quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiua, quod exit in dus; quia moriendus, gloriandus, blandiendus, & alia, quæ veniunt a deponentibus verbis, non dicimus. Sane artium scriptores adiecerunt aliam verbi speciem, quam vocarunt Neutropassiuam, sed hoc nouellum genus verbi euphonia inuenit, & in paucis est verbis, vt gaudeo. Quoniam durum erat, vt diceremus præterito tempore passiui verbi gaudeo gauisus sum, sic audeo ausus sum, soleo solitus sum, sic fido fisus sum. Sed huius noui generis perpauca.

Sunt & alia quædam pauca verba quę Impersonalia dicuntur & exeunt per syllabas, et, tur; Pudet, tędet, decet, libet, pœnitet, patet, piget, miseret, liquet; & inde dicuntur impersonalia, quia carent personis duabus, prima & secunda, & solam habent tertiã personã. Nam nec pudeo pudes dicimus, nec deceo deces, nec libeo libes, nec pigeo piges, nec misereo miseres.

miseres, nec pœniteo pœnites, nec pateo pates, nec liqueo liques. Scias autem patet & liquet hoc significare, quod dicimus, manifestum est, vt si dicas; *Et si patet te hoc dixisse, iniuriam fecisti*; hoc significat & liquet, id est, manifestum est. Tędet autē tædiū esse significat, quomodo piget, quasi pigritiā significat. Nā cum dicimus *piget me fecisse*, hoc est dicere, non surgit meus animus probare quod feci. Hæc autem omnia verba sic declinantur: Pudet me, piget, me, miseret me, pœnitet me. Præter hæc libet & licet, patet & liquet. His enim datiuū iungimus casum, vt libet mihi, licet mihi patet mihi, liquet mihi. Altera vero species quæ in tur exit, & ipsa impersonaliū verborū est, vt itur, curritur, certatur, pugnatur. primam & secūdā personam non habent; nam nec eor itis, nec curror curretis, nec pugnor pugnaris, nec certor certaris dicitur. Et declinantur hæc verba; Itur a me, a te, ab illo; pugnatur a me, a te, ab illo. Sic in præterito imperfecto, ibatur a me, a te, ab illo. Sic in pręterito perfecto, itum est a me, a te, ab illo: cursum a me, a te, ab illo: pugnatū est a me a te, ab illo: certatū est a me, a te, ab illo Sic in præterito plusquāperfecto; itum erat a me, a te, ab illo: cursum erat a me, a te, ab illo: pugnatum erat a me, a te, ab illo: certatū erat a me, a te, ab illo. Sic in futuro tempore, ibitur a me, a te, ab illo: curretur a me, a te, ab illo: pugnabitur a me, a te, ab illo: certabitur a me, a te, ab illo. Sic plurale, a nobis, a vobis, ab illis. Modo optatiuo, vtinam iretur a me, a te, ab illo: a nobis, a vobis ab illis. Modo coniunctiuo, tēpore præsenti, cū curratur a me, a te, ab illo: pluraliter a nobis, a vobis ab illis Præterito imperfecto, cū curreret a me, a te, ab illo: Pluraliter a nobis, a vobis ab illis. Pręterito perfecto, cum cursum sit a me, a te, ab illo: pluraliter a nobis, a vobis, ab illis: Pręterito plusquamperfecto, cum cursum esset a me, a te, ab illo: pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Futuro, cum cursum erit a me, a te, ab illo: pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Modo infinito, curri debet a me, a te, ab illo. & pluraliter, a nobis, a vobis, ab illis. Præterito tempore, cursum esse debuit a me, a te, ab illo: & pluraliter a nobis, a vobis, ab illis. Tempore futuro, cursum iri debet a me, a te, ab illo; & pluraliter a nobis, a vobis, ab illis.

Sunt alia verba quæ Inchoatiua dicūtur, & ex subita affectiōne nascuntur, & exeunt in sco syllabam, vt ardeo ardesco, caleo calesco, candeo candesco, labo labasco, tepeo tepesco, ferueo feruesco, vireo viresco, algeo algesco, dormio dormisco, & reliqua. Hæc omnia præteritū non habent. nam potest calui & ferui facere, & non calesco vel feruesco calui fecit vel ferui fecit; sed a ferueo ferui, a caleo calui; nam calescui, feruescui, & virescui, Latina non sunt.

Et ideo dicuntur inchoatiua præteritum tempus non habere; quia, quæ inchoamus, adhuc perfecta non sunt. Et omnia quæ dixi in sco exire, semper neutralia sunt, nec accipiūt r literam, & ideo admonui esse neutralia. Nec te conturbent quædam verba in scor exeuntia, & tamen admittere præteritum tempus, vt obliuiscor oblitus sum, paciscor pactus sum, adipiscor adeptus sum: etiā hæc dum neutralia sunt, in quibus diximus præterita tempora cessare.

Præterea alia, quæ Frequentatiua dicuntur, quibus aliquid frequentius factū significatur, vt a dicto dictito, a lego lectito, a scribo scriptito, a clamo clamito, a cio cito, quod significat, frequenter vocito. Vnde nunc, *aliquos voce præconis citatos* dicimus, id est frequenter vocatos, & alia.

Sunt & alia perpauca, quæ Desideratiua dicuntur, vt esurio, id est, edere desidero, parturio parere desidero, & vt dictū est a Cicerone de philosophis, *moriturīūt*, mori desiderant. Sed hęc, vt dixi, pauca sunt, quæ in sonū latinitatis introducta sunt.

DE ADVERBIO.

ADuerbium ideo dictum est, quia

adhæret verbo; nec poteſt verbi vis ſignificantius ſonare, niſi iungatur aduerbiũ. vt puta verbum eſt dico, nauigo, valeo, curro, & alia; hæc non plenæ ſignificationis ſunt, niſi adiiciantur aduerbia, vt bene, male, docte, feliciter; vt bene dicit, imperite dicit; proſpere nauigat, infeliciter nauigat, integre valeo, debiliter valet, agiliter currit, tardius currit. Vides quia plena verborum ſignificatio eſſe nõ poteſt, niſi fuerint aduerbia coniuncta. Sed alia aduerbia iunguntur ad explendam verbi ſignificationem, vt ſunt locorum aduerbia, temporum aduerbia, vt hic dico, hic habito, intro eo, intus ſum, foras eo, foris ſum, hinc nauigo. Sic de tempore, cras nauigo, hodie nauigo; & alia quæ aliis artibus dicta ſunt, & intellectu plana ſunt, ideo hic ponere nolui, quia ad dicẽdi faſtidium breuitas opportuna eſt.

Sane in aduerbiis hæc obſeruare debemus, quando in e exeunt, quãdo in ter ſyllabam, hoc ablatiuus caſus docet. Nam quando ablatiuus exit in o, aduerbium in e mittit; vt a docto docte, a iuſto iuſte, a perfecto perfecte, a pio pie, a valido valide, a fortunato fortunate, a magno magne, ab amplo ample, a minimo minime, & alia. Quando autem in ter ſyllabam exit aduerbium, ſimiliter, vt dixi, ablatiuus docet; ab agili, agiliter, ab humili humiliter, ab acri acriter, a forti fortiter, a leui leuiter, a graui grauiter, a iugi iugiter. Sed ſunt quædam, quæ cum aſpere ſonarent, dimiſſa ſunt, nec ad hanc regulam tractãda ſunt, vt a miti mititer non dicimus; a triſti triſtiter non dicimus. Talia ne aſpere ſonarent, perdiderunt vltimam ſyllabam, vt a ſapiente ſapienter non ſapientiter, a prudente prudenter non prudentiter, a præſtanti præſtanter non præſtãtiter. Sic ergo obſeruemus, vt nec euphoniam applicemus ad regulam, aut euphoniam reiiciamus. Nam euphonia, id eſt, ſuauitas bene ſonandi, admiſſa eſt ad Latinum ſermonem, vt aſpera temperet; & ab arte ex ratione receſſum eſt, vbi aſperitas offendebat auditum. Sic Cicero ait, *Impetratum eſt a ratione, vt peccare ſuauitatis cauſa liceret*. Sed tamẽ in paucis euphonia admiſſa eſt. Nã ratio locuples eſt & viris latiniſſimis. Sane circa has regulas auctoritas auſa eſt, & in paucis præſumpſit vt diceret Cicero *humaniter*, cum humane dicere debuit; & Terentius, *Vitam parce ac duriter agebat*: pro dure. Sed tamen ipſi auctores modeſtius & cum quodam pudore cõtra regulam pauca præſumpſerunt. Nam & *falſo* dixerunt pro falſe, & *neceſſario* pro neceſſarie, & *ſedulo* pro ſedule, & *raro* pro rare, & *crebro* pro crebre, & *tuto* pro tute; ſic & alia tamen pauca, non licenter, ſed verecunde ſunt vſurpata.

Sane ſunt aduerbia & per alias ſyllabas exeuntia, vt a fundo funditus, a cœlo cœlitus, a radice radicitus, a penetralibus locis penitus, a ſtirpe ſtirpitus. Item in im, vt a vico vicatim, ab oſtio oſtiatim, a viris viritim. Item a nimio nimis, vt, *Ne quid nimis*. Exeunt in ens, vt recens, id eſt, recenti tempore. Virgilius: *Sole recens orto*; id eſt, recenti tempore. Ergo hæc omnia aduerbia ſunt ſine differentia. Item inter, intro & intus, hoc intereſt: Intro in motu eſt; intus in ſitu; vt, *intro eo, intus ſum*. Eſt enim motus, *eo*: *ſum* ſitus eſt.

Eſt etiam quædam obſcuritas in aduerbiis, de ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto; & ſecundum, tertium, quartum, quintum, ſextum; vt puta, *ſecundo factus eſt conſul*, &, *ſecundum fuit conſul*. Secundo autem ad ordinem pertinet, ſecundum ad numerum; vt puta, cum dico, *ſecundo factus eſt conſul*, pertinet, vt dixi, ad ordinem, quod primo alter factus ſit, & ſic alter ſecundo. Cum autem dicimus *ſecundũ conſul*, vel, *tertium*, vel, *quartum*, vel, *quintum*, vel *ſextum*, ad numerũ pertinet, quod ſexies fuerit conſul. Inde Cicero de Mario ſic ait, *Sextum conſul*, id eſt, qui ſex conſulatus meruit, & *ſeptimũ conſul*, quod eſt, ſeptimũ cõſulatũ meruit. Hoc Varro diſtinxit in libris numerorũ. Et cætera iã plana ſunt in aduerbiis, & ex

quibus-

quibusuis artibus intellectu facilia.

Aduerbium est pars orationis, quę adiecta verbo significationem eius explanat atque implet, vt scribo bene, lego optime. Aduerbio accidunt, significatio, figura, gradus. Aduerbia aut a se nascuntur, vt heri, nuper; aut ab aliis transeunt, vt docte, sapienter, ab eo quod est doctus, & sapiens.

Aduerbiorũ significationes sunt multæ. Sunt enim aut temporis, vt heri, nuper. Aut personæ, vt mecum, tecum. Aut loci, vt hic, isthic. Et aduerbia localia interrogatiua, vt vnde, vbi, qua. Responsiua, illinc, hinc, illo. Sunt duplicis formæ, vt intus, intro, foris, foras. Quorum obseruatio talis est, foris & intus in loco, vt intus est, intus fuit, futurus erat: foris erat, fuerat, futurus erat. De loco, intus venio, foris venio. Foras autem & intro ad locum significant, vt foras eo, foras venio, intro eo, intro venio: foras ieram, intro ieram. Hæc quatuor modis figurantur, per locum, ad locum, in loco, e loco. Per locum, vt, *Hac iter Elisium nobis*. Ad locum, vt, *Huc ades o Galatea*. In loco, vt, *Hic & Naritii posuerunt mœnia Locri*. E loco, vt, *Hinc me digressum vestris Deus appulit oris*. Sunt quæ pariter in loco significant & de loco, vt, intus sum, intus venio. Sunt quę in loco & in locum & e loco, vt penitus sum, eo, venio. Sunt aduerbia significationem numeri habentia, vt semel, bis, ter. Demonstrationis, vt en, ecce. Affirmationis, vt quidem, quippe. Hortationis, vt eia. Interrogationis, vt cur, quare. Similitudinis, vt sic, quasi. Cõparationis vel prælationis, vt magis, potius. Dubitandi, vt fortasse. Annuendi, vt plane, sane. Discretionis, vt seorsum, segregatim. Optandi, vt vtinam. Vocãdi, vt heus. Respondendi, vt hem. Derogandi, vt nequaquam, frustra. Iurandi, vt ædepol, æcastor. Prohibendi, vt ne. Negandi, vt non, haud, minime. Congregandi, vt, vna, simul. Ordinandi, vt deinde, denique. Mirandi, vt papę. Laudandi, vt euge. Exclamandi, vt ptoh. Dolendi, vt heu. Eligendi, vt vah. Ingemiscendi, vt hei. Sed hæc, quia animi affectum significant, a multis Interiectiones dicuntur, quod interiectionẽ separatã ab aduerbio & partem orationis aliquã idcirco volunt, quia aduerbii proprium est, quod verbo adiungi potest. Græci autem Interiectionẽ ab aduerbio non separãt, propterea quia motus animi qualitati assignant, & hæc omnia sub genere qualitatis putant aduerbia. Sunt aduerbia quantitatis, vt lõge, alte. Qualitatis, vt bene, male.

Aduerbia non solum ab appellationibus transeunt, hoc est, a nominibus appellatiuis, vt a pulchro pulchre; sed a propriis, vt Tullius Tulliane. A pronominib⁹ etiã, a meo, tuo, meatim, tuatim. A verbis quoq; vt a curro cursim. Deprehẽdũtur ex vtroque, vt pedetentim a pede & tẽto, id est, a nomine simul & verbo. Sũt etiam aduerbia, quæ vtrũ a nomine transeant an verbo incertũ est, vt furtim. Incertũ est enim an a fure, quod nomen est, transeat; an a verbo, furor furaris. A participiis quidã nolunt, sed inueniuntur, vt a decente decenter. A nominibus tracta aduerbia sex modis terminantur: aut in e, vt docte, pulchre, honeste: aut in r, vt velociter: aut in im, vt, vbertim, singillatim: aut in us, vt radicit⁹, mordic⁹: aut in u, vt noctu, diu: aut in i, vt domi, humi, vesperi.

Aduerbia qualitatis in e literã excuntia produci debent. Hæc tamen dissentiunt, quę aut in cõparatiuo, aut in superlatiuo gradu vacillãt, vt bene, male; aut quę ab appellatione nõ transeunt, vt impune, sæpe. Cæterum facile & difficile, quæ aduerbia ponuntur, nomina sunt, ex quibus hæc nascũtur aduerbia, faciliter, difficiliter: sed vs⁹ hæc quasi aduerbia vẽdicauit. Quęcũq; nomina qualitatis aut quãtitatis, casu datiuo singulari o litera terminãtur, aduerbia in e ꝑductã mittũt; vt a iusto, iuste. Sed hæc veteres indifferenter posuerunt, vt humaniter, duriter. Quæ autem in i literã terminantur, inter syllabam mittunt, vt agili, nobili, audaci, difficili; agiliter, nobiliter, audaciter,

difficiliter. Sed ex iis quædam per syncopen euphoniæ causa dicimus, vt audacter, difficulter, sapienter & constanter.

Sunt aduerbia communia cum aliis partibus orationis. Nominibus sunt cõmunia, vt ait Sallustius, *Falsò queritur de natura sua genus humanum.* pro false. Virgilius, *& pede terrã Crebra ferit.* Et, *Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.* Coniunctioni; Vt, quando aduerbium secum est, plura significat. Similitudinem sic, *vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta.* Tempus sic, *Vt regem aquauũ,* &c. *Vt vidi, vt perii, vt me malus abstulit error.* Qualitatem, vt, *Troianas vt opes & lamentabile regnum.* Quantitatem, vt, *quibus Hector ab oris Expectate venis? vt te post multa tuorum Funera.* Coniunctionem autem sic, *vt faciem mutatus & ora Cupido, Pro dulci Ascanio.* Præpositioni, vt pro.

Sed figura in aduerbiis aut simplex est, vt docte, prudenter; aut composita, vt indocte, imprudenter.

Gradus aduerbiis accidunt, quoties appellationes vnde transeunt comparantur, vt docte, doctius, doctissime. Recipiunt & diminutionem, vt meliuscule. Quanquam comparationem recipiunt & diminutionem, & quæ a se nascuntur, vt nuperrime.

Aduerbiis omnib præpositio separatim adiici nõ debet, quanquã lectũ sit, ab hinc, apud Terent. *Interea mulier quædam abhinc triennium.* Et apud Virgilium, *extinde per altum Mittitur Elysium.* & dehinc, vt, *Dehinc talia fatur:* &, *Deinde feraces Plantæ immittuntur.* Quæ omnia, & si qua alia sunt similia, vt proinde, placuit contra regulam accentuum proferri, ne separatim additæ præpositiones videãtur aduerbiis.

DE PARTICIPIO.

HÆc pars orationis, & a verbo accipit partem & a nomine; namq; inde Participium dicitur. Exit autem hęc pars orationis in præsenti tempore in ens & in ans syllabas, vt legens & amans. Futuro tẽpore in rus, vt legens lecturus, amãs, amaturus. In præterito, lectus, amatus. Futuro, legendus, amandus. Vides hanc partem orationis esse per tẽpora; omnia hæc a verbo mutuatur. Nam verbo conueniunt tempora. Quod autem declinatur per casus, hoc a nomine mutuatur. Nam declinatio casualis ad nomen pertinet, vt hic legens, huius legentis, huic legenti, hunc legentem, o legens, ab hoc legente. Ergo quod hæc pars orationis vel per tẽpora vel per casus currit, Participium vocatur; quod partẽ capiat nominis, partemque verbi. Non laboriosa est pars orationis, sed intellectu facilis. Nam præsentis temporis exit in ans & in ens, vt amans, legens. Futuro agendi significatione in rus, vt amaturus, lecturus. A patiendi significatione in tus & in dus, vt amatus, legendus. Sane ipsum præteritum tempus tribus syllabis terminatur: in tus, vt lectus, scriptus: in sus, vt occisus, visus: in xus, vt fixus. plus non inuenies. Ergo vt diximus, præsens in ens & in ans, futurum in rus, præteritum in tus, futurum semper in dus.

Sunt sane nomina, quę sono participia putantur, sed nomina sunt. Participia enim illa sunt, quæ a verbis veniunt, vt a lego, legens, lecturus, lectus, legendus. Tunicatus, & galeatus, & clypeatus, & trophæatus, nomina sunt, non participia, quia non a verbo veniunt. Est vnum participium præteriti temporis in uus, quod exire debuit per vnum u, non per duo. Nam vbi geminata u litera nominatiuus est, nomen est, non participium, vt fatuus, ingenuus, arduus, carduus, exiguus, belluus, vt Cicero dixit. In us, vt talium cõtra regulam participiorum, mortuus putatur esse participium, sed in vim regulamque nominis conuersum est.

DE CONIVNCTIONE.

COniunctio est pars orationis nectẽs ordinansq; sententiam. Coniunctioni accidunt figura, ordo, potestas. Figura est, quæ apparet figura simplex. Sed equidem ordo quoq; apparet, quæ præponi tantum possit, vt nam: quæ subiungi, vt

gi, vt que: quæ præponi & subiungi, vt igitur.

Potestas coniunctionum in quinque species diuiditur. Sunt enim Copulatiuæ, et, que, ast, at, atque. Disiunctiuæ, aut, vel, ve, nec, neque, neue, an, vtrum. Expletiuæ, quidem, equidem, autem, tamen, porro, videlicet, proinde, denique, vtique. Causales, si, etsi, tametsi, etiamsi, siquidem, quando, equidē, quin, quinetiam, sin, sinetiam, quanquam, quamuis, sinautem, seu, siue, namque, nisi, nisisi, enim, etenim, sed, vt, præterea, interea, quamobrem, quare, præsertim, item, itemque, cæterum, alioquin. Rationales, ita, itaque, enim, enimuero, quapropter, quippe, quoniam, quoniamquidem, ergo, igitur, ideo, idcirco, scilicet, præterea. Ex his, Et, copulatiua multa significat. Sæpe autem transit in alterius speciem potestatis. Modo in expletiuam, vt, *Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?* Pro qualitatis & quantitatis, vt, *timeo Danaos & dona ferentes*. Et, modo pro disiunctiua, vt, *& quisquam numen Iunonis adoret Præterea? aut supplex aris imponet honorem?* Modo pro causali ponitur, vt, *quorum Iphytus æuo Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyssi*. pro, etiam vulnere tardus. Modo pro aduerbio accipitur ordinandi, vt, *corpusque lauant frigentis & vngunt*. pro, deinde vngunt. Item, Aut, coniunctio multa significat. Modo enim pro aduerbio discretionis accipitur, vt, *Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus Exercentur equis, domitantque in puluere currus, Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquent*. Modo pro tēpore significat, vt, *Aut ante ora Deum pingues spaciatur ad aras, Instauratque diem donis*. id est, nunc ante ora Deum spaciatur ad aras. Item, *Aut agmina curru Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas*.

Figuræ cōiunctionum duæ sunt. Simplex, vt nam. Composita, vt namque.

Ordo coniunctionum in hoc est, quia aut præpositiuæ coniunctiones sunt, vt at, ast: aut subiunctiuæ, vt que: aut communes vt et, igitur.

Sunt etiam dictiones quas incertum est, vtrum præpositiones an aduerbia nominemus, quæ tamen omnes facile dinoscuntur. Nam & coniunctiones pro aliis cōiunctionibus positæ inueniuntur, potestate mutata.

DE PRAEPOSITIONE.

OMnes præpositiones dicuntur generaliter. Specialiter autem hæ aliæ accusatiuæ, aliæ ablatiuæ, aliæ vtriusque.

Accusatiuæ per casum accusatiuum enunciantur, vt, ad, apud, ante, aduersus, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, intra, infra, iuxta, ob, penes, per, prope, propter, præter, post, pone, secūdum, supra, trans, vltra. In his præpositionibus seruanda genera nominum, id est, masculinum, femininum, neutrum, cōmune. Seruandi etiā numeri, vtputa, masculino singulari, ad agrum; plurali, ad agros: feminino singulari, ad villā, vel, ad possessionē, plurali, ad villas vel ad possessiones: sic neutrum singulare, ad tēplum, ad Capitolium; plurale ad tēpla, ad Capitolia: sic cōmuni genere singulari numero, ad ciuem, ad hostē, ad sacerdotē; plurali, ad ciues, ad hostes, ad sacerdotes. Sic ergo omnes præpositiones obseruabis, seruatis, vt dixi, generibus, seruatis numeris singulari & plurali. Seruatis similiter ptonominibus secundum genera: masculino, ad hunc: plurali, ad hos: feminino, ad hanc; plurali, ad has: neutro. ad hoc templum vado; plurali, ad hæc templa: sic communi genere, ad hunc & ad hanc sacerdotem; plurali ad hos & has sacerdotes. sic ad hos & ad has hostes.

In his ablatiuum attēdunt tam in singulari quam in plurali, seruatis generibus numerisque; vtputa, a, ab, abs, cum, corā, clā, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, absque, tenus. Masculino singulari, vt a fratre; plurali, a fratribus: feminino singulari, a sorore, vel a sororibus; vel a ciuitate, a ciuitatibus. Ab, singulari masculino, ab amico; plurali ab amicis; ab agro, ab

agris: feminino singulari ab vrbe; plurali ab vrbibus: neutro singulari, ab templo; plurali ab templis. a communi singulari, a ciue; plurali, a ciuibus; ab hoste, ab hostibus. Hanc declinationem serua in omnibus his ablatiuis præpositionibus secundum genera & numerum.

Remanet tertia species præpositionum, quæ dicuntur vtriusque, quæ & accusatiuum tenet casum & ablatiuum. Sed plerosque ratio harum præpositionum præterit, ex qua distinctione intelligatur, vt non appareat expositum; eius differētia hæc est in motu & in situ. Sed motum putauerunt quidam, accusatiuū tantum tenere. Tenet autem vtrunque, sed certa ratione. Nam motus tunc tenet accusatiuum casum, cum a locis in alia loca nos moueri significamus, vt curro in forum, vel in campum. Et si ex alio loco dicimus nos currere in forum vel in campum, accusatiuum casum tenemus. Si autem in vno eodemque loco, ablatiuo; vt curro in foro, curro in campo; sic ambulo in foro; & ambulo in campo. Si de alio loco ambulamus in forum, accusatiuum tenemus. Si in eodem loco ambulamus, ablatiuum tenemus. vt, ambulo in foro. Sic, cadit in forum, & cadit in foro. Virgilius: *Ingrediturque solo & caput inter nubila condit.* vt est: *In aruis Altius ingreditur*; id est, ambulat. vides motum esse, & tamen ablatiuum sibi vendicare; sed in loco, vt dixi, non de loco in locum. Sic lapsum in piscinam, & lapsum dicimus in piscina. Si de alio loco in piscinam labatur, accusatiuus est; si vero in eadem labatur piscina, ablatiuus est. Venio autem semper accusatiuus est, quia de loco ad locum quis venit. In loco autem cum iam sit quisque, cessat motus. Item motus de loco in locum, Voluo & euoluo. *reperire viam qua euoluere possit In mare se Xāthus*; scilicet ab alueo in mare. In ipso autem volui, ablatiuum tenet; vt, *fundo voluuntur in imo.* Sic Sub, e loco in locum motus accusatiuum tenet. De hasta Virg. sic ait, *sub altum Pectus abit*; *sub illam rem.* Item Sub, ablatiuo, *Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere*, id est, cadere vel iacere. *Troiæ*, inquit, *sub mœnibus altis.* Item de loco in locum, *Siue sub incertas, Zephyris motantibus vmbras.* Et subiunxit, *succedimus*, vbi est motus de loco in locum. Super, motus: *super Garamantes & Indos Proferet imperium*, motus est. In loco autem, *gemina super arbore sidunt.* Item Subter, de loco in locum; vt, *augusti subter fastigia tecti Ingentem Aeneam duxit.* In loco autem, *omnes Ferre libet subter densa testudine casus.* Sic Sub, si de loco ad locum fiat motus, accusatiuum tenet; vt, *sub speluncam curro.* Si autem positus sub ipsa spelunca curras, ablatiuum tenet, vt, *sub spelunca curro.* Sic Super, si de loco ad locum fiat motus, accusatiuum tenet, *super tectum curro.* Si autem positus quis super tectum currat, ablatiuum tenet, *super tecto curro.* Sic, *subter fluctus mergo*, si ex litore motus fiat in dimersione, accusatiuus est, vt, *mergo subter fluctus.* Si autem quis sit iam in fluctibus; *subter fluctibus mergitur.* Sed multum, iuuant hanc locutionem & obseruationem duo aduerbia locorum, Quo & Vbi. Quo, in locum motus est, Vbi, in loco situs est, vt, *Quo venit telum? in hostem. Vbi hæsit? in hoste. Quo voluit Catilina telum dirigere? in consulis corpus? Vbi voluit defigi? In consulis corpore.* Sic enim ait de sica: *vt eam putes in consulis corpore defigere.* Sic cum dicimus: *Quo fugimus?* scilicet in locū: *Vbi latet?* in loco. Ergo vt diximus, adiuuant aduerbia hęc duo ad confusionem distinguendi præpositiones vtriusq; casus. Sic nāq; de hac aduerbiorum ratione purgatur & illud in Verrinis: *Quod ille in caput ab hostiū duce acceperat* Acceperat ergo vulnus directū in caput: acceptum in capite. Nūquid, *quo accipis vulnus*, dicimus? Minime, sed, *vbi accipis* Et Virgilius, *quo ire iubes*, in locū significat. In loco autē, *vbi ponere sedes*: Situs vero ablatiuū tenet, quia contrarius est motus. Nā ipsum nomē sessionē quādā significat, vt puta fui in foro, erā in foro,

fui in

fui in foro, futurus sum in Foro. Sic simpliciter sedeo, iaceo, cubo, sto, consisto, hæreo; omnia hæc ad situm pertinent. Meditanda igitur sunt & in vsum ducenda vt iam in hac præpositionum forma, & rectè & nulla hæsitatione loquentes, studuisse nos diligentius indicemus.

DE INTERIECTIONE.

INteriectio, non pars orationis est, sed signum affectionis erumpentis animi in vocẽ. Et significat aut lætitiã, vt, euax, aut amaritudinem, vt, heu, apud Græcos φεῦ. Ergo quot sunt perturbati animi motus, tot voces reddunt. & vocantur Interiectiones, quod interrumpant orationem, vt est illud; *Hinc inter densas corylos modo namque gemellos Spem gregis*, mox interiectio per literam a; *a silice in nuda connixa reliquit*. In medium orationis interiecta est a litera.

OMnes partes orationis decursæ a nobis sunt, quæ ad compendiũ sufficiant aut occupatis aut negligentibus. Sanè quę omisimus in tractatu nominis, reddimus. Scire enim debemus nomina numerorum a quatuor vsque ad centum ἄκλιτα esse & generis omnis, vt quatuor viri, quatuor feminæ, quatuor mãcipia. Sic per omnes casus quatuor dicimus, vt puta virorum quatuor, mulierũ quatuor, mancipiorũ quatuor. Sic datiuo, viris quatuor, feminis quatuor, mãcipiis quatuor. Sic A. viros quatuor, feminas quatuor, mancipia quatuor. Sic V. o viri quatuor, o feminę quatuor, o mancipia quatuor. Sic A. a viris quatuor, a feminis quatuor, a mancipiis quatuor. Sed ideo dixi ἄκλιτα esse a quatuor vsque ad centum, quia Duo declinantur, duorum, duobus, duos vel duo, o duo. A. ab his duobus. Sic declinantur & currũt per casus hi & hæ Tres. G. horum & harum trium. D. his tribus. A. hos & has tres. V. o tres. A. ab his tribus. A genere neutro, hæc tria, horũ trium, his tribus, hæc tria, o tria, ab his tribus. Ex hac ergo forma intelligim' quomodo declinem'; hic Duũuir, quasi duorum hominũ vnus vir. Sic Triumuir, triũ hominum vnus vir. Ergo hic admisit genitiuum. Iam quatuor vbi indeclinabile est, quatuor viri dicimus, vel quinque viri, vel sex viri. Vnde Lucanus, *Septem virq, epulis*; pro genitiuo posuit septem. A ducentis vsq; ad nongentos declinantur nomina numerorum, vt hi ducenti, hæ ducentæ, neutro ducenta: mille, declinabile est.

ARS P. CONSENTII V.C.

DE DVABVS ORATIONIS PARtibus, Nomine & Verbo.

PArtes orationis secũdum Grammaticos octo sunt, id est, Nomen, Pronomẽ, Verbum, Aduerbium, Participium, Coniunctio, Præpositio, Interiectio. Ex his duæ sunt principales partes Orationis, Nomen & Verbum, quæ cõiunctæ locutionem efficiũt. Omne enim quod mente concipimus, Nomine explicatur & Verbo. De his igitur singulis nunc dicamus atque ea intelligamus.

DE NOMINE.

NOmen est pars orationis rem vnam aliquam significans. Sed ea ipsa quæ significantur, vel corporalia sunt, vel in-

corporalia. Corporalia vel communiter, vel proprie ſignificantur. Communiter ſunt, vt homo, mons, mare. Proprie, vt Cicero, Caucaſus, Hadriaticum. Incorporalia ſunt, vt pietas, iuſtitia, eloquentia. Et hæc exceptis Deorum nominibus, fere ſemper communiter ſignificantur. Nomini accidunt ſex: qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, caſus. Qualitas nominum in eo eſt, vt intelligamus, vtrum nomen quod appoſitum fuerit, appellatiuum ſit an propriũ. Appellatiua enim nomina a genere & ſpecie manãt Diuiſio græca magis ſequẽda eſt, quæ prima fit in primam poſitionem & deriuationem. Prima poſitio diniditur in nomen proprium, & appellatiuũ, & epitheton. Deriuatiuorũ ſpecies ſunt nouem, & ſpecie manant propria. Ergo appellatiuũ eſt, vt homo, vrbs, flumen: quia hoc communiter de omnibus hominibus, vrbibus, fluminibus intelligitur. Proprium, Cicero, Roma Tiberis: quia ſic intelligimus ptopria nomina & hominis, & ciuitatis, & fluminis. Et propriorum quidem nominum diuerſa ratio eſt in his, quæ ſignificant quod perſona eſt. Nam ecce, quæ ſignificant quidem quod perſona non eſt, vt ſunt propria vrbium & fluminum ac montium cæterorum nomina, abſolutum & vnius modi habent intellectum. Ea vero, quę perſonam ſignificant, in quatuor ſpec es diuiduntur. Prænomen, nomen, cognomẽ, agnomen, vt eſt Publius, Cornelius, Scipio, Africanus. Eſt ergo nomen propriũ prænominatiuũ, vt Publius. Eſt nomen propriũ nominatiuũ, Cornelius. Eſt nomen propriũ cognominatiuum, Scipio. Eſt nomen proprium agnominatiuũ, Africanus. Si quid ſuper hoc additum fuerit, vt ſi addas Æmilianum, aut Numantinũ, agnomini applicabitur. Sed prænomina non ſine aliqua ratione imponuntur, eadẽq; aut vna litera ſignificantur, vt P. Publius: aut duabus, vt Gn. Gneus Pompeius: & Sp. Spurius Caſſius: aut tribus, vt Sex Sextus Roſcius, & Ser. Seruilius, Mar. Marius: aut M litera & linea ſuperpoſita, vt M̄. Mamius. Idq; ipsũ a nobis, non etiã a Græcis obſeruatur. Nomẽ autẽ eſt, quod quidẽ indicat genus, vt Cornelius; Cornelii enim omnes in eo genere dicuntur. Cognomen eſt, quo appellatur quis, vt Scipio. Agnomen ſiue vnũ ſiue plura, quod imponitur aut ab animo, aut a corpore, aut extrinſecus. Appellatiua autem nomina quę a genere & ſpecie manare diximus, plures differentias habent. Nã vel rem corporalẽ vel incorporalẽ ſignificant, vt homo, mons, flumen, pietas, iuſtitia, eloquentia. Vel ad aliquid dicuntur vt pater, magiſter. Hæc enim alium intellectũ ſecum trahunt; patre. n. dicto, intelligas ſimul filium; & magiſtro dicto, intelligas ſimul diſcipulũ neceſſe eſt. Sunt ad aliquid dicta aliter ſe habentia; vt, dexter, ſiniſter, quæ cõparatiuum gradũ admittunt. Sũt alia gentis, vt Græcus, Hiſpanus. Sunt alia patriæ, vt Romanus, Thebanus. Sunt alia numeri, vt vnus, duo. Sunt alia ordinis, vt primus, ſecundus. Sed Primus de multis, de duob⁹ Prior dicitur. Sicut de duobus Alterũ dicimus, ita de multis Alium. Sunt alia ſpecialis qualitatis, ſub illa ſcilicet qualitate, quæ generaliter nomini accidit, vt bon⁹, malus. Sunt alia quantitatis, vt paruus, magnus. Hæc mediæ ſignificationis habentur, & quaſi adiecta nominibus, quæ etiã Epitheta appellantur. Atq; hæc ſunt tantum nomina, quę cõparationẽ recipiunt. Atqui in his fere quidẽ nominibus qualitas nominnm ſpeculatur, minutius diuiſione facta. Cæterũ hæc ipſa vniuerſa ad illã qualitatem reuocari poſſunt, vt aut appellatiua dicãtur aut propria. Præterea ſciendum eſt, quædã nomina eſſe & propria & appellatiua, vt ſcropha, dolobella, ſura. Itẽ ſcire debem⁹, quod quẽadmodum ſunt nomina appellatiua primæ poſitionis, vt mons, ſchola; ita & propria, nam Tullius Tullianus facit. Sunt deriuatiua a nomine, vt montanus, ſcholaſticus. Sunt item deriuatiua a verbo, vt a lego lector, item a dico dictor, a mercor mercator. Quorũ hæc eſt diſtantia, quod

a nomi-

a nomine venientia in S literã desinunt, vt montan°. A verbo autẽ in r literã terminantur, vt lector. Quid regulus? quid bibulus? nõne pro varietate significatuũ sic aut sic dicũtur? deinde gerulus. Et quidẽ a verbo venientia neutrum genus non faciunt. Sunt etiã diminutiua, vt mõticulus, scholasticulus. Diminutiua autẽ non solũ a positiuo sed etiã a cõparatiuo gradu interdũ veniunt. Nã vt grandis grandiculus facit, sic grandior grandiusculus. Diminutiuorũ autẽ tres sunt grad°, quorum forma quò magis minuitur, hoc plus crescit numerus syllabarum. Sed in diminutiuo gradu hoc etiã aduertere debemus, ne forte fallamur, quod sint quædã nomina quasi diminutiua, quæ diminutiua non sunt, quoniã prima positio eorum non cernitur, vt vinculum, macula, tabula, fabula. Sunt præterea nomina appellatiua, quæ Principalia dicuntur, vt iustitia. Sunt itẽ a participiis non dissimilia, vt clemens, potens, prudẽs. Sunt alia verbis similia, vt comedo, palpo, contemplator, speculator. Sunt alia thetica, quæ Abusiua vel Possessiua dicuntur, vt *Euandrius ensis, Agamemnonia Mycenæ*. Sunt alia Patronymica, vt Atrides, Euandrides. Hæc & ab auis & a maioribus dicuntur: sæpe & a patribus: nõnunquã a fratribus fiunt. Sed illud animaduertere debemus, quia theticis pro patronymicis vti possumus. Possumus enim dicere, *Euãdrius iuuenis*, Pallas; *Ensis Euandrides*, dicere non possumus. Hæc vtraque hoc a deriuatiuis distãt, quia patronymica & thetica a propriis; deriuatiua alia ab appellatiuis nominib° veniunt. Horum patronymicorum masculina aut in des exeunt, vt ab Atreo Atrides: aut in ius, vt a Peleo Peleius: aut in on, vt a Crino Crinõ. Ex quib° omnibus modis possessiuum nomen vnus tantum modus facit, qui in ius exit. Feminina vero aut in is exeunt, vt ab Atreo Atreis: aut in as, vt a Peleo Pelias: aut in e, vt Euãdrine, Nerine, & Adrestine. Quẽadmodum secutus est Lucan°, qui ab Hibera *Hiberis* deduxit; Quum occurrat Hibe. cissus a nominatiuo Hibe. Itẽ sunt nomina homonyma, sunt synonyma, quę & eadẽ appellantur polyonyma. Homonyma sunt, quæ vno nomine plures res significant, vt nepos, acies. Synonyma vel Polyonyma sunt, quũ pluribus nominib° singulæ res significantur, vt terra; eadẽ n. res dicitur terra & humus & tellus. Item ensis; eadẽ n. res dicitur ensis & mucro & gladius. Illud sane scire debemus, ne nos ea res forte cõfundat, quia pleriq; Grammatici eiusmodi diuisionẽ fecerunt, vt alia generalia nomina dicerẽt vt corpus, animal: alia specialia, vt lapis, homo: alia propria, vt Cicero. Et licet apud Philosophos ita se res habeat, vt aliud gen°, aliud species, aliud propriũ sit, quod Indiuiduũ appellãt; tamen Grãmaticorum recta ista diuisio est, vt nomina quæcunq; sunt generalia, id est, appellatiua dicantur.

Cõparatio tres gradus habet: Positiuum, siue Absolutum, qui quoniã perfectus est, a quibusdã in numero graduum non cõputatur; vt fortis, doctus: Cõparatiuum, a quo gradum incipere dicunt, vt fortior, doctior: Superlatiuum, vt fortissimus, doctissimus. Cõparantur ea sola nomina, quæ aut qualitatẽ significãt, aut quãtitatẽ. Sed nõ omnia per omnes gradus eunt. Aliquando. n. positiuus gradus tantum inuenitur, vt mediocris. Aliquãdo positiuus & cõparatiuus, vt senex senior. Aliquãdo positiuus & superlatiuus, vt pius piissimus. qđ cũ euenit, ꝓ secundo gradu magis aduerbiũ ponimus, vt, magis pius. Aliquãdo cõparatiuus & superlatiuus, vt vlterior, vltimus. Aliquãdo superlatiuus tãtũ, vt nouissimus. Extra hãc formã sunt ea, quæ nõ inflexiones & immutationes cõparationũ repręsentãt, vt bonus, malus. Nã si flectere velis ipsa absoluta nomina, cõparationẽ latinã non inuenies; si vero transmutes eadẽ nomina, cõficies cõparationẽ, vt bonus melior optimus, malus peior pessimus. Sane illud scire debem°, cõparatiuũ gradũ feminini ac masculini generis esse cõmunẽ. Itẽ scire debem° cõparatiuũ gradũ ablatiuo ca-

sui vtriusque numeri iungi debere, quoties aliquem vel alieno vel suo generi cōparamus, dicimus enim, *Hector fortior Diomede, vel Troianis audacior fuit*. Attamen cōparatiuus hic gradus etiā nominatiuo iungitur, vt, *doctior hic quam ille*. Superlatiuum vero palam est genitiuo tantum plurali iungi oportere, etiam hoc vtimur cum aliquem suo non alieno generi comparamus, vt, *Hector fortissimus Troianorū fuit*. Hic idē superlatiuus plerunque pro positiuo ponitur, nec cōparatur, vt cū dicimus, *Iuppiter optimus maximus*. Interdū cōparatiuus gradus præponitur superlatiuo, vt *stultior stultissimo*, & *maior maximo*. Itē cōparatiuus quāuis recipiat cōparationē, sæpe minus a positiuo significat, vt est, *Mare Ponticū dulcius quā cætera*, id est minus amarū. Min⁹ enim est, quod dixit, *dulcius*, quā si dixisset, *dulce*. *Tristior & lacrymis oculos suffusa nitentes*, id est, minus læta. Idem citra vllam comparationem pro positiuo interdum positus, minus positiuo significat, vt est, *Iam senior, sed cruda Deo viridisq; senectus*. Plus enim, si dixisset, *Iam senex*. Cōparatiuo & superlatiuo, *tam, adeo, magis, maxime, minus, minime*, adiici non oportet, hæc enim positiuo tantū adduntur; quia, *adeo, tam, magis, maxime*, pro cōparatiuo & superlatiuo, *min⁹* & *minime* pro diminutione ponuntur. Dicimus.n. *tam bonus, magis bonus, maxime bonus, minus bonus, minime bonus*. Quædā inueniūtur nomina, quæ significatione diminutiua sunt, intellectu cōparatiua, vt, grandiusculus, maiusculus, horū.n. positio prima non absoluto nomine est. nam grandior grandiusculus.

Genera nominū, quæ naturalia sunt, duo sunt, vt quidā volunt, Masculinū & Femininū. quoniā omne scilicet animal natura necesse est esse aut masculinū aut femininū. Dictaq; hæc sunt ab eo Genera quod generare possunt. Deniq; si simplicibus & veris & naturalibus vtamur, naturale primū masculinū genus mares, femininū feminas appellabim⁹; sed quoniā cū dicamus Cato aut Martia, nomina hominū dicimus, quanquā nullū nomen ipsum aut masculus est aut femina, generi tamen subiacet, quia corporis nomen est; recte masculinū genus aut femininū, non mas aut femina dicimus. Nō. n. nomina generāt, sed corpora, quorū illa sunt nomina. Ita non nomen mas aut femina est, sed homo aut animal, cuius illud est nomē. Quod cū ita sit, remanet, vt in hac tali declinatione nominū, quia masculina potius quā mares, feminina quā feminas dicimus, naturale generis nomen videatur omissum. Erunt tamē principalia sub huiusmodi nominibus genera. quæ quoniā ita appellari cœpta sunt in nominibus animantiū, extēta res est cōsuetudine, vt etiā hæc, quæ essent sexū experta, masculino genere aut feminino genere cēserentur, vt aer, portus, terra, dom⁹. Ergo duo genera naturalia seu principalia sunt, masculinū & femininū. Tertiū gen⁹ est quod Neutrū vocāt, quodq; in his tātū rebus dicitur. quæ animales non sunt. Artificiale quidā putāt; nō.n. hoc, ir quiunt, habet natura, sed venit ex arte. Alii vero & hoc naturale genus recte putant. quod.n. natura masculinū itēq; femininū nō fit, id dicunt neutrū esse natura. Ita ergo tria genera primū natura cōstituit. hāc secuta ars, partim rationi alicui seruiens, generum fere numerū retinuit, naturali tātū discretione sublata. Nā quicquid per naturā sexui nō adsignatur, neutrū haberi oporteret; sed id ars, cui voluit generi seu licenter adscripsit, vt hic aer, hæc terra, hoc cœlū; consuetudinē secuta est, vt militē masculino generi censeret, quia hoc officium mariū est. itē Lamiā feminino, quia maleficiū feminarū proprie dicitur. rationē aliquā secuta est, vt marē cœlibē, feminā viduā appellaret, vt discretio ipsa nominū ostenderet solitudinis disparem qualitatē. Ac sane cū hæc tantum tria genera, primum natura, tum consuetudo, vel ratio verum habere videatur, aut ea scilicet, quæ masculina sunt, aut ea, quæ feminina, aut ea, quæ neutra; indu-

ctum

ctum est per eandem artem quartum genus, propter ea nomina, quibus iuxta cõsuetudinem vtrunque genus conuenit, vt hic & hæc sacerdos, quia hoc officium vtriusque sexus, quod non sit vnius generis, sed duorum, aut omnium particeps numero cumulum addidit, appellaturq; Commune. Hæc quatuor genera siue naturalia siue artificialia propriis declinantur articulis. Est enim Masculinum, cui numero singulari, casu nominatiuo, articulus siue pronomen preponitur hic, vt hic magister. Femininum, cui numero singulari, casu nominatiuo, articulus vel pronomen hæc, vt hæc Musa. Neutrum est, cui numero singulari, casu nominatiuo, articulus vel pronomen hoc, vt hoc scamnum. Commune est duorum generum, quod masculinũ, & femininum significat, vt hic & hæc sacerdos. Commune trium generum est, quod tria genera significat, vt hic & hæc & hoc felix. Præter hęc sunt quędam nomina promiscua, quæ græci ἐπίκοινα vocant; nec tamen generibus ideo addendus est numerus, cum declinatione aut masculinam totam habeant, aut femininam. Hæc a communibus hoc distant, quod commune nomen dixero, si genus non intelligatur, dubitationẽ hanc adiectio tollit articuli, vt puta si sacerdos dixero, nescies virum an feminam significem; cũ addidero articulum, hic, ostendo me marem significauisse; cum hæc, significauisse ostendo me feminam. In promiscuis hoc fieri non potest, quod sub vno articulo confusionem generis separare possum, tam enim femina quam masculus coruus masculino genere enuntiatur. item cum dico cornix, sexum nulla ratione discernere possum, quoniam siue masculus siue femina sit, feminino genere cornicem appello. nam & in coruo femininum, & in cornice masculinũ genus intelligi necesse est, sed enuntiare non possumus. Illud animaduertere debemus, quod cum pleraq; nomina alterius generis vim habeant, sono tamen alia genera videntur imitari. Est enim sono masculinum, intellectu femininum, vt Eunuchus Comœdia, Orestes tragœdia. Item sono feminina, intellectu masculina, vt Fenestella scriptor, Aquila Orator; Catilina, Iugurtha. Est etiam sono neutrum, intellectu femininum, vt Glycerium, Fronesiũ, Sofronium; sed hæc græcæ consuetudinis sunt. Est etiam vicissim sono femininum, intellectu neutrum, vt pelagus, vulgus. Nam conuersim sono neutra & intellectu masculina inueniuntur. Etiam illud animaduertendum est nobis, quod pleraque nomina alterius generis sunt in singulari numero, alteriusque in plurali. Nam singulariter, vt hoc balneum; pluraliter hæ balneæ facit. Singulariter hic tartarus; pluraliter hæc tartara facit. Item similiter cœlum cœli, cepum cepæ, porrum porri, iocus ioca, locus loca, forum fori. Potest & hæc varietas admitti, vt plerunque in vno atque eodem numero, per quosdam casus diuersitas generum inueniri posse dicatur, vt ecce vulgus, ait enim Virgilius sic, vt *ignobile vulgus*, quod neutri est, nominatur: Idem rursus dixit, *& spargere voces In vulgum ambiguas*, quod est accusatiuus casus generis masculini. Simile est fundus, Lucillius, *Vertitur oenofori fundus, sententia nobis*. Et contra Lucanus Auernum masculinum dixit, *Decidat in fundum penitus stagnantis Auerni*. Illud quoque animaduertendũ est, quod pleraque nomina incerti generis sunt. Nam inter femininum & masculinũ sunt hæc nomina, cortex, silex, finis, stirps, pinus, dies; vtrouis enim genere lecta inueniũtur, quamuis in quibusdã recta obseruãtia sit, vt alterutro genere enuntientur. Nam stirpẽ cũ de genere dicimus, feminino enuntiamus, vt, *Heu stirpẽ inuisam*; Stirpẽ arboris masculino, vt, *Sed stirpẽ Teucri nullo discrimine sacrũ*. Itẽ incerti generis sunt inter masculinũ & neutrũ, vt vulgus, spec⁹, frenus. Itẽ incerti generis sunt inter femininũ & neutrum, vt buxus, pinus, prunus, malus; sed in hoc hac obser-

natione vtimur sæpe, vt fructum neutro genere, feminino ipsas arbores significare videamur. In nominibus quoq; vrbiũ idem hoc euenit, vt pleraq; incerti generis sint inter femininum & masculinum, vt hic Narbo, & sicut non præsumi cœpit hæc Narbo: vel inter femininum & neutrum, vt hoc Nauissum & hæc Nauissus, & hæc Arelas & hoc Arelate, hęc Ariminus & hoc Ariminum, vt, *Quique altum Preneste viri*, &, *Preneste sub ipsa*. De gentibus similiter incerti generis inueniuntur, vt hic Illyricus & hoc Illyricum. Item de montibus, vt, *sancti custos Soractis*, &, *Vides vt alta stet niue candidum Soracte.* Præterea sunt fixa generum nomina; sunt mobilia; nec in totum mobilia, nec in totum fixa. Fixa sunt quæ in aliud genus nullo modo componi possunt, vt cum dico, pater, mater, frater, soror; hæc enim in aliud genus nunquam transeunt. Mobilia sunt, quæ in aliud genus conuerti possunt, vt bonus, bona, bonum, malus, mala, malum. In quo hanc obseruationem aduertere debemus, quod si propria sint nomina, duo genera faciunt, vt Tullius Tullia; Si vero appellatiua, tria genera faciunt, vt bonus, bona, bonum, malus, mala, malum. Ea vero quæ nec in totum fixa nec in totum mobilia sunt, eiusmodi sunt, quod transeunt quidem in aliud genus; & sunt alia quadam inclinatione, quam vt seruent formam illius generis a quo transeunt, vt gallus gallina, rex regina, leo leæna, draco dracæna. Etiam illud animaduertendum est, quod plerunque Diminutiua nomina, genus quod in prima positione, id est, in absoluto gradu obtinent, in diminutione non seruant, vt ecce positiuo, hoc scutum dicis si diminuas, scutellam facis, canis canicula, rana ranũculus, pistrinum pistrilla, scutris scutrilla. Tum nec illud prætermittendum est, quod in eadem dictione diuersitas significationis diuersitatem generum facit, sicut est masculinum si proprie dicas, *Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum*; femininum vero si transitiue, *Heu stirpem inuisam*. simili ratione est etiam productio aut contractio syllabæ in eadem dictione, quæ sub vno genere diuersa significat, vt, *præcisos propaginis arcus*, si proprie loquaris, vt producas necesse est pro; si translatiue, corripias, vt est, *Itala virtute propago*. Sed & accentus ostendit diuersam significationem vnius dictionis. Pone si verbum est, grauis est vltima, si aduerbium, circumflexa. Nunc quoniam nominatiuus singularis duodecim literis terminatur, id est, vocalibus quinque, a, e, i, o, u; semiuocalibus sex, l m, n, r, s, x: & muta vna t, vt tabula, sedile, frugi, oratio, genu, mel, scamnum, flumen, arbor, flos, nux, caput; longumque etiam est omnes formas comprehendere: de his tamen nominibus, quæ vocalibus terminantur, pauca dicemus, quo exemplo de cæteris, qui curiosius rem agitabit, quemadmodum efficiuntur, inueniet; simulque in omnibus per vnam ἀναλογίαν apparebit diuersitas regularum Nomen in nominatiuo casu singulari in A vocalem desinens, & masculinum esse & femininum potest, & commune; masculinum, vtpote Pansa, Agrippa; femininum, vt pagina, Mattia, & græcum Andromacha; commune, vt aduena. inueniuntur & græca neutra tantum, vt schema, poema. Item nomen eodem casu & numero in E vocalem desinens, non nisi neutrum inuenitur, vt monile & sedile. inueniuntur tamen & græca nomina feminini generis eadem literatura finita, sed producte, vt Euterpe, agape. Item nomen eodem casu & numero singulari in I vocalem desinens, trium generum est, Aptoton tantum, vt frugi, nihili. inueniuntur tamen & neutra, sed peregrina, vt gummi, sinapi; quanquam etiam feminino genere dicatur, hæc gummis. Item no

nomen eodem casu & numero singulari o litera terminatum aut masculinum est, vt Cicero; aut femininum vt Iuno: aut commune, vt caupo, nullum autem neutrum nomen hac litera terminatur. sunt & græca, vt Io, Iuno. Item nomina eodem casu & numero singulari V litera terminata neutra tantum sunt, vt genu, cornu, veru.

Numeri nominum sunt duo, Singularis & Pluralis, quamuis quidam etiam Dualem dixerunt, qui duo, ambo, vterque, quoniam neque singularis neq; pluralis numeri dicere possumus, dualem esse. Sed recta ratio obtinuit apud latinos duos esse. Singularis, vt hic magister, hæc Musa, hoc scamnum: & Pluralis, hi magistri, hæ Musæ, hæc scamna. Non tamen omnia nomina omnium generum vtrunque numerum recipiunt. Nam sunt pleraque semper singularia, alia semper pluralia. Singularia masculini generis, vt puluis, sanguis. Feminini, pax, lux, fama, inuidia. Neutrum, vt aurum, oleum, ferrum, & fere cætera quæ ad mensuram, pondusue referuntur. Pluralia masculini generis, manes, Quirites, cancelli. Feminini generis, vt Kalendæ, nundinæ, feriæ, quadrigæ, nuptiæ, scalæ, sordes, scopæ. Pluralia neutri generis, arma, castra, Floralia, Saturnalia. Hæc ratione ita sunt, sed pleraque auctoritas contra rationem immutauit. Nam & Cicero *sordem* singulariter dixit. Et Virgilius, *vina*, & *hordea* pluraliter vsurpauit. Pleraque positione singularia sunt, intellectu pluralia, vt populus, concio. Alia vicissim positione pluralia, intellectu singularia, vt Mycenæ, Cumæ, exta, mœnia. Sunt etiam quædam nomina vtroque numero communia, vt res, nubes, dies. Nam & hic dies & hi dies, hæc res & hæ res, & hæc nubes & hæ nubes, nominatiuo & vocatiuo casu tam singulari quam & plurali similiter efferuntur. Quædam nomina cum videantur vtriusque numeri esse, tamen in alio significatu semper singularia sunt, & in alio significatu semper pluralia, vt lac. nam, *Lac mihi non æstate nouum*, & singulare semper est generis neutri. Porro Lactes masculinum semper plurali significatu, vt ait Horatius *pulmone & lactibus vnctis*, quo aliud significatur, plurale semper est, generis masculini, neque singularitatem habet. Simile est & Sal, hoc enim semper singulare est; si autem pluraliter dicatur, vrbanitatem significat, quanquam vrbanitas designari possit etiam singulari numero, vt ait idem:

—quæ sale multo
Vrbem defricuit.—

&, *Qui habet sal qui in te est*, soli masculino genere dicitur. Notandum est hoc quoque, quod ciuitatum nomina per omnia genera efferuntur, nunc vtroque numero, nunc singulari tantum, aut tantum plurali. Vtroq; numero feminina, vt hæc Cæsaria, hæ Cæsariæ, & hæc Ostia, hæ Ostiæ, hæc Karthago, hæ Karthagines. Singulari tantum, vt hæc Roma. Et plurali tantum, vt hæ Mycenæ, Thebæ, Biternæ. Vtroque numero masculinum, vt hic Caulon, hi Caulones. Singulari tantum, vt hic Narbo. Plurali numero tantum, vt hi Treuiri, Aruerni, Cales. Vtroque numero neutrum, vt hoc Scyllaceum, hæc Scyllacea. Singulari tantum, vt hoc Sirmium, sicut hoc Ariminum, hoc Arelate sicut hoc torale, hoc Soracte, sicut Abneste, Præneste. Plurali tantum, vt hæc Hierosolyma. Interdum efferuntur nouo modo, & quasi monoptoto, vt Curibus, Trallibus, Turribus, Sulcis, Setuitis, Tigadis, Virbibis, Bilis. Etiam illud notandum est, quod interdum alicuius vt-

bis non ipsum nomen enuntiari potest, cum quasi per deriuationem ciues significentur, vt Padinates; neque enim Padinam dicimus. Ergo vel ex auctoritate, si qua erit, vel ex collatione similitudinū vniuscuiusque vrbis, primum directum casum examinare debemus, quo invento & de genere ac numero certiores efficiemur, vt ecce ait Cinus, *munuus vicus Caralis.* apparet nominatiuo positum Caralis, & egisse semper plurali numero; sed hac eadem significatione nominatiui, per omnia genera ibitur. Nam quēadmodum dicis, *vicus Caralis*, sic tibi dicendum est, *hæc vrbs Caralis*, &, *hoc oppidum Caralis*. Item Fronto ait, *Et ille vestra Athena Dorocorthoro.* apparet nominatiuo casu posuisse, *Dorocorthoro*. siue igitur dicas, *hæc vrbs*, siue, *hic vicus*, siue, *hoc oppidum*, nominatiuus erit, *Dorocorthoro*; & obliqui casus ad huius formam declinabuntur. Virgilius, *Priuerno antiqua*, ceu vrbe, cum vtique Priuernum neutri efferatur.

Figuræ in nominibus duæ sunt, per has intelligimus vtrum simplex nomen sit an compositum. Simplex est, quod ex vna parte orationis constat, vt doctus, potens; Compositum quod ex duabus, vt indoctus, impotens. Componuntur autem nomina quatuor modis, aut ex duabus partibus integris, vt suburbanus, Liberpater, Eques Romanus; aut ex duabus corruptis, vt efficax, municeps, supplex; aut ex integro & corrupto, vt ineptus, insulsus; aut ex corrupto & integro, vt pennipotēs, nugigerulus. Hoc cum ita sit, euenit, vt aut vtraque pars casibus declinetur, vt Eques Romanus, Liberpater: aut vtraque pars non declinetur, vt Proprætore, Proconsule, Proquæstore: aut prior pars declinetur, vt Tribunusplebis, maiornatu: aut posterior pars declinetur, vt fideicommissum, plebiscitum. In his quæ sub specie quorumque casuum composita sunt, hæc regulariter spectari oportet, quod ea parte declinabuntur hæc nomina, quæ compositionem recti casus, id est, nominatiui habuerint. Qua parte vero obliquum casum habuerint, ea parte non declinabuntur. Cętera vero quæ sine specie casus posteriore parte composita sunt, vt simplicia declinabuntur, vt biceps, māceps. Præterea animaduertendum est, quod sunt quædam cōposita nomina, quorū positio aliter singulari, aliter plurali numero declinatur, vt hic paterfamilias & hi patresfamiliæ. Cauendum est sane ne aut composita nomina componamus, aut quæ componi non possunt. Quamuis quidam dicāt etiam ex pluribus partibus posse cōponi, vt inexpugnabilis, impertertitus. Sunt etiam plerique, qui etiam a græco & latino putant posse componi, vt epiclinium, epitadium.

Casus nominum sex sunt, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuꝰ, Vocatiuꝰ, Ablatiuus. Casus est, vt Græci definiunt, nominis quædam positio, vel vt alii, commutatio vltimæ syllabæ in nomine. Nam quoniam vnūquodque nomen varietatem positionis sexies experitur, hæ positiones & commutationes eiusdem nominis casus appellantur. vnde quæritur a plerisque, Nominatiuus, qui absolutum quiddam significat, & naturali ratione primus habetur, casus nominis debeat appellari, siquidem nulla alia sit prima nominis positio, a qua inclinatus atque immutatus sit. Cæteros vero recte casus appellari dicimus, quod prima nominis positione, facta inclinatione mutentur. Sed tamen rectissima ratione etiam dici placuit. Quippe pleraque rerum cum adhuc non sunt, iam tamen nominum appellatione censeri, vt cum dicimus, templum ædificatur, quod vtique nondum templum est; sic igitur istam primam positionem nominis, id est, nominatiuum appellari casum posse, quod possit cadere, & in aliā inclinationem vis positi nominis mutari; vel certe posse eum per catachresin casum appellari. Certe cum ad explicandam illā varietatem nominis sex inclinationum figuræ

guræ operentur, & vnaquæque in statu suo est, suam plenam significationem habeat, respectu huius alterius significationis inclinata videatur, tam nominatiuus respectu cæterorum, quam cæteri respectu eius, & velut inter se intelligitur varietate enunciationis obnoxius. Quæ ratio his magis congruit, qui non naturalem, sed fortuitum casuum ordinē dicunt. Habet enim & nominatiuus inclinationes syllabæ, si alios casus considetes. Hoc sane consensu omnium ipsi datum est, vt vnus ipse rectus, cæteri vero appellentur obliqui, propterea quod ille vnus proprie ex consilio quodam figuratus videtur; cæteri ab eo inclinari intelliguntur, excepto vocatino, quem ipsum plerique Rectum, alii recti similem nuncupauerunt. De ordine autem casuum adferuntur quædam rationes, vt nō forte nec temere, sed naturali quadam via, hic qui est ordo videatur inuentus. Ablatiuum casum græci non habent, denique hunc Varro interdum Sextum, interdum Latinū appellat, quem rectissime nostri sermonis vsus inuenit, qui plurimum a datiuo differt. Aliud est enim dicere huic rhetori, aliud, ab hoc rhetore, & intantum recte hunc casum additum constat, vt etiam Septimum casum vsus nostri sermonis exposcat, qui septimus casus ablatiui formā habet, sed præpositione subtracta. Interest enim primum, cum dicimus, *Ab oratore venio*, &, *Oratore magistro vtor*. Ergo ad intellectum necessarius est hic casus, etiamsi a declinatione remotus est. Plerique etiam Octauum casum putauerunt addendum, vt, *dignus munere, mactus virtute*; sed hoc septimo casui adnumerādum nulla dubitatio est. Quædam nomina cum in vsu sex casus habent, declinationes non totidem habent, quo fit vt formæ casuales sint sex: monoptotos, diptotos, triptotos, tetraptotos, pentaptotos, hexaptotos. Monoptotos forma est, quoties in omnibus sex casibus nomina similiter declinantur, flectique non possunt, vt cornu. Diptotos forma est, quoties nomen per omnes sex casus duarum tantum vocum habet mutationem; quamuis quidam dicant diptoton non inueniri, vt Iuppiter, Iouis, Diespiter. Triptotos est forma, quoties nomen in sex casus tribus vocibus immutatur, vt scamnum, scrinium. Tetraptotos est forma, quoties nomen in sex casibus, quatuor vocibus immutatur & flectitur, vt flamen. Pentaptotos est forma, quoties nomen in sex casibus varietates inclinationum quinquies experitur, vt est cato, Agamemnon, mus, lepus. Hexaptotos est forma, quoties formam per omnes sex casus varietas declinationis operatur, vt, vnus, solus, nullus. Sed in his formis hoc regulariter tenere debemus, quod neutra nomina neque hexaptota, neque monoptota esse possint, fere enim triptota esse possunt. Est tamen nomen quasi monoptotos genus, quod neque per omnes casus eat, & per quos vadit, vnam tantum inclinationem seruat; nominatiuum, accusatiuum, vocatiuum, vt hoc virus. Nam vnam inclinationem habet, & cæteros casus nō habet. Simile est fas & nefas. Item regulariter tenere debemus, quod pluralia cuius generis sint nomina, neque vnius neque omnium casuū esse possunt. Vnde ea nomina quæ nullam inflexionem neque per numeros, neque per genera sentiunt, Aptota nuncupantur, vt est frugi, nihili, nequam, nugas. De qua forma sunt omnia nomina literarum & nomina numerorum a quatuor vsq; ad centum, nam ab vno vsque ad tres per omnes casus numeri declinantur. item a ducentis & deinceps; præter mille, quod aptoton est. Nec hæ solæ varietates in omnibus inueniuntur. Nam sunt quædam nomina, quorum nominatiuus casus in vsu nō est, vt si quis dicat, hunc laterem, hanc ditionem; nominatiuum eius nunquam inueniet. Item si quis dicat, talis; huius nominis genitiuum in vsu non esse perspiciet. Deinceps si diligentius rimetur, inuenientur per omnes casus multa no-

mina deficere, tamen vt non per singulos, sed plures casus deficiant. Interdum vnius tantum casus significationi seruiunt, vt tabo, *Inficiant pabula tabo*. & sponte, quum & spontis lectum sit. In quo etiam illud nouum inueni, vt plerunque alterius casus formam nominatiuus occupet, incipiatque deesse ille casus, cuius formam nominatiuus obtinuit, vt alius. vtique hic alius casus est nominatiuus; huius alius dicere non possumus, & ideo caret genitiuo etiam hoc nomen. Item sunt nomina, quæ cum declinationem non habeant, diuersos tamen casus, etsi non omnes, significatione repræsentant, vt nefas significationem exhibet accusatiui: *Illa dolos dirumque nefas*. Item: *nefas quo triste fi. ret* Item nominatiui, vt, *pro nefas*. Similiter etiam fas, omnes has casuum significationes exhibet. Tale est in pluribus In plurali numero non habet nisi tres casus. Interdum etiam varietas est, vt in aliquo nomine omnes casus declinationis expleantur, sed alio atque alio nomine, vt Iuppiter, Iouis, & reliqua. Præterea illud etiam diligenter considerare & seruare debemus, quod sunt nomina quę certos casus secum coniunctorum nominum trahunt. Trahunt autem vel genitiuum, vel datiuum, vel accusatiuum, sed figurate, vel ablatiuum, vel etiā septimum casum. Genitiuum sic trahunt, *auidus auri, abstinens cibi, ignarus belli, securus amorum*. Datiuum sic, *infestus hosti, grauidus amicis*. Accusatiuum sic, sed figurate, *doctus sermonem, sciens palæstram, exosus bella, præscius futura*. Ablatiuum sic, *secundus a Romulo, alter a Sylla*. Septimū casum sic, *dignus munere, mactus virtute*. Sunt quædam nomina, quæ cum similem nominatiuum habeant, dissimiles declinationes per obliquos exhibent casus, vt, frons frontis, frons frondis, & deinceps Item contra ex dissimili nominatiuo similes exeunt obliqui casus, vt hæc fortis & hic fortis, huius fortis, huic forti, ac deinceps. Nunc de analogia & de regulis, de quibus parte libri huius iura quædam libauimus, quæ apta dicemus, si prius de differentia harum dixerimus.

Analogia est, quam nos Proportionē dicimus, hæc quæ ad Grammaticam pertinet, longe angustior & contractior res est quam Regula. Hæc enim latius generaliusque definitur. Analogia autem in paucis exemplis similium ratione versatur, intantum, vt plerunque etiam in his dictionibus, quæ regulæ non seruiunt, quæque sub regulam non cadunt, inueniri analogia possit, sicut suo loco paulo post demonstrabimus. Ergo analogia nominum in collatione maxime parium est, vt homo sermoque; & similitudine diminutiuorum, quæ ab his veniunt, consistit atque perspicitur. Regula autem generalitate quadam magnam multitudinem nominū comprehendit, quæ sub eandem rationem cadunt. Atque ipsarum quoque regularum, aliæ sunt aliis magis generales, sicut mox apparebit. Nunc igitur de Regulis, quas Græci Canones appellant, dicemus, ac prius de his, quas ablatiuus casus numeri singularis ostendit, quoniā hæ breuiore quadam via ad emendationem loquendi sufficere posse creduntur.

Omnia nomina ablatiuo casu singulari quinque literis vocalibus terminantur. Igitur per singulas literas quemadmodum similiter sibi per omnes casus nomina, quæ ablatiuo fuerint terminata respondeant, quam breuissime disseremus. Quæcunque nomina ablatiuo casu singulari A litera fuerint terminata, genitiuū pluralē in rum mittunt, datiuū & ablatiuū in is syllabam mittunt, vt ab hac Musa, harū Musarum, his & ab his Musis. Quæ regula exceptionē tamen recipit in his nominibus, vbi ambiguitas discernēda est. Nā datiuū & ablatiuū non in is sed in bus exire, necessitas cogit, vt dea, filia deabus, filiabus, ne deos, nō deas significare videamur. Ea quoq; nomina quę ablatiuo singulari o litera terminātur, similitudi-

litudinē regulæ obtinent cū superiori, nā & ipsa genitiuum pluralem in rum, datiuum & ablatiuum in is syllabam mittūt, vt ab hoc magistro, horum magistrorum, his & ab his magistris. Quæ & ipsa regula exceptionem quorundam nominū recipit, quæ datiuum & ablatiuum pluralem non in is, sicut diximus, sed in bus mittunt, vt ab hac domo, ab hoc iugero, domibus, iugeribus. Quæ tamen varietas ex auctoritate veterum declinationis exorta est. Illi enim ablatiuum & ab hac domu & ab hoc iugere declinabant, quā declinationem secuta est ratio vt datiuus & ablatiuus in bus terminentur. Sed euphonia, quæ plus in vocibus valet, pluralem numerum antiqua ratione retinet, quum declinationem ablatiui singularis abiecerit. Ea vero nomina quæ ablatiuū singularem E litera terminantur, duplicem formam obtinent. Nam si producta est e litera, in rum mittit genitiuum pluralem, datiuum & ablatiuum in bus, vt ab hac specie & reliqua. Quæ regula genere tantum feminino dicitur. Quod si e correpta fuerint terminata, hæc genitiuum pluralem in um, datiuū & ablatiuum in bus syllabam mittunt, vt ab hoc pariete, horum parietum, his & ab his parietibus. Quæ regula in quibusdam nominib discretionem recipit, vt ab hoc vase, hæc genitiuum pluralē horum vasorū facit, datiuum & ablatiuum vasis. Sed & hic etiam euphoniæ ratio varietatem regulæ attulit. Veteres enim ablatiuū singularem ab hoc vaso, non ab hoc vase declinabant. Quæcunq; nomina ablatiuo casu singulari u litera fuerint terminata, genitiuum pluralem geminata u litera in uum, datiuum & ablatiuum in bus mittunt, vt ab hoc fluctu horum fluctuum, his & ab his fluctibus. In hac autem regula plerique se antiquitatem sequi destinantes, u literam retinent, vt fluctubus potius, quā fluctib. dicant. Sed consuetudo improbauit, neq; in aliis nominibus, quam vbi est ambiguitas discernenda retinetur; vt ab hoc artu, artubus retenta u effetamus, ne artes potius quā artus dixisse videamur. Quęcūq; nomina ablatiuo casu singulari i litera fuerint terminata, genitiuum pluralē in ium, datiuū & ablatiuū in bus mittunt, vt ab hac puppi, harum puppium, puppibus. Datur tamen hic quædam obseruatio, quę dirigat iudicium nostrum, si quando dubium est, vtrum ablatiuus singularis i an e debeat terminari, itemque vtrum accusatiuus singularis in im an in em. Nam si in diminutione vltimæ syllabæ vocalis a nominatiuo veniens producatur, facit contingere in vtroque casu i ponendum, sicut hæc turris, turricula, ac perinde a turri turrim facere. Quod si non producatur vocalis, vt hæc securis securicula, tunc facere debemus a secure, securem. Sed ita consuetudo & auctoritas varie contra hæc pugnat, vt pletique in hac parte dubium dixerint ablatiuum, certe & qui ablatiuum i litera efferunt, septimum casum ad e redigūt interdum, vt Virgilius, *Puppi sic fatur ab alta.* Lucanus, *Deserta puppe magister.* Licet & ipsum septimum varient, *Classe veho mecum. Aduectum Aeneam classi.* In hac regula duo noua accidunt. Vnum quod facere accusatiuus pluralis in is syllabam compellitur, quo scilicet discretio sit inter ipsum & nominatiuum & vocatiuum, tamen qui similes sunt frequenter. Aliud quoque, quod accusatiuum singularem in i litera sæpe commutat, vt puppim, messim, restim; potius quam puppem, messem, restemq; dicamus. Nec tamen perpetua est hæc regula. Nam inueniuntur quædam nomina aliter inclinata in genitiuo plurali, vt ab hoc vigili, pugili, horum vigilum, pugilum; quę duo analogia inter se confert, quamuis regulæ non seruiant. Et quoniam de genitiuo plurali in ium exeunte mentio facta est, adiiciendæ sunt necessarium aliæ duæ regulæ, per quas idem hoc plerunque euenire manifestum est. Vna est, quoties nominatiuus singularis n & s literis terminatur, tū enim genitiu' plura-

lis necessarium in ium exit, vt hic mo[...] horum montium amans amantium. [...]tra quæ regula non peræque ma[...], vt infantum. nam infans infantum facit. Alia est regula, quoties ablatiuo casu singulari feminina nomina correpta e litera terminantur; vt ab hac nocte, clade, cæde, noctium, cladium, cædium, quod & ipsum tamen non est perpetuum; nam sede sedum facit, non sedium. Addunt quidam tertiam regulam, Quoties communia nomina nominatiuo singulari a & s literis terminãtur, vt nostras, Priuernas, optimas, prægnas. tum enim nostratium, Priuernatium, optimatiũ, prægnatium faceres. Quoniam quidem neutrũ genus illic insitum est, cui in plurali nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo, i litera familiaris est, vt hæc nostratia & nostratium. Sed hæc regula eadem mihi videtur, quæ est superior. Nam hæc omnia, quæ exempli causa posuimus, communis generis sunt. Inde si eligamus feminina, faciunt ab hac nostrate, ab hac Priuernate, ab hac optimate, ab hac prægnate. Ac perinde iuxta priorem regulam genitiuus pluralis in ium exeat, exemploq; feminini generis etiam cætera genera declinabuntur. Et hic est locus in quo efficitur, vt plerunque regulę sibi videantur esse contrariæ. Nam prout est generis ratio, per ablatiuum elicitur genitiuus pluralis. Igitur declinationis euphonia quæ in hac præcipue regula monstrante directę sunt, & a genere ad genus sæpe vsurpatæ, vt puta ab hoc hoste, hostium dicimus, cũ nulla regula in ium exigat, quod masculini generis est; sed cum ab hoste dicamus, secundum regulam feminini generis hostium præsumimus, quod ita etiam euphonia persuadeat. Item contra non dicimus, masculino cœlestum genere, ablatiuum contemplantes, ab hoc cœleste. nam feminino, ab hac cœlesti. Hoc videntur obseruare, qui infantum declinarunt, vt masculino genere cogitarent; ab hoc infante, omisso quod n & s litera nominatiuus singularis ter[...]aretur. Sane plerique omnes has [...]ulas, quæ genitiuum in ium mittunt, dicunt etiam accusatiuum pluralem in is mittere, vt has puppis, hos montis, hos optimatis; sed in hoc quoque sequenda euphonia est. Pleraque enim ex omnibus istis regulis consuetudine cernimus immutata. Constat tamen & genitiuum pluralem in ium & accusatiuum pluralem in is non ab aliis regulis venire, quã ab his quæ prædictæ sunt; & si ipsæ istæ, in eo vim suam hac non perpetua obseruatione custodiunt. Nunc quoniam plenissime exsecuti sumus, ablatiuo singulari regulas numeri pluralis, scire generalitatem debemus, esse multa nomina quæ ad istum ordinem, id est, ablatiui, non pertineant. Id adeo duplici modo euenit. Primus modus est, quod quędam nomina nec cadunt quidem in has regulas, vt sunt ea quæ semper pluralia sunt, veluti Saturnalia, compitalia. Item non cadunt quædam de monoptotis, vt fas, nefas, virus. Item quædam de aptotis, vt est nequam, quoniam omnia hæc aut literam ablatiui, aut ipsum ablatiuum non habent singularis numeri, a quibus dirigantur. Itaque sua propria obseruatione declinantur. Secundus modus, quo etsi cadunt in regulam, regulæ tamen veluti addictæ non seruiunt, ea sunt quæ semper singularia sunt, vt lux. Itemque septimi tantum casus singularia sunt, vt sponte, tabo. nihil enim prodest esse literam in his nominibus ablatiuo singulari debitam, cum alia plurali numero non adtingant, alia eodem modo non mutent. Item græca quæ e litera correpta terminantur, vt ab hoc schemate. Hoc enim liberum est nobis, & ad nostram regulam declinare, vt horum schematum, his & ab his schematibus; & in contrarium ducere quæ nostra non sunt, vt schematum schematis declinemus, sicut plerunque & in Cicerone & in Varrone legimus.

Atque hæ quidẽ regulæ abũde sufficere creduntur ad emendationẽ loquendi, verun-

veruntamen ne in ipso ablatiuo singulari casu diuinatio potius quam ratio putetur, qua via ad eum venire oporteat explicabo. Igitur de regulis singularis numeri pauca dicēda sunt, in quo mihi difficile & arduum videtur a nominatiuo incipere singulari. Is enim nullam ex se fere certam rationem emittit, cui seruire necesse sit conditionem casuum cæterorum. Nam plerunque nec consonans, vbi ad declinationem ventum est, vna succedit. vt nepos nepotis, custos custodis, flos floris. Plerunque vocalem quidem in eo positam obliqui casus seruant, vt ecce Iuno Iunonis facit. Plerunque non seruant, vt Cupido Cupidinis, caro carnis, Anio Anienis. Plerunque ab eodem nominatiuo simili, obliqui casus in ipso fine dissentiunt, vt gener generi, celer celeris facit. Item mulier & vter, mulieris & vtris. Plerunque tempus non æqualiter seruant, vt sopor & arbor, soporis facit & arboris, Cicero Ciceronis. Cum hæc inconstantia sint, tum illud accidit, quod ipse nominatiuus, vt puta qui duodecim, sicut iam dixi, literis terminatur, quarum semiuocalibus & mutis c & t pluri̅i complexus sunt, cum proloquendi varietate nascuntur, infinitus pene & interminatus est. Ergo ob has difficultates ab eo ordine regulas supersedimus, quæ neque ratione certæ sunt & numero inexplicabiles.

Ordiamur ergo a genitiuo singulari, qui cum & ipsa natura quodāmodo per se valeat, non enim rationi alicuius præcedentis casus debet, cur hoc aut illo modo efferatur, cæteros ex se gignit atque explicat. Atqui hoc ausus sim dicere, omnis illa varietas, quam plerique a nominatiuo conati sunt explicare, tribus quatuorue a genitiuo certis regulis includitur. Ergo ex qualitate nominatiui inflexione Genitiuus singularis tres fere formas exhibet. aut enim in is terminabitur, vt celer celeris, aut in i, vt aper apri, aut in æ, vt Musa musæ. Quoties in is terminatur, datiuum in i mittit, accusatiuū in em, vt huic celeri hunc celerem. Datiuus porro i terminatus ablatiuū singularem aut similem sui exhibet, aut in e compellit, vt est hoc ipsum nomen, ab hoc celere. Similem vero sui exhibet, vt est puta huius nauis, huic naui, ab hac naui. Quoties vero i terminatur genitiuus, vt huius apri, datiuum in o mittit, accusatiuum in um, vt huic apro, hunc aprum, ablatiuum vero similem datiuo efficit, vt ab hoc apro. Quoties vero genitiuus singularis æ syllaba terminatur, vt huius Musæ, similem sui efficit datiuum, & accusatiuum in am cogit, huic Musę, hanc Musam. Hoc cum erit, non solum vocatiuus, sed & ablatiuus nominatiuo erunt similes, vt o Musa & ab hac Musa. Atqui his quidem tribus regulis omnis pene nominū multitudo concluditur, sed quædam extra hæc in paucis admodum nominibus aliter eueniunt, quæ & ipsa breuiter adiūgemus. Hæ quatuor tantū formæ sunt. Prima est cuius genitiuus in us producta exit, vt huius vultus. hic datiuum inflexione quadam torquet in ui, vt huic vultui. Accusatiuum in um mittit, vt hunc vultum. Ablatiuum in u cogit, vt ab hoc vultu. Secunda est, quæ simili genitiuo datiuum in i vel u torquet, sed vltima cōsonante fraudat, ac deinde per cæteros casus idem hoc exhibet, vt huius genus huic genu, & deinceps. Tertia est, cuius genitiuus cum inflexione quadam ꝓfertur, vt huius diei. hic datiuum similē sui efficit, accusatiuum in em cogit, ablatiuum e producta terminatur. Quarta est, cum alio modo inflexus est genitiuus, vt huius solius. hic datiuum in i compellit, accusatiuum in um, ablatiuum in o cogit, simile est neuter, vter, neutrius, vtrius. & hi genitiui communes sunt omnium generum, feminino scilicet & neutro & masculino. Hæc sunt declinationis discrimina numeri singularis, quæ nos via quadā ad ablatiuum ducūt, qui declinationē rursum numeri pluralis informat. Et tamen quāuis dixerim⁹ nominatiuū singularē, & inexplicabilem esse & incertū,

eius quædam, quæ certa ratione procedunt adnotanda credimus, quo omnis ratio ex quolibet casu orta videatur. Diximus genitiuum interdum i litera terminari, vt huius apri, sed ea res differentiam recipit, plerunque enim geminat i literam. Quando igitur gemina terminari debeat, nominatiuus singularis ostendet, si enim in us vel in um, præcedente i vocali, nominatiuus fuerit terminatus, i litera in genitiuo geminabitur, vt Tullius, lolium, Tullii, lolii. Quãquam a plerisq; iam per vnam i efferatur iste genitiuus, vt est, *promissa Lauini Mœnia*: *Pauperis & tuguri*: *nec cura peculi*. Item vt diximus, genitiuus is terminatur plerunque tamen vltimam cõsonantem perdit, hoc quemadmodũ fiat æque nominatiuus ostẽdet. Nã si quando nominatiuus es syllaba terminatur, vt Achilles, Vlysses, potest genitiui vltima consonans subtrahi, & facit huius Achilli, Vlyssi. Item cum vocatiuum semper æqualem, ac plerunq; sui similem gignat, certis & diuersis regulis inæqualẽ & dissimilem creat. Hæc adeo huiusmodi sunt, nam aut minorem syllabam constituit, vt hic Tullius, o Tulli: vel literam, vt hic Æneas, o Ænea, hic Orontes, o Oronte, hæc Amaryllis, o Amarylli: vel subtracta vna litera consonante, etiã minuit syllaba, vt hic Proteus, o Proteu: vel consonante numero syllabarum, aliis literis subtractis, alias sæpe supponit, vt hic Latinus o Latine, hic doctus o docte, hic nucleus hic eculeus, o nuclee, o eculee; licet in hac causa i plerunque non mutetur, vt, *socer arma Latinus habeto*. Est etiam non alia obseruatio circa declinationum regulas, quam & ipsam quantum fieri poterit, breuissime demonstrabo.

Genitiuus singularis sicut iam ostendimus, omnibus cæteris post se casibus, excepto vocatiuo, qui totus ex nominatiuo pendet, viam quandam præbet in numero singulari. Neque in eo solum præualet, verum & nominatiuus pluralis ex hoc eadẽ quoq; ratione nascitur; Qui nominatiuus rursum cæteros numeri sui casus format. Ita fit vt non solum singularis, sed pluralis numeri ratio a genitiuo singulari sumat exordium, qui ipse liber neq; vlli obnoxius, cæteros casus certa ratione disponat. Hoc igitur quemadmodum fiat, quam breuissime potero, declarabo. Quoties genitiuus singularis æ syllaba terminatur, siue de latino siue de græco adsumptis nominibus, per tria genera currit, masculinum, vt Pansæ, Niciæ: femininum, vt paginæ, Helenæ: cõmune, vt aduenæ. Hoc cum euenit, omnia hæc genera nominatiuum pluralem sui similem habent. dicimus enim hi Pansæ, hi Niciæ, hæ paginæ, hæ Helenæ, hi & hæ aduenæ. Item nominatiuus pluralis vna ratione omnes post se casus format. Nam genitiuum in rum mittit, datiuum & ablatiuum in is mittit, accusatiuum in as, vocatiuum vero sicut in omnibus similem sui habebit. Dicimus enim, horum Pansarum, harum paginarum, aduenarum: his & ab his Pansis, aduenis, paginis: has Pansas, has paginas, hos & has aduenas: & o aduenæ, Pansæ, paginæ. Quoties vero genitiuus singularis i terminatur, per duo genera tamen currit, masculinum, vt Afri, teneri, viri, Marci, nuclei, & neutrum, vt scamni, masculini generis nominatiuum pluralem similem sui efficit genitiuus singularis, dicimus n. hi Afri, hi teneri. & deinceps. Neutrum vero genus nominatiuum pluralem in a cõpellit, dicimus enim, hæc scamna. Nominatiuus pluralis genitiuũ in vtrolibet genere in rum, datiuum & ablatiuũ in is mittit, dicimus enim horũ Afrorum, scãnorũ: his & ab his Afris, scamnis. Hęc vno modo distabunt genera, quod in neutro tam accusatiuus quã vocatiuus nominatiuo similes erunt, vt hęc scamna, o scamna: in masculinis generibus, vocatiuus tantũ similis erit nominatiuo, vt hi Afri, & o Afri. accusatiuus aũt in os cõpellitur, vt hos Afros. Huic regulæ adplicabũtur etiã ea nomina, quę genitiuo singulari i gemino efferuntur. nam & ipsa non nisi masculini & neutri generis sunt, vt huius

Anto-

Antonii, huius lolii. Quæ quoniam similiter, vt superior regula nominatiuo plurali efferuntur, ita nominatiuo per cæteros casus, simili, vt supradictum est ratione flectuntur. Item in quibusdā similis regula est, eorumq; genitiuū singularē in ius terminant, vt huius, vnius, solius, vtrius; quem genitiuum communem omnium generum esse supra diximus. Masculino ergo genere nominatiuū in i cōpellit, dicimus enim hi soli, hi neutri. Feminino in æ, dicimus enim, hæ solæ, hę neutræ. Neutro in a, dicimus enim hæc neutra, hæc sola. Iam a nominatiuo plurali omnia genera similiter genitiuum in rum, datiuum & ablatiuum in is mittunt, dicimus enim horū solorum, neutrorum, & harum solarum, neutrarum: his & ab his solis, neutris. Masculino genere accusatiuum in os compellit, dicimus enim, hos solos. Neutrum vero accusatiuum similem efficiet & nominatiuo & vocatiuo, vt hæc sola, & o sola. Quæ vero nomina genitiuo singulari in ei terminantur, hęc tantum feminina erunt, vt huius faciei, diei, rei. hoc cū euenit, nominatiuus pluralis in es compellitur, vt facies, dies, res. A nominatiuo vero genitiuus vniusmodi erit, exit enim in rum, vt harum facierum, dierum, rerum; datiuus vero & ablatiuus contra consuetudinem genitiui in rum exeuntis in bus syllabam terminantur, vt faciebus, diebus, rebus. Cæteri casus similes erunt nominatiuo, vt has facies, & o facies. Eorum vero nominum quæ us genitiuo singulari terminātur, æque ratio est. Nam ea vel masculina sunt, vt exercitus, vel neutra, vt cornu & genu, genitiuū singularem, vt huius cornus, huius genus. Cum masculina sunt, omnimodo nominatiuus pluralis similis erit genitiuo, vt huius exercitus, hi exercitus, cum neutra sunt in ua compelluntur, vt cornua genua. In vtroque genere tres casus similes sunt, genitiuus vero in uum, cornuum, genuum, exercituum; datiuus & ablatiuus in bus, genibus, exercitibus, cornibus. Nomina vero, quæ i & s literis genitiuo singulari terminantur, paulo habent diffusiorem & obscuriorem rationem; vtpote cum longe plura in hanc regulam cadunt, vt hæc breuiter explicanda sunt, ita acutius attendenda. Primum enim per omnia genera grandis sonus nominum prouenit, cum varietatum aliquid nascitur, quod in superioribus regulis non euenit. Ergo quoties singularis genitiu' is syllaba terminatur, si masculini generis fuerit, nominatiuum pluralem in es compellit, vt huius Ciceronis, turturis, imbris, montis; hi Cicerones, & deinceps. Femininum quoque genus æque nominatiuus pluralis in es compellit, vt huius arundinis & hæ arundines, & cætera deinceps. Quæ de communi quoque genere, feminino scilicet & masculino, his præmissis, intelligimus, dicimus enim huius tibicinis, huius iuuenis, fidicinis, hi & hæ tibicines, iuuenes, fidicines, ciues, nostrates. Neutrum genus dissentit ab omnibus generibus; nam nominatiuum pluralem vel in a vel in ia compellit: in a, vt nomina, capita: in ia, vt monilia, tribunalia. Nunc in hac regula, quam rationem nominatiuus pluralis cæteris casib. pluralib præstat, diligēter perspiciamus. Et primū illud scire debemus quod in omnib generibus, nisi vbi iuxta premissas dudū regulas accusatiuus in is cōpellitur, tres casus similes erunt. Tū illud est, quod datiuus & ablatiuus ex quouis genere in bus exeunt. Genitiuus vero varietatē recipit, nā tum in um, tū in ium cōpellitur. Idq; ita perpetuū est, vt ex omni genere id eueniat. Nā de masculinis, Cicerones, turtures, Ciceronū, turturū; imbres, mōtes, imbrium & montiū faciūt, & reliqua. Et ex femininis, hirūdines, arbores, hirūdinum & arborum; rupes & lites, rupium & litium cogunt. Ex communibus, tibicines, iuuenes, tibicinum & iuuenum; nostrates & ciues, nostratium & ciuium conficiunt. Ex neutris, nomina & capita, nominum & capitum; monilia, tribunalia, monilium, tribunalium esse compellunt. Satis quantum arbitror de

obſeruatione regularum & abunde dictum eſt; quam ſi quis aduertat diligenter, inueniet nullam eſſe, quæ non vndecunque quæſita in harum aliquam cogi poſſit.

Nunc de incrementis ſyllabarũ, quoniam & ipſum ad rationem quandam pertinet, breuiter pauca dicemus. Singularis numerus partim nullum incrementum ſentit, partim diuerſo & vario cumulatur augmento. Ea quæ ſingulari numero non creſcunt, quatuor modis plurali numero experiuntur augmentum. Primus modus eſt, vt ſtatim nominatiui plurales creſcant, & æquale incrementũ per omnes caſus ſeruent, vt monile, monilia, monilium, & deinceps. Secundus modus eſt, cum a genitiuo plurali augeri incipiunt, idque ad finem vſque cuſtodiunt, exceptis caſibus quos neceſſe eſt nominatiuis ſimiles eſſe, vt hæc nauis, harum nauium, his & ab his nauibus. Tertius modus eſt, cum datiuus & ablatiuus plurales tantum augentur, vt hic canis, canum, his & ab his canibus. Quartus modus eſt cum genitiui tantum plurales increſcunt, vt hic doctus, horum doctorum. Eorum vero quę ſingulari augentur numero, quatuor modis ſunt in ipſo ſingulari numero auctus, cæterũ in plurali paulo plures ſunt, id oſtenditur exemplis. Primus modus eſt eorum, quæ in genitiuo tantum ſingulari creſcunt, vt ſolus ſolius. hæc identidem plurali genitiuo tantum creſcunt, vt ſoli ſolorum. Secundus modus eſt eorum, quæ in datiuo tantum creſcunt, vt hic vultus huic vultui. Tertius modus eſt eorum, quę in genitiuo & datiuo tantum ſingulari creſcunt, vt hic dies, huius diei, huic diei. Horum duorum ſimilis auctus eſt in plurali numero. Nam in genitiuo datiuo & ablatiuo creſcunt, vt hi vultus, horũ vultuum, his & ab his vultibus; & hi dies, harũ dierum, his & ab his diebus. Quartus modus eſt, cũ ſingularis numeri a genitiuo vſq; ad finẽ creſcunt; exceptis ſcilicet nominatiui ſimilibus, vt eſt vir, celer, ars, tribunal, horũ omniũ varius auctus eſt in plurali numero. Nã primũ exẽplum genitiuo tantũ plurali creſcit, vt hi viri, horum virorũ. Secundum exẽpeum datiuo tantum & ablatiuo creſcit, vt hi celeres, his & ab his celeribus. Tertium exẽplũ genitiuo tantum datiuo & ablatiuo creſcit, vt hæ artes, harũ artium, his & ab his artibus. Quartum exẽplum ſupra omnẽ ſingularis numeri modũ a nominatiuo plurali ſumit ſtatim augmentum, idq; ad vltimũ ſeruat, vt hæc tribunalia, & deinceps. In has omnes regulas monoſyllaba non cadunt, ſuę enim poteſtatis ſunt, & ſuo more vel inclinationem vel augmẽtum experiuntur.

Abunde de regulis dictum eſt. Nunc quẽadmodũ nos dirigere analogia poſſit, breuiter oſtendã. Si quando aliquid controuerſiæ accidit, quę nos in diuerſum aliqua ratione trahere conetur, analogiã primo requiremus, ex qua quę portio eligẽda ſit, per euphoniã iudicabimus; vtputa multi genitiuũ huius ſenati dicunt, alii huius ſenatus. Diſcutiat hoc totũ primo analogia, ſi huius ſenati, ſicut huius docti; ac perinde horũ ſenatorũ, ſicut doctorũ, hos ſenatos, ſicut hos doctos ſequi neceſſe eſt. E diuerſo poteſt adferri analogia, vt ſi huius ſenatus, quomodo hui᷒ vult᷒, ac perinde huic ſenatui, quomodo huic vultui, & horũ ſenatuum, quomodo horum vultuũ, & hos ſenatus, quomodo hos vultus. Ex vtraq; parte videmus analogiã allatã. Hic nunc iudicet euphonia, quæ voces aptiores, quę decentiores ſint; ꝑfecto illę quarũ ratio vultui reſpõdet. Quod ſi illæ decentiores ſint, certante inter ſe analogia, variis exemplis id quod pulchrius eſt eligit euphonia. Sane quoniã paulo diximus ſuperius, plerunq; eſſe etiã nomina, quæ extra regulã ſint, in analogiã tamen venire, ſcire debemus eſſe quædã nomina ita propria ac ſola, vt ne in analogiã quidẽ cadant, vt eſt caro carnis, Anio Anienis. Nulla n. alia nomina inueniuntur quæ finita o, aut perdant eã vocalẽ in obliquis caſibus, aut in e transferant.

ferant. Nunc quoniã de latinis omnibus declinationibus abunde dictum est, quẽadmodum debeant peregrina declinari, breui ratione monstrabimus.

Nominũ peregrinorũ declinatio est. Omne peregrinũ nomen, siquidẽ id iam receptũ est, vt Gallorũ manni, Medorum aciuaces vel gaza, Pœnorũ tubur, dirigi ad eius latini similitudinẽ debet, cui proximũ est; vtputa nominatiuo, vt hic acinacis, simile huic video esse, hic Tiberis. Itẽ nominatiuo, hic mannus, simile huic video esse, hic Marcus Item nominatiuo hoc tubur, simile huic video esse, augur. Itaq. sicut Tiberis ita acinacis, sicut Marcus ita mannus, sicut augur ita tubur declinabuntur. Sed in his maior obseruatio est circa græca nomina, quibus frequentius vtimur. Quę igitur obseruatio declinandorũ Gręcorũ vocabulorũ teneri debeat, quã breuissime fieri potuerit explicabo. Grecorũ nominũ inclinatio est, quę vsurpamus. Nominatiuus singularis cõsiderari debet, qui si suo in statu manet, neq; in latinã formã mutatur, inclinatio græca sequẽda est, vt Pan, Pęan, Delphin, Autonoe, Agaue, hoelu, Prothe⁹. Quodq; in suo statu nõ manebit atq; in nostrã formã transferetur, nominatiui inclinatio nostro more cõpellitur. Id adeo fere his modis euenit. Primus modus est quo vltima litera græco nomine cõmutatur, vt nos dicimus Helena, cũ illi dicãt Ἑλένη. Secundus modus est, cũ penultima vocalis manente tẽpore mutatur. Dicimus .n. nos Menelaus, cum illi dicant Μενέλαος; vel cum diphthongus vltima inmutatur. dicimus enim nos Achilles cum illi dicãt Ἀχιλλεύς, & ita fit in nostra regula, sicut proles huius prolis. Tertius modus est, cum penultimæ vocalis tempus immutatur, dicimus enim nos Rhetor, cum illi dicant ῥήτωρ. Quartus modus est, cum vltima syllaba amissione consonantis interdũ etiã cũ immutatione tẽporis cõuertitur, vt nos dicimus, Leo, Plato, Agamemno: cũ illi dicant Λέων, Πλάτων Ἀγαμέμνων. hoc modo est, Æneas, Nicias, Melas; dicimus .n. Ænea, Nicia, Mela. Atq; ideo facimus genitiuo, Æneæ, Niciæ, Melæ; sicut Pansa, Pansæ. Sed in eo cũ dicimus Æneas, Pallas, nominatiuũ græcũ nõ mutam⁹, quod hoc exemplũ cõsuetudo obtinuit. Præter hæc sunt multa, quorũ nominatiuos in græco non mutamus, & tamen latine declinamus, vt, Paris, sicut cinis, lapis; Musa, sicut Pansa: Chremes, sicut proles. Sed interest inter se multũ, vtrũ ille nominatiuus græcus nõ mutetur, qui latino similis non est. Cæterũ si ille non mutetur, qui latini similitudinem attulit, tantundẽ quasi mutat⁹ sit, atq; facit ideo Paris Paridis, nõ Paridos, vt cinis cineris; & Paridẽ, vt cinerem, nõ Parida; & Musa Musæ, non Muses. Vbi. n. similitudo est nostræ regulæ, nostra sequi potius quam peregrina debemus. Deniq; interdũ cum huiusmodi nominatiui incidũt, a plerisq; auctorib⁹, quędã ex his duplici modo declinantur, & tanquã ad græcã similitudinẽ, & tanquã latinã, vt, *Iubeo Chremetẽ*, & postea *Etiã puerũ inde abiens cõueni Chremẽ*. Atq; hæc omnia ita dicta sunt, vt sciamus maxime euphoniã sequendã. Nã vt his nominib. quę declinationẽ latinã recipiunt, pletũq; poetę aliquos casus sibi eligunt, & maxime accusatiuos, quos græce efferant, cum alios eorundẽ nominum casus enuntiare græca declinatione non audeãt, velut, *Tros Rutulusue*, &, *Tris Notus abreptas*, &, *Quid Thesea magnũ*. Ita etiã de illis nominibus, quæ græcæ formæ propter regulã addita sunt, si id tolerabiliter fieri poterit, vsurpandi sunt alii casus latinę declinationis, modo maxime genitiuo, vt si aliquis Pæanis potius quã Pęanos dicat, hoc impensius faciendum est, quod vbi decora datur occasio nostris vti, non debemus aliena sectari.

DE VERBO.

VErbum est pars orationis factũ aliquod habitumue significans cũ tẽpore & persona sine casu. Factũ quod significatur, agentis aut patientis vim continet. Agentis, vt seco, vro. Patientis, vt secor, vror. Cum vero neutrum

horum significationi inest, habitus quidam tantummodo demonstratur, vt est, sto, sapio, viuo. Eorum autem quę actum significant, quædam talia sunt, vt in alio actus, in alio passio constituta sit, vt cum dicimus, seco, vro, necesse est, vt administrantem & patientem vnius intellectus ratio comprehendat. Quædam vero talia sunt, vt nullum patientem extrinsecus necesse sit intelligi, vt cum dicimus, sedeo & ambulo. Similiter quoque ea quæ patientem habēt, interdum eiusmodi sunt, vt agentem extrinsecus demonstrent, sicuti est secor, pulsor. Quædam autem eiusmodi sunt, vt patientia quę significantur nullam agentis personam trahant extrinsecus, vt est, esurio, algeo. Quædam dicuntur, vt non sint plena, nisi aliquid addatur, vt vult, decernit, iubet. nisi enim addas, quid velit, quid decernat, quid iubeat, plenus intellectus nō est. Quædam vero absolutum habent intellectum, vt sitit, esurit, satur est, neque opus est eiusmodi adiectione, quid esuriat, aut quid sitiat, aut a quo satur sit. Quædam talia sunt, vt patientia vel ex voluntate vel contra voluntatem euenisse videantur. ex voluntate, vt doceor, ditor: contra voluntatem, vt vror, secor. Quædam vero talia sunt, vt neutrum horū, sicut Probus vir doctissimus adnotat, admittant, vt algeo, æstuo. Neque enim, inquit, latine congrue dicitur, volens aut inuitus quis æstuat aut alget; quum hoc ex necessitate pro qualitate temporis euenire videatur. Quædam eiusmodi sunt, vt nisi persona adiecta sit, plenum intellectum non habeant, velut pingit, quis? Apelles. declamat, quis? Cicero. Quædam vero ex contrario eiusmodi sunt, vt ad plenitudinem intellectus, a quo scilicet administrentur, opus non sit adiectione personæ, vt pluit, tonat; sine dubio enim intelligitur Deus. Item quędam verba sunt, vt ait Probus, parua vsu non figuræ eatenus distinguuntur, vt quasi propria quædam singulorum generum vel natura vel consuetudine esse videātur. Masculina e-runt cum masculinæ res suberunt quę significantur, natura, veluti genuit: cōsuetudine, veluti tondetur, vtrunque. n. maribus recte adsignatur. Feminina, quū femininæ res significantur: natura, vt parit, nubit: cōsuetudine vt texit, ornatur; hæc n. feminis apta sunt. Neutra, cū eiusmodi res significantur, vt neq; masculino neq; feminino generi proprie applicari possint. Scire sane debemus, non solū omnes fere partes orationis, sed integrā interdum orationem verbi nomine solere cēseri. Ideoq; & *verba fecisse* dici eū qui locutus sit; propterea que Verba appellata dicuntur, quoniam scilicet oratio fieri nō possit, nisi aere verberato. Sed aliud est quum specialiter vnam partem orationis intelligi volum⁹, de qua nunc loquimur.

Verbo accidunt septem: genus, quod quidam significationem vocāt, qualitas, tempus, numerus, figura, persona, coniugatio. Sed prius quā de singulis dicamus, illud generaliter admonendū est, quod per omnes fere partes quæ verbo accidunt, verba deficiunt, vt sub his ipsis demonstrabimus. Quædam tamen verba non solū in singulas partes, sed interdum in plures defectiua sunt.

Genera siue significationes quinq; sunt. Actiuum, vt lego, scribo. Passiuū, vt legor, scribor. Neutrale, vt sto, curro. Deponēs, vt luctor, loquor. Commune, vt cōsolor, criminor. Horū omnium proprietates sic intelligim⁹. Actiua sunt, quæ o litera terminantur; si accipiant r literā, faciūt ex se passiua, vt lego legor, scribo scribor. Passiua sunt, quæ r litera terminata, eam cum amittunt, redeunt in actiua, vt legor lego, scribor scribo. Sed in hoc plerunq; significationes suas mutant, vt ecce intellectu passiuo, fugio, timeo. nā qui dicit, fugio, timeo, quasi patitur, cū declinatio actiua sit. & contra, qui dicit fugior & timeor, quasi actione nescio quid significat. actus enim est quidam eius qui fugitur vel qui timetur. Hæc consideranda sunt diligenter, & per omnes modos declinationum suarum animaduertenda, v-

trum scilicet omnia conuersa significatione procedant. Neutra sunt, quæ o litera terminata, si accipiant r literam, latina non sunt, vt sto, curro, non enim est latinum, stor, curror. Deponentia sunt, quæ r litera terminantur, si eam amittant, latina non sunt, vt loquor, colluctor; non enim latinum est, loquo & colluсto. Communia sunt quæ r litera terminantur, in duas formas cadunt patientis & agentis, vt consolor, criminor. hæc enim specie tantum passiua declinantur, sed actiua significatio casum accusatiuũ sequitur; dicimus enim cõsolor fratrem, criminor fratrem: passiua vero ablatiuũ tantum, vt consolor a fratre, criminor a fratre. Illud sane aduertere debemus, quod cum neutrale verbum agendi fere significationem habeat, deponens patiendi tantum, contra hoc inueniuntur pleraque verba. nam vapulo, ardeo, veneo, cum neutralis verbi terminentur modo, non actiuam sed vim passiuã habent. Non enim agit, sed patitur, qui vapulat, aut ardet, aut venit. Item fungor, loquor, liceor, cum deponentis verbi modo terminatur. non enim passiuam vim habet sed actiuam; agit enim ipse aliquid qui fungitur, aut qui loquitur, aut licetur, non patitur. Ex quo plerique etiam hanc deponentem significationem neutralem appellant, tribus de causis. Nam sicut illa quæ neutralis dicitur, passiuam declinationem non habet, ita ne hæc quidem actiuam. & sicut illa interdum passionem significat, vt est vapulo, ita hæc vicissim actum, vt est loquor, metior. & sicut illa ideo actiua non est, quia passionem non recipit; ita quoque hæc ideo passiua dici non potest, quia nõ redit ad actiuam. Itẽ sunt anomala quædam, quæ cum formam neutralem habeant, non per omnia neutralem tamen speciem seruant, vt est soleo, audeo. Nam soleo solebam, audeo audebam, actiua ratione declinantur. At vero solitus eram, ausus eram, passiua declinatio est. Ita ergo, quia pro vtraque ratione declinãtur, inæqualia sunt, & a quibusdã quasi nouo nomine & numero adiecto, Neutra passiua dicuntur, de quib. verbis plenius in coniugatione dicemus. Inspiciendum est diligentius num possit, aliquod horum vel borũ ambigui esse generis; vt interdũ in alio atque alio intellectu & actiuũ & passiuum esse possit. Vt ecce lauo & lauor dicimus sub incerta significatione, si de nobis dicamus. At vero, *in fonte lauamur*, aliter dicitur; non enim potuisset dici, *omnes in fonte lauabo*. Item tõdeo vel tondeor si de se dicat, sub ambiguo scilicet genere recte dicitur, aliter *tondere quidem curant vellera*, non enim posset dici, *tonderi quidem vellera curant*. Item *pascit iuuenca*, & *pascitur iuuenca* recte dicitur, absolute sub incerto genere, velut si latine potest dici, *pasco te ad prandium*, & *pascor a te ad prandium*, erit actiuum & passiuum, sicut est, *pascite boues pueri*. Item inspiciendum est, num vt incertum genus efficiatur, semper r litera inferat passiuam & declinationem & intellectum. An modo tum hoc fiat, vt & sublata r litera actiui declinatio & vis inducatur. Puto tamen omnia hæc verba magis neutralia quam deponentia prima ratione, & superuenire ad similitudinem declinationis & intellectus passiui per literã r. Itẽ simile est incesso, quod est actiuũ, cũ dicis, *regina ad tẽplũ incessit*, pro, incedit. In hac significatione additũ r nõ facit passiuũ, nõ. n. incessor, pro incedor, dicas, sed pro, pulsor; cui significationi sublatũ r faciet eiusdẽ interdũ significationis actiuũ, nã ipsum dicere nõ desinit incessere, pro pulsare. Sunt etiã verba incerta significatione, vel ambigui generis inter neutrale genus & deponẽs, vt tõdeo, lauo, fabrico, punio, munero, partio, populo, adsentio, adulo, lucto, auguro, etc. Hęc omnia sub eadẽ vi & in r litera finiũtur, vt tõdeor, & reliqua. At qui omnib' his verbis tempora participiorum accidunt, interdum pene omnia, vtpote, cum liberum sit ab vtrahbet declinationis specie participia præsumpta formare. Ita a:

partio neutrum, patiens fundum, partiturus fundum, a partior, partitus fundũ. Item a munero, munerans muneraturus, a muneror, muneratus. Item noui generis verbũ est facio, ita vt incertæ significationis sit, vtrum hoc neutrale potius an actiuum esse videatur. Nã si formam consideres quod accepta r latinum non est, facio videtur neutrale esse. At rursus quoniam passiuum habet, potest dici actiuum. passiuum est eius, fio; & cuiuscunq; passiuum extat, quomodo potest actiuum non putari? Sed figura vltimarũ literarum quæritur, vocum.n. tantum regulas Grammaticus habet, vtrumq; ne vtriusq; generis habendum est, & erunt in vtroq; duo noua, vt facio verbum, cuius passiuum extat, actiuum nõ sit, & fio verbum quum patientis significationem habeat, actiuumq; eius extet, nec passiuum sit nec deponẽs, sed neutrũ potius habeatur, quoniã nõ r litera terminetur. Simile est vẽdo & veneo, nã vendo agentis significationẽ habet, veneo patientis, eadẽ ratione qua facio & fio. Munerat hospitem, muneratur hospitem, eadem significatio est in vtroq; sub diuersis declinationibus, habet enim in vtroque vim actiuam Huic cõtrarium est, *induit albos Cũ vitta crines*, & *Loricam induitur*, habet enim in vtroq; vim passiuam.

Nunc quoniam per singulas quæ verbo accidunt partes deficere verba paulo ante prædiximus quemadmodum in genere verba defectiua intelligantur, breuiter complectemur. Quędam sic deficiunt, vt non inueniãtur literæ solitæ, quæ prima persona præsentis tẽporis, indicatiui modi, genus demonstrant, o scilicet & r. Ea sunt huiusmodi, vt odi, noui, memini, possum, tędet. Quædam vero non habent quidem primã personam, vt sis, infit, aue. Nec solum hac ratione deficiunt, sed interdum nouum quiddam inuenitur in eo verbo, quo genus per literam declaratur, scilicet vt contra rationẽ cęterorum in fine producta sit o litera, vt sto, do, flo. Sed hæc tanquã monosyllaba cõtra regulam producuntur, quanquam Virgilio sic obseruatum sit, vt omne verbum o terminatum quorcunque syllabarum esset, produceretur poti' quam corriperetur. Quædam literam solennem ac legitimi temporis in fine habent, sed ad significandũ genus nihil id prodest, quod id verbum aut aliam personam aut alium modum adfert, quam quo genus intelligitur, vt cedo. Non n. prima persona est indicatiui modi, temporis præsentis, sed secunda imperatiui modi, temporis præsentis. Cedo enim significat, dic.

Et quoniã de confessis quinq; generibus satis dictum est, de impersonalis genere verbi subiungere necessarium est; etenim de istiusmodi verbis inter veteres præceptores nonnulla dissensio est. Alii.n. hoc genus verbi modis applicant, alii generibus potius & significationibus iungunt, & aiunt modum esse non posse, quoniam per omnes modos solẽni figuratione decurrat. Nos quid sequendum arbitremur, exposita prius impersonaliũ omnium ratione, pandemus. Sed prius quam de ipsis impersonalibus loquamur, hoc præmisisse vtile est, vt sciamus omnia, quæ personas significent, statim & tempora significare, vt puta legis, legit, legebat, &c. At vero quæ tẽpora significãt, non statim & personas verbi causa, vt dicere, dicitur, dicebatur, dictum est. Nunc de impersonalium vi & veritate dicemus. Verba impersonalia consensu plurimorũ duas habent species Aut n.e & t litera finiũtur, vt libet, tędet, pœnitet, decet. Aut in tur exeunt, vt statur, venitur, curritur, legitur, scribitur, dicitur, geritur. Sed hęc definitio plerisque non satisfecit. Deniq; addiderunt quidam verba impersonalia etiam in it & in at exire. In it, vt contingit, euenit, accidit. In at, vt iuuat, stat. Et reuera siquidem impersonale hoc est, quum singula verba enuntiantur, & omnem personam confuse trahant, neq; vllam certã certa significatione distinguãt, omnia quæ posuimus recte impersonalia esse dicentur. Denique nec declinari pos-

possunt, nec vllam discretionem facere personarum, nisi adiectis pronominum casibus & numeris separentur. Quid igitur sentiam de supradictis modis, & qua ratione nascantur, quam breuissime potero paucis comprehendam. Ea impersonalia quę in it & in at exeunt, ab indicatiuo modo tempori præsenti prima persona, o litera terminato manant, vt contingo contingit, iuuo iuuat. Sed aliam quandam significationem exhibent, cum impersonalia efficiuntur, quam in ipsa positionis suæ enuntiatione obtinent. Denique & contingit tertia persona est eiusdem modi & temporis; & itē iuuat. Sed non omnia tertiæ personæ verba efficiunt impersonalem modum, vt est, incendit, autumat. Ergo cū impersonale facit, cōtingit, aut iuuat; deserit significationē suā quā habebat in natura verbi positam per tēpora personasq; decurrentis. Nā aliter accipimus quū dicit Virgilius, *Iuuat ire, & videre Dorica castra*. Et, *Stat casus renouare omnes*. Aut cum Cicero dicit, *Accidit cum iste a Gn. Dolabella efflagitasset*. Aut cum Terentius dicit, *Euenit senibus ambobus iter, illi in Lemnum vt esset*. Porro aliter, si iuuo, iuuas, iuuat, contingo, cōtingis, contingit, ad personarum actum varietatemque referatur. Cum ergo animaduertimus vnde nascuntur, illud nihilominus quod in promptu est, scire necessarium est, non omnia nomina, sicut dixi, impersonalia effici, quæ ista ratione nascuntur. Quæ vero in et exeunt, duas formas habent, partim enim ab indicatiuo tēporis præsentis, primæ personę o litera terminato manant, vt sedeo, sedet. Sed hæc, simili exemplo, vt de superioribus diximus, non fere semper impersonalia erunt, nisi personæ certam significationem confusione suspendant. Nam cum dico, hoc sedet, aliud quiddam significo, quam habet ille ordo verbi actum tenentis, quū dicimus sedeo, sedes, sedet. Partim vero a se oriuntur. Sed ea, quæ a se oriuntur, modo nullam habent prorsus originem, aut similitudinē tertiæ personæ verbi, vt est pudet, tædet, piget, pœnitet; modo ex aliquo verbo similitudinem trahūt, vt misereor, miseret, quod vtrum a misereor, misereris, an a miseror miseraris veniat, incertum est. Quartum genus est impersonalium, quod tur syllaba finitur, qđ ab indicatiuo o litera terminato primæ personæ, præsentis temporis venit, vt lego legitur, gero geritur, quod indiscrete ab eiusmodi verbo semper omnino nascitur, exceptis quibusdā quæ & in hac parte deficiunt. Vnde ducti sunt quidam, vt hunc modum declinationi applicarent, quoniam quidem nullū fere verbum inueniri potest, ex quo non ex declinationum figuris modus iste nascatur. Sed in hoc errauerunt, quod eundem istum modum, qui ab actiua declinatione manat, etiam passiuis declinationibus applicauerunt, quum nequaquam illa declinatione passiuæ significationis partem eadem verba repræsentent. Nam cum dico, sedetur, licet omnis persona confusa sit, nunquid aliud videor dicere, quam de his qui sedent? Aut potest vllus intellectus esse vt hoc dixisse videar, de his qui sedent, cum permixtione personæ? Ergo quoniā hæc declinatio ita perpetua semper fere ab actiua significatione, vt nunquā omnino desit, tolerabiliter mihi in actiua declinatione positus a quibusdam hic modus impersonalis videtur. Et quia per cęteros modos potest duci, non plurimū officit, quin, excepto infinitiuo, fere per omnia sua currat, quāuis paulo latius diffundatur. Cætera vero impersonalia verba recte sine dubitatione secreta a declinationum modis, generib. ac significationibus applicantur, quia hęc ex omni verbo manant. Est noui generis quædam species, a generibus positis discrepans. Nos tamen hæc omnia verba impersonalia, exceptis declinationū modis, generibus in totum applicamus. Absurdum.n. visum est eiusdem verbi naturam & inter genera & inter modos annumerare. Satis aperte & de vi & de varietate impersonalium verbo-

ætum diximus,& cui parti ea rectius applicari oporteret ostendimus. Nunc pauca intellectus gratia de hoc ipso proximo impersonali verbo disseremus, vt vim ipsius possimus aduertere. Ait Virgilius, *Vsq; adeo turbatur agris*. Item Terentius, *Per quē res geretur maxime*. Vtrũq; verbũ impersonale est, alterum præsentis temporis,futuri alterum; Sed huius rei intellectum videamus. Quod ait Terentius, *Per quem res geretur maxime*, videamus quid dixerit *geretur*, vtrum ad rem, an ad Phormionem referendũ sit. Si ad Phormionem,qui acturus,genus est impersonalis verbi ab actiuo modo,id est, a gero, geritur,gerebatur,gestum est,gestũ fuit, gestum erat,geretur. Si ad rem nos trahit intellectus, quæ gerenda est, erit passiuum verbum indicatiui futuri,id est, gerar,gereris,geretur. Simili ratione discutiamus & eam significationem, quam dixit Virgilius, *Vsque adeo turbatur agris*, & quid cui applicari debeat, discernamus. Ex his quidem intelligimus plerunque concurrentes significatus duas figuras exhibere, passiuam & actiuam. aliud autem esset, si aut ille non adiecisset, *res*, aut ille, *agris*. Hæc duplex intelligentia etiam infinitiuo modo euenit. Ait Cicero, *Rem agi*. Dicit Virgilius, *iam tempus agi res*. In hoc si ipsam vocem attendamus, *agi*, venit ab infinitiuo modo passiuo, id est, ab agor, ageris, agitur, in infinitiuo facit agi. Si vero eos contemplemur, per quos agitur, venit a verbo impersonali agitur, cuius origo ab actiuo manat,id est,ab ago,agis,agit, qui per omnes rursum modos declinat⁹. facit infinitiuum modum agi, actum esse, actum iri. Verba impersonalia quũ fere per omnes modos declinentur, tamen sint quędam eiusmodi, vt defectiua inueniantur, vt ecce, liquet; præteritum enim perfectum & plusquamperfectum prorsus nõ habet. Item miseret, habet quidem præteritum perfectum & plusquamfectum, sed alterius modi quã forma verbi exigit; nam illud ex actiuæ declinationis significatione in passiuam formam transit. Pœnitet.n. pœnituit facit præteritum perfectum. Miseret, misertũ est, vt Tædet, pertæsum est; & in hoc tædet verbo duas res forma adfert, quas declinatio exigebat, & nõ aliter quam si compositum ex simplici fiat. Nam pertædet non dicimus, cũ præteritum facere non possimus aliter, quam si cõponamus, vt faciamus pertæsum est. Qualitas verborum aut finita est aut infinita. Finita est quæ notat certam personam, certum numerum, certũ tempus, vt lego, scribo. Infinita est in qua hęc vniuersa cõfusa sunt, vt legere. Legere.n. & ego & tu & ille potest. Item legere & vnus & plures dicuntur. Item legere etiã possum hodie, & heri potui, & cras potero Quoniam ergo hæc neque personam, neque numerum, neque tempus certum definiunt, & vbiq; natura simplici eodem modo respondent, Infinita dicuntur. Igitur prima erit animaduersio qualitatis, vt verba finita sint an infinita noscamus. Ex quo sequitur alia animaduersio, vt ea quoque quæ finita sint, quoniam quidem per plures modos eunt, eatenus inspiciamus, vt non solum finita esse, sed modum in ipsis, quæ finita sunt possimus aduertere. Modus aũt est, quem græci ἔγκλισιν dicũt, conuersio scil. & transfiguratio eius syllabę, quę vltima in verbo est. His positis intelligimus vtiq; in modis positã qualitatẽ esse verborum Hi modi licet a quibusdã varie numerentur, tamen nobis vt videtur quinq; omnino sunt. Indicatiuus, qui & Pronuntiatiuus dicitur, vt lego. Imperatiuus, vt lege. Optatiuus, vt vtinam legerem. Coniunctiuus, vt quum legam. Infinitiuus, vt legere. Indicatiuus modus est, cuius ex instanti tempore primę personę numeri singularis, literis vltimis genera intelliguntur, vt vro vror. Ex secundæ vero personæ literis Coniugationes colliguntur, quod in ipsis coniugationibus plenius referemus. Huic modo futurum tempus quidam abscindendum putant, & faciunt modum quem appellant Promissiuum, quod longe a ratione disiun-

iunctum est. Nam futurum tempus ex præsenti tempore formam semper accipit, nec potest dici aut præsens tempus futuro carere, aut futurum ex se oriri. Propterea pronuntiari vel indicati etiam in futurum recte dicimus, & tam bona quam mala. Promissiuus autem modus, quem futuri esse tantum temporis volunt, in acyrologiæ vitium incidat necesse est. Promitti enim bona tantum, non etiam mala possunt. Quomodo enim promissiuo modo dicemus, vtam, affligam, cruciabo? Recte ergo a doctioribus magistris exclusus hic modus est, maxime cum eum etiam Græci non habeant. Imperatiui modi hoc proprium est, quod neque præteritum tempus neque primam potest habere personam. Nemo enim aut sibi fere vnquam, aut ipse aut cuiquam in præteritum imperat, quanquam plerique futuri tantum temporis velint imperatiuum. Nam & qui dicit fac, ante imperat quam id fiat; sed hic tamen qui dicit fac, properat, vt ait Celsus; ille etiam morari sinit, qui dicit facito. Itaq; vt præteriti temporis triplex forma est, sic in hoc futuri duplicem dicunt. Optatiuus modus hoc proprium habet, quod in coniunctis temporibus declinatur. Præsens enim & præteritum imperfectum simul effert, vtinam legerem. Item præteritum perfectum & plusquamperfectum simpliciter affert, vt vtinam legissem. Coniunctiuus modus currit per omnia tempora, sed quæcunque sunt optatiui verba, eadem & coniunctiui sunt, vt ait Palæmon. Atqui coniunctiui non eadem & optatiui, dicimus enim, cum fecero & fecerim, cum legero & legerim, non dicimus, vtinam fecero, vtinam legero. Item in actiuis coniunctiuum modum in tempore futuro duplicem dicunt, dicimus enim, cum legam & cum legero. In passiuis vero eodem modo & tempore triplicem, dicimus enim, cũ legar, vlteriore, cũ lectus ero, item alio vlteriore, cũ lectus fuero. Infinitiuus modus, quem & Perpetuum, eo quod speciem suam non mutet, quidam vocant, hanc distinctionem recipit. Nam id quod videtur præsentis temporis speciem præferre, vsquequaque confusum est, sicut iam diximus, legere. Legisse autem, & lectum ire, quamuis & ipsa numero personisque indistincta sunt, tamen definitã speciem temporum tenent. Scire sane debemus, sicut ante iam dixi, quod quidam Impersonalẽ modum adiiciunt, sed hunc nos non accipimus, quoniam verba impersonalia generibus rectius applicantur quam modis. Hæc igitur paulo latius insinuanda credidi, vt qualitatem quæ verbo accidit facilius intelligere possimus, si horum modorum proprietates cognitas haberemus, in his enim qualitas quæ verbo accidit constituta est. Ex quo recte improbata est eorum diuisio, qui modos hos inter accidentia verbo adnumerandos esse dixerunt, quum in his qualitas ipsa versetur; sicuti qualitas quæ nomini accidit, eoq; spectatur, quia aut propria aut appellatiua sunt nomina, neq; tamen quisquam aut proprium aut appellatiuũ nomini dixit accidere, cum his ipsis quæ nomini accidit qualitas illa cernatur.

Item verborum latinorum qualitas, nam & in his deficit græca lingua, consideratur in formis, quas formas quidam generibus vel significationibus praue applicant. Forma autem verborum prima specie duplex est. Interest enim plurimum vtrum verbum vnumquodque opus; an consuetudinem operis significet. Si opus significet, perfecti forma dicitur, vt facio, curro. Quod si consuetudinem operis, Frequentatiua dicuntur, vt factito, cursito. Accidunt his meditatiua & inchoatiua. Meditatiua sunt quibus non actus, sed agendi apparatus ostenditur, vt amaturio, parturio. Inchoatiua sunt, quæ nondum perfectam formam, sed initium quoddam significationis ostendunt. Ergo omnes formæ sunt quatuor. Perfecta, vt amo, calco, pario, feruco, lego, scribo.

Frequentatiua, vt lectito, scriptito. Meditatiua, vt amaturio, parturio. Inchoatiua, vt calesco, feruesco. Hæ omnes formæ & per omnes modos currunt, & per ea omnia, quæ verbo accidunt, nisi vbi forsitan certa ratione deficiunt. Perfectæ qualitatis verbum, vt est lego, per omnia tempora declinatur. Frequentatiuæ qualitatis verbum semper primæ coniugationis est. Meditatiuæ qualitatis verbũ a perfecta forma sumitur semper, vt a lego lecturio. Inchoatiuæ qualitatis verbum fere a neutrali verbo venit & non per omnia tempora declinatur, quia quæ inchoãtur præteritum tempus non habent. Ac de Perfecta forma nihil plus verborum adiiciendum est, quippe & cum plura iam dicta sint, & per cætera accidentia plura dicenda sint. Frequentatiuam ergo formam diligenter debemus aduertere. Venit enim interdum a perfecta forma, vt a canto, cantito. Et interdum in tres gradus deducit verbum, vt curro, curso, cursito. Interdũ in duos, & frequentatiuum creditur, vt volo, volito, & hoc ipsum canto cantito. Interdum veniunt sine origine perfectæ formæ, & frequentatiua creduntur, vt pitisso, vacillo. Interdum quasi diminutionis speciem gerunt, quum sint frequentatiua, vt sorbeo, sorbillo, suggero, suggillo. Interdum regulam frequentatiuis datam non seruãt, ex quo possunt videri frequẽtatiua non esse, vt est facesso, facessis capesso, capessis. Quum enim omnia frequentatiua primæ coniugationis sint, hic tertia coniugatio est. Quædam, quod ad formam ipsam loquendi pertinent, frequentatiua creduntur; sed vsu pro meditatiuis aut inchoatiuis vsurpantur, vt est dormio dormito. Nam hoc dormito magis pro meditatiuo aut inchoatiuo dici potest, quam pro frequentatiuo. Scire autem debemus etiam fieri a nominibus frequentatiua verba; ab appellatiuo, vt græcizat, patrizat, sicilizat; & a proprio, vt Lentulizat. In Inchoatiuis quoque quadam animaduersione opus est. Nam cum a neutrali verbo perfectæ formę semper fere nascantur, vt horreo horresco, inueniuntur tamen sine origine perfectæ formæ, vt quiesco, consuesco. Item sunt, quæ inchoatiuorum verborum similitudinem repræsentant, cum inchoatiua non sint, vt compesco. Quæ inde intelligimus inchoatiua non esse, quoniam habent præteritum tempus, quo inchoatiua carere diximus. Pręterea fiunt etiam a nominibus inchoatiua verba: ab appellatiuo, vt æger ægrescit: a proprio, vt Antonius Antonescit. De meditatiuis abunde est id quod supra diximus.

Nunc quoniam & modos & formas diligenter explicuimus, per quod qualitatem quæ verbo accidit intelligi posse prædiximus, ostendamus quæ verba vel in modis defectiua sint vel in formis: in quibus aliquid exemplorum satis est collocari, ex quibus alia qui diligentius scrutatur inueniat. Verbum Cedo per omnes modos deficit, quia non nisi imperatiui modi est. Item Possum & Aio verba imperatiuum modum non habent. In forma autem frequentatiua defectiuum est, quod paulo ante diximus, vt facesso vel capesso, quoniam regulariter prima coniugatio inueniri debeat in frequẽtatiuo, potest videri defectione quadã frequentatiuæ formæ regula non teneri.

Tempora verbis generatim accidunt tria, quę naturalia appellantur. Præsens, præteritum, & futurũ. Sed præteriti temporis distinctiones tres inueniũtur. Vna quę est quasi vetustissima, quam dicimus plusquamperfectum, vt est cucurrerat. Alia proxima huic, quæ est perfecta, vt est cucurrit. Tertia quæ imperfecta appellatur, vt currebat, & hæc artificialis dicitur. Ergo omnia tempora quinque sunt. Imperfectum, vt currebam. Perfectum, vt cucurri. Plusquamperfectum, vt cucurreram. Pręsens, vt curro. Futurum, vt curram. Per hæc tempora omnium modorum verba declinantur. Quidam tamen adnumerant præteriti temporis & futu-

& futuri verba vlteriora in passiuis, quæ in declinatione ponimus. Sed scire debemus quorundam modorum verba regulariter non posse currere per omnia tempora, vt ecce imperatiuo modo, præteritum tempus, sicut supra diximus, verba non exhibent, quia nemo in præteritum imperat. Inchoatiua quoque verba præteritum tempus non habent. Infinitiui quoque modi est legere, hoc tamen præteriti temporis differentias non recipit. declinantur enim sic tempore futuro, lectũ ire; præterito legisse. Ita ergo in præterito tres illæ differentiæ in infinitiuo non inueniuntur, præterito imperfecto prorsus non existente. Item sunt verba, quorũ vis cum in præsenti vel in præterito sit, futurum habere non possunt, vt soleo solitus sum, solebam; quoniam hæc totam sui naturã ex his quæ aguntur aut acta sunt sumunt, futurum non habent, non enim potest dici, solebo. Atqui hæc quidem perpetua obseruatione in omnibus verbis ita se habent.

Sed in hac parte quoque verba pleraque in defectum incurrunt, qui defectus triplici modo euenit. Nam prorsus non nullum est verbum quod alicui tempori, vt pando, non possit aptari; vel alterius formæ, quã exigit ratio inclinationis, aptatur; vel etiã vox alieni generis subrogatur. Deficit omnino verbum, vacante prorsus tempore citra aliquam alterius substitutionẽ, vt in his, pando, sisto. Nam pando præteritum perfectum in modo indicatiuo non habet. Item sisto, neque præteritum perfectum, neq; plusquamperfectum, ac per cęteros modos in temporibus quibusdam deficit, quo etiã participio futuro caret. Item deficit verbum per tempora, non quod desit declinationi, sed quod alterius formæ substituatur, quam ratio cœptæ declinationis admittit. Sunt item quædam verba quæ per tempora formam declinationis suæ mutant, eaque anomala, sicut iam diximus, appellantur, hæc fere sunt, soleo, audeo, gaudeo. Etenim tempore præsenti, soleo, soles, solet, actiuo modo declinatur. Item tempore imperfecto, solebam, solebas, solebat, æque actiuo modo. Sed præterito perfecto formam suam mutat, & facit, solitus sum, es, est, quod est passiuæ declinationis; non enim facit solui, soluisti, soluit. Ita ergo quod vnum atque idem verbum in aliis atque aliis temporibus, nunc passiui declinationem habet, nunc actiui, Inæquale appellatur. Item est per tempora in declinatione defectus, cum vt significationem temporis expleamus, verbum, vt ait Pania, alterius voce generis subrogamus, vt est, adfert, &, ferit. In his enim dissimili voce significationem præteriti temporis declarabimus. Dicimus enim, adfert, attulit. Item dicimus, ferit, percussit, præterito perfecto. Tale est, sum, fui, ero. Sunt præterea quædam quæ cum sint præsentis temporis, speciem præteriti exhibent, vt est memini, noui, cum id essentia præsens est. Sunt etiam præsenti tempore & præterito perfecto quædam verba communia, vt, incendit, obruit, pluit, fluit. Hæc enim nulla mutata præsentis temporis forma, in declinatione præteriti temporis proferuntur, intantum vt etiam pluit vtrobique pronuntietur priore correpta, quamuis Plautus produxerit in Menæchmis, *Forte vt multum pluerat*. Ea quoque quæ infinita diximus, omnibus communia sunt, vt obruere, incendere.

Numeri verbis accidunt duo, singularis & pluralis. Singularis, vt lego: Pluralis vt legimus. Quamuis quidam dicãt tempore præterito perfecto personæ tertiæ esse dualem numerum, vt ecce legimus, legistis, legerunt præteritum perfectum est numeri pluralis. Legere autem dualem esse dicunt, vt hoc de duobus recte dici videatur; Legerunt autem, de pluribus. Sed hanc rationem vsus improbauit. Itaque ex consuetudine pluralem vtrunque dicimus.

Sunt verba pleraque per numeros

defectiua, vt est faxo, infit; non enim ad pluralitatem transeunt, vt faciant faximus, aut infitis. Verum autem vicissim sint pluralia tantum verba quoniam singularem numerum nō transeunt, non dum repperi.

Figuræ verborum sunt duæ, simplex & composita. Aut enim simplicia sunt verba, vt scribo; aut composita, vt describo. Componuntur autem verba modis quatuor, vt cæteræ partes orationis: ex duobus integris, vt proscribo: ex duobus corruptis, vt sufficio: ex integro & corrupto, vt reficio: ex corrupto & integro, vt suffero. Componuntur autem ex pluribus, vt recompenso. Illud autem in dubium non venit, pleraque verba non posse componi, vt aio, quæso. Et pleraque rursus composita simplicia fieri non posse, & ea scilicet, quæ aut ex duobus corruptis, aut certe ex posteriore corrupto componuntur, vt sufficio, reficio.

Plerique afferunt esse verba per figuras defectiua, vt impleo. Sed hoc absurdum videtur, quum omne verbum si componi non possit, habeat figuram simplicem; si vero compositum sit, compositam habeat figuram: neque sit vllum, quod non aut simplex aut compositum dici necesse sit, nisi forte cum alterius partis cōpositio vel integra vel corrupta appareat, alterius omnino non extet, vt est hoc ipsum impleo aut impero.

Personæ verbis accidunt. Earum varietates sunt tres, quæ figuris verborum distinguuntur. Prima est, quæ dicit, lego, secunda cui dicitur, legis, tertia de qua dicitur, legit, quæ distantiæ plurali quoque numero seruantur. Nam primæ personæ est, cum dicitur, legimus, secundæ, cum dicitur, legistis, tertiæ, cum dicitur, legerunt.

Sunt quædam verba, quæ non per omnes personas flecti possunt. Ea quæ vel primam personam indicatiuo modo statim non habent, vt infit; vel si primā personam habeant solēni litera terminatam, in alias personas non transeunt, vt quæso; non enim dicimus infio, infis, quæso, quæsis, quæsit. Et quidem de quinque generibus verborum facilis intellectus est, vt per personas eorum declinatio figuretur: Tantum hoc admonendi sumus, in his quinque significationibus primam personam casu non egere, admittere tamen nominatiuum. Dicimus enim, verberor innocens, seruio vir fortis; quem casum etiam trahit tertia persona, dicimus enim verberatur innocens, seruit vir fortis. Secunda vero persona casum trahit vocatiuum, dicimus enim, verberaris innocens, seruis vir fortis. Hæc de personis circa quinque genera verborum dixisse abunde est. De impersonalis autem genere verbi, quod nullam omnino personam designat, illud scire debemus, quod non aliter per varietates verborum declinari potest, nisi adiectis pronominum casibus numerisque. Qui ergo pronominum casus vnicuique verbo repræsentent speciem personarum, quam breuissime potero declarabo. Ea quæ in it exeunt, datiuo casu discriminantur, vt contingit mihi, tibi, illi, euenit mihi, tibi, illi. Quæ in at exeunt, accusatiuo casu discriminantur, vt iuuat me, te, illum, nos vos, illos. Interdum tamen interpositis vel nominibus, vt si dicas, *stat sententia*, vel verbis infinitiuis, vt si dicas, *Stat casus renouare nouos*, personæ per datiuum discriminabuntur, vt stat sententia mihi, tibi, illi, nobis, vobis, stat casus renouare mihi, tibi, illi, nobis, vobis, illis. Quæ in et exeunt, quædam accusatiuo casu discriminantur, vt tædet me, te, illum, nos, vos, illos. Quædam datiuo, vt libet, mihi, tibi, illi, nobis, vobis, illis. Ea autem impersonalia quę in tur exeunt, discriminationem personarum multis modis experiūtur. Nam nunc ablatiuum trahunt, vt geritur a me, a te, ab illo. Nunc accusatiuum cum præpositione, vt geritur per me, per te, per illum, per nos, per vos, per illos, vt Terētius, *Per quē res geretur maxime*, & Plautus.

tus, itur ad te. Nunc per datiuum, vt, dicitur mihi, tibi, illi.

Coniugatio est collectio quædam, quam Græci συζυγίαν appellant, verborum simili declinatione currentium. Hæ autem coniugationes tres sunt, prima, secūda, tertia, quibus ordinem numeri literarum, in quibus perspiciuntur, ordo distribuit. Harum regulas si diligenter attendamus, loquendi emendatio subsequitur. Et primum illud nos scire conuenit, quod literam, quę coniugationem declarat, indicatiuo modo, temporis præsentis, numeri singularis, in persona secunda requirere debemus. Deinde quod actiuum & neutrale verbum similes semper regulas coniugationibus tenent; passiuum vero & commune & deponens, similes. Est ergo prima coniugatio, quę indicatiuo modo, tempore præsenti, numero singulari, sicut dictum est, persona secunda, vt verbo actiuo & neutrali a habet ante nouissimam literam; passiuo, communi & deponēti, ante nouissimam syllabam, vt voco vocas; vocor vocaris, & hæc semper litera, quæ coniugationem istam primam ostendit, longa est. Futurum tempus indicatiui modi, quod ad actiuum & neutrum pertinet, in bo; quod ad passiuum & commune & deponens, in bor mittit. nam voco, vocabo facit futurum, & vocor facit futurum vocabor, & naturam longitudinis suæ in imperatiuo & infinitiuo seruat. Secunda coniugatio indicatiuo modo, tempore præsenti, numero singulari, persona secunda verbo actiuo & neutrali e productam habet ante nouissimam literam, passiuo & communi & deponenti ante nouissimam syllabam, vt moneo, mones, moneor moneris. Futurumq; tempus indicatiui modi, actiuum & neutrum quidem in bo; passiuum & commune & deponens in bor syllabam mittit, vt moneo monebo, moneor monebor. Itidē imperatiuus & infinitiuus propria productione constāt. Tertia cōiugatio duplex est, sed eius prima pars est, quæ indicatiuo modo, tempore præsenti, numero singulari, secunda persona, verbo actiuo & neutrali i correptam habet ante nouissimam literam; in passiuo & communi & deponenti e correptam pro i litera accipit ante nouissimā syllabam, vt lego legis, legor legeris; & futurum tempus actiuum quidem & neutrale in am, passiuum vero & commune & deponens in ar syllabam mittit, vt lego leg[am] legor legar. Altera pars tertiæ coniugationis est, quæ in secunda persona verbo actiuo & neutrali i productum habet ante nouissimam literam; passiuo, cōmuni & deponēti ante nouissimā syllabam, vt audio audis. audior audiris. Et hanc nonnulli Quartam coniugationem appellant, quod futurum tempus in bo & in am mittit, vt audio, audis, audiam, audibo, seruio, seruis seruiam. seruibo, & audior audiris audiar, audibor. Sed hanc pleriq; nō accipiunt, negantq; in bo & in bor exire posse tertiam coniugationem istam; nisi in eo verbo quod in prima persona indicatiui modi, tempore præsenti, numeri singularis, e ante o habuerit, vt eo, queo, tunc enim recte dici, eam, queā, ibo, quibo. Illud animaduertendum est, quod quædam verba sunt, quæ non singulis coniugationibus inueniuntur addicta. Interdum enim binæ coniugationis inueniuntur, vt est in actiua significatione declinatio, labo labas; nam & labis facit, quod est tertiæ, nec dissonat huic conditioni, idque a passiua declinatione descendit. siquidem hoc verbum incertæ significationis vel ambigui generis est, nam labor facit labaris, quod est primæ coniugationis; facit & laberis, quod est tertiæ. Quædam aliam coniugationem habent ab actiua significatione, aliam a passiua, vt labo labas facit primam coniugationem, labor vero, nam hoc incertæ significationis est, laberis facit, non labaris.

Nunc quoniam abunde de coniugatione dictum est, dicendum est, quomodo in coniugationibus verba deficiant. Diximus coniugationem in secunda per-

sona modi indicatiui, præsentis temporis inueniri. Ergo, plerunque talis verborum in coniugationibus defectus est, vt ipsa secunda persona in qua quæri solet coniugatio, non extet, vt est cedo, faxo, amabo, infit, inquam, aio, quæso. In his enim omnibus non est secunda persona, quæ si deest, quemadmodum in ea litera, quæ coniugationem prodit, poterit inueniri? Alter defectionis est modus, cum est quidem secunda persona, sed in ea aliæ literæ inueniuntur, quam illæ, quibus coniugatio continetur, vt est fers, meministi, nouisti. nulla enim ex tribus illis vocalibus, quæ coniugationes ostendunt, ante vltimam literam syllabam ue deprehenditur. Tertius defectionis modus est, cum & secunda persona extat, & in ea sollennis litera coniugationis apparet; sed ea tamen alterius temporis est, quam ratio coniugationis exposcit, vt sum, es, est, adsum, ades, adest, possum, potes, potest. Est quidem e litera, qua diximus coniugationem demonstrari, sed ea breuis est, cum in ostendenda coniugatione longa esse debeat. Quartus modus est quoque defectionis. Ille est qui bifarie diuiditur, quod quædam verba licet coniugationibus seruiant, tamen vel sibi in declinatione non constãt, vel ex aliqua parte deficiunt: Declinatione non constant, vt est soleo, audeo; preterito perfecto transferuntur in formam passiuæ declinationis, sicut & alio loco diximus, solitus sum, solitus eram, ausus sum, ausus eram. Ex aliqua parte deficiunt, vt est ferio, edo; hæc enim non per omnia tempora figurantur, neque enim facit, ferui, aut ederam.

Et quoniam satis inde collectum est, coniugationem in secunda persona indicatiuo modo præsentis temporis quæri debere, illud scire debemus, ipsam cõiugationem in secundæ personæ literis consistentem, ex primæ personæ modo & ratione formari, quod quam breuissime potero paucis ostendam. Quoties primæ coniugationis literam habitura est secunda persona, prima persona ante vltimam aut consonantes habebit, vt amo, canto, & similia; aut e ante o habebit, vt calceo, calceas, nauseo nauseas; aut i, vt lanio lanias; aut u pro consonanti, vt adiuuo adiuuas; aut u pro vocali, vt vacuo vacuas, fluctuo fluctuas, sinuo sinuas. Quoties secundæ coniugationis habitura sit literã secunda persona, prima persona e ante o vltimam habebit, vt moneo, video. In hac ergo cõiugatione hoc nouum est, quod in præterito perfecto & plusquãperfecto quædam verba formam regulæ non seruant, sed potius cõsuetudine declinantur. Interdum enim formã exhibent passiuorũ, vt ab eo quod est gaudeo, gauisus sum, similiter gauisus eram, cum alioquin multa præterea verba istius coniugationis formam regulæ suæ custodiant, vt sedeo sedi, moneo monui. Quoties vero tertiæ coniugationis correptæ literam exhibitura est secunda persona, tunc primæ personæ o vltima litera, aut a consonantibus præcedetur, vt lego legis, peto petis, & similia; aut ab i, aut ab u vocalibus, vt rapio rapis, induo induis. In hac coniugatione illud nouum euenit, quod quædam sunt verba in forma perfecta, quæ secundum consuetudinem potius quam secundum regulam declinantur, nam cum lego, rego, pungo, expungo similia sunt; aliter atque aliter tamen in præteritis temporibus efferuntur; faciunt enim legi, legeram, rexi rexeram, pupugi, pupunxeram, expunxi expunxeram. Quoties vero tertiæ coniugationis producta litera est futura in secunda persona, tunc prima persona ante o vltimam aut e habebit, vt adeo, prodeo; aut i vt audio, nutrio. In hac coniugatione tria noua sunt, vnum quod cum præteritum perfectum adiecta ad imperatiuum vi syllaba faciat, vt adi, prodi, nutri, adiui, prodiui, nutriui, consuetudo breuitatis causa u literam subtrahit, &

hit, & i literam vltimam geminat, vt adii, prodii, audii, nutrii, quæ litera æque & in plusquamperfectum subtrahitur, vt adieram prodieram, audieram, nutrieram: & quod plerunque coniugationis litera mutatur, vt salio, dissilio, non saluo, non salière sed saluere facit, vt Virgilius, *saluere per vtres*, & *Desiluit Turnus*. Idem est, quod præteritum imperfectum diuerso modo effert. Nam ea quæ e ante o habent, adiecta ad imperatiuum bam syllaba faciunt præteritum imperfectum, vt adeo, adi, adibam. Ea vero quæ i habent ante nouissimam literam, non solū bam syllabam imperatiuo addunt, vt præteritum imperfectum faciant, sed etiam ipsi syllabæ e productam præponunt, vt audio audi audiebam, nutrio nutri nutriebam; quod & ipsum veteres exemplo superioris declinationis breuitatis causa absque e litera proferebant, vt apud Virgilium legimus. *quem matris ab vbere raptum Nutribant*. Tertium illud nouum est, quod ea quæ e habent ante o vltimā, futurum indicatiui & in am & in bo mittunt, vt adeam, adibo; sicut iam paulo ante diximus. & participii declinationem non similem exhibent, nam nominatiuus tantum coniugationis literam retinet, vt transeo transiens, prætereo præteriens, abeo abiens; cæteri vero casus literatura mutantur, vt transeuntis, abeuntis. Ex his apparet omnia verba primæ personæ, præsentis temporis, indicatiui modi, nisi defectiua sint, o litera terminari; eandemque literam, o præcedi vel a vocalibus e i & u vt sedeo, inruo, lanio, vel a consonantibus vel vocalibus loco consonantium positis, exceptis tantum f, k, & q, vt labo, voco, cado, lego, traho, adiuuo, aio, impello, amo, scalpo, cano & reliqua. Euenit tamen vt in prima persona alio atque alio modo verbum finiatur, quibus modis etiam secunda persona in coniugatione respondet. dicimus enim feruo & ferueo; sed feruo tertiam coniugationem facit, ferueo secundam. Item illud euc... , vt similia verba modi indicatiui in prima persona dissimiles figuras pro his significationibus, quas diuersæ naturæ verbis exhibent, in declinationibus sumant, vt est pando & sero, facit præteritum perfectum pandi & pandaui, serui & seraui. Item contrario in prima indicatiui persona verba dissimilia præteriti temporis declinationibus similia efficiuntur, vt luceo, lugeo, faciunt enim vtraque luxi; Item cerno & cresco faciunt creui ; & incedo & incesso faciunt præteritum perfectum incessi.

Restat nunc vt illud admoneamus, non omnia verba quibuslibet efferri casibus posse. Sunt enim quæ genitiuum casum, sunt quæ datiuum, sunt quæ septimum regant. Ex quibus nos exempli gratia pauca ponemus. Genitiui casus verba, misereor illius, tædet laboris, pudet incepti, piget facti. Datiui casus verba, mando, propinquo, maledico inimicis, suadeo amicis, imputo iudicibus, parco vicinis, noceo aduersariis. Accusatiui casus verba, accuso inimicos, inuoco iudices, miseror afflictos, imitor bonos, alleuo amicos, video stultum. Ablatiui casus verba, discedo ab inimicis, discrepo ab ignaro, auersor a petulante, maledicor ab inimicis, absum a stulto, dissentio ab inimicis. Septimi casus quoque verba sunt, quæ hoc distabunt ab ablatiuo, quod præpositiones non adduntur, vt fruor amicitiis, potior pecunia, priuor potestate, careo molestia, cedo possessione, vtor toga, interdico amicitiis, sacrifico victima, glorior viribus. Item sunt verba quæ binos casus non singulos regunt. Genitiuum & Accusatiuum, vt obliuiscor iniuriarum, obliuiscor iniurias: memini numerorum, memini numeros. Genitiuum & Septimum casum, vt egeo panis, egeo pane. Datiuum & Accusatiuum, vt illudere capto, illudere captum. Accusatiuum & Ablatiuum, vt auersor a petulante, auersor fontes.

FLACCI ALCVINI, CAROLI MAGNI IMP. MAGISTRI, Grammatica.

Discipuli, Magister.

D. Audivimus, o doctissime Magister, sæpius dicentem, quod Philosophia esset omnium virtutum magistra, & hæc sola fuisset, quæ inter omnes seculi diuitias nunquam miserum, se possidentem reliquisset. Incitasti nos, vt vere fatemur, his dictis, ad tam excellentis felicitatis indagationē, scire cupiētes, quę esset huius magisterii summa, vel quibus gradibus ascendi potuisset ad eam. Ætas igitur nostra tenera est, & te non dante dexteram, sola surgere satis infirma est. Animi vero nostri naturam esse intelligimus in corde, ceu oculorum in capite. Oculi itaque si splendore solis, vel alia qualibet lucis præsentia aspergūtur, perspicacissime quidquid obtutibus occurrit, discernere valent; cæterum sine lucis accessu, in tenebris manere notissimum est: Sic animi vigor, acceptabilis est sapientiæ, si erit, qui eum illustrare incipiat. M. Bene siquidē filii comparationē oculorū, & animi protulistis. Sed ***qui illuminat omnem hominē venientē in hunc mundum***, illuminet mentes vestras, vt in ea proficere valeatis Philosophia, quæ nunquam, vt dixistis, deserit possidentem. D. Scimus, Magister, scimus certissime, quod ab eo postulandum est, qui dat affluenter, & nulli improperat. Nos tamen morulis quibusdam instruēdi sumus, & quasi infirmi tardiore gressu ducendi, quousque aliquid fortitudinis adcrescat in nobis. Ignem siquidē silex naturaliter habet in se, qui solet exire ad ictus Naturale itaq; est mentibus humanis scientiæ lumen; sed nisi crebra doctoris intentione excutiatur, in se, quasi scintilla in silice latet. M. Est equidem facile viam vobis demonstrare sapientię, si eam tantummodo propter Deū, propter puritatē animæ, propter veritatē cognoscēdam etiam, & propter se ipsam diligatis, non propter humanam laudē, vel honores seculi, vel etiam diuitiarū fallaces voluptates, quæ omnia, quanto plus amantur, tanto longius aberrare faciunt a vero scientiæ lumine ista quærentem; velut ebrius domum, quo tramite reuertatur, ignorat. D. Fatemur scilicet, nos beatitudinem amasse; sed, si quę possit in hoc seculo esse, ignoramus. M. Est. n. mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas; sed ad falsa quædam plurimos eorum, deuius error abducit. quorū quidem alii, maximam felicitatem, diuitiis abundare credunt: alii honorib. gaudēt: alii potentia congratulātur: alii voluptatibus delectantur: alii laudibus inhiant. Quæ diligentius considerata, tantis implicantur calamitatibus, vt vix aliquid beatitudinis habere videantur. Hæc enim sibi somniantes, verā aliqui felicitatem fore existimant; &, dum eos, ad verū bonū naturalis ducit intentio, multiplex tamen error, propter ignorātiam, abducit. D. Quis sanum sapiens, hæc esse transitoria ignorat? tamen huius vitæ viatorē horum abundantiā adiuuare quis nesciat? M. Moderatus eorum vsus adiuuat, nimius grauat; vnde & philosophicum illud

va-

valet elogium: *Ne quid nimis*. D. Notum est, *omnia nimia nocere*. Sed vsq; ad quem finem eorum, est, quā paulo ante numerasti, abundantia petenda? M. Quantum necessitas corporis exigit, & quantū sapientiæ expostulat studium. D. Perfectorū esse arbitramur huius rationis frenis, animatum currus coercere. M. Ad hanc scilicet perfectionem, dum ætas floret, dum animus viget, vos filii, cohortor. D. Duc age, & reduc per diuinæ vias rationis, & ad huius cacumen perfectionis transfer. Nā, licet impari gressu, te ductorē sequimur. M. Quid, homo, rationale animal, meliore parte immortalis, tui conditoris imago, quid propria perdis? quid aliena petis: cur infima quæris, & summa relinquis? D. Quæ sunt propria, vel quæ aliena? M. Aliena sunt, quæ extra quęruntur, vt diuitiarum congregatio. Intra, sapientiæ decus. Igitur, tu o homo, si ipsius cōpos eris, possidebis, quod nec vnquam amittere dolebis, nec vlla tibi fortuna auferre valebit. Quid igitur, o mortales, extra petitur dum intra habetis, quod quæritis? D. Felicitatē, quęrim⁹. M. Bene quęritis si manentem quæritis, & non fugiētem. Videtis, quam multis amaritudinib. terrena felicitas adspersa est; quæ nulli, vel tota, pueniet, vel fida permanet, quia nil non mutabile præsentis vitæ inueniri potest. Quid pulcrius luce? & hæc tenebris succedentib. obfuscatur. Quid florib. venustius ætatis: tamen hiemalib. frigoribus pereunt. Quid salute corporis suauius: & quis hanc perpetuam habere cōfidit? Quid tranquilla pace iucundius? & tamen sępe hęc tristi discordiarum fomite irritatur. D. Hæc omnia sic se habere sicut dicis, non dubitamus; sed quorsum ista? M. Vt ex maioribus minora cognoscatis. D. Quonam modo? M. Si cœlum, terraque suis semper vicissitudinibus mutantur, generalis omnium pulcritudo, & vtilitas; quanto magis cuiuslibet rei specialis, delectationē transitoriā esse necesse est? Et cur ea amari debent, quę permanere nequeunt? Quid vos homines, de nominis laude, de honoris dignitate, de diuitiarum cōgregatione cogitatis? Legistis Crœsi diuitias, Alexandri famam, Pompei honorē? Et quid hæc peritturis proderunt? dum quisq; illorū immatura morte, cum magno quæsitam labore, cito perdidit gloriam. Minuit quodammodo propriæ integritatem scientiæ, qui ex alienis sibi sermūculis laudem quęrit. Quid de diuitiis cōgregandis studetis, quæ vel deserunt, vel deseruntur; quæ effundendo, quam seruando melius ditant? Siquidem auaritia odiosos; claros largitas facit. quarum abundantia, non nisi ex aliorum indigentia congeritur. Quid honores, fomenta superbiæ, quæritis? Nonne vnus est omnium pater? Et cur iniuriam facitis conditori vestro peiora amando, & meliora amittendo? Ille, genus humanum terrenis omnibus præstare voluit. Vos, dignitatem vestram intra infima quæque detruditis. Quanto melius est, interius ornari, quam exterius animam perpetuam splendore polire? D. Quæ sunt animæ ornamenta? M. Primo omnium Sapientia, cui vos maxime studere cohortor. D. Vnde scimus sapientiam esse perpetuam? Et, si hæc omnia, quæ ante numerasti transitoria sunt, cur non & harum scientia pertrāsit? M. Animam putatis esse perpetuam? D. Non solum putamus sed etiam certissime scimus. M. Estne sapientia decus, & dignitas animæ? D. Est vere.* M. ---

D. Consequens videtur vtranque esse perpetuam, animam scilicet & sapientiam. M. Videtis ne quolibet casu sæpissime diuitias habentem deserere, & omnes seculi honores multoties minui? D. Videmus itaque vti ne regni quidem potentia perduret. M. Quid diuitiæ sine sapientia? D. Quod corpus sine anima; Salomone dicente: *Quid prosunt diuitiæ stulto, cum sapientiam emere non possit?* M. Nonne hæc est, quę humilem exaltat, & erigit de stercore pauperem, vt sedeat cum principi-

bus, & folium gloriæ teneat? D. Est quidem, sed quam speciosa in habendo, tam laboriosa in adquirendo. M. Quis miles sine certamine coronabitur? Quis agricola sine labore abundat panibus? Nonne vetus prouerbium, *Radices literarum esse amaras, fructus autem dulces.* Igitur & noster Orator in Epist. ad Heb. idem probat: *Omnis quidem disciplina in præsenti non videtur esse gaudii, sed mœroris; postea pacatissimum fructum exercitatis in ea adfert iustitia.* D. Duc age, quo libeat, sequimur libenter. quia spes præmii solet laborem releuare. Omnis quippe, qui arat, in spe arat percipiendi fructus. Fertur itaque dum Diogenes magnus ille Philosophus, omnes suos a se expulit discipulos dicens: Ite, quærite vobis magistrum; ego vero mihi. Cui solus Plato adhærens, quadam die lutulentis pedibus super exstructum Magistri lectulum cucurrit adsidere doctori, quem Diogenes baculo ferire minabatur, cui puer inclinato capite respondit: Nullus est tam durus baculus, qui me a tuo segregare possit latere. At si ille amore secularis sapientiæ flagrans cœlestis vero, quæ ad vitam ducit perpetuam, ignarus, sic ardenter Magistrum sequi persistebat; quanto magis nos, tua, Magister, ingredientē vel egredientem, vestigia sequi debemus qui non solū literario nos liberalium studiorum itinere ducere nosti, sed etiam meliore sophiæ via, quæ ad vitam ducit æternā, *, poteris? M. Diuina nos præcedat gratia; & in thesauros spiritalis deducat sapientiæ, in qua diuinæ vberratis fonte inebriati, vt sit in vobis fons aquæ saliētis in vitā æternam. Sed quia Apostolo præcipiente legimus, *Omnia vestra honesta cū ordine fiant*; vos per quosdam eruditionis gradus, ab inferioribus ad superiora esse ducēdos reor, donec pennæ virtutū paulatim adcrescant, quib. ad altiora puri ætheris spectamina volantes, dicere valeatis: *Introduxit nos rex in cellaria sua, exultabimus & lætabimur in eis.* D. Da dexterā Magister, & nos ab humo imperitiæ eleua, & in gradus sophiæ nos tecū cōstitue, in quibus te ex morū dignitate, ex verborū veritate sæpius consistere agnouimus. Quo te retū ratio pulcherrima ab ineunte, vt audiuim*, ætate perduxit. &, si Poeticis licet aures accōmodare fabulis, nobis non incongrnū videtur, quod asserūt, epulas Deorū esse rationes. M. Verius o filii dicere potestis, rationes esse Angelorum cibum, animarū decorem; quā epulas Deorū. D. Quoquo modo hęc dici debeant, primos precamur nobis sapientiæ ostendi gradus, vt Deo donāte, & te docēte, ab inferiorib. ad superiora peruenire valeamus. M. Legimus, Salomone dicente, per quē ipsa se cecinit: *Sapiētia ædificauit sibi domū, excidit columnas septem.* Quæ sententia licet ad diuinā pertineat sapiētiā, quę sibi in vtero virginali domū, id est, corpus ædificauit, hanc & septē donis S. Spiritus confirmauit; vel Ecclesiā, q̄ est domus Dei, eisdē donis illuminauit: tamen sapientia liberaliū literarū septē columnis confirmatur, nec aliter ad perfectā quēlibet deducit sciēti; nisi his septem columnis vel etiam gradibus exaltetur. D. Tandē aliquādo pande, quod promisisti, & ꝓpter fragilitatē nostræ ætatis nos molliorib. incipe lactare, vt ad solidiora crescente ætate facilius perueniamus. M. Diuina perueniente etiam, & perficiente gratia faciā, quod rogastis. vobisq; ad vidēdū ostendam septem Philosophiæ gradus. Per eos denique Deo donante & vita comite, pro nostrarum portione virium, penes tēporis & ætatis opportunitatē ad sublimiora speculatiuæ scientię deduxero. D. Duc etiā, duc, & tādem aliquando de nidulo ignauiæ, in ramos tibi a Deo datæ sapiētiæ cōpone. vnde aliquod veritatis lumē cernere valeam*: & quos toties ꝓmisisti, seprenos theoricę disciplinę gradus nobis ostēdo M. Sunt igitur gradus quos quæritis; & vtinam tā ardentes sitis semper ad discendū, quam curiosi modo estis ad videndum: Grammatica, Rhetorica, Arithmetica, Geometria, Musica, & Astrologia. Per hos

hos.n. Philosophi sua contriuerunt otia, atq; negotia. Iis namque consulibus clariores effecti; iis regib' celebriores; iis videlicet æterna memoria laudabiles; iis quoq; Sācti, & Catholici nostrę fidei Doctores & defensores, omnibus hęresiarchis in cōtentionibus publicis semper superiores exstiterunt. Per has vero, filii charissimi, semitas, vestra quotidie currat adolescētia, donec perfectior ætas & animus sensu robustior, ad culmina sanctarū scripturarū perueniat; quatenus hinc inde armati verę fidei defensores & veritatis adsertores omnimodis inuincibiles efficiamini.

SAXO, FRANCO, DISCIPULI, Magister.

FVerunt in schola Albini Magistri duo pueri; vnus Frāco, alter Saxo, qui nupertime spineta Grāmaticæ densitatis irruperūt. Quapropter placuit illis, paucas literalis sciētię regulas memorię causa, per interrogationes, & respōsiones excerpere. At prior illorū Frāco dixit Saxoni: Eia Saxo, me interrogante responde, quia tu maioris es ætatis. Ego XIV. annorū; tu, vt reor, XV. Ad hæc Saxo respōdit: Faciam. Ita tamen, vt si quid altius sit interrogandū, vel ex Philosophica disciplina proferendum, liceat Magistrū interrogare. Ad hæc Magister: Placet filii propositio vestra & libens annuo vestræ sagacitati, & primum dicite, vnde vestram conueniētius disputationem esse arbitramini incipiendam? D. Vnde, domine Magister, nisi a Litera? M. Bene arbitraremini, si non Philosophiæ memoriam paulo prius fecissetis. Vnde a Voce, cuius causa literæ sunt inuentæ, inchoandam disputationē constat; vel magis primo omnium interrogandum est, quibus modis constet disputatio. D. Et a te, Magister, suppliciter rogamus exponi. Nam nos nescire confitemur, quibus modis constet disputatio. M. Tria sunt, quibus omnis collocutio disputatioque perficitur. Res, intellectus, voces. Res sunt, quæ animi ratione percipimus. Intellectus, quibus res ipsas addiscimus. Voces, quibus res intellectas proferimus; cuius caussa, vt diximus, literæ inuentæ sunt. D. Sed quia disputationis modos dixisti; vocis differentias, vt exponas, precamur. M. Quatuor sunt differentiæ vocis: Articulata, inarticulata, literata, illiterata. Articulata est, quę copulata, atq; coarctata cū sensu profertur, vt, *Arma virūq; cano*. Inarticulata, quę a nullo sensu proficiscitur, vt crepitus, mugitus. Literata, quæ scribi potest. Illiterata, quę scribi nō potest. D. Vnde dicta vox est? M. A vocando. Ecce habetis quæ interrogastis. Nunc a Litera incipite filii. F. Dic Saxo prior, vnde Litera sit dicta? S. Vt reor, Litera est quasi legitera; quia legētibus iter præbet. F. Da definitionē quoq;. S. Litera est pars minima vocis articulatæ. D. Habet & Magister alterā definitionē Literæ? M. Habet; sed in eundē cadentē sensum. Litera quia est indiuidua, sentētias in partes; partes in syllabas; syllabas in literas diuidimus. Literę vero indiuisibiles sunt. D. Vnde literę Elementa dicūtur? M. Quia sicut elemēta coeuntia corpus perficiunt; sic hæ conglutinatæ literalem vocem componunt. F. Da collega diuisionem literarū. S. Sunt aut vocales, aut consonantes. Item cōsonantes diuiduntur in semiuocales & mutas. F. Rationem pone singulis diuisionibus. S. Vocales per se proferuntur, & per se syllabam faciunt. Consonātes nec per se edici possunt, nec per se syllabā facere. D. Habent ne, Magister, alterā rationem, cur sic diuidantur? M. Habent. Vocales sunt sicut animæ; cōsonātes sicut corpora. Anima vero & se mouet & corp'. Corp' vero immobile est sine anima. Sic sunt consonantes sine vocalibus. Nam scribi possunt per se, edici vero vel potestatem habere, sine vocalibus nequeūt. F. Vnde dictę sunt vocales, vel cōsonantes? S. Vocales dictæ sunt, quia per se vocē impleant, nulla adhærente consonante. Cōsonantes vocatæ sunt, quia per se non so-

nant, sed vocalibus consonant. F. Quæ est differentia inter semiuocales & mutas? S. Quantū enim a vocalibus superantur semiuocales, tantū semiuocales superant mutas. Nā a vocalibus incipiūt, & in se desinunt: & maiori euphonia sonant, & sæpius dictiones semiuocalibus, quā mutis, propter euphoniā, id est, sonoritatē finiuntur. Mutæ vero a se incipiūt, & in vocales desinunt, & deformius sonāt. F. Vt reor, in Donato legimus, tria accidisse literis: nomē, figurā, potestatē. De nominibus, & figuris nō est opus dicere; sed de potestate velim dicas, & primo vocaliū. S. Vocales sunt apud Latinos A, E, I, O, V. Nā Y literā sextā vocalē, causa Græcorū nominū assumpsere Latini; sicuti & Z cōsonantē. Itaq; vocales & per se, vt dictum est, faciūt syllabas; plenas quoq; solæ positæ explēt partes. A, vt, *A mihi nō teneras glacies secet aspera plantas.* E, vt, -----*sitientes simul ebibit amnē.* O, vt, *O si Gallorum victor remeasset in vrbē.* I, quoq; verbū est; *I, decus, i nostrū, melioribus vtere fatis.* Sed I & V transeunt in consonantiū potestatē, cū in principio syllabæ aliis vocalibus iunguntur; vt ianua, vates, iecur, veritas, Ionas, votū; vel si sibiipsis anteponūtur, vt *Iuno, virgo.* Fiunt quoq; hæ ipsæ mediæ quando y Græcæ vocalis sonum habent. I quando post V loco consonantis positę, sequente d, vel m, vel r, vel t, vel x, video, vim, virtus, vitiū, vix. V eundē habet sonum, id est, y, cum inter q, & aliā vocalē, vel post g, & aliā vocalem in eadem syllaba, vt quisq;, pingue, lingua. Est quoque vbi I pro duabus ponitur consonantibus, vbi inter duas vocales ponitur, vt Troia, Maia. V quoq; loco duplicis digammæ in quibusdā locis accipitur, vt cupii breuis i, cupiui longa & vbicunq; V loco cōsonātis ponitur, semper pro digāma habenda est. F. Habent ne aliquæ ex consonātibus aliquas singulares potestates? S. Habent. Primo, quod vnaquæq; suā habet potestatē, sicut & nomen, & figurā. Sunt aliquæ ex illis liquidæ, quæ & vim cōsonantium amittunt. Accentus quoque sepę in prosa mutant. F. Quę sunt illæ? S. L, R, M, N. Sed & S quoque singularis est potestatis. H quoq; aspirationis nota. X vero & Z duplices sunt. Sed has rationes metricę subtilitatis esse reor, in quibus necdū eruditi sum⁹. Ideo noli me de illis plus interrogare, sed festinemus ad syllabas. F. Syllaba quid est? S. Vox literalis sub vno accentu, & vno spiritu prolata. F. Quot literis fiunt syllabæ? S. Ab vna incipiens vsque ad sex, A, ab, abs, Mars, stans, stirps. F. Habet syllaba sensum per se? S. Nō habet, nisi plena dictio per vnam syllabam constet, vt ars, do, dic, & alia. F. Syllabæ quot accidunt? S. Quatuor: tenor, spirit⁹, tēpus, numerus. Accentus, acutus, grauis, circūflexus. In dictione, certus; absq; dictione, incertus non potest tamen sine eo esse. Spiritus, asper, vel lenis. Tēp⁹ vnū vel duo. Numerus, literarū. F. Quomodo habet syllaba vnū tēpus, vel duo? S. Breuis syllaba vnum habet, longa duo. F. Quomodo fiūt breues vel longæ? S. Breues fiunt natura & potestate. Breuis est natura, dū raptim vocalis enunciatur, vt pater. Longa, dum moratur vox, vt mater; vel dum duæ vocales in vnā concurrunt syllabā, quod diphthongō vocāt. Et sunt tales cōpositiones quinque, æ, œ, au, eu, ei. F. Vnde dicitur diphthōgos? S. Quasi dualis vox. Nā quoties duarū vocaliū voces in vnā syllabam, & in vnā vocē coeunt; diphthongos dicitur. F. Quot modis fiunt syllabæ positione longæ? S. Sex. Cū correpta vocalis in duas desinit consonātes, vt ast. Aut in vnā duplicē, vt dux. Aut in vnā desinit cōsonantē, & excipitur ab altera, vt *arca.* Aut excipitur ab x duplici, vt *axis.* Aut i loco consonantis posita, vt *Troia.* Aut desinit in consonantē, excipitur ab i vel u, loco consonantis positæ, vt *aduena, adiutor.* F. Si necesse est vnamquamque syllabā longā esse vel breuem? S. Sunt syllabę cōmunes, quæ ad votum Poetarū possunt vel breues vel lōgę esse. Sed hęc quia ad metricos pertinēt, relinquamus. F. Magis interrogem⁹ Magistrū, ne ignari simus huius quoq; rationis. D.

Dic

Dic nobis, Magister, qua ratione, vel quibus modis, cõmunes possint esse syllabę. M. Nouem modis fiũt syllabę cõmunes. Cõmunes sunt, cum correpta vocalis in medio verbo excipitur a duabus consonantibus, quarum prior muta quælibet est, vel f semiuocalis, posterior liquida, vt *tenebra pharetra, restituit.* Aut, cum correpta vocalis in consonantem desinit, excipitur ab h, vt *vir humilis.* Aut cum aliqua syllaba in breuem desinit vocalem, & excipitur a duabus consonantibus, quarum prior est ſ, vt *alba smaragdus.* Aut cũ post pedem quemlibet, vna breuis remãserit syllaba de verbo; vt, *Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.* Aut cum pars aliqua in diphthógon desinit, & excipitur a vocali sequentis verbi, vt *Insulæ Ionio- - - -* Aut cum productam vocalẽ in eodem verbo mox alterius syllabæ sequitur vocalis, vt, *fidei.* Aut cum pronomen c litera terminatum est, & a vocali sequẽtis verbi accipitur, vt, *hoc est.* Aut cum correptam vocalem in vna parte z duplex sequitur, vt *gaza.* Item nouissima syllaba in metro semper indifferens est, & voluntati Poetæ subiecta est. Est quoq; quando in tribus consonantibus fit communis syllaba, dum in breuem vocalem desinit syllaba, & excipitur ab ſ, sequente muta, & liquida, vt Horatius: *Linquimus insani ridẽtes præmia scribæ.* Plenius hæc, vita comite, in metrica ratione, vobis, filii, monstrauero. D. Quid vis, Magister? an de pedibus & accẽtibus ordinem Donati Magistri sequẽtes interrogamus? M. Amplius hæc quoque in illa metrorũ subtilitate intelligetis. Quia pedes vel accentus, nisi ex breuibus longisque syllabis nequeũt intelligi. Vnde ad partes vos conuertite. D. Prius si placeat, Magister, vnde Grammatica sit dicta, vel quod sit eius officium pãde nobis. M. Grãmatica est literalis sciẽtia; & est custos recte loquẽdi & scribẽdi. quæ cõstat natura, ratione, auctoritate, cõsuetudine. D. In quot species diuiditur Grãmatica? M. In X X V I. In vocẽ; in literas; syllabas; partes; dictiones; orationes; definitiones; pedes; accentus; posituras; notas; orthographiã; analogiã; etymologiã; glossas; differẽtias; barbarismũ; solœcismũ; vitia; metaplasmum; schemata; tropos; prosam; metra; fabulas; historias. D. De istis singulis speciebus, antequã ad partiũ tendamus disputationẽ, aliquã cognitionẽ edissere nobis, Magister, per singula currens. M. Iam de Voce, Litera & Syllaba in superioribus habuistis. Dictio, pars minima est vocis constructæ, plenum; que sensum habentis. Oratio est ordinatio dictionum, congruam sententiã perfectamque demonstrans; & est oratio dicta, quasi *oris ratio.* Definitio, est breuis oratio vnamquamque rem propria significatione concludens, vt *homo animal est mortale, rationale, risus capax.* scire igitur debetis, quod definitio ad omnes disciplinas, & res pertinet. Pes, est syllabarum cõpositio, & tẽporũ certa dimensio. Pedes dicti, eo quod ipsis metra ambulent. Accentus, est certa lex & regula ad leuãdam & cõprimendã syllabam. Positura, sunt puncti ad distinguẽdos sensus. Notæ, sunt figuræ quædam vel ad breuianda verba inuentæ; vel sensus exprimendos; vel ob diuersas caussas constitutæ, vt in scriptura sacra obelus vel asteriscus. Orthographia, est recta scriptura, vt puta, ad præpositio d accipiat. Analogia, est similium comparatio, vt incerta certis probentur. Etymologia, est origo & ratio vocabulorum, vt *a regendo rex,* & *ab humo homo dicitur.* Glossa, est vnius verbi vel nominis interpretatio, vt, *catus, id est, doctus.* Differentia est distinctio duarũ rerũ cũ interpretatione, vt *Rex dicitur quia modestus est; Tyrannus, quia crudelis.* Barbarismus est vna pars vitiose dicta. Vulgare prouerbium est; *male arboris nodo, malus cuneus quærendus est,* Solœcismus, est oratio vitiose composita. Vitia sunt quæ in eloquiis cauere debemus; & sunt V I I. Metaplasmus, est metrica licentia, vel necessitate immutata regula loquutionis. Schemata sunt ornamenta eloquii, & habitus quibus sen-

tentiæ vestiũtur. Tropus est dictio translata a propria significatione, ad nõ ꝓpriã similitudinẽ, ornatus, necessitatisue caussa. Prosa, est recta locutio, absq; metro, vel versu composita. Metra vocata sunt, quia certis pedum mensuris terminãtur. Fabulæ, res fictæ ludendi causa, vel cuiuslibet significationis. Historia, est narratio rei gestæ. Ecce habetis definitiones breues singularum specierum. Nunc ad partes conuertite vos. D. Faciemus, vt iubes. Attamen singularum partiũ proprietates prius breuiter vt pandas nobis flagitamus. M. Vestra curiositas modum non habet; ideoque modum manualis libelli excedere vultis. Proprium Nominis est substãtiam, vel qualitatem, vel quantitatem significare. Et proprium est Pronominis pro nomine poni ꝓprio, & certas significare personas. Verbi vero proprium est, actionem vel passionem, siue vtrumq; cum modis, & temporibus significare. Propriũ Aduerbii est, cũ verbo poni, & sine eo perfectã significationem non habere, vt, *bene lego*. Participii proprium est tempus habere & casus; ideo a quibusdam *verbum casuale* dicitur. Propriũ Coniunctionis est, cum omnib. partibus modo præposita, modo postposita iungi, & coniungere partes. Propriũ Præpositionis est, anteponi casualibus semper separatim.

DE NOMINE.

FEia, age Saxo, ingrediamur disputationem nominis per ordinem. & primum dic, quid sit nomen? S. Nomen est pars orationis, secundum Grammaticos, quæ vnicuique corpori vel rei communem vel propriam qualitatem distribuit; & est Nomen dictum, quasi *notamen*, eo quod hoc notamus singulas substantias, vel res communes, vt homo disciplina. Proprias, vt Virgilius, Arithmetica. Interrogemus tamen, o France, Magistrum, Philosophicam definitionem nominis. M. Nomen, vox significatiua, secundum placitum, sine tempore definitum, aliquid significans in nominatiuo cum est, aut non est, vt *homo est*, *homo non est*. In casibus licet addas, *est*, vel, *non est*, nihil tamen certum significat, si non apponas, quid sit, vel quid non sit, vt *hominis est*, *hominis non est*. *Secundum placitum*, id est, compositionem singularum gentium sunt nomina composita, vt quod latine dicis, aurum, hoc græce χρυσὸς dicitur. Vna est substantia, sed diuersa nomina. F. Quot accidunt nomini? S. Sex, secundum Donatum: qualitas, cõparatio, genus, numerus, figura, casus. Secundum Priscianum quinque; quia ille qualitatem, & comparationem simul species nominauit. quia sunt omnia nomina propriæ speciei, vel appellatiuæ; principalis, vel deriuatiuæ. Propriæ, vt Iulius. Appellatiuæ, vt mons. Principalis, vt Iulius, mons. Deriuatiuæ, vt Iulianus, montanus. In quibus, id est, deriuatiuis, comparationes nominum imposuit. F. Propriorum nominũ species quot sunt? S. Quatuor: prænomen, nomen, cognomen, agnomen. Prænomina sunt, quę dignitatis vel differentiæ causa propriis nominibus præponũtur, vt Anicius Boetius. Anicius a nobilitate, & libertate generis dicitur. Differentiæ, vt Lucius Cornelius, & Publius Cornelius Notanturque Prænomina, vel singulis literis, vel binis, vel ternis. Singulis, vt M. Marcus. Binis, vt Cn. Cneus. Ternis, vt Sex. Sextus. Nomen est vniuscuiusq. proprium, vt Paulus. Cognomen est cognationis, vel familiæ commune nomen, vt Scipio. Nam ab eius nomine, omnis cognatio illa sic dicebatur. Agnomen, quod ab aliquo euentu sic dicitur, vt Africanus; quia Africam vincebat. F. Appellatiuorum species quot sunt? S. Multæ sunt. Alia corporalia, vt homo, terra, mare. Alia incorporalia, vt pietas, dignitas, iustitia. Alia principalia, vt mons, schola. Alia deriuatiua, vt montanus, scholasticus. Alia comparatiua, vt fortior, fortissimus. Alia denominatiua, vt sanctus, sancti-

sanctitas, sapiens sapientia. Alia diminutiua, vt Rex regulus. Alia homonyma, vt nepos, acies. Alia synonyma, vt gladius, ensis, mucro. Alia adiectiua, quę possunt in laude, vel vituperatione poni, vt *iustus homo, iniustus homo*. Alia in medio posita, vt magnus; dicimus, *magnus Imperator, magnus latro*. hæc & accidentia sæpe fiunt; vt *niger coruus, altũ mare*. Alia, ad aliud, vt, filius, seruus. dicendo filiũ, & seruũ, patrẽ significamus, & dominũ. Alia sunt, quasi ad aliquid, vt dies, nox: dextra, sinistra. nã quãuis vnũ horũ intereat, potest tamen alterum manere. non sic de filio, & seruo. Alia sunt gentẽ significantia, vt Græcus, Hispanus. Alia patriã, vt Romanus, Theban⁹. Alia interrogatiua, vt qualis, quãtus, quot; cũ suos seruant accẽtus. Alia relatiua, vt tãtus, talis, tot. Alia collectiua, quæ in singulari numero multa significant, vt populus, plebs. Alia diuidua, vt bini, terni, centeni. Alia factitia, id est, de sono facta, vt tintinnabulum, turtur, clãgor. Alia sunt generalia, quæ in diuersas species possũt diuidi, vt animal, arbor. Alia specialia vt homo, vitis. Alia ordinalia, vt primus, secundus. Alia numeralia, vt vnũ, duo, tres. Alia absoluta, vt Deus, ratio. Alia temporalia vt mensis, annus. Alia localia, vt propinquus, longinquus. Alia patronymica, vt Scipiades a Scipione, Thesides a Theseo. hæc sæpe ab auis fiunt, & a conditoribus, vt Iliades, Æneades. Sũt alia possessiua, quæ aliquid ex his significant, quæ possidentur, vt *Euandrius ensis*, &, *regius honor*. hæc cum genitiuo principali interpretãtur, vt, *Euãdri ensis*, & *regis honor*. Sũt & aliæ species, quas Donatus ponit, sed illæ, in his repetiuntur, vt qualitas, quantitas in adiectiuis, & accidẽtibus inueniũtur, bonus magnus mediæ sunt significationis. F. Cõparationes nominũ vnde veniũt? S. A nominib⁹ adiectiuis & accidẽtibus alicuius substãtiæ, qualitatẽ vel quantitatẽ animi significãtibus vel corporis; quę possunt vel incremẽta vel detrimẽta sumere. Homo vel lapis, substãtia est. *Homo prudẽs, & prudẽtior: lapis magnus, & maior* dicitur. Et semper Comparatiuus communis est generis, vt hic & hęc prudentior. Et neutrum in ius, vt, hoc prudentius, facit. Inuenitur & Cõparatiuus pro Positiuo poni, vt Virgilius. *comites senioris Acestæ*, pro senis. Est quãdo minus Positiuo singulari significat, & nulli comparatur, vt Virgilius, *Tristior, atque oculos lacrimis suffusa nitentes. Tristior*, hic ex parte significat tristem. Fiunt & a comparatiuis diminutiua, vt maiusculus, minusculus. Sed non absolute, vt cæteræ diminutiones, sed ad aliquid respiciũt, vt Terẽtius, *Vt Thais paulo quã ego sum maiuscula est*. F. Cuius generis Superlatiuus fit? S. Superlatiuus mobilis est per tria genera, prudentissimus, a, um. F. Superlatiuorum quot sunt species? S. Octo: simus, rimus, in quas pleraq; desinũt Superlatiua, limus, ximus, timus, tremus, imus, nim⁹: sanctissimus, pulcherrim⁹, simillim⁹, maximus, vltimus, extremus, minimus. E lõga; dũ vbiq; i penultima corripitur. pręter, primus, imus. F. Cõparatiuus & Superlatiuus, quib. iungũtur casibus? S. Ablatiuo vtriusq; numeri iungitur Cõparatiuus, vt *Hector fortior Diomede fuit, & audacior Troianis*. Superlatiu⁹ genitiuo plurali, vt, *Hector fortissimus Troianorũ fuit*. Inuenit^r quoq; & singulari iũgi genitiuo, cũ ipsum singulare nomẽ multitudinẽ significat, vt, *Hector fortissimus est Troianæ gentis*. Est quando Superlatiuus per se põnitur, & nulli cõparatur. Sed tum pro valde Aduerbio accipiendũ est, vt, *Fortissim⁹ fuit Hercules*. i. valde fortis. F. Memini te, Saxo, dixisse, quod aliqua nomina appellatiua essent diminutiua, num a propriis nominib. possint fieri diminutiua? S. Possunt, vt a Sergio Sergiolus, ab Antonio Antoniaster. F. Quot modis diminutiua fiunt? S. Trib. modis. aut necessitatis causa, vt a rege regulus, hoc est, paruus rex, vt Sallustius, *Postquã reguli coire in vnũ*. Aut vrbanitatis causa, Iuuenal. *--malim fraterculus esse gigantũ*. Aut adulationis causa, vt *pueris Sergiolis*. F. Formę igitur diminutiuorum quot sunt? S. Masculini generis

IX. culus, vlus, olus, ellus, xillus, illus, vlus, cio, aster, vt, agniculus, rantulus, caprecolus, agnellus, pauxillus, codicillus, homulus, homuncio, parasitaster, aculeus, nepotulus. Feminini generis VII. cula, vla, ola, ella, xilla, illa, vlla; vt, agnicula, syluula, vnciola, capella, maxilla, anguilla, vlla. Neutrorũ VII. sunt formæ: culum, vlũ, olum, ellũ, illum, xillũ, vllum; vt corpusculum, capitulũ, lauriolũ, lucellum, villũ, vexillũ, vllũ. Fiunt & diminutiuorũ diminutiua tertio vel quarto gradu; vt. paulus, paulul⁹, & pauxillus, & pauxillulus, homo homuncio, homũculus homulus, homullulus. Ecce, Frãce, de Appellatiuis speciebus, habes abunde, vt reor, licet null⁹ tuç auiditati possit satisfacere. F. Non sum tã auidus, quã tu inuidus; qui nulla vis aperire, nisi interrogatione coact⁹. S. Interroga quæ vis, ego nõ ero segnis respõdere.

De Generibus.

F. Nunc vt æstimo ordo accidentium nominis poscit a generibus inquirere. Vnde genera dicta sint primo velim scire. S. Genera dicta sũt a generãdo, quapropter proprie genera sunt, quç generare possunt, id est, masculinum, femininũ. Nã neutrũ & cõmune modo vocis qualitate, quam natura dinoscuntur. Epicœna promiscua sunt; & sub vna voce masculinũ profertur, & femininũ. F. Quid est inter cõmune & epicœnũ? S. Quod commune modo masculino, modo feminino articulo, prout cõstructio orationis eget, iũgitur. Epicœnõ semper vno articulo profertur, & vtriusque naturæ animalia vna voce & vno articulo significat. F. Nũ omnia nomina certi sunt generis? S. Nequaquã. F. Vnde sunt Dubii generis nomina? forte differẽtiæ causa? S. Nõ differẽtiæ, nec aliqua necessitatis causa, sed sola auctoritate veterũ; vt hic & hæc finis, cortex, silex, margo cardo, fornax, frutex, frons. vesper, hum⁹, arcus, lim⁹, latex, hic & hoc sal. Cato, *Ex sale, qui apud Carthaginenses fit.* Africanus, *Quod loquitur, sal merũ est.* F. Quç sunt fixa nomina? S. Quç in alterũ genus transire nõ possiuut, vt pater, mater. F. Quæ sunt mobilia? S. Quæ moueri possunt, & in aliud transire gen⁹. Alia ex propriis, vt Marcius Marcia. Alia ex appellatiuis, vt bon⁹ bona bonũ. F. Quot literis mascula finiũtur nomina? S. Septẽ, a, o, l, n, r, s, x, vt scriba, Cicero, sol, flumẽ, Cæsar, bon⁹, rex. F. Feminina quot? S. Eisdem, vt Roma, virgo, Tanaquil, Siren, mater, ciuitas, pax. F. Neutra quot? Duodecim, a, e, i, u, l, m, n, r, s, c, t, d, vt poema, mare, gummi, cornu, mel, regnũ, numẽ, tuber, sidus, lac, caput, aliquid. F. Quomodo possum scire cuius generis sit nominũ quodlibet? S. Singulç vero terminationes habẽt regulas præfixas, quot genera possint in eis esse. Sed longũ est hoc. & huic nostræ puerili disputationi onerosum edicere. F. Hoc est qd⁹ pridẽ dixi. S. Quid n...? F. Quid nisi quod inuides meæ peritiæ. S. Nequaquã frater; sed tuæ auaritiæ modũ imponere volui. F. Modũ meæ auaritiç & nõ tuç tenacitati imponere vis. S. Eia perge quo velis, sequor te. F. Pergã interrogando: tu sequere respõdendo. Et primum dic, in quo sit maxima nominis difficultas. S. In generibus & declinationibus. F. Declinatio in quo agnoscitur. S. In terminatione genitiui casus. F. Quot sunt terminationes genitiui cas⁹? S. Quinque; atq; ideo quinq; sunt nominũ declinationes. F. Dic singulas. S. Prima in æ; vt hic poeta, huius poetæ. Secũda in i; vt, hic doctus, huius docti. Tertia in is breuẽ; vt hic pater, huius patris. Quarta in us productã; vt hic senatus huius senatus. Quinta in ei, diuisas; hic dies, huius diei. F. Nomina in a cuius generis vel declinationis sunt? S. Omnia, si latina sunt, primç, & triũ generũ: masculini, feminini cõmunis. F. Discerne quæ pertineant ad hoc vel illud gen⁹. S Hominũ nomina in A desinẽtia, masculini sunt generis, vt Sylla, Seneca. Aliarũ vero rerũ propria, feminina sunt, vt Roma, Ilia, curia. Et omnia appellatiua feminini fiunt generis, vt regina, iustitia. nisi hæc quæ ad officia virorũ pertinent, vt lixa, scriba, collega: & quæ a Græcis sumpsim⁹, mutationes finalis in a, vt poetes, citharistes, nos poeta, citharista, dicimus.

m? Et quæ a verbis cōposita sunt, vel deriuatiua, cōmunia sunt, vt hic & hęc agricola, rurigena, aduena, parricida cōuiua: & similia. F. Aliarũ prosequere vocalium regulas. S. Faciã. In E omnia tertiæ declinationis, & neutri generis, vt hoc monile. In I neutrũ, hoc gũmi. O finita omnia tertię sunt declinationis sed diuersi generis. E antecedente o, masculina propria sunt, vt labeo, ganeo, aleo. I antecedēte o quãdo sunt verbalia, feminina sunt, vt oratio, actio, coniugatio, &c. G vel D præpositis, o, si mutatur o in i in obliquis casibus, feminina sunt, virgo, vligo, dulcedo, cupido; quod & masculinũ est, quãdo propriũ est. excipiuntur, hic ordo, cardo mango, margo, prædo, cudo, spado: & cōmunia, homo, latro. Itē, duo, ambo, octo. pōdo, cōmunia: & Iuno, & caro, feminina. Alia omnia masculina sũt, vt stellio, Cicero carbo, sermo. In V neutra sunt, & quartæ declinationis, vt cornu, genu, gelu: & sunt aptota in singulari numero. F. Placet quod dicis, licet ter dicas. Sed cōsonãtium regulas pande per te, me tacente & probãte. S. Fiat. In C neutra duo, lac, alec. In D neutra quid quod, aliud, quę nomina esse multis modis ratio probat. In L si Latina, neutra sunt, tribunal, vectigal, & sal; qd' masculinũ & neutrũ inuenitur. Si barbara fiunt, masculina sunt, vt Hannibal, &c. In El neutra, mel fel. In Il vnũ masculinũ, pugil: vnũ femininũ, Tanaquil: vnũ cōmune vigil. vnũ neutrũ, nihil indeclinabile. In Ol vnũ masculinum, sol. Vl finita, duo masculina, consul, pręsul: vnũ cōmune exul. In Am vnũ cōmune, vt hic & hęc & hoc nequã. Et omnia hæc iuxta tertiũ flectuntur ordinē. In Vm omnia neutra sunt & secundæ declinationis, vt tēplum tēpli. In En nouē sunt masculina, lien, riē, flamen, pecten, tibicen, fidicen, liricē, tubicē, cornicē. cætera omnia neutra sunt, vt carmen, flumē, & omnia tertiæ declinationis. Ar finita sunt tertiæ declinationis neutralia, vt torcular, puluinar. Exceptis hic Cęsar, Lar, & Nar fluuii nomē: & cōmunis generis, hic & hæc & hoc par; & quę ex eo cōposita sunt, impar, dispar, cōpar. Et finita, exceptis hęc mater, hęc mulier, & neutris his, suber, papauer, cadauer, laser, siler, iter, cicer, siser, & cōmunibus his, pauper, vber, celer, alia omnia masculini sunt generis. Alia secundæ; alia tertiæ declinationis: quorũ declinatio facile ex obliquis casibus intelligi potest. Ideo de declinationũ diuersitate minime laborãdũ cēseo. F. Fac sicut placet Ex me. n. possum declinationes, vt dixi, experiri. In Ir vnũ masculinũ, hic vir, & ex eo cōposita, semiuir, duumuir, leuir, & vnũ neutrum, hoc ir indeclinabile. & sunt secundæ declinationis. S. In Or desinētia tertiæ formã sequuntur declinationis, & sunt masculina propria vel appellatiua, vt Hector, orator, furor, doctor: exceptis tribus femininis, soror, vxor, arbor: & neutris his, ador, marmor, æquor, ebor, olor, femor, cor: & cōmune, hic & hæc auctor, discolor, cōcolor, memor, & immemor, & omnia cōparatiua or finita, cōmunis sunt generis, vt hic & hæc doctior, melior, excepto vno, hic senior. In Vr vnũ secundæ inuenitur, hic satur & facit satura feminino. Masculina vero hic Astur, turtur, vultur. Cōmune, hic & hęc augur, & fur. Alia omnia neutra sunt, vt guttur, sulphur, murmur, iecur, & tertię declinationis. As syllaba terminata feminini sunt generis, vt hæc dignitas, pietas: exceptis hic as, assis, mas maris, vas vadis, & hoc vas vasis, & hoc fas, nefas, & omnis generis, nugas, & omnia tertiæ declinationis sunt. Sed inueniuntur ꝓpria primę declinationis, hic Æneas, Lysias. Et tertię quoq; patrię nomina, hic Mycenas, Capenas, Arpinas. In Es correptam terminata, si naturaliter de mare & femina significatio potest esse, cōmunia fiant, vt hic & hæc hebes. i. tardus: sic teres, comes, diues, sospes, hospes, præses, deses, obses, superstes, quadrupes, sonipes. Alia vero omnia. i. quæ nullam naturalē cōmunionē cũ feminis habent, masculina sunt, vt stipes limes, fomes, cespes: exceptis in ges syllabã desinentibus, e in genitiuo seruantibus, vt hæc seges segetis, teges, & abies; & omnia tertiæ sunt declinationis. Alia in es productã desinē-

tia, si propria fiunt, masculina erunt, vt Hercules, Vlixes, & verres appellatiuum, cum porcum significat: & commune, vt hæres, locuples. Alia vero omnia feminina sunt: quædam tertiæ, vt cædes, strages, vulpes, apes: quædam vero quintæ, vt facies, effigies, spes, res, fides, & omnia in es purum finita, quintæ fiunt declinationis; præter quies, abies, paries, & omnia consonante præcedente, tertiæ sunt declinationis, præter spes & fides, res. In Is omnia tertiæ declinationis sunt, sed in is terminata, si n vel c ante is habent, vel si vna syllaba supercrescunt in genitiuo, omnia masculina sunt, vt hic panis, piscis, hic lapis lapidis: exceptis, hæc bipennis, & hæc cuspis, callis callidis, hic & hæc canis. Inueniuntur quoque pauca, licet his regulis non subiacent, masculina, vt hic fustis, ensis, postis, anguis, vnguis, col'is, follis, corbis, vectis, mensis, torquis, axis, orbis. Si fiunt vero adiectiua, vel deriuatiua, vel ad homines solos pertinentia, semper communia fiunt, vt hic & hæc fortis, suauis, dulcis, exanguis, exanimis, ciuis, hostis, ædilis. Alia omnia feminina sunt, hæc auis, classis, cutis, & tertii ordinis cuncta. In Os feminina tria, cos, dos, glos: communia quinque, custos, sacerdos, bos, compos, impos: neutra duo, os oris, os ossis. Alia omnia masculina, mos, flos, ros, nepos, lepos. Et tertiæ declinationis omnia. Vs tam multiplex est in generibus & declinationib. vt nullatenus tibi, o France, sub angustia huius nostri lusus, eius possim pandere diuersitates. Nam trium declinationum est, secundæ, tertiæ, & quartæ: Generis quoque masculini, feminini, & neutri, communis & omnis, & epicœni. F. Pande tamen aliquas de eo regulas. Sæpe dũ solem non habemus, ad effugandas nocturnas tenebras, laternis vtimur. S. Ergo in Vs masculini generis propria, vel appellatiua mobilia, vel fixa, secũdæ sunt declinationis: propria, vt Terentius Terentii, Marcus Marci: mobilia, vt bonus boni, sanctus sancti: fixa, campus campi: hortus horti, fumus. Et tria feminina secundæ, hæc colus, aluus, humus. Item feminina arborum nomina, secundæ sunt, hæc pirus, prunus, fagus fagi, &c. Item neutra tria, hoc vulgus, virus, pelagus. Alia neutra in Vs finita, omnia tertiæ sunt declinationis, vt ius iuris, munus, pondus, corpus, pectus. In Vs productum feminina omnia tertiæ sunt, & vna syllaba in genitiuo accrescunt, vt salus salutis; tellus telluris, V producta in obliquis, excepto pecus pecudis, Venus Veneris. Vnum omnis generis, vt hic & hæc & hoc vetus veteris. Et communis generis pauca, hic & hæc Ligus Liguris, grus gruis, sus suis. Et epicœna, mus muris. Et vnum masculinum, lepus leporis. Igitur quartæ declinationis feminina hæc tantum sunt, anus, manus, porticus, tribus, domus, nurus, socrus, quercus. Quę vero a verbis, vel nominibus participialibus masculina sunt & quartæ declinationis, vt hic status huius, status, status, a sto, ductus, a duco, consulatus, a consule, Tribunatus a Tribuno. Item s, vel t, vel x antecedentibus us, masculina, & quartæ declinationis sunt, vt risus, metus, sexus. Item penus & specus, tam masculini quam feminini & neutrius. Inuenitur etiam secũdæ, tertiæ & quartæ declinationis acus, & hæc acus. Inuenitur in vsu, & hoc acus aceris, purgamentum frumenti. Pus & virus indeclinabilia sunt. In X literam quacunque vocali vel consonante antecedẽte eam, omnia tertiæ sunt declinationis, sed diuersorũ generum. Vt tamẽ breuiter dicam: Omnia accidentia X litera finita, communia sunt, vt hic & hæc & hoc audax, artifex, velox. Item appellatiua ad vtrumque sexum hominum pertinentia, communia sunt, vt hic & hæc & hoc coniux, dux. Quæ vero ad solos mares pertinent, masculina sunt, vt rex: & quæ ad solas feminas, feminina sunt, vt hæc pellex. Propria masculina sunt, vt hic Aiax, Pollux. Item, quæ vna syllaba accrescunt in genitiuo, masculina sunt, vt hic vertex, apex, latex,

latex,cortex,codex, pollex;calix, fornix, natrix,&reliqua. Feminina vero hęc sunt; fornax,silex, ilex, carex; salix ,radix, cornix, filix, meretrix, cicatrix, celox. Itē omnia verbalia feminina sunt, vt victrix, genetrix,nutrix. Itē, monosyllaba omnia feminina sunt,vt pax,lex,pix,nox,lux,arx, falx;excepto rex,& hic grex,& hic & hęc dux. T finitū vnū inuenit̄ neutrū,caput; & ex eo cōposita sunt, sinciput, occiput. Quæ nomina in duas desinunt cōsonantes, si sint accidentia, triū generū omnia; vt hic & hæc & hoc expers, prudens, inops, celebs, princeps, parens. Pauca masculina, Mauors, Aruns. Pauca feminina, hiems, cohors, adeps. Monosyllaba in duas desinentia consonantes, maxime feminina sunt;vt ars,fors,gēs,mors,lens,frōs, pars,sors,scrobs,stips,trabs,vrbs,puls. exceptis, hic mons,pons,dens, Mars. In Aus feminina,laus,fraus. In Aes masculinum præs,prædis. Neutrū,æs æris. Vix aliquādo fœnore me soluebā grauissimo. F. Sed gratissimo ; quapropter ad numeros transeamus. S. Fiat.

De Numero.

F. Numerus quid est? S. Dictionis forma,discretio quantitatis F. Numeri nominū quot sunt? S.Duo, Singularis vt, homo;Pluralis,vt homines. Sed singularis numerus finitus est: pluralis,infinitus est. Cū dico homo, certum est vnū me significasse Cum homines dico, incertum est,de quo', nisi addam,decem , centum, mille, vel quot libet. Nā a duobus ad innumerabiles extenditur significatio. F. Quæ dictiones habēt numeros? S. Quæ personas habēt;id est nomina, pnomina, verba, participia ; vt vir viri : ego lego, nos legimus hic legens,hi legentes Ideo infinita verba , & impersonalia carēt numero,quia non habēt personas. F. Numquid aduerbia non habent numeros? S. Habēt ; sed inter accidentia aduerbii numerus nō ponitur: & indeclinabiles sunt numeri aduerbiorum ; & ad singularem, & pluralem dictionem æque ponitur, vt, *ter feci,& ter fecimus*. F. Quid tum interest inter numerorum nomina indeclinabilia,&inter aduerbia. S. Quod aduerbia & singularibus & pluralibus similiter iūgūtur; vt *millies dixi*, & *millies diximus*. nomina vero non nisi pluralibus, vt *mille homines diximus*. F. Sunt ne aliqua nomina, quæ vna literatura vtrosq; habēt numeros? S. Sunt. Nā in prima declinatione, generis. . . . .datiui singularis vna voce cū nominatiuo & vocatiuo plurali proferuntur ; vt hui', & huic poetæ;& in omnibus hoc idē inuenies declinationibus sæpissime. Secunda, vt huius docti & hi docti. Tertia, hæc cędes & hæ cędes Quarta hic fluctus huius fluct', hi & hos & o fluctus:us productā in omnibus his casibus. Quinta, hæc res & o res; hæ & has & o res. In pronominibus quoque & participiis inuenies voce cōmunia, vt illi, isti, ipsi, datiui singularis, & nominatiui pluralis. In participiis mobilia, omnia iu eadem voce habent feminina in singulari [illegible]minatiuo,& neutralia in plurali, vt hæc victura femina,& hæc victura animalia. In verbis vero nulla vox est, quæ eadem possit esse in singulari numero,& plurali. F Vnde aliqua nomina,sicut in Donato legi,semper singularia sunt & aliqua semper pluralia? S Natura,vel vsu. Natura, vt propria, quæ naturaliter indiuidua sunt, vt Hector,Achilles,sol, luna, Italia,Sicilia. Vsu,vt sanguis puluis, lux, vita. Item, quæ ad pondus vel mensuram pertinent, singularia sunt, vt aurum,triticum,&c. Similiter natura vel vsu quædam sunt semper pluralia. Natura,& gemini pisces in cœlo. Vsu,vt arma,mœnia, nundinæ,Kalendæ. Nam per omnia genera inuenies. Quædam semper singularia,quædam semper pluralia, quæ studio breuitatis nobis prætermittēda esse reor,

De Figuris.

F Fiat vt vis,etsi non libens tamen cōsentio. sed de figuris disputemus. Et

te, illum hominem accuso: a me, a te, ab illo homine hoc protuli. Solus Vocatiuus dicit, *o homo veni.* Sed Ablatiuus, quia nouissime repertus est, nouissime ponitur. F. Num omnia nomina per omnes casus declinari possunt? S. Non possunt. Quia sunt nomina, quæ nominatiuum solum habent, & dicuntur Aptota; vt fas, git, pus, ir. Sunt quæ nominatiuum nō habent, vt Iouis Ioui Iouem a Ioue. Alia, in quibus tres tantum obliqui inueniuntur, frugi frugem a fruge. Alia in quibus duo, vt vicem a vice. Alia in quibus vnus, vt sponte, cœpe. F. Quot formæ casuales sunt? S. Sex. Sunt nomina Monoptota, quę vna terminatione pro omni casu funguntur, vt gūmi, nequa. Sub qua regula sunt etiam nomina literarū, & numerorum a quatuor vsq; ad centum. Diptota sunt, quæ duos casus diuersos habent, vt fors a forte: vel omnes duab. tantū diuersitatibus discretos, vt cornu omnes casus habet in breuem u. Alia Triptota, qualia sunt neutra in secunda declinatione, quę tres diuersitates casuū habent, vt templū templi templo; & omnia neutra pluralia per oēs declinationes, sidera siderū sideribus. Alia Tetraptota, qualia sunt omnia in r desinentia, secundæ declinationis, vt puer pueri puero puerū. Alia Pentaptota, qualia sunt masculina secundæ declinationis, in us finita, vt doctus docti docto doctum docte. Hexaptota sunt, quæ sex diuersos habent casus, vt est, vnus vnius vni vnum vne ab vno. F. Ne sit tibi onerosum singulorum casuum terminationes per omnes quinque declinationes mihi exponere. S. Longiorem me facis multis interrogationibus. F. Quid si vtiliorem in necessariis regulis? S. Prima declinatio Genitiuum & Datiuum in æ diphthongon, Accusatiuum in am, Vocatiuum & Ablatiuum in a desinunt. Vt, hic Poeta, Genitiuo huius Poetæ, Datiuus huic Poetæ, hunc Poetā, o Poeta, ab hoc Poeta. Nominatiuus & Vocatiuus pluralis in æ, Genitiuus in arum, Datiuus & Ablatiuus in is; nisi sit discernēdi generis causa, vt deabus, filiabus, natabus, equabus. Accusatiuus in as. Hi Poetę, horū Poetarū, his Poetis, hos Poetas, o Poetę, ab his Poetis. Secūdę Declinationis Genitiuus in i desinit, Datiuus & Ablatiuus in o productam, Accusatiuus in um; nisi sint neutra, quorū Accusatiuus vbique sequitur suum Nominatiuū, seu in singulari numero, seu in plurali. Vocatiuus similis est Nominatiuo in illis omnibus, quæ in m, vel r, desinūt: si vero in ius nomina desinunt propria, Vocatiuus in i, vt Virgilius, Virgili. Si Nominatiuus in us, Vocatiuus in e desinit, vt hic magnus magni magno magnū magne magno. Nominatiuus & vocatiuus pluralis, nisi in neutro, per i finitur, Genitiuus in orū, Datiuus & ablatiuus in is, Accusatiuus in os, hi magni, magnorū magnis magnos magni magnis. Tertiæ declinationis Genitiuus in is, Datiuus in i, Accusatiuus in em; in paucis in im, vt turrim, sitim, Vocatiuus similis est nominatiuo. Ablatiuus in quibusdā per e correptam vt a patre; in quibusdam per i, vt liberi: in quibusdam per e & i, vt a felice & felici. Hic Rex, Regis, Regi, Regē, Rex, a Rege. Nominatiuus & accusatiuus plurales in es productā. In paucis Accusatiuus is, vt turris. Genitiuus in um; in quibusdā in ium, turriū. Datiuus & ablatiuus in bus. Hi Reges, Regum, Regibus, Reges, Reges, a Regibus. Quartę declinationis Genitiuus singularis in us productā, Datiuus in ui, Accusatiu⁹ in um, Vocatiuus similis est nominatiuo, Ablatiu⁹ u productā, vt, hic senatus, huius senatus, huic senatui, hunc senatum, o senatus, ab hoc senatu. Nominatiu⁹ pluralis & accusatiuus & vocatiuus in us productā, Genitiuus in uum, Datiuus & ablatiuus bus, vt hi senatus, horum senatuū, senatibus, senatus, o senatus, a senatibus. Quintæ declinationis genitiuus & datiuus singularis in ei diuisas, Accusatiuus in em, Vocatiu⁹ similis est nominatiuo, ablatiu⁹ in e profertur, vt hæc res, huius rei, rei rem re sare. Nominatiuus & Accusati-

uus & Vocatiuus pluralis in es, Genitiuus in um, Datiuus, & Ablatiuus in bus, vt hæ res, rerum, rebus, res, o res, a rebus. Num Francæ adhuc ſat habes de nomine? F. Sat habuiſſem, Saxo, ſi nō ciniphes, quæ ſunt in domo Magiſtri, aures mihi quæſtiunculis ſuis impleſſent. Tamē, ſi placet, trāſeamus ad alia. Illas, quoquo modo excutiamus. Tranſi quo velis, ſequar te, quo vadis.

INCIPIT DE PRONOMINE.

F. Pronomē quid eſt? S. Pars orationis cum caſu poſitū nominis vice, ne ſæpius iteratū nomē faſtidium faciat audienti, vel legēti, & finitas recipit perſonas. F. Pronomini quot accidūt? S. Sex: ſpecies, perſona, genus, numerus figura, caſus. F. Species pronominū quot ſunt? S. Duæ; quia ſunt pronomina aut primitiua, aut deriuatiua. F. Primitiua quot ſunt? S. Octo: Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is. F. Deriuatiua quot ſunt? S. Septem: Meus tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras. F. Vnde hæc deriuantur? S. A genitiuis primitiuorum. A mei, meus: a tui, tuus: a ſui, ſuus: a noſtrū, noſter & noſtras: a veſtrū, veſter & veſtras. Hęc ſunt quindecim ꝓnomina, in quibus nulla dubitatio eſt. F. Perſonæ pronominū quot ſunt? S. Tres. Sed prima perſona & ſecunda ſingulas habēt voces, quia præſentes ſemper ſunt inter ſe, vt ego, tu. Tertia vero ſex habet voces quia tertiarum perſonarū plurimę ſunt diuerſitates, vt ſui, ille, ipſe, iſte. hic, is. Et tertia perſona modo præſens eſt, vt iſte: modo abſens, vt ille.

De Generibus Pronominum.

F. Genera Pronominum quot ſunt? S. Quinq;. Maſculinum, vt hic, femininum, vt hęc, neutrum, vt hoc, commune, noſtras, veſtras, trium generū, ego, tu. Et omnia pronomina neceſſe eſt tria genera habere, vel in vna voce cōfuſa, vt ego, tu: vel in diuerſis diſtincta terminationibus, vt meus, mea, meum. quia pro vniuſcuiuſque rei propriis accipiuntur nominibus.

De Figuris.

F. Figuram Pronominum dic. S. Sunt Pronomina ſimplicia, vt iſte, hic. Sunt cōpoſita, vt iſtic, quod ex iſto & hic componitur. Idem, componitur ex is Pronomine & *demū* Aduerbio, & eſt numero cōmune, vt *idem vir*, & *idem viri*. in maſculino i producta, in neutro i correpta. & eius femininū, eadē. Geminatur quoq; eius cōpoſitio in neutro, & dicitur identidem. i. idem & idem. Cōponuntur pronomina cum Aduerbiis, vt eccum. i. ecce eum, ellum, ecce illum. Et cum ꝓpoſitione, ſed per anaſtrophen, vt mecum, tecū, ſecum. Et cum nomine, vt huiuſmodi, iſtiuſmodi. F. Vnde illa cōpoſitio, egomet & huiuſce? S. Non eſt cōpoſitio, ſed paragoge i. adiectio ſyllabæ. Et ſunt quatuor eiuſmodi adiectiones, me, ce, te, pte, vt egomet, tute meapte, huiuſce, illice; quod per apocopen profertur, illic, vltima circumflexa.

De Numero.

F. Numeri pronominum quot ſunt? S. Duo, Singularis, vt iſte, Pluralis, vt iſti. S. Sunt & numero communia, vt ſui, ſibi, ſe, a ſe. quod nominatiuo caret differentiæ cauſa, quia, ſi eſſet hi, vel ſi, nominatiuus, dubitationem feciſſet inter hi, aliud pronomen, & ſi coniunctionem vel quia trāſitio, vel reciprocatio perſonæ in nomine nō poteſt eſſe; quod Sui ſemper habet reciprocationem, vt, *ſui meminit*: tranſitio, vt *ſuo ſeruo loquitur*.

De Caſibus.

F. Caſus Pronominum profer. S. Caſus Pronominū ſunt, vt Nominū. Niſi quod prima perſona & tertia. plus quinque caſibus habere non poſſunt; quia vocatiuus [illegible] eis fieri non poteſt, qui proprius eſt ſecundæ perſonæ; excepto meus, poſſeſſiuum, [illegible]od mi facit vocatiuo, duas ee breues in [illegible]ngū euphoniæ cauſa co[illegible], [illegible] pluralis quoque vocati-

vocatiuum habet, o noster. F. Quot formæ casuales fiunt in pronomine? S. Sunt pronomina, monoptota; vt mecum, tecum, secum. Alia triptota; vt sui, sibi, se, mecum, tecum secum. Alia tetraptota; nnas, suus illud, istud. Alia pentaptota, ille, ipse iste. Nam hexaptota non inueniuntur pronomina. F. Dum pronomina casus habent & numeros, necesse est eos habere & declinationes, quarum regulas vt edisseres, flagito. S. En, probus es fenerator. F. Quin tu tenax es largitor. S. Quatuor sunt declinationes pronominū. Prima est, quæ in tribus primitiuorū personis cernitur: Cuius Genitiuus & datiuus in i. Accusatiuus & ablatiuus in e producta, vt ego, mei, mihi, me, a me. Tu, tui, tibi, te, a te. Sui, sibi, se, a se, Primæ & secūdæ personę plurales, Nominatiuum, & Accusatiuum in os; Genitiuum in vm, vel in i. Datiuū & Ablatiuū in is, vt nos nostrum, vel nostri, nobis, nos, a nobis. similiter & vos. Tertia persona nō habet nominatiuum, & per cæteros casus cōmunis est numeri, sui. F. Vnde personę intelliguntur pronominum? S. In primis syllabis in extremis, Casus & Numeri. Secunda declinatio est in reliquis quinque primitiuis quorum Genitiuus in ius, Datiuus in i desinit per tria genera: præter huic solum; ne hui interiectio putetur. Accusatiuus autem & Ablatiuus singularis, & omnes casus plurales in masculino, & neutro, secundæ declinationis nominū terminationes seruant, in feminino, primæ; vt Ille, illius, illi, illum, ab illo: Et pluraliter; Illi, illorum, illis, illos, ab illis. Illa, illius, illi, illam, ab illa. Illæ, illarum, illis, illas ab illis. Illud, illius, illi, illud, ab illo: Illa, illorum, illis, illa, ab illis. Sic & reliqui quatuor declinantur. Nisi hic & hęc & hoc; qui per omnes singulares casus assumit, præter Genitiuum. Tertia declinatio est pronominum in quinq; deriuatis, quæ secundū regulā nominum mobiliū in vtroque numero declinantur. In masculino & neutro, secundam; in feminino primam sequens declinationem. Et sunt hæc meus, tuus, suus, noster, vester. Quarta declinatio est communium; & declinantur sicut in duobus reliquis, quæ sequuntur tertiæ declinationis nomina; vt hic & hęc nostras, vestras; & hoc nostrate, vestrate; nostratis, vestratis. Ecce habes, quæ vi extorsisti. F. Melius est vi extorquere, quā non habere. Dic tamen de o qui Vocatiuo casui in nominibus & pronominibus, & participiis iūgitur, est pronomen, an nō? S. Non est pronomen, sed Aduerbiū vocandi, vel optandi, eiusdē significationis, dū dicis heus iuuenis, & o iuuenis. Et nulli alii personę potest iungi, nisi secundæ. F. Memor esto, dixisse te, XV. Pronomina esse. Sed quid est, quod Donatus inter Pronomina posuit, quis, qualis, talis, quot, tot, quotus, tot? S. Memini me dixisse, XV. esse Pronomina, in quib⁹ nulla dubitatio esset. De istis enim, quæ ponis, dubitatio est, an sint Pronomina, vel Nomina. Priscianus, latinæ eloquentię decus, nomina interrogatiua, vel relatiua, vel redditiua substātię ea omnino dicit; & pronomina negat esse posse; quia finitas personas nō habent, quod ꝓpriū est pronominis cum casu iuncti. Sicut & alia nouem nomina mobilia, quidā errore seducti, pronomina dicunt esse quia pronominū declinationē habent; id est, vnus, vllus, nullus, solus, totus, alius, alter, vter, neuter; quos multæ lectionis ratio reuincit. At meus tuus suus, Nomina dicēda sunt; quia per omnes casus Nominum sequuntur Declinationē. Quantum ad puerilem nostrā disputationem pertinere visum est; de Pronomine habes sufficienter. Sed totum te transfer ad Verbū. F. Placet quod habeo; licet plus indiguissem. Attamen totum me, vt suades, transferā ad inquisitiones Verbi. Tu te ad responsiones para. S. Faciam.

DE VERBO.

F. Primo omnium Verbi definitionē dic mihi. S. Magis interrogemus Magistrū, quæ sit Verbi definitio secundum

Philosophiā. D. An habet, Magister, iuxta Philosophiæ rationem, hæc tam principalis pars definitionem propriam, veluti nomen? M. Habet subtilem definitionem, & nobilem, & est huiusmodi. Verbum est vox significatiua secundum placitum, cū tempore definitū, aliquid significans, & accidens. D. Expone, pater, hāc nobis definitionem. M. Dum dico, *lego*, actum significo legentis; quem actum alia Græcus significat voce: & ideo Verbū *secundum placitū* est; *tempusq;* adtrahit: *definitum*. i. certum aliquid significat: *& accidens*; accidit. n. actio, vel passio homini. Sed vestrā vos intrate disputationē; hæc alias F. Fiat, vt iubes. F. Profer, Saxo, proprietatem Verbi. S. Verbum est pars orationis cum temporibus & modis, sine casu, agendi vel patiendi significatiuum. F. Si verba actum vel passionem significāt, vnde dicuntur neutra? S Non ideo, quod actum vel passionem ne significent: sed ideo, quia vnum horum significant. Nam Actiua in nostro actu alterius passionem significant; nam dū dico, Amo te, patiaris actum meum, id est, quod amo te. Et dū dico, amor a te, patiar ego actum tuum, id est, quod tu me amas Neutra vero vniformiter significant, vel agentē, vt ambulo, curro, prandeo; vel patientem, vt ardeo, veneo, vapulo. Sed & casus non egēt, quibus Actiua vel Passiua egent. Nam Actiua Accusatiuo casui iunguntur, vt amo te; sæpe & genitiuum, vt memor sum tui. &, datiuū, vt dico tibi. Passiua, ablatiuo iungūtur, vt amor a te. Neutra Absoluta sunt, & per se sensum significant, vt viuo, spiro, pergo. F. Verbo quod accidunt. S. Septē: significatio, quæ & genus dicitur, tēpus modus, species, figura, persona, numerus. Significatio verborū proprie in actione vel in passione est; quæ secundū analogiā duabus terminantur literis, o & r. In o, actiua & neutralia In r, passiua, deponētia, cōmunia. Et hęc sunt genera verborum quinque Actiua sunt, quæ semper actum significant, vt amo te. Tamen, si quis altius consideret in Actiuis verbis passionem; & in Passiuis actionem, sicut supra diximus, inueniet. Neutra vniformiter semper proferuntur. i. aut actū solum, aut passionem solum significant: actum, vt manduco, curro: passionē, vt vapulo a te. Sunt quoq; neutralia, intrinsecus in seipsis habentia passionē, & nō ab alio extrinsecus, vt rubeo, fetueo, caleo, ęgroto, tuo. Deponentia quoq; vnā semper habēt significationē: aut actiuā, vt sequor te, præstolor te; vel sine adiectione casus, luctor, loquor: aut passiuā, vt nascor a te, patior a te, meteor a te. Cōmunia duas habēt in vna voce significationes, agētis & patientis, vt osculor te, osculor a te. F. Quot modis declinātur verba. S. Duobus modis. Nā Neutra Actiuorū; Deponentia & Cōmunia Passiuorū regulā in Declinatione maxime sequuntur. Sunt preterea Neutropassiua, quę in preterito perfecto & plusquāperfecto, passiui declinationē habēt. Et sunt hæc sola; audeo ausus sum, fido fisus sum, fio fact⁹ sum: & si qua ex his cōponuntur. Sunt alia Passiuoneutra, superiori contraria, cōperior, mereor, diuertor; faciunt. n. præteritum cōperii, merui, diuerti F. Nunquid certas habent semper verba significationes? S. Nequaquā semper certas. Sed alia sunt, q̄ vna voce vel cōiugatione diuersas habēt cōiugationes, vt colo, pro diligo, & habito, & aro accipitur. Cōmitto, pro credo, & cōmendo. Cōdo, pro ædifico, & celo. Gratulor ꝓ gaudeo, & gratias ago ponit. Sunt alia, quæ cū coniugatione mutāt significationē. Hæc in secunda persona discernuntur, vt, mando mandas, a mando, mando mandis, a māduco. fundo fundas, a fundando, fundo fundis, a fundēdo. volo volas, a volando, volo vis, a voluntate. fero feras ferai, fero feris serui. lego legas, & lego legis. dico dicas breuis, dico dicis, longa. appello & cōpello cōpellas. i. clamo. appello, appellis, i. applico. repello, compello, i. cogo. Hæc, France, de varia verborū significatione dicta sufficiāt; nunc ad tempora curro. F. Fiat. Primo dic mihi vnde dictū sit tēpus? S. A temperamen-

mento; quia omnia mortalia tempus habent. F. Tempora quot sunt? S. Tria secũdum naturã, præteritum, vt legi: præsens, vt lego: & futurum, vt legã. Quadã tamen necessitate, præteritum temp⁹ in tres diuiditur distantias. Quia quædã sunt, quæ multo ante dicimus transacta, vt legeram. Aliquando quædã quæ paulo ante, vt legi heri. Quædam inchoata sunt, sed nondum perfecta, vt legebam. Et ideo quinq; tempora adnumerabimus in verbis. F. Quod horum tempus in verbis principalem inter cætera tenet locum? S. Præsens; quia in ipso sumus, dum loquimur de præterito & futuro; & a præsenti dicuntur præteritum & futurum. Quamuis itaq; præsens tempus instabili motu naturaliter exoluatur, & pars eius iam prætereat, parsq; sequatur; tamen ad ordinationẽ diuersorũ gestorum tẽpora diuidimus. F. Nũ in omnib modis omnia tempora inueniuntur? S. Nequaquã. Nã imperatiuus naturaliter necessitate non habet præteritum; quia ea sola imperam⁹ quæ in præsenti sunt, vel in futuro. Cæterum Indicatiuus & Subiunctiuus per omnia tempora currunt. Optatiuus quoq; & Infinitiuus, licet confusa voce, & in quibusdã tamen omnia habẽt tẽpora, vt vtinam legerem nunc & heri, & vtinã legissem ante, & ante quinquaginta annos. Item, legere me volo, & volebã: & legisse me volui, & voluerã F. An in omnib Verbis hæc quinaria temporum diuisio inuenitur? S. Non. Quia sunt Verba, q̃ rationem temporum non seruant, vt inchoatiua verba in omni præterito perfecto & plusquamperfecto deficiunt. Itẽ omnia impersonalia quæ a se nascuntur, in futuro Infinitiui deficiunt, vt pœnitere, pœnituisse. Et pleraq; neutra in futuro Infinitiui deficiunt, vt horreo, horrere, horruisse. Nã pœnitum ire nõ dicimus, &c. Sunt quoq; verba quæ præteritum tẽpus non habent, nisi ex aliis sumantur verbis, vt percutio percussi. Ferio nõ habet præteritum nisi dicas, percussi. sic statuo statui, sisto statui: sustulo sustuli, & suffero sustuli: tollo tuli, & fero fers fert tuli facit, insanio insaniui & furio insaniui: cerno creui, & cresco creui facit. Item quoque inchoatiua & meditatiua nõ solum in p̃terito sed etiam in futuro infinitiui deficiunt, tepescere, parturire. Itẽ verbis in or desinentib. desunt tẽpora præterita perfecta, & futurum Coniunctiui; sed per participia & verbum substantiuum Sum declinantur, vt amatus sum, amatus fueram, amatus ero. &c.

De Modis Verborum.

F. Modi Verborum quid sunt? S. Modi sunt diuersæ inclinationes animi, varios eius affectus demonstrantes; & sunt quinq;. Indicatiuus, qui & Definitiu⁹, quo indicamus vel definimus, quid agatur vel patiatur a nobis; qui ideo prim⁹ ponitur, quia perfectus est personis & tẽporibus; & alii ex eo modi regulã sumũt. vel q̃d ex eo participia, vel nomina, vel verba deriuãtur, vt a duco ducens; a duxi; ductus, & dux: ferueo feruens, feruesco feruor. Imperatiuus est, quo imperamus aliis, vt faciant vel patiãtur, & est per se absolutus, nec alterius indiget partis ad significãdũ; & ideo secundum tenet locum in modis. & hoc orantes sæpissime vtimur, vt *Musa mihi causas memora* Deinde Optatiu⁹, per quẽ optamus, qui ideo tertius in ordine ponitur, quia inferior est qui optat, quã qui impetat & aduerbio optandi indiget ad cõplendum sensum, vt vtinã legerem. Quarto loco Subiunctiuus ponitur; & iure, eget. n. nõ modo aduerbio vel cõiunctione; verum etiam altero verbo, vt perfectum significet sensum. Vnde & Subiunctiuus dicitur, vt Virgilius: *Cũ faciã vitula p̃ frugibus, ipse venito.* Et omnibus aliis modis sociari potest, vt *dũ legerẽ scripsi*; &, *dum legã scribe*; &, *dum legerem vtinam scriberẽ* Infinitiuus est, qui in personis & numeris deficit, & eget vno ex supradictis quatuor modis, vt plenum aliquid significet, vt *legere propero*: *legere propera*: *vtinam legere properarem*: *cum legere properarem*. Impersonale verbum a neutris actiuæ significationis, vel ab

actiuis naſcitur, vt curritur, viuitur, legitur, amatur. Et per omnes modos & perſonas & tēpora & numeros iunctis pronominibus rite declinātur, curritur a me, a te, ab illo, a nobis, a vobis, ab illis. Præterito imperfecto, legebatur. Præterito perfecto, lectum eſt. Præterito plusquamperfecto, lectū erat. Futurum, legetur. Sic & per alios modos. F. Quid eſt inter imperſonale & infinitiuū? S. Infinitiua verbis iunguntur, vt legere volo. Imperſonalia pronominibus, vt legitur a me. F. Quot formæ ſunt Imperſonaliū? S. Quatuor. Aut in tur, aut in at, aut in it, aut in et exeunt, vt ſtatur, reſtat, contingit, pudet. Sed quę in et exeunt, alia a verbis veniūt, vt miſeret; alia a ſe oriuntur, vt pudet, pœnitet, decet. F. Quæ ſunt Supina, vel Participialia? S. Quinque ſunt eiuſmodi voces, vt legendi, legendo, legendum lectum, lectu. Quas Priſcianus omnino nomina vult eſſe, quia tēporibus carent, & perſonas non diſcernunt, & præpoſitionib. ſeparatis iungūtur, vt, *ad legēdū vado*, vel *a legēdo venio*. F. Intētus ſum de ſpecierum ratione audire maxime; quia hoc accidens verbi Donatus dimiſit. S. Non dimiſit, ſed in formis attigit. Nam ſpecies verborum duæ ſunt. Vna principalis, quā Donatus Perfectam formam nominat, vt lego. Altera deriuatiua, quam ille Meditatiuam, Frequētiuā, vel Inchoatiuam dicere voluit, vt a lego lecturio & lectito; & a ferueo ferueſco. Et hæc, id eſt, Inchoatiua ſemper in ſco deſinunt, & tertię ſunt Cōiugationis, vt caleſco caleſcis, veſperaſco veſperaſcis. Et præteritū nō habent tempus; nec participia futuri tēporis. Frequentatiua primę ſunt cōiugationis, & in tito, vel to, vel ſo, vel xo deſinunt, vt lectito as, dicto as, merſo as, nexo as; & fiunt ſemper neutra, vt inchoatiua. Meditatiua in vrio deſinunt. & quartę tantū coniugationis ſunt, vt lecturio is eſurio is; quod ab edo deriuatur. Sunt aliæ quoq; ſpecies deriuatiuorum, vt a video viſo, i. cupio videre, a facio faceſſo, a capio capeſſo, a lacero laceſſo, ab arceo arceſſo, ab acceo acceſſo; quæ frequentatiua non eſſe coniugatio oſtendit. Sunt quoq; alia per diminutionē deriuatiua, vt a ſorbeo ſorbillo, a garrio garrulo, a caluo caluſ[illegible]. Item a nominib. deriuata fiunt, vt a patre patriſſo, a græco græciſſo. Imperſonalia quoq; pene omnia ab adiectiuis vel neutralib. deriuatiua ſunt, vt a lego legitur; a ſto ſtatur. Inueniūtur quoq; & ab aduerbiis verba deriuari, vt perendie, perendino: & a cras, vt procraſtino: & ab intus, intro, intras.

De Figuris Verborum.

F. Figuratas verborū cōpoſitiones expone precor. S. Sunt verba ſimplicia, vt cupio taceo. Sed & compoſita, concupio, conticeo. Sunt & decompoſita, id eſt, a cōpoſitis deriuatiua, vt concupiſco, conticeſco. Sunt & ex trib. partib. cōpoſita vt perterrifico. Sūt & q̄ mutāt in cōpoſitione coniugationem; vt do das facit reddo reddis; facio facis amplifico as. Sunt compoſita, quorū ſimplicia in vſu non ſunt, vt offendo, aſpicio, aperio, refragor. fendo, & ſpicio, & perio &, fragor, non repperi. Sunt, quæ genus mutant in cōpoſitione, ſperno ſpernis, actiuum; aſpernor aſpernaris deponens. ſedeo ſedes neutrū; inſidior inſidiaris deponens; obſideo vero & adſideo actiua ſunt. eo & facio neutra ſunt; adeo, ſubeo perficio, conficio, & ex eis cōpoſita, actiua ſunt; faciūt, adeor, ſubeor, perficior, conficior. ex facio quoq; neutro, verſificor verſificaris, & gratificor gratificaris, deponentia naſcuntur. cōplecto, actiuum; amplector, deponens. Cōponuntur verba cū nominibus, vt ab amplo & facio, amplifico; ex quo participiū, amplificans, & cum altero verbo. vt calefacio i. calere facio. Vel cum aduerbio, vt benedico. Vel cū præpoſitione, vt indico, ſubeo. Sed præpoſitionib. per compoſitionem iunguntur ſemper, ſicut nominatiuo caſui; cui vim vbiq; per omnes perſonas verba obtinent, vt *facio ego, facis tu, facit ille*, niſi imperatiua ſecundæ perſonę vocem adſciſcunt, vt *ſcribe Virgili, lege Terenti*.

De

De coniugatione verborum.

F. Ecce de figuris habeo; sed Coniugationum distantias dic mihi. Et primum vnde dicta sit Coniugatio expone. S. Coniugatio dicta est, quod in vnam declinationis rationem plurima coniungit verba. F. Coniugationes quot sunt? S. Apud Græcos decem; Apud Latinos IV. Et eorum, quæ in O prima desinit persona, si secunda in as finitur, vt, amo amas, & sto stas. hæc prima dicitur. Et, Secunda in es, vt moneo mones. Tertia in is breuem, vt lego legis. Quarta in is lõgum, vt munio munis. Eorum verborũ quæ in or prima persona finitur, & in aris secunda, prima est coniugatio, vt amor amaris, criminor criminaris. luctor luctaris. Secunda in eris producta penultima, doceor doceris, reor reris. Tertia in eris correpta penultima, legor legeris, sequor sequeris. Quarta in iris producta penultima, munior muniris, molior moliris. Nam singula verba certas habent coniugationes. Sunt verba in prima persona confusa; in secunda vero sensu & coniugatione discernuntur, vt dico dicis, & dico dicas: volo volas, volo vis: fundo fundas, fundo fundis: mũdo mundas, mundo mundis. Sunt quædam e contrario vnius significationis, sed diuersæ coniugationis, vt denso densas, & denseo denses: strideo strides, strido stridis: ferueo ferues, feruesco cis, feruo feruis: cieo cies, cio cis: dureo dures, vnde duresco, & duro duras: tueor tueris, tuor tueris correpta penul. fulgeo fulges, fulgo fulgis: excelleo excelles, excello excellis; sono sonas sono sonis: vno vnas, vnio vnis. F. Quot modis declinantur verba? S. Quorũ rationabiliter prima persona in o desinit trib. modis declinantur, absq; præterito perfecto indicatiui, & imperatiuo & infinitiuo. Nã iuxta præsens tempus triũ coniugationũ per omnes modos, & tẽpora declinari solẽt verba, nisi præscriptis. Præteritũ vero imperfectũ. & plusquãperfectum primæ coniugationis, item secundæ & tertiæ & quartæ optatiui futurum, & præsens subiunctiui, secundum primæ præsens tempus in vltimis literis semper declinantur, vt Amo, amas, amat: amamus, amatis, amãt. amabã, amabas, amabat: amabamus, amabatis, amabãt. amaueram, amaueras, amauerat, amaueramus, amaueratis, amauerant. Optatiui futurũ, & præsens Subiunctiui, doceam, doceas, doceat: doceamus, atis, ant. Secundũ præsens tempus, secundã Coniugationem futuri indicat. In tertia & quarta omne præsens, & præteritũ optatiuũ, & subiunctiuũ preteritũ imperfectum, longam in penultima; & plusquamperfectũ. In omni Coniugatione primæ quoq; optatiui futurũ, & subiunctiui præsens, vt legã, es, et; emus, etis, ent. Doceo, ces, cet, cemus, cetis, cent. Sic declinanda sunt, amarẽ, amares, amaret; remus, retis, rent: amauissem, ses, set; em⁹, etis, ent. quæ sunt subiunctiuo, & optatiuo cõmunia. Item optatiui futurũ, & subiunctiui præsens, amem, ames, et; emus, etis, ent. Secundum tertiæ coniugationis præsens, & indicatiui futurũ primę, & secundę, & quartę, in eo desinentis & subiunctiui præteritũ perfectum, & futurũ, nisi in tertia persona plurali, u mutant in i, vt lego, legis, legit: legim⁹, legitis, legũt. amabo, is, it: im⁹, itis, vnt. docebo; bis, bit: bimus, bitis, bunt. Subiunctiui præteritũ perfectum, amauerim, is, it, imus, itis, int. Itẽ, amauero, is it; imus, itis, int. Et quartæ, ibo, ibis, ibit; ibimus, itis, ibũt. Horum autem omnium verborum, quæ bina distinctione a secunda persona declinãtur, prima persona aut in o, aut in am, aut in em, aut in im desinit. F. Quomodo Præteritũ perfectũ, & Imperatiuus declinanda sunt? S. Omne præteritũ perfectum, si iuxta rationẽ declinãtur, in i mittit primã personam; in secũda, sti syllabam; tertiam in it: & pluralem numerũ in imus, in istis, in erunt, vel ere, longa o mittit. F. Imperatiui finales literas deprome. S. Omne Imperatiuum singulare, primam natura abdicante personam non habet & vocatiuo casui iungitur, quia pręsenti imperat

in secũda persona, quæ in prima Cõiugatione A lõga finitur, vt ama. In secunda e quoque longa, vt aue. In tertia e breuis, vt lege. In quarta i lõga; vt audi. quæ vbique in verbis vel nominib. i in fine posita producitur. Tertia persona in prima cõiugatione in et; in cæteris Coniugationibus in at, vt amet, habeat, legat, audiat. Prima persona in numero plurali in mus, & secũda in te, tertia in ent, in prima Cõiugatione; in cæteris, ant, vt amemus, amate, amẽt: doceamus, docete, doceant, &c. vbiq; penultima primæ personæ, & secundæ longa; absq; tertiæ Cõiugationis secunda persona, quod est legite. Futurũ Imperatiui in to, secunda persona vt amato, habeto, legito, audito, lõga penultima, absq; tertiç cõiugationis, tertia persona futuri similis est vbiq; præsenti tertia persona, & prima pluralis numeri, similis quoq; est plurali præsentis. secunda persona pluralis in tote, vt amatote, habetote, legitote, auditote. Tertia finit in nto, vt amãto, docento, legunto, audiunto. F. De Infinitiuis dic. S. Omne Infinitiuũ præsens re, & præteritũ in se, & futurũ in ire, vel esse in omni Coniugatione definit, vt amare, amasse, amatũ ire vel amaturum esse F. Quid de quinq; Gerundiis sentiendũ est? S. Quid aliud nisi, vt prius dixi, quod omnino secũdũ Priscianũ nomina sunt. Nã præpositiones separatas; accusatiuos casus, & ablatiuos accipiunt; vt, amandũ, in amando; quod verbo non potest accidere. F. Quid tamẽ distat inter amãdũ, amãdo, & amatũ, amatu? S. Quod amandũ necessitatẽ amoris significat; amatũ, initium amoris. Similiter amando, in ipso amore: amatu, pro amatione, id est, pro ipsa re accipitur F. Passim regulas pãde mihi S. Pandã breuiter, ne prolixior sim; quã huic puerili ludo deceat. Omne passiuum ex actiuo fit vbique per omnes Coniugationes, o finita, vel m. In actiuis tẽpore præsenti, & præteriti imperfecti, & futuri, assumunt r in passiuis amabo, amabor amato, amator: amãto, amantor: amabã, amabar: amarẽ, amarer: amem, amer: legã, legar, &c. Cæteras personas, secundũ prædictas regulas triũ Cõiugationum præsentis tẽporis declinãtur. Nã secũda persona in tis, vel in re definit. Tertia in tur. Et prima in plurali in mur. Secunda in mini. Tertia in ntur. Omnium modorũ, præter perfectũ & plusquãperfectum, & subiunctiui futurum per participium præteriti tẽporis; & Sum subiectiuũ verbum declinatur, vt amat⁹ sum, vel fui: amatus erã, vel fuerã optatiuus, amatus essem, vel fuissem. subiunctiuus, amatus sim, vel fuerim, essem, vel fuissem, futurũ, amatus ero, vel fuero. Passiua imperatiua secundæ personç prçsentis, in omni cõiugatione, similes actiuis infinitiuis, vt amare, docere, legere, audire; penultima longa, nisi tertia coniugatione. Tertia vero in tur exit. Prima pluralis in mur. Secunda in mini. Quod Imperatiu⁹ & Infinitiu⁹ similiter proferuntur in prima coniugatione, tertia pluralis in prima in entur: aliis in ãtur; et futuri tẽporis secũda persona in tor; & tertia in tur; & pluralis prima in ur; & secunda in minor; & tertia in ntor, vt amare, ametur; amemur, amaminor, amentor: ametor, ametur; amemur, ameminor, amentor. Infinitiua passiua semper in i præsentis tẽporis, vt amari, doceri, legi, audiri. Et præteritũ per participium neutrale, & esse, vel fuisse, vt doctum esse, vel fuisse & futurũ per iri, vt amatum iri. Ecce habes France, ꝙ quæsisti. Sed tua curiositas te facit nõ *amatum iri*. F. Nec tua te inuidia *gratũ iri*. S. Caue, ne audiat, qui flagellare solet. Sed ꝓsequere cætera. F. Vt reor ordo accidentiũ deposcit personas verborũ inuestigare. S. Personç verborũ tres sunt Prima est, quç de seipsa loquitur, & alias ostẽdit. Secũda, ad quã loquitur. Tertia, de qua loquitur. Nisi, n. sit prima quç ꝓfert sermonẽ, aliæ esse nõ possunt Et primæ quidẽ & secũdç verborum personç finitæ sunt. præsentes .n. demonstrãt. Tertia vero infinita est. Itaq; eget plerunq; ꝓnomine, vt definiatur. Et prima quidẽ potest sibi & secundã, & tertiã cõiungere; vt *ego tu & nos facim⁹*, *ego*

ego & ille facimus. Secunda vero coniungere sibi non nisi tertia, vt, *tu & ille facitis.* Tertia vero nec primã, nec secundã, sed alterã tertiã, vt, *iste & ille faciũt.* In Imperatiuis prima persona singularis nõ potest esse, q a naturaliter imperãs ab eo, cui imperat, diuiditur. Infinita quoq;, & impersonalia, & gerũdia carẽt psonis naturaliter.

De Numero.

F Numerum verbis accedentẽ pande. S Numerus singularis, vt lege, pluralis, vt legimus, accidit verbo veluti omnibus partibus casualibus: sed in verbo sub vna voce nunquam singularis, & pluralis inuenitur numerus, sicut in cæteris partibus; vt dies tes, nominatiuus singularis, & pluralis: Isti illi, datiu⁹ singularis & nominatiuus pluralis. Sciendum quoq; est tibi, ꝙ quæcunq; verba personis deficiũt, semper & numero Defectiua fiunt, vt Impersonalia & Infinitiua. Ideo ꝓnominibus additis adsumunt personas & numeros vt legitur a me, a nobis: legere te volo & legere vos volo F. Sed quia Defectiua esse verba introduxisti; subito Defectiua per singula Accidẽtia, opus habeo, vt pãdas mihi, maxime, quia Donatus Magister noster hæc valde obscure, & breuiter tetigit. S. Nõ sum tibi debitor irrationabilium, sed rationabilium; & eorũ, quę regulis subiaceant Attamen, vti scias, nõ me inuidiosum esse in te, sicut nec te fastidiosum intelligo, pandã aliqua ex illis. Tribus enim modis verba, vel alię partes sunt defectiuæ. Aut Naturæ necessitate; aut Fortunę casu; vel Differẽtię causa. Naturæ necessitate, vt si velimus masculinũ ab eo dicere, ꝙ nupta, nuptus, vel a puerpera, puerperus, repugnat ipsa rerum natura; vel inconsonantium causa, vt, si velimus, a cursor, curstrix facere femininum, sicut a victor, victrix, inconsonum. In Fortunæ casu, inusitata & turpia vitãtur, & quibus auctores nõ vtuntur. Quomodo adodor secundum regulã dici potuit sed quia in auctoribus nõ inuenitur, recusamus dicere. Differẽtiæ quoq; causa plurima vitantur, vt fero, fers, fert, per syncopã sine i litera, in secunda & tertia persona ꝓfertur; ne, si feris, ferit dicas, a ferio putetur venire. sic Edo, es, est; &, Volo, vis, vult, differentiæ causa anomalã habent literaturã. Et Volo naturaliter Imperatiuo modo caret; quia, imperata necessitatis sunt, nõ volũtatis. Sic fac, duc, dic, fer; placuit auctoribus per apocopam ꝓferri differentiæ causa, ne si, face, duce, dice, fere diceremus, aliud significare putaremur. Itẽ multa nõ dicũtur, quia in auctoribus non inueniuntur, de quibus per singula Accidentia, aliqua tuę pandã auiditati. Nã Quæso nõ habet alios modos, nisi indicatiuũ, personã primã in vtroque numero, & quæsere infinitiuũ. Itẽ, Ouat, & Infit, nõ habẽt nisi tertiã personã; & ouans Participiũ. Itẽ Ausim. i. auctoritatẽ habeã; & Inquã, contra morem, in prima persona ꝓferuntur. Et Salue, & saluere, imperatiua, tantũ secundã personã habẽt. Itẽ Cedo ꝓ da, cette ꝓ date. Terẽti⁹: *cette patri meo.* i. date. Et Aue, pro gaude, & auete, ꝓ gaudete, secundę personæ sunt. Itẽ Faxo, pro faciã, futuri temporis est tãtum, indicatiui modi, & facit faxo, faxis, faxit; faximus faxitis faxint, id est, facient. Item Facesso & Capesso, & Viso, desideratiua sunt, non frequentatiua; quia primæ nõ sunt coniugationis: facesso, id est, desidero facere: capesso, desidero capere: viso, id est, desidero videre. Item, Sis, id est, si vis: & Sodes, id est, si audes, secundę personæ sunt. Item Foret, pro esset, & forent, pro essent, & fore, pro esse, inueniuntur. Item Aio, & Meio, in multis deficiunt. Nam Aio, ais, ait, & aitis, aiunt, facit. in prima plurali deficit. Et, ait præteritũ perfectum. Sicut præsens Meio Infinitiuũ, meiere, facit Sunt, quæ idem habent præsens; & præteritũ imperfectũ, hęc sola: Odi, Noui, Memini, Cœpi, Pepigi; hęc in imperfecto deficiũt, prętet Memini, ꝗ mememto, & mementote facit; & in futuro, & infinitiuo modo, & in supinis, nec nõ in participii vtrisq; tẽporib⁹ deficiũt; præter Odi, ꝙ duo participia facit, exosus, & perosus. Sũt passiua quoq;, & Depo-

nentia, quæ in præterito deficiunt, nisi aliunde, ad supplementum declinationis, sumatur præteritū, vt Feror, Ferior, Tollor, Poscor, Vrgeor. faciunt enim præterita, latus sum, ictus sum, sublat' sum postulatus sum, conuictus sum Item deponentia, Vescor, Fruor, Medeor, Liquor, Remuneror, faciunt pastus sum, potitus sum, medicatus sum, liquefactus sum, recordatus sum. Sum verbum, quod inæqualem habet declinationē, siue in simplici participio, siue in cōpositis præsentis temporis deficit; nisi in duobus ab eo cōpositis, id est, Absum, & Præsum, quod facit absens, & præsens. Possum, potes, potest, mutat s in t, euphoniæ causa. Et, Prosum, prodes, prodest; adsumit d, hiatus causa deuitandi. Volo vero, & Malo ex eo compositum, id est, magis volo, naturali necessitate imperatiuo carent. quia imperata necessitatis sunt, non voluntatis quod tamen in alio suo composito habet id est, Nolo facit enim noli, & nolite. F. Pleniorem tamen declinationem horum quatuor Verborum, vt reddas mihi, deposco; id est, Sum, Fero, Edo, Volo. S. Inusitata est multis locis illorum declinatio. Attamen vt in magistrorum exēplis eorum reperitur ratio, pandam Sum, verbum neutrale est, quod declinabitur sic: Sum, es, est: plural. sumus, estis, sunt. Præteritum imperfectum, Eram, eras, erat: plural. eramus, eratis, erant. Præteritū perfectū; Fui fuisti fuit: plural. fuim', fuistis, fuerunt, vel fuere. Præteritū plusquamperfectum, Fueram, fueras, fuerat: plural fueramus, fueratis, fuerant. Futuro: Ero, eris, erit: plural. erimus, eritis, erunt. Imperatiuo modo, tempore præsenti ad secundam & tertiam personam; Sis, vel es, sit: plural. simus, sitis, sint. Futurum, Esto, vel sis. sit: plural. simus, estote, vel sitis. sint, & sunto, & suntote. Optatiuo modo, tempus præsens. & præteritū imperfectum, vtinam essem, esses, esset: plural. essemus, essetis, essent. Præteritū perfectum, & plusquamperfectum, Fuissem, fuisses, fuisset: plural. fuissemus, fuissetis, fuissent. Futurum: Sim, sis, sit plural. simus, sitis, sint. Coniunctiuo modo, tempore præsenti: cum Sim, sis, sit plural. simus sitis sint Imperfecto: Essem esses, esset: plural. essemus, essetis, essent. Perfectum: Fuerim, fueris, fuerit: plural. fuerimus fueritis, fuerint. Plusquamperfectum: cum Fuissem fuisses, fuisset: plural. fuissemus, fuissetis, fuissent. Futurū: Fuero, fueris, fuerit: plural. fuerimus fueritis, fuerint. Infinitiuo modo, numero, & personis, tempore præsenti, esse. Præteritū; fuisse. Futurum, esse, & ire, & fore. Cuius præsens participium veteres, Ens, proferebant; vnde componitur, potens. nā futurum magis a Fio, verbo videtur nasci. potest tamen & a fui, esse existimari. Sic etiam declinanda sunt ex eo composita, prosum, adsum, desum, obsum, intersum; & ex eis duo participia præsentis tēporis. i. præsens, & absens. Fero verbū, discretionis causa, per syncopen abiecit i in secunda, & tertia persona, propter Ferio verbum; quod ferio, feris, ferit facit. Fero, fers, fert, plurali, ferimus, fertis, ferunt. Imperfectum: Ferebam, ferebas. ferebat: plur ferebamus, ferebatis, ferebant. Præteritum perfectum, Tuli, tulisti, tulit plural. tulimus, tulistis, tulerunt, vel tulere. Præteritum plusquamperfectum, Tuleram, tuleras. tulerat: plural. tuleramus, tuleratis, tulerant Futurum · Feram, feres, feret: plural. feremus feretis, ferent. Imperatiuus Fer feras ferat: plural. feramus, ferte, ferant. Futurum: Ferto, ferat: & plural. feramus, fertote, ferant. Optatiuus, ferrem, ferres, ferret: plural. ferremus, ferretis, ferrent. Plusquamperfectū: Tulissem, tulisses, tulisset: plural. tulissemus tulissetis, tulissent. Futurum: Feram, feras, ferat: plural. feramus, feratis ferant. Coniunctiuus, Feram, feras ferat: plur feramus, feratis, ferant. Imperfectum: Ferrem, ferres, ferret: plur. ferremus, ferretis, ferrent. Perfectum: Tulerim, tuleris, tulerit: plural. tulerimus, tuleritis, tulerint. Plusquamperfectum: Tulissem, tulisses, tulisset: plur. tulissemus, tulissetis, tul-

tulissent. Futurum, Feram feras ferat: pluraliter feramus feratis ferant. Coniunctiuus, feram feras ferat: plur. feramus feratis ferant. Imperfectum, ferrem ferres ferret: pluraliter, ferremus ferretis ferrent. Perfectum, Tulerim tuleris tulerit: plural. tulerimus tuleritis, tulerint. Plusquamperfectum, Tulissem tulisses tulisset: pluraliter tulissemus tulissetis tulissent. Futurum, Tulero tuleris tulerit. Plural. tulerimus tuleritis tulerint. Edo verbum inæquale, cuius secunda & tertia persona causa differentiæ per concisionem profertur. Edo es est: pluraliter, edimus estis edunt. Præteritum imperfectũ, Edebam edebas edebat: plus Edebamus, edebatis edebant. Præteritum perfectum, edi edisti edit. Pluraliter, edimus edistis ederunt vel edere. Plusquamperfectum, ederam ederas ederat. Pluraliter, ederamus ederatis ederant. Futurum, Edam edes, edet. pluraliter, edemus ederis edent. Imperatiuus, Es edat: pluraliter, edamus este edant. Futurum, Esto edat pluraliter, edamus estote edant vel edunto & eduntote. Optatiuus, Essem esses esset. pluraliter, essemus essetis essent. Edissem edisses edisset. pluraliter, edissemus edisseris edissent. Edam edas edat pluraliter, edamus edatis edant. Coniunctiuus, Edam edas edat. pluraliter edamus edatis edant. Essem esses esset. pluraliter, essemus essetis essent. Ederim ederis ederit. pluraliter, ederimus ederitis ederint. Edissem edisses edisset. pluraliter, edissemus edisseris edissent. Edero ederis ederit. pluraliter, ederimus, ederitis ederint. Infinitiui modi tempus præsens, Esse. similiter præteritum, Esse. Futurum Esum iri, vel esurum esse. Impersonale, Estur, edebatur, esum est, vel fuit, esum erat, vel fuerat; futurum, edatur. Supina: edendi edendo edendum; esum esu. Volo quoque verbum neutrale, per syncopam prolatum in secunda & tertia persona; & in imperfecto defecit. Volo vis vult. pluraliter, Volumus vultis volunt. Volebam volebas volebat: pluraliter, volebamus volebatis volebant. Volui voluisti voluit. pluraliter, Voluimus voluistis voluerunt vel voluere. Volueram volueras voluerat. pluraliter, Volueramus, volueratis, voluerãt Volã voles volet. plural. volemus voletis volẽt. Vellem velles vellet. pluraliter, vellemus velletis vellent. Voluissem voluisses voluisset. pluraliter, voluissemus voluissetis voluissent. Velim velis velit. Velimus velitis veliñt. Vellem velles vellet. plural. vellemus velletis vellent. Voluerim volueris voluerit. pluraliter, voluerimus volueritis voluerint. Voluissem voluisses voluisset. plur. voluissemus voluisseris voluissent. Voluero, volueris, voluerit plur. voluerimus, volueritis, voluerint. Infinitiuũ præsens, Velle. præteritũ, Voluisse. Participium pręsens; Volens. Sic declinandum est Nolo, non vis, non vult. sic; nisi quod Nolo Imperatiuum habet, vt noli, nolite. Malo, mauis, mauult; & reliqua. Immitis es in me, France. Ecce quale onus imposuisti mihi, ducẽs me per aspera & spinosa. Dimitte me tandem aliquãdo respirare. F. Dimittam, & iuxta Virgilium, *ego hoc te fasce leuabo*. S. Etsi hoc leuas, timeo, ne aliud imponas. F. Noli timidus esse, *labor omnia vincit Improbus*. S. Vincit; quapropter eamus viæ qđ restat.

INCIPIT DE ADVERBIO.

F. Tandem, Saxo, diu obserata ora recLude, & hucusq; clausas aduerbiorũ regulas enuclea mihi. S. Faciam France. Aduerbium est pars orationis semper verbo cohærens; & hoc agit verbis additum, quod adiectiua nomina appellatiuis adiuncta, vt, prudens homo, prudenter agit: felix vir, feliciter viuit F. Aduerbio quot accidunt? S. Tria, species, significatio figura. F. Speciem pande. S. Quia sunt primitiua, aut deriuatiua. Primitiua quidem sunt, quæ a se nascuntur, vt non, ita, ceu. Deriuatiua, quæ ab aliis Aduerbiis nascuntur, vt a clam, clanculum; & prope, propius. Et ab aliis partibus orationis Vt a nomine, Latin⁹, Latine: Tullius, Tulliane A verbo, a parco parcius. A nomine & verbo, a pede & tento, pede-

rentim A pronomine, vt a me, mecum, ab illic, & hic, illic. A præpositione; vt ab ex, extra. F. Nunquid Aduerbium per se positum plenũ potest habere sensum? S. Nõ potest; nisi Verbo, vel Participio legatur; vt bene lego, bene legens. F. Possunt ne aliæ partes ꝓ Aduerbiis poni? S. Possunt. Nã Nomina per diuersos casus pro Aduerbiis ponuntur. F. Da exẽplũ. S. Genitiuus pro aduerbio ponitur, vt Romę; vt, Cicero Romæ ne sit. Datiuus, vesperi, sorti: Virgil. *Sũt quibus ad portã cecidit custodia sorti.* Accusatiuus, Romã pergo, Athenas. Terent. *Quid tu indocte Athenas?* Ablatiuus. Virgilius: *Forte sub arguta cõsederat ilice Daphnis.* F. Quomodo discerni potest, vtrũ Nomina sint sic cõposita, an Aduerbia? S. Cũ Nomina loco Aduerbiorum accipiuntur, manent indeclinabilia; licet diuersis iungantur casibus, vt sublime volans, sublime volantis, sublime volanti, &c. Si vero Nomina sunt, declinantur, vt, hoc sublime volãs, huius sublimis volantis, huic sublimi volanti, &c. F. Num aliæ partes pro Aduerbiis ponuntur? S. Ponuntur. Nã Vel coniunctio, & Per & Ex præpositiones, pro valde accipiuntur; vt Cicero; *vel magnũ bellum*, pro valde magnũ: *excelsiu*, pro valde celsus. F. Figuræ Aduerbiorum quot sunt? S. Tres. Simplex, vt diu. Cõposita, interdiu. Decõposita, id est, quæ a cõpositis deriuantur, vt abindocto indocte; a misericorde, misericorditer. F. Significatio Aduerbiorũ quæ est? S. Significatio Aduerbiorum diuersas species habet. Sunt aũt Tẽporalia, vt pridem, nuper, nudiustertius. Sunt, quæ præsens tantũ tempus significant, vt nunc præsto. Sunt quæ præteritũ, vt heri, hesterno. Sunt, quæ futurum vt cras, perendie. Sunt alia cõmunia diuersorum temporum, vt olim, dudũ. Præteriti: Horatius, *Olim truncus erã ficulnus, inutile lignũ.* Præsentis verũ, *Ac iam olim seras posuit cũ vinea frondes.* Futurũ: Idẽ, *forsan & hac olim meminisse iuuabit.* Dudũ, præteritũ: *Ego dudũ nonnihil veritus sum.* Præsentis verũ, *iam dudũ sumite pœnas.* Quõdã, præteritũ, *Quondã fuit ista in hac republica virtus.* Præsens verũ, *Quondã etiã victis redit in præcordia virtus.* Futurũ: *Tẽpus erit quondã.* Similiter ex eo cõposita, aliquando, nequando, quæ in penultimo accentũ habent, ne duæ partes putentur. Sed quando, & quomodo, vbi, vnde, qua, quo, interrogatiua acuuntur, relatiua grauantur per omnes syllabas. Et sunt differentię quatuor: Ad locum, quo: in loco, vbi: de loco, vnde: per locũ, qua. quando quoque ꝓ causali coniunctione accipitur. Virgilius, *Hic tibi, fabor. n. quãdo hac te cura remordet*, quando pro quoniã posuit. Sed & alia sunt localia, quatuor differentias habentia. Ad locũ, huc, illuc. In loco, hic, illic. De loco, hinc, illinc, inde, & ex eo cõposita, subinde, perinde, exinde, proinde. quæ omnia penultimã acuunt. Per locũ, hac, illac. Sunt quoq; a versum, & nomine & ꝓnomine cõposita, ad locum, horsum, deorsum, sursum, sinistrorsum, dextrorsum, Italiam versum, & quorsum. i. quo versum. Alia Dehortatiua, vt, ne, quod pro neq;, & pro ne, & pro valde accipitur. Cicero, *Ne dici quidẽ opus est*, pro, neq; dici. Terentius, *Ne dicã dolo*, ꝓ, ne dicã. item, *Ne illa illũ haud nouit*, ꝓ, valde illa. Alia Confirmatiua, profecto, scilicet, quippe, videlicet, nempe. inueniuntur quoque duæ partes pro his poni, vt, quid ni, cur ne, sic est, quid istic. Alia iuratiua, vt ædepol, æcastor, mediusfidius. Per quoque præpositio pro his accipitur, vt Virgil. *Per te, per, qui te talem genuere parentes.* Est quoque Per Confirmatiuũ. Terentius. *Tu quoq; perparce.* Sic, quoque iuratiuum est, Virgili⁹, *Sic sua Cyrneas fugiant examina taxos.* Alia Optatiua, vt, vtinã, quod compositũ est ex vti & enim, o, &, si. Virgil. *Adsis o tandẽ.* Idem, *Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostẽdat.* Alia Hortatiua, vt, eia, age. Alia Remissiua, pedetentim, paulatim, sensim. Alia Congregatiua, loci & temporis cõmunia, vt simul, vna, in eodem loco, & in eodem tẽpore. Alia Discretiua, seorsum, secus, separatim, secreto, vtrimque, singillatim, bifariam,

riam, omnifariam. Alia Similitudinis, vt ceu, quasi, velut, veluti, sic, sicut, vt, vti. Alia Ordinalia, vt deinde, continuo, protinus, præterea. Alia Intensiua, vt valde, nimiũ, prorsus, penitus, omnino. Alia Cõparatiua, vt magis, minus, ocyus, quod a Græco deriuatur ὠκύς. F. Nunquid quæ ab aliis deriuantur, primitiuorũ significationem, vel qualitatem seruant? S. Seruãt vtiq; vt a Tullio, Tulliane, a corpore, corporaliter, ab alio aliter, a Græco græce, a viro viriliter. F. Prosequere alia. S. Sunt Numeralia, vt ab vno semel; a duobus bis; quæ sola, inæqualiter proferuntur. Cæteri vero numeri a vocibus suis faciũt aduerbia a tres ter, a quatuor quater, & sic deinceps. Alia Demonstratiua, en, ecce. Alia Interrogatiua, vt cur, quare, quãobrẽ. Alia Negatiua, vt nõ, haud, minime, nunquã. est quando duæ partes pro his accipiũtur, vt, nullo modo, nullatenus. F. Nũquid Aduerbia synonyma, vel polyonyma possunt esse? S. Possunt. Sunt synonyma i dum multæ voces vnam rẽ significant, vt en, ecce. Et pene in omnibus significationibus inuenies polyonyma, vt vbi, quo, qua, quomodo; quæ sunt infinitiua, & interrogatiua & relatiua. O, quoq; diuersas habet significationes. Est Aduerbium vocandi; Virgilius, *O regina nouã cui condere Iuppiter urbem*. Est admirandi, Iuuenalis, *O qualis facies*! Est indignandi, vt, *O tempora, o mores* Est & optandi, Virgilius, *Adsis o tandem.* In aliis quoque multis Aduerbiis inuenies multas significationes, in vna eademque voce; quomodo etiam e contrario in diuersis vocibus, vnam significationem; vt quando, olim, dudum; cito, prope, celeriter, actutũ. F. An conuenientius præponuntur Aduerbia vel supponũtur? S. Manifestẽ aptius præponuntur; quomodo adiectiua nomina; vt *bonus homo bene agit: fortis Imperator fortiter pugnat*. Tamẽ præpostere inueniuntur poni multa, præter monosyllaba, vt nõ, dũ, en, cur. Demõstratiua quoq; & interrogatiua, & hortatiua & similitudinis, vocatiua Aduerbia, & optatiua aduerbia præponuntur, vt en, ecce, cur, quare, eia, age, ceu, quasi, heus, vtinã. Habes France de Aduerbio satis. F. Non satis, tamen pausemus ad horam. S. Pausemus.

INCIPIT DE PARTICIPIO.

F. Surge, Saxo. S. Quid vis, France? F. Vt regulas Participiorum pãdas mihi velim. S. Pandam. Sed illa pars parũ quid habet obscuritatis. Tamen, si quid opus habeas, interroga F. Primo interrogandũ reor, vnde Participium dictum sit. S. Participium dictum est, quia partẽ Nominis, partemq; Verbi tenet; & mediũ interea locũ habet, & semper in deriuatione est. quod nulla alia pars orationis habet; dũ aliæ partes primitiuas habent species. vnde deriuãtur, vt a rege regalis, a mei meus, a ferueo feruesco, a prope propius, ab ex extra. Participia autem semper a Verbis deriuantur, & cõparationem nõ possunt habere. Si comparantur, transeunt in nomina, vt amans ab amo verbo veniens; si facis amãs, amãtior, amantissimus, nomen est, carens tempore. F. Sed vnde agnosco an Nomen sit, vel Participium talis dictio? S. Ex casuum circumstantia. Nam Participium casum sui Verbi sequitur, vt amo illum, amans illum. Nomen vero si fiet, casum verbalis nominis sequitur, vt amator illius; sic dicimus amans illius. Vides quod Participiũ accusatiuo; Nomen genitiuo iungitur. Sed & participia tempus significant F. Numquid nõ quædam nomina quoq; tempus significant, vt annus, menses, dies, hora, & alia multa? S. Significant Sed interest, quod nomina illa nihil aliud significant, nisi ipsum tempus per se. Participia itaque actionem vel passionem in quolibet fieri tempore demonstrant, non ipsum tempus. Et, quod participium exsequitur casus, quos & verba ex quibus nascuntur. Et quod verborum significationes habent, & quod pro verbo ponuntur. Vnde quidam Participium Verbum casuale nominant. quia quod verbo per se de-

sest,id est,casus possidet in Participio. Ideo in constructione per obliquos casus, vbi verbum iungi non potest, Participiū loco verbi subiit, vt, *bonus loquebatur, boni hominis loquentis orationem audiui, bono homini loquenti respondi, bonum hominē loquentem audiui, tu bone homo loquere, a bono homine loquente didici.* Ex eo nominatiuus, & vocatiuus Recti casus nominantur; quia per se verbis iungi possunt. F. Quam vtilitatem habet Participium in Nominatiuo & Vocatiuo, si sic verbi loco obliquis iungatur? S. Quod verba sine coniunctione in Nominatiuo & Vocatiuo, coniungere potes. Nam diuersa verba sine coniunctione recti iungi non possunt, vt lego, scribo, vel doceo discis, non est dicendum, sed lego & scribo, doceo & discis. Si participium loco prioris verbi ponas, bene sine coniunctione profertur, vt legens scribo, docens discis. Igitur participium inuentum est, vt in nominatiuo & vocatiuo, sine coniunctione proferatur, cum alio verbo, vt legens doceo, pro lego & doceo; & legens fac, pro lege & fac, quæ positio intransitiua est, hoc est, ipsam in se ostendit manere personam. Obliqui vero casus Participiorū ad hæc sunt vtiles; quod non solum sine coniunctione proferuntur, sed etiam ad alias transeant personas; vt, docentis potior, docenti respondeo, docentem audio; illo docente didici. F. Quot accidunt participio? S. Sex. Genus, casus, ex nomine: significatio, tempus ex verbo: numerus, figura, ex vtroque. F. Quot genera habet? S. Quatuor Masculinum, vt amatus. Femininum, vt amata. Neutrum, vt amatum. Omnis generis, vt hic & hæc & hoc amans. Nam commune duum generum, & epicœnum, in participio inueniri, natura ipsa prohibet. Cum enim verba ex quibus nascuntur Participia, pariter omnibus iungantur generibus, vt legit vir, legit femina, legit mancipium: necessario participium, quod ex eo proficiscitur, eisdem generibus associatur. Et omne participium in ans vel in ens, præsens & præteritum imperfectum, siue trium generum est; vt hic & hæc & hoc laudans, docens, legens, audiens. Si vero in us finiūtur, præterita vel futura; mobilia sunt per tria genera, vt amatus, amata, amatū: amaturus, amatura, amaturum. F. Casus participiorū expone mihi. S. Casus Participiorum sex sunt, sicut & nominum. Nec sunt inuenta Participia in aliquo casu deficientia, sicut nec nomina mobilia, vel in duas desinentes consonantes: Quę enim deficiūt, fixa sunt, vt fas, * .... tabo. F. Quomodo declinantur Participia? S. Ad similitudinem nominum in ens desinentium, vel in us mobilium. F. Tempora Participiorū qualiter currunt? S. Participia coniuncta habent, sicut verba infinitiua, id est, præsentis temporis & præteriti imperfecti; item præteriti perfecti & plusquāperfecti pariter; vt legens scribo, & legēs scribebam, lectus fui, lectus fueram. F. An ex omni significatione verborum omnia tempora inueniuntur in participiis? S. Nequaquam. Nam cum quinque sint verborū significationes, Actiua, Neutra, Passiua, Communia, Deponentia; Participia ab Actiuis quidem & Neutris præsentis temporis inueniuntur & futuri; vt amans amaturus, stans staturus: sed præsentis participium, & substantiuum verbū sum, præteritum perfectum proferimus; vt amans fui, fuisti, fuit; pro amaui, amauisti, amauit. Et sic per omnes modos, in tempore præterito perfecto, & plusquamperfecto. Itaque quod deest naturaliter, simplici dictione impletur, iuncturæ ratione. Inueniuntur tamē in quibusdā Neutris participia præterita; vt a cœno cœnatus, a prandeo pransus, a placeo placitus; a nubo nupta, a pateo passus. Virgilius, *Crinibus Iliados passis*, id est, dispersis. Fit quoque a patior passus, a iuro iuratus; adsuesco adsuetus, titubo titubatus, & talia multa; vt discessus, interitus, obitus, occasus, potus, senectus. Neutropassiua quoque, quæ quinque sunt, trium temporum habent participia; vt gaudeo gaudens

dens gauisus gauisurus: audeo audēs ausus ausurus, soleo solēs solit⁹ solitures, fio fiens factus futurus. differentiæ causa, ne si facturus diceretur, a facio verbo putaretur. quod vim actiuā habet, cuius passiuum fio est. Fido quoque fidens fisus fisurus facit. A passiua significatione duo quoque veniunt Participia, præteritum & futurum, vt amatus, amandus; pro cuius præsenti sæpe necessitatis caussa auctores præterito vti inueniuntur. A Cōmuni Verbo quatuor nascuntur Participia, & non mirum; quia & actiuam habet significationem & passiuam Cōmune Verbum, & ideo vtriusque significationis habet Participia. Actiuæ, vt criminans & criminaturus. Passiuæ, vt criminatus & criminandus. Sed criminatus in vtraque inuenitur significatione. Sciendum est tibi, o France, quod omnia Participia in dus desinentia, eadem possunt esse & Nomina. F. Et quomodo possum, o Saxo, scire an sint Nomina, vel Participia? S. Dum Nomina sunt, amittunt tempora, vt olim tibi dixi, vt, *docendus sum*, Participium est: *ad docendam Rhetoricam veni*, Nomen est. A Deponenti trium temporum veniunt Participia. Præsentis & Præteriti imperfecti, sequens; Præteriti perfecti & plusquamperfecti, secutus. Futuri, secuturus. Sed apud antiquos ex huiuscemodi verbis participia præteriti temporis tam actiuā, quam passiuam significationem habentia inueniuntur, vt meditatus, auxiliatus, amplexatus, adminiculatus, vtriusq; significationis possūt esse. F. Numeros participiorum profer. S. Numeri participiorum duo sunt, Singularis, vt currēs: Pluralis, vt currentes Et, sicut non deficiunt casibus; sic nec numeris defectiua inuenies participia. F. Figuræ participiorum vnde veniunt? S. A verbis semper, vt ab efficio efficiens, ab intelligo intelligens. Nam per se nunquam componitur participium, nisi prius componatur eius verbum. Si enim ipsa componūtur per se, transeunt in Nominum vim, vt noceo nocens, innocens nomen est, innocentior faciens; sapio sapiens, insipiens nomen est. Simplicia enim eorum possunt & nomina & participia esse; Cōposita vero tantum nomina esse. F. Memini te dixisse, omnia participia esse deriuatiua a Verbis. Velim scire a quibus temporibus, vel modis sint deriuata. S. Ab Indicatiuo modo præsentis temporis fiunt participia præsentia, & semper in ans, vel in ens desinunt, vt ab amo amas amans, habeo habes habens; interposita n secundæ personæ vltimis literis. In tertia & quarta coniugatione, o conuersa in ens, fiunt participia, vt lego legens, audio audiens. Præsentis temporis participia, & futuri veniunt a Supino verbo u finito, addita s in præterito; rus in futuro, vt amatu amatus amaturus, cœnatu cœnatus sum cœnaturus, criminatu criminatus criminaturus, loquutu loquutus loquuturus. Mortuus solum a morior duo uu habet. passiua vero futura veniunt a Genitiuo participii præsentis tēporis, tis in dus conuersa, vt amans amātis amādus F. O si voluisses colligere difficiliora verba cum præterito perfecto & supino & participio, quam necessarium esset. S. Necessarium esset; sed modum nostri ludi excederet. F. Tamen aliqua profer. cætera facilius coniicio. S. Faciā. Amaui amatum amatus. Necto nexis nexui nexum nexus & ex eo frequentatiuum, nexo. Et do dedi datum daturus; a breui vbique. Oro oraui oratum oraturus. Seco secui sectum secturus. Necō necui nectum necturus. a neco quoque necatum inuenitur. sed necatus, ferro dicitur occisus: nectus vero alio quolibet modo. Plico & plicaui & plicui facit; ideo & plicatum & plicitum inuenietur. Ita & ex eo composita, explico, duplico, implico, dupliciter proferuntur. Nam laui, & caui, & faui, differentiæ caussa a longam in au mutant, lautu & lautus, cautu & cautus, fautu & fautus faciunt; quia latum, & catum, & fatum, alias habent significationes. Sto stas statum sta-

turus, longa a: cum in nominibus ab eo deriuatis vbique breuietur, vt flatus stabilis, vt Lucanus, *quorum stata tempora flatus*. Iuuo iuui iutum, longa u; vnde adiutus. Sterno straui stratum straturus. Edo edi esum esurus; ex quo esurio. Eruo erui erutum eruturus. Cio ciui citum citurus. Moueo moui motum moturus. Sedeo sedi sessum sessurus; quod geminat s, ne duę partes putentur. Foneo foui fotum foturus. Facio feci factum facturus. Et obseruandū est tibi, o Frãce, quod pene in omnibus Verbis quæ minuunt syllabas, in pręterito perfecto quidē semper penultimas producunt, licet in præsenti correptæ essent. F. Vnde fit hoc? S. Vt cōpensent tēporibus quidē de e in syllabis. Sero seui satum saturus; vnde sertus. Sino siui situm siturus. Pono posui positū positurus. Lino liui litum liturus. Eo iui itum iturus. Rideo risi risum risurus. Video vidi visum visurus. Ardeo arsi arsum arsurus. Mordeo momordi morsum morsurus. Pendeo pependi pensum pensurus. Tondeo totondi tonsum tonsurus. Spondeo spopondi sponsum sponsurus; quod s in secunda amittit syllaba. Cādeo, studeo, frōdeo, splendeo, faciunt supina, canditum, studitum, fronditū, splenditū; licet rarissime a neutris secūdæ coniugationis supina vel participia inuenias, vt caleo, tepeo, horreo, rubeo, palleo, & cætera talia. Sed non est opus tibi, vt quadriformi tramite per singula verba currā. Poteris ex Supinis Participia intelligere, vel ex Participiis Supina. F. Fac vt placeat; tamen vt obscuriora semper pandas. S. A Pateo patui passum; & Patior passus nascitur. Meio minxi, mictum; & mingo minxi mictum, n euphoniæ causa amittens; & inde micturus. Flecto flexi flexus flexurus. Fluo fluxi fluxurus. Obsoleo obsoleui obsoletū; ab obs & oleo, cōpositū a soleo. A careo, cassus cariturus, inuenitur. Habeo habitū, habiturus. Cado cecidi, casum casurus. Cedo cessi cessurus. Fodi fossum. Dedi datū. Credidi creditū. Capio cepi captū. Cœpi cœptū, cui⁹ pręsens cœpio in vsu non est. Sapiui sapitum. Peperi partū pariturus; & ex eo parturio. Orior ortus orturus. & Morior mortuus; hoc solū per duo u u profertur. Quatior quassum; vnde frequentatiuum quasso, quassas. Percutio percussi percussurus p duos ss. Vro vssi vstur⁹. Farcio farsi farsū farsurus. Sarcio sarsi sarsum sarsurus. Potior potiturus. Argui argutū, i. conuictū, argutur⁹. Ruo ruitum ruiturus. Loquor loquutum loquutur⁹. Fruor fructū facit. Sicut Struo structum structurus. Caluo, i. decipio, calui caluitum secundū regulā debet facere; ex eo Calumnia deriuatur. Neo neui netum, neturus. Sciēdum quoque tibi est, q̄ sæpe ea verba, quæ in præterito perfecto v cōsonantē assumunt, in secunda & tertia persona syncopā patiātur, vt neo neui neuisti vel nesti: amo amauisti vel amasti; & in plurali amastis, vel amarunt. Illa vero quæ in præsenti v habēt cōsonantē, nō possunt in pręterito syncopā pati, vt lauo, lauasti; nemo dicit lasti vel lastis vel larunt. Ico ici. ictū icturus, breui i. in præsenti & præterito lōga. Quieui quieturus. Liqui lictu licturus; & ex eo reliqui relictur⁹. Vinco vici, victurus, Cresco creui cretum creturus. Scio, sciui, scitum, sciturus; & ex eo scisco. Nosco noui notu noturus: ignosco ignoturus. Pasco paui pastum pasturus. Disco discitum discirurus. Parco parsu parsurus. Paciscor pactum pacturus. Proficiscor profectū profecturus. Expergiscor, pręterito expergitus sum experrectu experrecturus. Nanciscor nactus sum nactum nacturus. absque n. Pangor pactus pacturus. Fingor fictus ficturus. Tangor tactus tacturus. Iungor iunctus iuncturus. Fungor functus functurus. Plangor planctus. Angor anctus. Participium præteriti faciunt sic: Vlciscor vltus. Irascor iratus. Defetiscor defessus, id est, fatigatus. Nam a deficio defectus fit participium. Comminiscor commentum. Adipiscor adeptum. Tundo tutuditū, tusurus. Rado rasi rasurus. Credo credidi crediturus. Cado casum, A producta.

In omni

In omni enim Supino & Participio præteritum temporis, a producitur penultima, exceptis datum & statum, & satum. Findo, fidi fissum fissurus. A comedo quoque comesum & comestum inuenitur. Ostendo ostentum vel ostensum ostensurus. Mergo mersi mersu mersurus. Tergo tersi tersum tersurus. Pungo pupugi vel punxi punctum. Ago egi actū acturus. Pango pegi pactum. Ex eo impingo. Fingo finxi fictum Stinguo stinxi stinctum. Ex eo exstinguo. Ango anctum anxurus. Cogo coegi coactum. Veho, vexi vectum. Psallo psalli facit; cuius nec supinū, nec participium legi. Vello vulsi, vulsum. Pello pepuli pulsum. Alo alui alitus vel altus. Tollo sustuli sublatū sublaturus. Como compsi comptum cōpturus. Demo dempsi demptū. Sciēdum est tibi, quod huiusmodi positionibus literarum, vbiq; inter m & tum p ponendū esse, Vomo vomui vomitū. Premo, pressi pressum pressurus. Cano cecini; ex eo occino occinui occentum: succino succentum. Temno tempsi temptum. Creo creui cretum; ex eo & de verbo credo componitur; quasi certum do. Lino liui, vel linio litum liturus. Sciendum est q̄ tam ktum & itum; & ex eo cōposita, obitus, præteritus, & itum; & queo quitum; & a cio citū; a nequeo, nequitus, corripiunt penultimas. quod in aliis supinis, vel participiis, quæ a præteritis in vi terminantibus nō inuenies, vt amaui amatus, moui motus, cupiui cupitū, noui notū. Rumpo rupi ruptū. Verro verri versum versurus. Quæro quæsiui quæsitū. Reor ratus. Exsero exserui exsertum exserturus. Meto messui messum messurus Mitto misi missum missurus, per duo ss; cū misi per vnā debeat scribi. Peto petiui petitum longa penultima Texo texui textum Nexo nexui nexū. Farcio farsi fartum; vnde Fartores, sicut a Sarcio sarsi sartū, Sartores. Sētio, sensi sensum. Raucio rausi rausum. Sepio sepsi septum. Venio, veni ventum venturus. Pario peperi partum parturus. Scio sciui scitum. Penultima vbique longa, vt auditus, munitus, arcessitus; nisi in prænotatis. Sepelio sepelii sepultus sepulturus. Salio salui saltum. Sallo a sale, saliui salsum salsurus. Participium quoq; ex eo præteritū est, salitus vel salsus. Ambio ambiui ambitum: ex eo ambitus nomen correpta penultima. F. Cur hoc? S. Quia Ambio, ab Eo verbo cōpositum est. Nā verbialia nomina a secūda venientia coniugatiōne, penultimā habēt breuem, vt habitus, monitus. Memorādum quoq; tibi est, Impersonalia Supinis & Participiis defecisse, nisi raris, vt a pœnitet pœnitens, vnde & pœnitentia; & a licet, inde licentia & licitus; & a libet libens.

INCIPIT DE CONIVNctione.

F. Nunc ordo partiū flagitat, vt de Cōiunctione dicas S. Cōiunctio est pars orationis indeclinabilis, cōiunctiua & significatiua, aliarum partium vim & ordinationē demonstrans F. Quomodo vim & ordinationē demonstrās? S. Vim quādo aliquas res simul esse significat, vt, *& pius & fortis fuit Aeneas.* Ordinationem, quando consequentiam aliquarum demonstrat rerum, vt, *si ambulat mouetur.* sequitur.n ambulationē motus. F. Quot accidunt Coniunctioni? S. Tria: figura, & species, & ordo. Figura simplex, vt at, et, sed. Composita, vt atq;, etenim, sedenim. hęc enim ex accentu Composita esse noscuntur. F. Da specierum quoq; rationē. S. Species, quas Donatus potestatem nominat, secūdum eū quinq; sunt: copulatiua, expletiua, caussalis, disiunctiua, rationalis. Secundū Priscianū plures. Sed hæ quinq; species principales sunt, aliasq; in se continentes species. F. Pande singularum exempla specierum. S. Copulatiuæ sunt, quæ copulant tam verba, quam sensus, vt et, que, at, atque, ac, ast. Disiunctiuæ sunt: quę quamuis dictiones iungant, sensus tamen disiungunt, & vnum e duobus esse significāt, vt vel, ve, ne, nec neq;. Expletiuæ sunt, q̄ vel bonū vel malū explent sensū, vt quidē, equidē, saltē, videli-

cet, quanquam, quamuis, quoque, autem, porro, scilicet, tamen. Causales sunt, quæ causam antecedentem significant, vt *doctus sum; nam legi: si sol est; iam lucet* causa enim luminis sol est. Et sunt hæc; si, etsi, etiamsi, siquidem, quādo quidam, quinetiam quatenus, sin, seu, siue, nāq;, ni, nisi, sienim, etenim, ne, sed, interea, quaobrem, præsertim, itē, itemq;, cæterū, alioquin, ꝓterea. Rationales sunt, quæ rationem rei reddunt, vt ita, itaq;, quoniā, enim, etenim, enimuero, quia, quare, quapropter, quoniam, quidem, quippe, ergo, ideo, scilicet, propterea. F. Ordo Coniūctionū in quo est? S. Quia aliæ sunt quæ semper præponūtur, vt at, ast, aut, ac, vel, nec, neque, si, quia, quatenus, sin, seu, siue, ni. Aliæ supponuntur, quidem, quoque, autem. Aliæ pene omnes indifferēter & præponi, & supponi possunt, vt ergo, igitur. Inueniuntur quoq; sæpe Cōiunctiones in aliarum Coniunctionum potestates trāsire, vt Vel disiunctiua coniunctio, pro copulatiua ponitur; vt Terent. ----- *vel rex*; pro etiam rex. Inueniuntur quoque aliæ partes pro Coniūctione poni. Nomina; vt, qua caussa? qua gratia? quam ob rē. Verbum; vt quāuis, & licet, pro quanquam. Virgilius, *Dicam equidē, licet arma mihi, mortemque minetur.* Sunt quoque coniunctiones Dubitatiuæ; vt ne, nec, an, ne. Virgilius; *Eloquar? an sileam? Iustitiæ ne prius mirer, belline labores?* Sunt eædē Interrogatiuæ; vt, *tanton' me crimine dignum Duxisti?* Fiūt & Electiuæ, quando ex diuersis rebus aliquid eligitur; vt, *diues esse volo, quam pauper.* Fiunt & Adiunctiuę cū verbis subiūctiuis adiunguntur; vt si, cū, vt, dum, quatenus; vt *si venias, facio. Cū faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Vt prosit tibi, facio. Multa quoq; & bello passus, dum conderet vrbem. Quatenus id libenter faciat.* Possunt & hæ ipsæ causales esse. F. Sed vnde sciam, ad quam speciē pertineant? S. Adiunctiuæ, cum dubitatione proferuntur: Causales, cum affirmatione; vt, *eris doct⁹, si legas.* Sunt, quæ diminutionem significant, vt, *Saltem si qua mihi soboles de te suscepta fuisset.* Fiunt & Continuatiuæ, vt, *si ambulat, mouetur.* Cōtinuat enim ambulationem motus. Hæc & aliæ species in Prisciano reperiuntur, quæ tamen incidere possunt in prædictas quinque. Sed nunc hæc habeto de Coniunctionibus.

INCIPIT DE PRAEPOSITIONE.

F. Præpositio quid est? S. Pars orationis indeclinabilis. F. Quid habet officii? S. Vt aliis præponatur partibus, vel appositione, vel cōpositione. F. Appositione quomodo? S. Quando sotis apponitur dictione; & hoc nomine, vel pronomine, casu Accusatiuo, vel Ablatiuo; vt ad hominē, vel ab homine: ad illū, ab illo. F. Quomodo per cōpositionē? S. Quādo cū aliis partibus in vnā dictionē, vt nomine, per omnes casus; vt, indoctus, indocti, indocto, indoctū, indocte, ab indocto. Pronomini non cōponitur. Verbo componitur, vt induco, expleo. Participio per deriuationē, vel consequentiā cōpositorum verborum, vt inducens, explēs. Aduerbio quoq; per cōpositionē iungitur; vt perinde, abhinc, deinceps Nā & in seipsa per cōpositionē nectitur, vt imperit⁹. Loco etiā Cōiunctionis casualis solet accipi, vt per desidiam malitię nascuntur, id est, causa desidię. similiter, ꝓpter & apponi possunt. F. Si vnquā supponuntur prępositiones? S. Etiam. Sed raro Et hoc eo, euphoniæ causa, id est, sonoritatis; vt in pronominibus, mecum, tecum, secū, nobiscum, vobiscum. Sed & Poetica auctoritate in metris præpostere poni eas inuenies, vt, ------ *maria omnia circū*; & ibi finalis syllaba acuitur, ne nomen putetur. F. Habēt præpositiones accentus per se? S. Habent acutū accētū in fine tam apud Gręcos, quā apud Latinos; qui tamē in grauem semper vertitur, quia præpositio vbique sequēti dictioni seu per appositionem, seu per compositionem adnectitur,

nectitur, & quasi vna pars cum ea profertur. Inueniuntur quoq; præpositiones in media poni dictione. vt qua de re. quamobrem, qua in parte. F. An omnes præpositiones cõponuntur? S Quædã sunt quæ nunquã cõponuntur, vt apud, erga, citra, circa extra, infra, iuxta, pene, prope, secũdũ, vltra, supra, circiter. Quædã sunt, quæ nunquã separãtur, vt con, di, dis, re, se, an. Aliæ pene omnes cõponuntur & separãtur. Et aliæ sunt, quæ in cõpositione collisionem patiuntur a consequenti vocali; coago, coarguo, coarto, coæquo. Aliæ sunt, quæ adsumunt consonantẽ, vt pro sequenti vocali d adsumunt, vt emo redimo, ago redigo, prodes prodest. Quædã syncopã patiũtur vt supra pro supera, extra pro extera; infra pro infera. Sed & diuersis modis præpositiones in cõpositionibus alias partes corrũpunt, & ipsæ corrumpuntur, quod sępius est quã exẽplis indigeat. F. Possunt ne prepositiones in alias trãsire partes? S. Possunt. F. Da exẽpla. S. Post præpositio. Virgil. *Post montẽ oppositũ* Transit in aduerbiũ. Idẽ, *Post mihi nõ simili pœna cõmissa luetis.* Ante præpositio. Virgilius, *Ante Iouẽ nulli subigebãt arua coloni.* Trãsit in aduerbium: *Ante & Trinacria lentandus remus in vnda.* Sic, Supra, Contra, Prope trãseunt in aduerbia. F. Si aliæ partes in præpositiones transire possunt? S. Possunt. Nã Aduerbia sæpe transeunt in prepositiones, vt *pridie Kalendas*; pridie hoc loco præpositio est. Subtractæ quoq; nominibus quibusdam loco aduerbiorum faciunt nomina accipi, vt *domo venio*, pro, a domu. Et, *domum meã*, pro, ad domum F. Separatæ prepositiones quibus casibus iunguntur? S. Accusatiuo vel Ablatiuo F. Accusatiui præpositiones quæ sunt? S. Monosyllabæ hę: ad, ob per, post cis, trãs: Dissyllabæ; apud, ante. citra, circa, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, prope, pene. præter, propter, vltra, vsq;, penes: Trisyllabæ; circiter, aduersum, secundum. F. Num singulæ certas habent significationes? S Non certas, sed diuersas. Sed longum est earum significationes explanare. F. Dic tamẽ, & quãta breuitate possis succinge te S. Dicã. Ad iuxta significat in cõpositione, vel appositione vt, *adcurrũ*, pro, iuxta currũ, *ad Troiã*. pro, iuxta Troiam. significat quoque contra, *ad illũ mihi pugna est*, hoc est, contra illum. Accipitur & pro vsque; *ad bellũ Persicũ*, hoc est. vsque bellum. Ob, & pro, & contra, & circum significat, vt, *Haudquaquã ob meritũ*, i. pro merito. *ob vnius iram*, cõtra vnius, *obãbulo*, circumambulo. Per, est & localis, vt, *per medium forũ*. est & tẽporalis, *per mediũ diem*. est & iurandi, *Per te, per qui te talem genuere parentes*. Aduerbii quoque valde vim obtinet, Terentius, *perscitus puer*, id est, valde scitus. Abnegationem quoque significat in compositione, vt, *perfidus*. Post componitur, & separatur, & locum significat, Virgilius, *Post montẽ oppositũ*. Significat & tẽpus, vt, *post multũ tẽpus*. Cis localem habet significationem, vt, *cis Alpinã Galliã*, &, pro vltra accipitur, vt, *cis definitũ tempus*, hoc est, vltra. & ex eo citra. Trans, cõponitur, & separatur, vt, *transfero*, &, *trans Padũ*. Et in compositione sæpe n & s amittit, vt. *traduco, trado, trano*. Et pro super ponitur, vt, *transgressus*, id est, supergressus. Apud, locum significat, vt *apud Numantiã*. Ante, locum & tẽpus significat, vt, *ante ianuã, ante annũ*. Deriuantur ex eo, *antiquus, antiquarius*, nomina. Citra pene eandem significationem habet, quod Cis, nisi quod propriis nominibus Cis, & appellatiuis Citra sæpius præponi solet, *cis Rhenum, cis Alpes: citra forum*. Et a cis citra deriuatur; a citra, citer, citerior, citissimus. Circa loci & tẽporis, pro iuxta ponitur, vt, *circa tẽplũ* &, *circa viginti annos*. Circum, componitur & apponitur, vt *circũ fero, circum mare*. Circiter ad tempus solum pertinet, vt *circiter Kalendas Ianuarias*. Erga, non cõponitur, & effectum significat, vt *bonus est erga propinquos*. Contra, separatur & componitur, *contra adulterium*, & *contradico*. Extra, apponitur, vt *extra me*. Inter, vtrumque, vt, *inter amicos, interuallũ*,

interpres, cuius simplex in vsu non est. Et ab in, inter, & intra, nascũtur. A sub, subter. A pro, propter. A cis, citra. Ab ex, extra. A præ, præter. Iuxta, pro prope ponitur, vt, *iuxta te*, id est, prope te. Secundũ, duas habet significationes; proximitatẽ, & æmulationem, *secundum eum sedeo*, & *secundum mores eius viuo*. Hæc de prępositionibus Accusatiui casus, quæ difficiliores videbantur, dicta tibi sufficiant. F. Sufficiunt, sed ad Ablatiuum te totum fer. S. Ablatiui præpositiones monosyllabæ hæ sunt. A, ab, abs, e, ex, de, pro, præ, cum. F. Quare nõ addidisti, clam? S. Quia magis Aduerbium est, qualitatem significans, & diminuitur contra Præpositionũ naturam, clam clanculum; & sine casu proferri potest; vt, *bona aperte facit; mala clam*. F. Sequere cæteras. S. Dissyllabę: coram, palam, sine, absque, tenus. F. Potestates singularũ expone. S. A & ab, & abs, & e, & ex, eandem fere significationis vim habent, Nam & locales, & tẽporales, & ordinales similiter inueniuntur, vt est, *a domo, a die, a te*. Sic & cætera. Sed a & e sępius consonantibus præponuntur, vt, *a tẽplo, e culmine*. Alia vtrunq;, & vocalib', & cõsonantibus appositione, vel cõpositione iunguntur, vt, *abiito, ab illo, abduco, ab hora*. Et sæpe b euphoniæ caussa in aliã mutabitur literã, in r *arripio*, in u *aufero*, in s *asporto*. Ex quoq; pro extra inuenitur poni, vt *excludo*, extracludo, *exul*, extra solũ. Modo ꝓ valde, vt *excelsus*. i. ꝓ valde celsus. Modo priuatiuum est, vel intensiuum, vel perfectiuum, *exstirpo, extẽdo, expleo*. E in compositione priuatiuũ est, vel intensiuum, & pro extra accipitur, vt *enodes trunci, enarro, educo*. Deriuatur ab ab, Absque. nã Que, quando vim & significationẽ coniunctionis non habet, syllaba, est, non pars orationis, quomodo in vbique, vndique, denique, itaque, vtique, vterque, plerũq;, & ideo accentũ nõ mutant. De, prima syllaba additio syllabica est, non coniunctio, vt in pronomine ce, & met, & te. De, memoratiuũ est & intẽsiuum & priuatiuum, *de homine, detrahe, desum*. Pro, in appositione vel compositione localis & temporalis. *pro tẽplo, prouideo*. et loco e, & super vel ante, vel ad, vel in, accipitur *prominet*. i. supereminet. *pro curia signa sociis dare*. i. ante curiã. Virgilius, *summis incuruãt viribus arcus Pro se quisq; viri* i. ad suas vires. *pro testimonio*, . i in testimonio. & pro interiectione accipitur, vt, *pro dolor*, & circũflectitur. Præ in appositione, vel compositione inuenitur, & ad, vel ob, vel super, vel valde, vel ante significat. Terentius, *Cõtẽpsi illũ hic pre me*, hoc est, ad comparationẽ mei. Itẽ, *fit miser a prę amore*. i. ob amorẽ. *præsideo*, supersedeo: *prævalidus*, valde validus: *prædico*, antedico. Cũ præpositio est copulatiua. vt, *cũ ducib' vado*. Et, nunquam componitur, quia Con in eius loco in positione ponitur, vt *concurro, contraho*. Et sciẽdum est, quod Con & In tunc mutant n in m, quando b, vel m, vel p sequitur; vt, *cõburo, imbuo, cõminus, immunis, cõpello, impello*; tunc n conuertunt in sequentes consonantes, quando l vel r sequitur, vt *collido, illido, corripio, irruo*. Cum quoque postponitur quibusdam pronominibus, euphoniæ causa, vt, *mecum, tecum, secũ, nobiscum, vobiscum*, & antepenultima in his eleuatur. Aliis postposita acuitur vt, *quocum, quacum, quicum, quibuscũ*. Coram, ad personas pertinet. vt, *coram me, te, se*. Palam ad omnia accipitur, vt, *palam omnibus*. Sine & Absque negatiua sunt, *sine homine, absq; homine*. Et Sine antepo-sita grauatur, vt, *sine timore*, postposita acuitur, Virgilius. *Si sine pace tua*. Tenus, postponitur, vt *hactenus*, & genitiuo quoque iungitur, vt *crurum tenus a mento palearia pendent*. Ecce habes præpositiones. F. Habeo vtcunque, sed non habeo vtrisque casus quatuor cõmunes. S. Quid de illis quæris? nisi quod Donatus dixit, quod Accusatiua sunt In, & Sub, dum ad locum ire aliquem, tum Ablatiua, cum in loco esse aliquẽ significant, vt, *in vrbem vado, in vrbe sum: sub culmen eo, sub culmine sum*. F. Hoc placet, sed plus quęro. S. Quid a me quæris, si tibi Dona-

Donatus non sufficit? F. Non a te tanta quæsissem, si Donatus mihi suffecisset. S. Nam In, si pro contra, vel ad, & sub, si pro ante, vel pro per ponitur, Accusatiuo iungitur, vt, *in hostem*, hoc est, contra hostem. Et, *In puppim rediere rates*, pro ad puppim. *Sub lucem exornant calathis*, pro ante lucem. Et, *sub noctem cura recursat*, pro per noctem. In, modo in cōpositione priuatiuum est, vt *iniustus*, *improbus*. Modo intensiuum, *imprimo*, *incuso*. Sub, est & localis, *subeo*, *suppono*. Est & diminutiuum, *subrideo*, id est, paululū rideo, *subtristis*. Et in sequentem mutat b consonantem, si e vel f g m vel p sequitur, vt succumbo, suffero, suggero, summitto, suppono. Super, si pro supra ponitur, Accusatiuum est, vt, *Sena sedens super arma*, id est supra. Si de vel in significat, Ablatiuū est, vt, *Multa super Priamo rogitans*; hoc est, de Priamo. Itē, —*fronde super viridi*, id est in viridi. Item Subter Accusatiuum est, vt, *subter terram*. Item Ablatiuum, *subter densa testudine*. F. Vnde dicuntur quædam præpositiones loquelares? S. Quia semper in compositione loquelis, id est, dictionibus componuntur. & sunt sex, di, dis, re, se, an, con, vt diduco, distraho, recurro, secubo, amplector, congero. Di, quidem & Dis separatiua sunt, & eandem significationem habent; quomodo ab & abs, vt diuido, distraho. Et Dis componitur, quando sequitur c, f, p, s, t, & i loco cōsonantis, vt discutio, differo, diffundo, s in f mutata euphoniæ causa, disputo, dissero, distraho, disiungo. In aliis consonantibus Di præponitur, diduco, digero, diluo, dimitto, diruo, & vbique Di producitur, præter dirimo, disertus. Re, videtur a retro, per apocopen factū, sicut ipse sensus probat. quid est *respicio*, nisi retro spicio; *reuertor*, retro vertor? Se, separatiua est, vt, *separo*, *seiungo*. Est & abnegatiuum, vt *secus*, & a se seorsum; sicut, a de, deorsum, & a super, sursum aduerbium venit. Am, circum, vel circa significat, vt, amplector, amputo, ambio, in quo etiam additio b consonantis fuit propter m. Con, pariter significat, vt * - - - - & loco, cum præpositione ponitur, vt *concurro*, *coniungo*. Ecce habes de Præpositione, quantum breuitas disputationis sinebat. F. Habeo, quod placet, sed parum viæ, quod restat, peragamus. S. Peragamus. Et tu, more tuo præcede interrogando, sequar ego respondendo.

INCIPIT DE INTERiectione.

F. Interiectio quid est? S. Heu, quid interrogas de Interiectione? quantas me audisti incondita voce proferre; dum ante pedes Magistri iacui. F. Audiui, & timui, motumque animi in exclamatione vocis intellexi. Attamen reor diuersas esse Interiectionum significationes, sicut diuersi sunt animi motus. S. Sunt, vt dicis Et aliæ sunt gaudii, vt euax. Aliæ risus, ha, ha he. Aliæ respuendi, vt phy, e-hoe. Aliæ hortandi, vt eia. Aliæ illudendi, vt euge. Aliæ doloris, vt væ, heu, hei, vt, *Heu mihi qualis erat*. Aliæ exsecrandi, vt ah, *ah, silice in nuda conniza reliquit*. Aliæ timoris, vt at, at. Terentius, *At at, mi homo formidolosus es*. Aliæ admirandi, vt papæ. Terentius, *Papæ, hac super ipsam Thaidem*. F. Quid de accentib. earum dicis? S. Quid aliud, nisi quod incerti, & pro affectus qualitate longius, vel breuius, acutius vel grauius incondita voce proferuntur.

Paucula reliqua in MS. desiderari videntur. Itaque ex aliis MS. restituenda.

interpres, cuius simplex in vsu non est. Et ab in, inter, & intra, nascũtur. A sub, subter. A pro, propter. A cis, citra. Ab ex, extra. A præ, præter. Iuxta, pro prope ponitur, vt, *iuxta te*, id est, prope te. Secundũ, duas habet significationes; proximitatẽ, & æmulationem, *secundum eum sedeo*, & *secundum mores eius viuo*. Hæc de prępositionibus Accusatiui casus, quæ difficiliores videbantur, dicta tibi sufficiant. F. Sufficiunt, sed ad Ablatiuum te totum fer. S. Ablatiui præpositiones monosyllabæ hæ sunt. A, ab, abs, e, ex, de, pro, præ, cum. F. Quare nõ addidisti, clam? S. Quia magis Aduerbium est, qualitatem significans, & diminuitur contra Præpositionũ naturam, clam clanculum; & sine casu proferri potest; vt, *bona aperte facit; mala clam*. F. Sequere cæteras. S. Dissyllabę: coram, palam, sine, absque, tenus. F. Potestates singularũ expone. S. A & ab, & abs, & e, & ex, eandem fere significationis vim habent, Nam & locales, & tẽporales, & ordinales similiter inueniuntur, vt est, *a domo, a die, a te*. Sic & cætera. Sed a & e sępius consonantibus præponuntur, vt, *a tẽplo, e culmine*. Alia vtrunq;, & vocalib', & cõsonantibus appositione, vel cõpositione iunguntur, vt, *abito, ab illo, abduco, ab hora*. Et sæpe b euphoniæ caussa in aliã mutabitur literã, in r *arripio*, in u *aufero*, in s *asporto*. Ex quoq; pro extra inuenitur poni, vt *excludo*, extracludo, *exul*, extra solũ. Modo ꝓ valde, vt *excelsus*. i. ꝓ valde celsus. Modo priuatiuum est, vel intensiuum, vel perfectiuum, *exstirpo, extẽdo, expleo*. E in compositione ptiuatiuũ est, vel intensiuum, & pro extra accipitur, vt *enodes trunci, enarro, educo*. Deriuatur ab ab, Absque. nã Que, quando vim & significationẽ coniunctionis non habet, syllaba, est, non pars orationis, quomodo in vbique, vndique, denique, itaque, vtique, vterque, plerũq;, & ideo accentũ nõ mutant. De, prima syllaba additio syllabica est, non coniunctio, vt in pronomine ce, & met, & te. De, memoratiuũ est & intẽsiuum & priuatiuum, *de homine, detrahe, desum*. Pro, in appositione vel compositione localis & temporalis, *pro tẽplo, prouideo*. et loco e, & super vel ante, vel ad, vel in, accipitur *prominet*. i. supereminet. *pro curia signa sociis dare*. i. ante curiã. Virgilius, *summis incurrũt viribus arcus Pro se quisq; viri* i. ad suas vires. *pro testimonio*, i. in testimonio. & pro interiectione accipitur, vt, *pro dolor*, & circũflectitur. Præ in appositione, vel compositione inuenitur, & ad, vel ob, vel super, vel valde; vel ante significat. Terentius, *Contẽpsi illũ hic pre me*, hoc est, ad comparationẽ mei. Itẽ, *fit misera pre amore*. i. ob amorẽ. *præsideo*, supersedeo: *preualidus*, valde validus: *praeduco*, antedico. Cũ præpositio est copulatiua. vt, *cũ ducib' vado*. Et nunquam componitur, quia Con in eius loco in positione ponitur, vt *concurro, contraho*. Et sciẽdum est, quod Con & In tunc mutant n in m, quando b, vel m, vel p sequitur; vt, *cõburo, imbuo, cõminus, immunis, cõpello, impello*; tunc n conuertunt in sequentes consonantes, quando l vel r sequitur, vt *collido, illido, corripio, irruo*. Cum quoque postponitur quibusdam pronominibus, euphoniæ causa, vt, *mecum, tecum, secũ, nobiscum, vobiscum*, & antepenultima in his eleuatur. Aliis postposita acuitur. vt, *quocum, quacum, quicum, quibuscũ*. Coram, ad personas pertinet, vt, *coram me, te, se*. Palam ad omnia accipitur, vt, *palam omnibus*. Sine & Absque negatiua sunt, *sine homine, absq; homine*. Et Sine antepostita grauatur, vt, *sine timore*, postposita acuitur, Virgilius. *Si sine pace tua*. Tenus, postponitur, vt *hactenus*, & genitiuo quoque iungitur, vt *crurum tenus a mento palearia pendent*. Ecce habes præpositiones. F. Habeo vtcunque, sed non habeo vtriusque casus quatuor cõmunes. S. Quid de illis quæris? nisi quod Donatus dixit, quod Accusatiua sunt In, & Sub, dum ad locum ire aliquem, tum Ablatiua, cum in loco esse aliquẽ significant, vt, *in vrbem vado, in vrbe sum. sub culmen eo, sub culmine sum*. F. Hoc placet, sed plus quęro. S. Quid a me quæris, si tibi Dona-

Donatus non sufficit? F. Non a te tanta quæsissem si Donatus mihi suffecisset. S. Nam In, si pro contra, vel ad, & sub, si pro ante, vel pro per ponitur, Accusatiuo iungitur, vt, *in hostem*, hoc est, contra hostem. Et, *In puppim rediere rates*, pro ad puppim. *Sub lucem exornant calathus*, pro ante lucem. Et, *sub noctem cura recursat*, pro per noctem. In, modo in cõpositione priuatiuum est, vt *iniustus, improbus*. Modo intensiuum, *imprimo*, *incuso*. Sub, est & localis, *subeo, suppono*. Est & diminutiuum, *subrideo*, id est, paululũ rideo, *subtristis*. Et in sequentem mutat b consonantem, si e vel f g m vel p sequitur, vt succumbo, suffero, suggero, summitto, suppono Super, si pro supra ponitur, Accusatiuum est, vt, *Sena sedens super arma*, id est supra. Si de vel in significat, Ablatiuũ est, vt, *Multa super Priamo rogitans*; hoc est, de Priamo. Itẽ, *—fronde super viridi*, id est in viridi. Item Subter Accusatiuum est, vt, *subter terram*. Item Ablatiuum, *subter densa testudine*. F. Vnde dicuntur quædam præpositiones loquelares? S. Quia semper in compositione loquelis, id est, dicti[onibus] componuntur. & sunt sex, di, dis, re, se, an, con, vt diduco, distraho, recurro, secubo, amplector, congero. Di, quidem & Dis separatiua sunt, & eandem significationem habent; quomodo ab & abs, vt diuido, distraho. Et Dis componitur, quando sequitur c, f, p, s, t, & i loco cõsonantis, vt discutio, differo, diffundo, s in f mutata euphoniæ causa, disputo, dissero, distraho, disiungo. In aliis consonantibus Di præponitur, diduco, digero, diluo, dimitto, diruo, & vbique Di producitur, præter dirimo, disertus. Re, videtur a retro, per apocopen factũ, sicut ipse sensus probat. quid est *respicio*, nisi retro spicio; *reuertor*, retro vertor? Se, separatiua est, vt, *separo, seiungo*. Est & abnegatiuum, vt *secus*, & a se seorsum; sicut, a de, deorsum, & a super, sursum aduerbium venit. Am, circum, vel circa significat, vt, amplector, amputo, ambio. in quo etiam additio b consonantis fuit propter m. Con, pariter significat, vt * ----- & loco, cum præpositione ponitur, vt *concurro, coniungo*. Ecce habes de Præpositione, quantum breuitas disputationis sinebat. F. Habeo, quod placet, sed parum viæ, quod restat, peragamus. S. Peragamus. Et tu, more tuo præcede interrogando, sequar ego respondendo.

INCIPIT DE INTERiectione.

F. Interiectio quid est? S. Heu, quid interrogas de Interiectione? quantas me audisti incondita voce proferre; dum ante pedes Magistri iacui. F. Audiui, & timui, motumque animi in exclamatione vocis intellexi. Attamen reor diuersas esse Interiectionum significationes, sicut diuersi sunt animi motus. S. Sunt, vt dicis Et aliæ sunt gaudii, vt euax. Aliæ risus, ha, ha he. Aliæ respuendi, vt phy, ehoe. Aliæ hortandi, vt eia. Aliæ illudendi, vt euge. Aliæ doloris, vt væ, heu, hei: vt, *Heu mihi qualis erat*. Aliæ exsecrandi, vt ah, *ah, silice in nuda connixa reliquit*. Aliæ timoris, vt at, at. Terentius, *At at, mi homo formidolosus es*. Aliæ admirandi, vt papæ. Terentius, *Papæ, hac super ipsam Thaidem*. F. Quid de accentib. earum dicis? S. Quid aliud, nisi quod incerti, & pro affectus qualitate longius, vel breuius, acutius vel grauius incondita voce proferuntur.

Paucula reliqua in MS. desiderari videntur. Itaque ex aliis MS. restituenda.

EVTYCHIS GRAMMATICI DE DISCERNENDIS CONIVGATIONIBUS LIBRI DUO.

Proœmium ad CRATERVM.

CVM semper nouas quæstiones doctoribus auditorum acutiora commouere solent ingenia; & curiositas humanæ familiaris naturæ, cotidie desiderat aliquid recens: inexcusabilis quodammodo respondendi necessitas præceptoribus iure videtur imponi. Tuis itaque petitionibus satisfaciens, meorum dilectissime discipulorum Cratere, (quem in omni Græcorum facundia, tuos æquiparantem maiores, in sapientia, & maxime laudibus excellentes, etiam gaudebam doctrina superauisse Romana) opusculum hoc ad discernendas pertinens coniugationes duobus libellis inclusi. Quorum prior obseruationibus instruitur generalibus, alter iudicio finalitatis, speciales exequitur regulas.

LIBER PRIOR

EVTYCHIS GRAMMATICI, DE Coniugationibus.

TRES sunt quidem apud Græcos coniugationum species. Vna carens tenore in fine, βαρύτονος ab eis appellatur, quæ ex consonantibus ante finalem ὅς inuentis ordinem sex coniugationum significat. Alia, quæ circumflexo accentu prolata, apud eos iure περισπωμένη nominatur, & ex vocalibus in secunda persona inuentis, ordinem trium cõiugationum ostendit. Et tertia, quam ex finali terminatione, in μι desinentem dicunt; licet in paucis verbis quartam ὀξύτονον habent coniugationem. Latini vero sicut in aliis multis, nec prorsus omnia videntur habere coniugationũ indicia, nec iterũ carere penitus omnibus. Nam in o terminationẽ ex parte videntur imitari, in o terminatam primæ personæ in plerisq; temporib. habentes. Cumq; sint omnia verba linguæ naturæ Romanæ βαρύτονα, h. e. tenore prsus in fine carentia; nec tamẽ proprietate circũflexotũ carent, ex vocali secũdę personę ordinẽ coniugationũ ostẽdentia. Sed cum secũdæ personæ obseruatio syllabę terminalis, ex qua dinosci coniugationes artiũ scriptores voluerũt, apud Romanos penit⁹ est incerta, quia nõ ratione cogimur aliqua, scribo, scribis, verbũ tertiæ magis an, scribas, primæ, & cubo cubas in persona, an cubis enũtiare; conabor ex prima, sicuti possim, persona, differẽtias quidẽ cõiugationũ quasdã ostẽdere, tam vocales quam consonãtes ante o vel os finalẽ positionẽ primæ personæ verbi cõsiderãs, notatis scilicet anomalis vel defectiuis, in quib plerũq; ratio deficit Analogiæ, vt, sum, possum, prosum, inquam, cedo, edo, faxo, sodes, aue, ferit, infit & similib licet in his ipsis quædã sunt, quę ex ipsa similitudine finalitatis possũt cæterorum regulis obedire verborum. Ante specialium tamen expositionem regularum, prius aliquid generale; de hac ambiguitate cõiugationum definire tentabo.

Quod Inchoatiua quidẽ, quæ semper deriuatiua sunt, nec a verbis tantummodo, sed etiam a nominibus deriuantur, &

in Sco-

in Sco solum desinunt, & vnius tantummodo sunt, omnib. orthographis in hoc consentientibus, tertiæ coniugationis, vt, hebesco, id est, hebes fio, stultesco, incipio stultus esse, calesco, pertimesco, euanesco, terresco, horresco, patesco, noтesco, feruesco, labasco, tremisco, dormisco, a nomine vespera vel verbo vespero vesperasco, purpurasco, inueterasco, senesco, iuuenisco, a glis gliris venit glisco. Quomodo Meditatiua in vrio solum desinunt, & quartæ tantummodo sunt coniugationis, vt est, lecturio, dicturio, micturio, esurio. Frequẽtatiua vero, quæ similiter inchoatiuis & meditatiuis deriuatiua sunt, in Ito, vel in To, præcedente consonante, vel in So, vel etiam in Xo desinunt, & primæ sunt tantummodo coniugationis, vt lectito, dictito, cantito, cursito, visito, canto, dicto, curso, nexo. Viso enim, visis, quod & Virgilius Æneidos libro VIII. refert: *— has forte inuisitis aras*; & in eodem: *Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines*; Et Horatius carminum libro primo: *Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes*, quia sensu caret frequẽtatiuorum, ideo nec coniugationem illorum seruauit. Perfectæ autem formæ verba, quæ non sicut Anomala scilicet vel defectiua, in quatuor inueniri coniugationibus video, quibusdam tamen ea differentiis arbitror posse discerni, & vocalibus quidẽ antecedentibus facilior est obseruatio, quam consonantibus. Tres enim vocales ante o vel or, verbi finalis reperiuntur, e, i, u; quia nec a penitus, nec o, ante o inuenitur, nisi in eo verbo Reboo, quod factum est a βοῶ Greco verbo, & secundum primã coniugationem declinatur & reperitur apud Virgilium in tertio libro Georgicon, vt, *— reboant silueq; & magnus olympus*; Et Inchoo, as quod a χέω græco verbo traductum.

Omnia igitur verba ante o vel or finalẽ E vocalem habentia, vnius tantum sunt, & secũdum veteres artium scriptores, secundæ coniugationis, quæ sola etiam in primitiuis hoc habuit propriũ, quod vix aliç in deriuatiuis. Nam quomodo prima coniugatio frequentatiua, tertia inchoatiua, quarta meditatiua verba, sic secũda, in Eo terminationem quasi specialem, ipsa tamen non in deriuatiuis solũ, sed etiã in primitiuis possidet, vt habeo, taceo, maneo, moneo, stupeo, scabeo, squaleo, areo, censeo, candeo, timeo, egeo, doleo, pateo, caueo. Eodemque modo in Eor quoq; desinentia, non solum passiua, sed etiam deponentia, vel cõmunia, secundæ sunt semper coniugationis, vt est polliceor, liqueor, medeor, reor, mereor, vereor, misereor, fateor, ꝓfiteor, tueor, intueor. Notantur primæ cõiugationis, beo, creo, meo, cõmeo, nauseo, enauseo, nucleo, enucleo, laqueo, inlaqueo, sereo. Quartæ vero, eo, & queo, & quæ tam ex his quam ex illis cõponuntur sicut veneo, nequeo.

V quoq; vocalem ante o, vel or finalẽ habentia verba primitiua, tertia sibi sola cõiugatio vindicat, vt est, imbuo, tribuo, acuo, induo, arguo, fluo, polluo, pluo, adluo, innuo, minuo, spuo, ruo, suo, metuo, statuo, furuo, loquor, liquor, fruor, & ab omnib. eis cõposita; exceptis paucis q̃ ad primã coniugationẽ deriuationis trahit ratio, de qua postea dicetur, vt est, vacuo, viduo, tenuo, sinuo insinuo, cõtinuo, fluctuo, æstuo, tumultuor, mutuor.

I vero ante o habentia, triũ sunt cõiugationum, i. primæ, tertię, quartæ, cõfusionis. n. discernendæ caussã mihi videtur melius Quartam nominare, licet quidameam quoq; Tertiam solam sed productã appellauerunt. Sed illa Primæ sunt, quæ adhęrent nominib. non minus trisyllabis (absq. pio pias, & hio hias) I puram penultimam, nulla sequente cõsonante, semper habentib. in omni genere, vt, nuntius, nuntio nũtias, saucius, saucio saucias, socius, socio socias, curia, decurio decurias, fiducia, fiducior fiduciaris, repudium, repudio repudias, tripudium, tripudio tripudias, radius, radio radias, consilium, consilior consiliaris, concilium, concilior conciliaris, folium, defolio, defolias, spolium, spolio spolias, so-

mniū,ſomnior ſomniaris,linia,delinio delinias, auxiliū,auxilior auxiliaris,corium, decorio decorias,furia,furior furiaris,varius, vario varias, baſium, baſio baſias. ſpacium, ſpacior ſpaciaris, precium, deprecio deprecias, initium, initior initiaris,vitium,vitio vitias. Omne itaque verbum in Io deſinens, & nomen habēs appoſitum ſibi,I puram penultimam terminans, Primæ coniugationis inuenitur, vt dictum eſt,excepto hio, hias, & pio,pias, quod licet primitiuum eſt in Io deſinēs, primę tamen eſt coniugationis. Amplio enim amplias,ab amplior nomine,vel amplius aduerbio;ſicut, ſatio, a ſatias nomine, quo vtebantur antiqui, pro eo quod eſt,ſatietas,vt Terētius in Eunucho, *Vbi ſatias fieri cœpit, cōmuto locum*, poteſt venire. Lanio quoq; verbum a nomine lanius,quod idem Terentius in eodem Eunucho pluraliter per apocopam poſuit; *Coci,lani,fartores*, quod non eſt dubium fieri. Quodcunque igitur verbum in Io deſinens,& prædicta carens obſeruatione, id eſt, ſiue penitus origine nominis priuatum eſt, ſiue a nomine deriuatum non habet adhærens ſibi nomen omnib. modis,& vltra duas ſyllabas, & penultimam ſyllabam in I purā deſinens, Quartę eſſe ſine dubio coniugationis agnoſcitur. Cuius rei exempla ſunt hæc: ambio ambis, ſuperbio ſuperbis, ſancio ſancis, ſarcio, farcio, expedio, impedio, faſtidio, condio, cuſtodio, erudio, obedio, vagio, præſagio,ſalio,ſepelio,ſtabilio,mollio, bullio, redimio, exinanio, inſanio,lenio,venio,inſignio,venio,hinnio,tinnio,grunnio,munio,punio,ſepio, ſopio,ſcrio, operio cooperio aperio.garrio,ligurio,eſurio,nutrio,micturio, prurio,parturio,haurio, inretio, ſentio, geſtio,veſtio,effutio,ſeruio,ſæuio, blandior blandiris, ordior diris, largior giris, ſortior iris, partior iris. Hæc omnia vel primitiua ſunt,& carent origine nominū, vel aliunde deriuata, non a nominibus non minus triſyllabis I puram penultimā ſemper habentibus venirent. Tamen notantur pauca, quæ ſpeciem habent ſupradictorum,cū ſimiliter deberēt eſſe quartæ coniugationis, ad Tertiam correptam pertinent ſolam cōiugationem. Sicut autem alia A vel I ante Cio ſolum, & alia A vel V ante Pio, ſimiliter habentia, vt eſt iacio,facio,aſpicio,elicio,illicio, pellicio, interficio, officio,capio,ſapio,cupio. Et pterea,fodio,fugio,pario,quatio,cōcutio, morior, patior, & interdum orior & potior, & omnia ex his ſingulis compoſita. Alia vero omnia verba, quæ vocali carēt, ante o finalem duarū tantummodo coniugationum. i. primæ & tertiæ, ſed plerumq; primæ ſunt quæ deriuantur a nominibus. Omne.n.verbum a nomine deriuatum, ſi non ſit meditatiuum, vel inchoatiuum, vel frequentatiuū, quę quaſi ſpeciales habent coniugationes proprias, & nec in Eo deſinens, vt ſecundæ; nec in Vo primitiuum, vt tertiæ, vel in Io, ſine prędictis obſeruationib. vt quartę ſit, primæ eſt plerumque coniugationis.

Sed quia ſunt et a nominibus verba & a verbis nomina deriuata, quæ poſſunt in dubium venire prius mihi videtur de hac aliquid ambiguitate ſi poſſim differere. Itaq; ſciēdum eſt, quod ſicut rerum, quæquæ ſint, ſic etiam vbertati vocum ſtudēs natura, tam verba de nominib. quam de verbis nomina procreauit: & multa quidem pene de ſingulis nominū terminationibus genuit, quæ primæ coniugationi dedit verborum, de quib. poſtea dicetur. Pauciores vero nominū terminationes, nec ab omni motu verborū, nec eas ipſas ſemper in multis nominibus a verborum deriuatione traduxit; quas qui perceperit, intelligere facilius poteſt adhærentia verbis nomina, vtrū ipſa verborum ſint origines, an deducātur a verbis. A tribus n. quaſi fontibus Verbalia nomina deducuntur, id eſt, aut ab indicatiuo præſenti, aut a pręterito perfecto, aut ab infinitiuo futuro, ſiue participiis, & ſingulis eorum certæ ſunt deriuationum clauſulæ, tam generales quam ſpeciales diſtinctæ. Sunt autem generales quidē nominū deriuatio-

tiones, venientes a præsenti tẽpore verborũ. Terminationes enim hę sunt: in ium, in itium, in iculum, in culum, in vlum, in men, in cundus, in or, in idus, in as. &c. In es, tam breuem quam longam, in is, in bulis, in bilis, in bundus, in ilis, in uus, in idus, in ax, in ex. Illo scilicet obseruando, quod consonans positionis ante, O, Eo, vel Io inuẽta, seruatur in omnibus terminationib. nominum a vocali incipientibus. Et ante, Ium, quidem, vt litigo litigium, mercor cõmercium, obsono obsonium, vestigo vestigium, ædifico ædificium, sacrifico sacrificium, participo participiũ, mancipo mancipium, impero imperiũ, conuiuor conuiuium, prandeo prandium, gaudeo gaudiũ, præsideo prę sidium, medeor remedium, nubo cõnubium, iuro periuriũ, fastidio fastidiũ, iusto iustitium, exulo, consulo, u penultima in i conuersa, exilium, cõsilium, obsequor obsequium, eloquor eloquium, & domunculo domicilium, solsto solstitium, cerno silicernium. Itẽ ante Iculum, ridiculum, perpendo perpẽdiculum, euerto euerriculum, deuerto deuerticulum, veho vehiculum, perco periculum, fero ferculũ, absq; i; vincio vinculum, cingo cingulum, iacio iaculum, finalitatem non in Iculum, sed in Vlum conuerterunt. Item in Men, rego regimen, tego tegimen. Et ante Cundus, e vel i præcedentib. etiã, vt vereor, verecundus, rubeo rubicũdus; quod i pro e seruauit. Ante Or quoq;, quorum pauca ex aliis, pleraq; ex secunda veniũt coniugatione & neutris maxime verbis, quæ quia non possunt ad passiuam trãseuntia significationẽ in Or desinere, verbaliter nomẽ, a verbo secundæ præsertim coniugationis deriuatũ, in Or desinens, quasi incorporalis rei fecere vocabulũ, vbiq; seruata scilicet consonãte positionis absque s & t; quæ solæ ante or interea solent ostendere nec incorporalia nomina, nec a præsenti, sed ab infinitiuo futuri deducta, vt. tonsor, censor, defensor, consolator, amator, venator, lector, petitor, auditor. Vnde censor quoque, licet a præsenti censeo poterat traductum videri, tamen quia rem corporalem significat, non a pręsenti magis illud, quam ab infinitiuo futuri, qui est, censum ire, factum comprobamus. Sunt autem in or desinentium nominum, consonantem positionis seruantiũ, exempla hęc: sudo sudor, amo amor, clamo clamor, sono sonor, erro error, rubeo rubor, marceo marcor, cãdeo cãdor, algeo algor, tepeo, stupeo stupor, horreo horror, ferueo feruor, strideo vel strido stridor, tremeo vel tremo tremor, cano, sapio, furio furis, licet deficit prima persona, furor, liquor liqueris verbum, liquor liquoris nomen, sopio sopor, quorum duo posteriora notantur, quod penultimam verborum lõgam corripiunt in nominibus. Item ante Idus consonans positionis inuenitur, vt madeo madidus, splẽdeo splendidus, sordeo, frigeo, caleo, timeo, tepeo, stupeo, areo, terreo, ferueo, rapio, capio, viuo viuidus, fluo interposita u, fluuidus. Ab inuideo & prandeo, minus vna syllaba proferuntur, inuidus, pransus. Trepidus enim nomen nõ a trepido, sed a tremo tremidus, & trepidus mihi videtur magis venire, & ex eo facere verbum trepido, as, sicut a sordidus nomine, sordido, sordidas verbum. In Es quoque tam breuem quam longam, vel Is, vel Ibilis, vel Ilis, vel Vus, vel Vlus, sic inueniuntur, deriuatinę positionis literam ante clausulam seruãtia, tego teges, mergo merges, cædo cædes, luo lues, struo strues, fido fides, penultima correpta & sopio sopor, torqueo torquis. Itẽ in Ibilis, vel Ilis, doceo docibilis docilis, nubo nubilis, facio facilis, vtor vti is, effutio effutilis. Item in Vus, occido occiduus, prædor pduus, cædo incæduus, perspicio perspicuus, diuido diuidu'. Item in vlus, vt bibo bibulus pendo pendulus, credo credulus, strido stridulus gero gerulus, lego legulus, vnde murilegus, tremo tremulus, cerno cernulus, queror querulus, [illegible] adoptulus. Ante Ax quoque vel [illegible] voro vorax, audeo audax, tumeo tumax, contumeo cõ-

cumax, teneo tenax, dico dicax, careo, carax, rapio rapax, perſpicio perſpicax, efficio efficax, fallo fallax, emo emax viuo viuax, ſagio ſagax, vnde præſagio, ſalio ſalax; vnde,

caudamque ſalacem.

Horatius in libro primo Sermonum; mentior mentax, lateo latex, verto vertex. In terminationibus autem incipientibus a conſonante, conſonans antecedens ipſam poſitionem verbi, inuenitur præcedens nominis clauſulam, in prima quidem coniugatione, A ſequente; in reliquis I, in Bulum vel Bilis, vt, ſto ſtas ſtabulum, voco vocas vocabulum, pareo pates patibulum, infundo infundis infundibulum, inſto inſtas inſtabilis. Item in Bundus, erro erras errabundus, ludo ludis ludibundus, morior moreris moribundus, furo is furibundus.

Sunt & aliæ clauſulę nominum a pręſenti tempore verborum venientes, non tam generales, nec ſic in multis inuentæ nominibus, vt in A, vel in Ela, vel in Erna, vel in Ina, vel in Ile, vel in O, vel in Edo, vel in Ido, vel in Io, vel in Vs, vel in Ius, vel in Vus, vel in Vm, vel in Rum deſinētibus, conſonante poſitionis antecedente, vt ſcribo ſcriba, nubo pronuba, ſugio fuga, perfugio perfuga, aduenio aduena, conuenio cōuena, lenio lena, ſequor adſecula, colo cælicola, gigno, vel antique geno, terrigena, viuo conuiua. ſic inſideo inſidiæ, pluraliter tantum. item candeo cādela, ſuadeo ſuadela, luceo lucerna, vel etiam lucina, lateo laterna, ruo ruina, rapio rapina, cubo concubina; item cubo cubile, ſedeo ſedile. Item in O maſculina, vt epulor epulo, lateo latro, lenio leno, comedo, palpo, verbero, incubo, licet in eadē voce tam verba ſunt, quā nomina. Feminina quoq; in Edo vel in Ido, vt torpeo torpedo, cupio cupido, libet libido, formido itē & caligo. propago, ſimiliter vt comedo, in eadem voce tam verba quam nomina. Item in Io quoque, vt opinor opinio, ſuſpicor ſuſpicio. In Vs quoque fiunt antecedente conſonante poſitionis, vt parco parcus, coco cocus, ludo ludus, fido fidus, pando pandus, luceo lucus, arceo arcus, metuo metus, gradior gradus, ſcio ſcius, multiſcius, inſcius, præſcius, fluo refluus, ſeptemfluus. ſic inuideo inuidus, profugio profugus. A facio luctificus, terrificus, lætificus, beneficus, maleficus, veneficus. A dico, fatidicus, veredicus, naledicus. A volo vis, beniuolus, maliuolus. A volo volas, veliuolus, *mare veliuolum.* A frango, naufragus vel naufragium. In Vm quoque vel Rum, vt vado, hoc vadum, vel hic vas, huius vadis, ſcalpo ſcalprum, fulcio fulcrum, iugo iugum. Fiunt & o finali tantum reiecta de verbis nomina in er deſinentia, vt a fero, vel gero compoſita, lucifer, corniger, ignifer, dapifer, lignifer, fructifer, aurifer. Item, quamuis rara, fiunt tamen a verbis nomina, quæ inceptiuam penultimæ ſyllabæ verbi conſonantem ante clauſulam habent nominū, vt in En, & Os, & in Ex, & in Eps, & in Es, & in Cēu, & in Pos, & in Pex, & in Fex, & in Ceps, & in Bex, & in Ses deſinentia, vt cano cornicen, liticen, ribicen, fidicen, tubicen. A pono compos, ab auſpicio auſpex, a facio artifex, opifex, a capio municeps, particeps, auceps, ab obicio, obex, ſic præſideo præſes, reſideo reſes, deſideo deſes, quieſco quies. A præterito quoque perfecto, vel magis ab infinitiuo futuro, deriuantur generales quidem terminationes hæ, in Culum, in Mentum, in Men, in Tio, in Tor, in Trix, in Tus, in Sor, in Sibilis, in Tilis, in Ticius, & ante Tum, quidem infinitiuo, poſita vocalis, vel conſonans, ſeruatur etiam in deriuationibus, in Culum, in Mentum, in En, in Bilis deſinentibus nominibus, mutatione, Tum, ſyllabæ in eas facta, vt oraculum, miraculum, propugnaculum, fundamentum, orna-

ornamentum, sacramentum, munimentum, alimentum, solamentū, incrementum, foramen, purgamen, flamen, liquamen, certamē, agmen, fragmen, acumen, munimen, flamen. Sic amatum amabilis, laudatum laudabilis, statum stabilis, motum mobilis, notum nobilis, auditum audibilis. In reliquis autem, in Tio, vel in Tor, vel in Trix vel in Titius, vel in Sio, vel in Sor, in Sibilis, & in Tilis, & in Ticius desinentibus nominibus, ante clausulam nominum inuenitur vocalis vel consonans, quæ ante Tum, vel Sum, in futuro infinitiui verbi erat, mutatione Vm, syllabæ, in prædictas syllabas facta terminatione vt, probatio, inuocatio, laudatio, obiurgatio, eleuatio, vsurpatio, æquatio, obseruatio, exhibitio, munitio, dictio, lectio, auditio. Item bellator bellatrix, venator venatrix, fultor fultrix, victor victrix, petitor petitrix, nutritor nutrix, minus vna syllaba propter Euphoniā; item doctor doctrix, & ab eo doctrina, textor textrix textrina, tonsor tonstrix tonstrina. Item optatiuus, deriuatiuus, deminutiuus, subditiuus. Nec non & in Sio, & in Sor, & in Sibilis, & in Tilis, & in Ticius desinentibus nominibus, quæ mutatione Vm, in has terminationes fiunt, vt visum visio, iussio, mersio, missio, iussor, suasor, risor, pransor, sponsor, tonsor, defensor, lusor; visibilis, possibilis, pransibilis plausibilis, sensibilis sonabilis, missibilis, sessibilis, flatilis, fictilis, textilis, altilis, scriptilis, tortilis. Sic aduenticius, adtracticius, commendaticius. Sic steti statum ire, status, statio. Sic ab eo quod est cædo cæsum ire, Cæsar. Et præteriti perfecti consonans licet raro, tamen in verbialibus nominibus inuenitur, vt rexi rex, duxi dux, luxi lux, rupi rupes, ambigui ambages. Et participiorum quoq; vel similium participiis nominū, per omnia genera eodem modo, per singulas tā coniugationes, quam significationes verborum, inueniuntur deriuatæ terminationes, vt, amans, docens, legēs, sapiens audiensi, amandus, docendus, legendus, audiendus, sequendus, metuendus, furibundus; vocatus, doctus, scriptus, auditus; vocaturus, docturus, scripturus, auditurus. Non solum in accidentibus nominibus, sed etiam in fixis vocabulis, vel participiis, & maxime femininis, in Vra, desinentibus, vt pistura, scriptura, litura, natura, censura. Licet autem & obseruationem non inutilem tradere, qua cognoscitur, quasdam rerum differentias natura, frequentius artis adminiculo reperire; quippe nomina verborum origine deducta, & gemino quasi fonte manantia, diuersa literarum diuisione separanit. Nam ab indicatiuo præsenti venientibus nominibus, ante clausulæ casualis vocalem, omnes consonantes positionis verborū significatiuas præposuit, duabus exceptis tantum, id est, S & T; quibus solis permisit, vt nō solum verbis præcedant frequentatiuis, quę deriuatiua sunt, sed vt item ante omnes terminationes luceant, quæ de præterito perfecto, vel infinitiuo futuro descendant, vt exempla nominum declarāt ante lata. De quibus omnibus terminationibus & traductionibus, quia Romanæ lumen facundiæ, meus, imo cōmunis hominū præceptor, in quarto de Nomine, summa cū subtilitate copiosissime, grammaticus Priscianus, disseruisse cognoscitur, ideo contentus hæc ad renouādam tantummodo legentium memoriam perstrinxisse, reliquæ parti promissionis meæ satisfacere tentabo, id est, suprapositis obseruationibus nominum de verbis traductorū, exceptis, quicquid verbum, appositum nomini reperitur. (Nam non solum a verbo nomen, sed etiā verbum a nomine deductū ostendere qđ ipsum verbū a nomine traductum.) o finale præcedente consonante, non ad alia nisi ad primam verborum pertinere coniugationem, idq; manifestius apparebit, si per singulas vnicuique declinationum attributas terminationes exempla decurrant; nisi forte vel mere græca sint, quæ plerumq; in hominis

nibus inuentæ propriis, carent huiusmodi verbis: vel nisi aut a propriis Romanis, aut etiam nisi ab accidentibus deriuatæ nominibus corporalibus, rerum vocabula significent incorporalium, vt eis merito superuacua videatur traductio verbi rem significantis, quam in nominis etiam ipsius pronuntiatione designabāt. Qualia sunt iustitia, pigritia, miseria, clementia, solertia, inertia; longitudo, latitudo, fortitudo, pulchritudo, dulcedo, acredo, pinguedo; claritas, seueritas, honestas, libertas, paupertas, & similia, de quibus haud facile deriuata verba reperies.

Ex primę itaque declinationis in a desinente terminatione nominum, maxime fixorum, verba veniunt ad primam coniugationem, pene consonantibus vniuersis præcedentibus, vt, B, turba turbo turbas, C, spica spico spicas; inspico spicas, D, pręda prędor, aris, G, fuga, fugo fugas, L, stilla stillo stillas, L, stipula stipulor stipularis, M, spuma spumo spumas. N, trutina trutino trutinas, machina machinor machinatis, pugna pugno pugnas, nundinæ nundinor nundinaris. P, culpa culpo culpas. Q, aqua aquor aquaris. R, mora moror moraris, quadra quadro quadras, cura curo curas. S, causa causor causaris. T, rota roto rotas, multa multo multas. X, rixa rixo rixas, lixa elixo elixas. V, conuiua conuiuor conuiuaris Ch, baccha bacchor baccharis.

Ex secunda similiter declinatione nominum per singulas terminationes, tam accidentibus quam fixis deriuantur verba, omnibus consonantibus pene antecedentibus, vt est: B, probus probo as. C, opacus opaco as, amicus amico as. D, fedus fedo fedas, nudus nudo as G. vag⁹ vagor aris. I pius pio as. L, solus desolo as. M firmus firmo firmas, infirmus infirmo infirmas. N, sanus sano as, alienus alieno as, seren⁹ sereno as, vnus aduno as, hibernus hiberno as P. crispus crispo as. Q, æquus æquo as, obliquus obliquo as, propinquus propinquo as. R, ignarus ignaro as. S, lassus lasso as. T latus dilato as, lætus læto atis, aptus apto as, sollicitus sollicito as, cruentus cruento as. X, laxus laxo as. V, viduus viduo as, mutuus mutuor aris. A fixis: C, locus loco locas, fucus fuco fucas, græcus græcor aris. G, vulgus vulgo vulgas. L, stimulus stimulo stimulas. M, fumus fumo fumas. terminus termino terminas. N, annus peranno as, sonus sono as. R, numerus numero as, riuus diriuo as. Ch, stomachus, etiam græcum stomachor aris. Item a neutris um terminatis: B, libum libo as. L, velum velo as, colum percolo as, collum decollo as, peculium depeculor depecularis. a plurali nomine quoque, M, hæc arma armo as. N, stagnū stagno stagnas, regnum regno as, signum signo as, donum dono as. In Er quoque desinentia nomina secundæ similiter faciunt verba, vt liber libero as facer sacro as, ager agri peragro as, integer integro as, miser miseror miseraris, misereor, potest etiam esse ab impersonali miseret, minister ministro as, satur ri, saturo as.

A tertiæ quoq; declinationis nominibus, supradictis exceptis omnibus obseruatis, eodem modo faciunt deriuationes verborum per singulas terminationes. In Io, vt concio concionis concionor cōcionaris, ordo ordinis ordino ordinas, virgo virginis deuirgino deuirginas. In C, quoque, lac lactis, lacto lactas. In Il, vt vigil vigilo as. In Vl, exul exulo as, In En, semen seminis semino as, fulmen fulmino as. In Er quoque, verber verbero as, vber exubero exuberas, agger aggero, iter itero iteras. In Or, labor laboro laboras, vapor vaporo vaporas, memor memoro memoras, honor honoro honoras. In Vr, robur, roboro roboras, fur furor, murmur murmuro murmuras, augur auguris auguro, auguras. In As quoque, nugas, indeclinabile, nugor nugaris, vas vadis vador vadaris. In Es, aries arieto arietas, miles milito militas, comes comitor comitatis, sedes sedo sedas, locuples locupletis locu-

locupleto locupletas, heres heredis, exheredo exheredas. In Is quoque, turpis turpo turpas, tenuis tenuo tenuas, tristis contristor contristaris, restis testor testaris. In Os. os oris oro oras, ros roris roro roras, dos dotis doto dotas. In Vs, decus decoris decoro decoras, vlcus vlcero vlceras, pondus pondero ponderas, holus holeror, munus muneror. In Æs æs æris, adæro adæras. In Aus, laus laudis laudo, fraus fraudo. In Ax, pax paco as. In Ex, nex necis neco necas, vindex vindicis vindico, iudex iudico, remex remigo, lex lego legas. In Ix quoque, radix eradico as, cornix cornicor aris. In Ox, vox voco, nox pernocto pernoctas. In X, merx mercis mercor mercaris. In Ems, hiems hiemis hiemo as. In Eps, præceps præcipitis præcipito as.

A quarta etiam & quinta, æstus æstuo, fluctus fluctuo as, tumultus tumultuor, gelu gelo as. In Es, vt maceries maceriot, rabies rabiei rabio as, macies macio as. vel macero as, luxuries luxurio, glacies glacio as. Licet tamen pauca sint harum duarum declinationum exempla. Quia plerumque nomina quartę declinationis incorporalium sunt rerum vocabula, & ipsa magis a verbis deriuata cognoscuntur, vt video visus, nitor nisus, motus, nutus. Idem quoq; potest etiam in quinta declinatione deprehendi, vt acies, facies, fides, res, spes.

Ex omnib. itaq; supra scriptis exēplis, manifeste demōstratum est, de nominibus facta verba primæ esse coniugationis. Hoc quoque idem e contrario potest obseruari, vt si quod simile verbum nomini appositum consonante præcedente, non sit primæ coniugationis, non ex nomine deductū, sed nominis esse principium cognoscatur, vt scribo scriba, aduenio aduenis aduena, perfugio perfuga, molo molis mola, consulo consulis consul, vado vadis vadum, & hic vas, mergo mergis hæc merges mergitis, quiesco quiescis, hæc quies, cædo cædis, hæc cædes, luo luis, hæc lues, struo struis, hæc strues, metuo metuis metus, tribuo tribuis tribus, parco parcus, gradior graderis gradus, fido fidus, pando pandus, coquo cocus, ludo ludus, curro curris currus, viuo viuis viuus. Et reliqua verba, quæ sunt enumerata, cū mōstrabantur nomina, quæ de indicatiuo præsentis temporis verborum deriuata, non generalibus clausulis terminata, nec in multis adeo nominibus inuenta probantur. Quia omnia verba quæ sunt primæ coniugationis; quamuis adhæreant nominibus, non ab illis duci monstrantur, sed possunt ecōtrario nominum esse primordia. Formido quoque, & caligo, & propago, & palpo palpas, & indago ris, verba, licet primæ sint coniugationis, & habeant adhærentia sibi nomina, formido, caligo, propago, indago; tamen quia non respondēt syllabis genitiui nominum, merito mihi videntur magis nomina de verbo tulisse, quam de nominibus ipsa producta. Nam & si quis velit attendere perspicacius subtilitatem mirabitur. Quæ coniugationum distinguēs confusionem a positione verborū traducta verbialia nomina paucissima quidem, & ea ipsa vix in duabus aut tribus terminationibus ex prima, ex aliarum vero coniugationum verbis multa, & in pluribus clausulis progenuit nomina. Et cęterarum quidem coniugationum pręsens indicatiuus, quia nominum multas traductiones in verbi finalitatem non suscipit; & maxime tertia, indifferenter non prohibuit multa de se nomina facere. Primę vero coniugationis positio, quia multas nominum suscipit ab omnibus tam declinationibus quam de clausulis traductiones in verbo, merito de se nomina non adeo concessit proferre. Secunda enim & quarta licet interdū a nominibus deriuata verba suscipiunt, tamen de genitiuo nominum per incrementa sylabarū, quib. vtraq; coniugatio cognoscitur, id est, per Eo secunda, per Io quarta, deriuatæ, carēt huiusmodi confusione. Vnde potest etiā illa solui quęstio,

quam quidam ex superuacuo proponunt dubitantes, ea verba quæ superius a singulis tam declinationib. quã finalitatib. nominum deriuata coniugationis primę esse mõstrauimus, vtrũ verba de nominibus, an nomina de verbis procreẽtur. Nã si de verbis essent nomina, nõ diuersas & quasi singulares ex vno fine verborũ haberent clausulas, sed vt participia vel nomina verbalia, deberent eodem modo plura sub vna eademque terminatione finiri, quod e contrario cernitur. Nominum enim, de verbi positione traductorum, absque paucis generalibus, quas superius ostendimus, reliquas speciales, & tam clausulis quam declinationib. diuisas, & in rariorib. exemplis inuẽtas terminationes; Verborum vero ecõtrario de nominib. factorum & generales finalitates, & ad vnam tantum pertinentes coniugationẽ, & in exemplis innumerabilib. apparentes videmus, ex eo quoq; quod vniformiter & sibi cõgrue, ab omni terminatione nominum, plura verba, consonantib præcedentibus traducta, primæ sunt solius coniugationis, syllabarum etiam genitiui rationem & in verbo seruantia, manifestissime probantur verba de nominibus esse traducta. Vt enim feminina nomina masculinis adhęrentia, & ab illis gigni dicuntur, & pares eis semper habere syllabas coguntur, vt ater atri atra, tener teneri tenera, longus longi longa, arduus ardui ardua. Sic hæc verba de nominibus dicimus fieri, quod genitiuorũ syllabis positio ṽbi respõdet, vt sacer sacri, sacro sacras, liber liberi, libero liberas, vigil vigilis, vigilo vigilas, femẽ feminis, femino feminas, memor memoris, memoro memoras, miles militis, milito militas index indico indicas, mãceps mancipo mancipas. & sic semper ex certis & manifestis incerta regulãtur & ambigua; nemoq; dubitat quin priora prorsus verbis sint etiam quædam nomina, in quibus naturaliter substãtia nominis antecedit actum, qui spectatur in verbis. Vt exempli caussa, de multis licet proferre pauca, vt esca inesco, vnda inũdo, pax paco, radix eradico, pisces piscor, cor cõcordo, discordo, recordor, odor odoror aris, Horatius in Epodo, *Proiectum odoraris cibum*. radius radio as, humus humo as, fumus fumo as, concio concionor, limẽ elimino, cacumẽ cacumino, —*summasque cacuminat aures*, Ouidius Metamorphoseon libro I. rumen nis, rumino as, *Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas*, Virgil. in Bucolico. aurum inauro, Horatius Epistolarum libro I. — *vt te Confestim largus fortuna viuus inauret*. scortum scortor, gurges gurgitis, ingurgito as. Cicero in Pisonem, *Nunquam te in tot flagitia ingurgitasses*. Cras aduerbium, crastinus nomen, & ab eo verbum procrastino nas. Dies item nomen, perendie aduerbium, comperendino verbũ. Præterea de verbis etiam deriuata verba, cõsonante præcedente, primæ semper sunt coniugationis, & omnia frequentatiuæ formæ. nec ad aliam potest huiuscemodi verborum deriuatio venire coniugationem nisi forte incidat in clausulam, vt viso visis, iam ante cuidam coniugationum generaliter deputatam. Vt in Vrio desinentia Meditatiua quartæ coniugationis esse facit ipsa forma finalitatis. Et Inchoatiua tertiæ etiam quæ in Sco desinentia; quod proprium est illis primitiuis, quæ habent consonantẽ ante se perfecta, si tamen non sint a nominib. quasi in positione, tertiæ solius censuerunt; singulisque formis deriuatiuorum verborum singulas accipere coactis ad differentiam sui, coniugationes, iure Meditatiua quidem quartam in io terminationem meruerunt. Sicut in Eo desinentia, siue primitiua, seu deriuatiua essent, solam secundam etiam in forma perfecta habeant; Frequentatiua vero & Inchoatiua, carentes vocali u ante o, primam & tertiam inuicem necessario sortiuntur; meritoque vtraq; forma deriuatiuorum ad eam maxime venit coniugationem, in qua suæ finalitatis veniebat etiam primitiua. Et, sic alias similiter traductiones verbo-

verborum, antecedente consonante, prima sibi tantum coniugatio vindicat, seu a verbis, seu a nominibus veniant. Qualia sunt in Co, vel To, in Tor, vel Lo, vel Lor, vel in Do, vel in Cinor, vel in Ciro, vel etiã in alias quasdã terminationes desinentia; in quib etiam illud obseruandũ est, quod per earum ipsarũ clausularũ incremẽta, deriuatio verbi solet prouenire, vt vello vellis vellico, fodio fodis fodico as, vel fido fidis fidico, nutrio nutrico, albus albico, claudus claudico, faber fabrico, alter alterco, communis communico, frondes frondico, debilis debilito, nobilis nobilito, os oris oscito, periculum periclitor, ventus ventilo pullus pullulo, gratis vel grates gratulor, latro latrocinor, febris febricito. Parique modo etiam commessor, farcino, opitulor, præsto, præstolor. In go quoque desinentia i breui antecedente, vt nauigo, remigo, litigo, mitigo, fumigo, siue a nominibus figurantur in verba, siue inest eis verbi, quod est ago, compositio, quia cum nomine componũtur, ad primam iure perueniunt coniugationem. Eodem modo etiam ab aduerbio intus vel intro verbum fit, intro intras; et penitus, item penetro; & ab eo qđ est temere, temero as.

Et ne diutius iisdem rationibus immorer, tempus enim me citius quam exempla deficient, si omnes huiusmodi traductiones verborum primæ solius coniugationis existant, sic esse potest aliquis contentiosus, vt aliqua quoque verba, quibus adhærent nomina, si primæ non sint coniugationis, non fateatur de nominibus esse deducta. Vt totam igitur regulam recolligere videar, illud etiam addam supra dictis. Quod a quacunque declinatione nominum traductum sit verbum, siquidem in Eo desinat, eius est coniugationis, cuius & alia sunt in Eo desinentia, quæ primitiua sunt & a nulla deducuntur origine, id est, secundæ solius coniugationis, vt, canus cani caneo, calles callis calleo, flos floris floreo, lux luceo, frons frõdeo, census censeo. In Vo vero principalia quidem tertię solius inueniuntur, vt imbuo, acuo, arguo, induo luo, nuo, ruo, spuo, suo, statuo, futuo; vacuo autem & viduo, insinuo, tenuo, fluctuo, æstuo, mutuor, tumultuor, infatuor, quia ex nominibus vacuus, viduus, tenuis, sinus, fluctus, æstus, mutuus, tumultus, fatuus, deriuata sunt, iure sibi prima vindicat coniugatio. Nam tribus, & metus, & lues, & strues, magis ipsa deducuntur a verbis, tribuo, metuo, luo, struo; quam faciunt verba. Si autem in Io desinat, tunc considerabimus, nomen quidẽ habeat appositum vltra duas syllabas, & penultimam in i puram desinentem, sequente vocali, secundum datas in antedictis obseruationes, primæ erit coniugationis. Hoc autem non secuto verbum in Io desinens a nomine deriuatũ, a quacunque venit declinatione, paucis illis exceptis, quę superius ad tertiã pertinentia notauimus, quartę erit sine dubio cõiugationis. Cuius etiam primitiua sunt in Io desinentia, idque his confirmatur exemplis. A prima quidem declinatione, bulla ebullio, pœna punio. A secunda, superbus superbi superbio, blandus blandior, largus largior, insanus insanio, murus murio, & munio, siue a nomine, quod est mænia mænio & munio, sæuus sæuio, seruus seruio, lascinus lasciuio. Itẽque similiter a nomine balbus, verbum fit balbutio, licet non seruet omnem obseruationem clausulę. A tertia quoq;, rete retis irretior, pes pedis impedior, moles molis molior, mollis mollio, stabilis stabilio, inanis exinanio, finis finio, sepes sepio, sitis sitio, vestis vestio, custos custodio, insignis insignio, mens mentis mentior, pars partior, sors sortior. A quarta item gestus gestio. Notatur crux crucio crucias, cum carens obseruationibus primę debuit esse quartę cõiugationis. Calcio enim calcias, nõ a calx calcis, sed a calcius nomine deriuatum, quia penultimæ nõ infertur cõsonãs, iure videtur esse primæ. Cõsonante vero præcedẽte, semper verba de nominibus deriuata prædictis

quam quidam ex superuacuo proponunt dubitantes, ea verba quæ superius a singulis tam declinationib. quã finalitatib. nominum deriuata coniugationis primę esse mõstrauimus, vtrũ verba de nominibus, an nomina de verbis procreẽtur. Nã si de verbis essent nomina, nõ diuersas & quasi singulares ex vno fine verborũ haberent clausulas, sed vt participia vel nomina verbalia, deberent eodem modo plura sub vna eademque terminatione finiri, quod e contrario cernitur. Nominum enim, de verbi positione traductorum, absque paucis generalibus, quas superius ostendimus, reliquas speciales, & tam clausulis quam declinationib. diuisas, & in rariorib. exemplis inuẽtas terminationes; Verborum vero ecõtrario de nominib. factorum & generales finalitates, & ad vnam tantum pertinentes coniugationẽ, & in exemplis innumerabilib. apparentes videmus, ex eo quoq; quod vniformiter & sibi cõgrue, ab omni terminatione nominum, plura verba, consonantib praecedentibus traducta, primæ sunt solius coniugationis, syllabarum etiam genitiui rationem & in verbo seruantia, manifestissime probantur verba de nominibus esse traducta. Vt enim feminina nomina masculinis adhęrentia, & ab illis gigni dicuntur, & pares eis semper habere syllabas cõguntur, vt ater atri atra, tener teneri tenera, longus longi longa, arduus ardui ardua. Sic hæc verba de nominibus dicimus fieri, quod genitiuorũ syllabis positio ꝟbi respõdet, vt sacer sacri, sacro sacras, liber liberi, libero liberas, vigil vigilis, vigilo vigilas, semẽ seminis, semino seminas. memor memoris, memoro memoras, miles militis, milito militas index indico indicas, mãceps mancipo mancipas. & sic semper ex certis & manifestis incerta regulãtur & ambigua; nemoq; dubitat quin priora prorsus verbis sint etiam quædam nomina, in quibus naturaliter substãtia nominis antecedit actum, qui spectatur in verbis. Vt exempli caussa, de multis licet proferre pauca, vt esca inesco, vnda inũdo, pax paco, radix eradico, pisces piscor. cor cõcordo, discordo, recordor, odor odoror aris, Horatius in Epodo, *Protectum odoraris cibum*. radius radio as, humus humo as, fumus fumo as, concio concionor, limẽ elimino, cacumẽ cacumino, —*summasque cacuminat aures*, Ouidius Metamorphoseon libro I. rumen nis, rumino as, *Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas*, Virgil. in Bucolico. aurum inauro, Horatius Epistolarum libro I. —*vt te Confestim largus fortunæ riuus inauret*. scortum scortor, gurges gurgitis, ingurgito as. Cicero in Pisonem, *Nunquam te in tot flagitia ingurgitasses*. Cras aduerbium, crastinus nomen, & ab eo verbum procrastino nas. Dies item nomen, perendie aduerbium, comperendino verbũ. Præterea de verbis etiam deriuata verba, cõsonante præcedente, primæ semper sunt coniugationis, & omnia frequentatiuæ formæ. nec ad aliam potest huiuscemodi verborum deriuatio venire coniugationem nisi forte incidat in clausulam, vt viso visis, iam ante cuidam coniugationum generaliter deputatam. Vt in Vrio desinentia Meditatiua quartæ coniugationis esse facit ipsa forma finalitatis. Et Inchoatiua tertiæ etiam quæ in Sco desinentia; quod proprium est illis primitiuis, quæ habent consonantẽ ante se perfecta, si tamen non sint a nominib. quasi in positione, tertiæ solius censuerunt; singulisque formis deriuatiuorum verborum singulas accipere coactis ad differentiam sui, coniugationes, iure Meditatiua quidem quartam in io terminationem meruerunt. Sicut in Eo desinentia, siue primitiua, seu deriuatiua essent, solam secundam etiam in forma perfecta habeant; Frequentatiua vero & Inchoatiua, carentes vocali u ante o, primam & tertiam inuicem necessario sortiuntur; meritoque vtraq; forma deriuatiuorum ad eam maxime venit coniugationem, in qua suæ finalitatis veniebat etiam primitiua. Et, sic alias similiter traductiones verbo-

verborum, antecedente consonante, prima sibi tantum coniugatio vindicat, seu a verbis, seu a nominibus veniant. Qualia sunt in Co, vel To, in Tor, vel Lo, vel Lor, vel in Do, vel in Cinor, vel in Ciro, vel etiã in alias quasdã terminationes desinentia; in quib. etiam illud obseruandũ est, quod per earum ipsarũ clausularũ incremẽta, deriuatio verbi solet prouenire, vt vello vellis vellico, fodio fodis fodico as, vel fido fidis fidico, nutrio nutrico, albus albico, claudus claudico, faber fabrico, alter alterco, communis communico, frondes frondico, debilis debilito, nobilis nobilito, os oris oscito, periculum periclitor, ventus ventilo pullus pullulo, gratis vel grates gratulor, latro latrocinor, febris febricito. Parique modo etiam commessor, farcino, opitulor, præsto, præstolor. In go quoque desinentia i breui antecedente, vt nauigo, remigo, litigo, mitigo, fumigo, siue a nominibus figurantur in verba, siue inest eis verbi, quod est ago, compositio, quia cum nomine componũtur, ad primam iure perueniunt coniugationem. Eodem modo etiam ab aduerbio intus vel intro verbum fit, intro intras; et penitus, item penetro; & ab eo qđ est temere, temero as.

Et ne diutius iisdem rationibus immorer, tempus enim me citius quam exempla deficient, si omnes huiusmodi traductiones verborum primæ solius coniugationis existant, sic esse potest aliquis contentiosus, vt aliqua quoque verba, quibus adhærent nomina, si primæ non sint coniugationis, non fateatur de nominibus esse deducta. Vt totam igitur regulam recolligere videar, illud etiam addam supra dictis. Quod a quacunque declinatione nominum traductum sit verbum, siquidem in Eo desinat, eius est coniugationis, cuius & alia sunt in Eo desinentia, quæ primitiua sunt & a nulla deducuntur origine, id est, secundæ solius coniugationis, vt, canus cani caneo, calles callis calleo, flos floris floreo, lux luceo, frons frõdeo, census censeo. In Vo vero principalia quidem tertię solius inueniuntur, vt imbuo, acuo, arguo, induo luo, nuo, ruo, spuo, suo, statuo, tutuo; vacuo autem & viduo, insinuo, tenuo, fluctuo, æstuo, mutuor, tumultuor, infatuor, quia ex nominibus vacuus, viduus, tenuis, sinus, fluctus, æstus, mutuus, tumultus, fatuus, deriuata sunt, iure sibi prima vindicat coniugatio. Nam tribus, & metus, & lues, & strues, magis ipsa deducuntur a verbis, tribuo, metuo, luo, struo; quam faciunt verba. Si autem in Io desinat, tunc considerabimus, nomen quidẽ habeat appositum vltra duas syllabas, & penultimam in i puram desinentem, sequente vocali, secundum datas in antedictis obseruationes, primæ erit coniugationis. Hoc autem non secuto verbum in Io desinens a nomine deriuatũ, a quacunque venit declinatione, paucis illis exceptis, quę superius ad tertiã pertinentia notauimus, quartę erit sine dubio cõiugationis. Cuius etiam primitiua sunt in Io desinentia, idque his confirmatur exemplis. A prima quidem declinatione, bulla ebullio, pœna punio. A secunda, superbus superbi superbio, blandus blandior, largus largior, insanus insanio, murus murio, & munio, siue a nomine, quod est mænia mænio & munio. sæuus sæuio, seruus seruio, lasciuus lasciuio. Itẽque similiter a nomine balbus, verbum fit balbutio, licet non seruet omnem obseruationem clausulę. A tertia quoq;, rete retis irretior, pes pedis impedior, moles molis molior, mollis mollio, stabilis stabilio, inanis exinanio, finis finio, sepes sepio, sitis sitio, vestis vestio, custos custodio, insignis insignio, mens mentis mentior, pars partior, sors sortior. A quarta item gestus gestio. Notatur crux crucio crucias, cum carens obseruationibus primę debuit esse quartę cõiugationis. Calcio enim calcias, nõ a calx calcis, sed a calcius nomine deriuatum, quia penultimæ nõ infertur cõsonãs, iure videtur esse primæ. Cõsonante vero præcedẽte, semper verba de nominibus deriuata prædictis

modis primæ sunt solius coniugationis. Adeoque vera esse videtur obseruatio clausularum, quod ex vna terminatione nominis, duæ verbi factæ deriuationes diuersas, pro qualitate finalitatis, coniugationes meruerũt;vt ab eo quod est meta, metor deponens quidem metaris primæ,metior iris quartæ cõiugationis: seruus seruo quidẽ, quia ante o caruit i. primę est seruas,seruio autem,quia in io desinit quartæ est: & a sanus sano quidem as primæ, insanio autem insanis quartæ fit:& ab eo quod est aptus,apto as fit verbũ, ab eo aũt quod est ex eo compositum nomen ineptus, ineptio ineptis verbum fit. Vt enim in Io desinẽtia,nisi habeant adhærentia nomina non minus trisyllaba i penultimam puram habentia,primę esse cõiugationis nõ possunt,sed ad quartam perueniunt,paucis illis exceptis quæ sola sibi tertia vindicat; sic quacunque antecedente consonante, ex nominibus facta verba, siquidem seruant consonantem nominis, primæ sunt coniugationis I vero quam nomen non habuit in verbo addentia, respuuntur a prima coniugatione, & ad quartam plerunque redeunt,& vna syllaba crescunt a genitiuo nominis,vt punio,superbio,custodio,gestio,ineptio,impedio,quod in verbis primę coniugationis a nominibus traductis non solet euenire.Nam positio verbi; siue quælibet cõsonans sit ante o,siue i vocalis,a quacunque nominis veniat terminatione, syllabas solet genitiui nominis seruare, vt turba turbo turbas, nuncius nuncio nuncias, vlcus vlceris vlcero vlceras,spes spei spero speras; tantũ quartæ declinationis nomina, parem nominatiuo genitiuum habentia, vt u non amittant, crescunt in verbis vna syllaba, vt fluctus fluctuo, æstus æstuo, tumultus tumultuor, sinus sinuo & insinuo. E quoque habentia ante o deriuatiua verba, quæ iure secundam coniugationem sequuntur, vna syllaba genitiuum nominis vincunt, vt æger ægreo, miseri misereor, census censeo. Eademque diuersitas clausulatum, differentias coniugationum a nominum etiam deriuatione, in secunda solet facere coniugatione. Et a nomine venientia verba, siquidem non in eo desinant, primæ sunt coniugationis. In Eo vero desinentia omnibus modis ad secundam peruenìunt,vt albus albo as, & albeo albes. Virgilius Æneidos, libro XI.

— campique ingentes ossibus albent.

durus duro duras,& dureo dures, vnde & duresco, densus denso as, & denseo es, miser quoque miseri, miseror miseraris primæ, misereor vero secundæ. Sicut in aliis quoque verbis primitiuis idem euenit, quæ in Eo quidem desinentia secundę coniugationis, E autem carentia, tertiæ sunt, vt est ferueo ferues,& feruo feruis; vnde Virgilius in VIII. libro, *feruere Leucatem* dixit, strido stridis, vt Virgilius Georgic. libro IIII. *stridere apes vtero.* — strideo strides, vt Lucanus VI. libro: *Auribus incertum ferali strideat vmbra.* Et tueor, quod apud Statium in libro III. tuor legimus:

Hosne ego complexus genitrix, hæc oscula nati
Vestra tuor? sic vos extremo in fine ligauit.

Ex quo compositum etiam intuor, idem in eodem libro dixit: *Armigeras summi Iouis exultante caterua*
Intuor, Inachii sunt hi tibi, concipe, reges.

Idem etiam aliud ab eo compositum in VIII. libro Thebaidos extulit, contuor,vt: *Namque modo infensos vtero mihi contuor enses.*

Sola itaque prima coniugatio syllabas genitiuorum nominis custodire solet in verbi traductione, notatis illis paucis terminationibus, in Co, vel To, vel Cito, vel in Vo a quarta declinatione traductis, & in Io a quinta, & si quæ sunt tales deriuationes, quas quasi præter aliorum morem crescentes superius obseruauimus. Illo quoque generaliter, vt omnis ambiguitas tollatur, addendo, quod

quod licet duplex sit terminatio latinorum in positione verborum, id est aut O aut Or indicatiuo præsenti desinens, absque corruptis, quæ regulis analogiæ carent, vt sum, es, est, possum, prosum, edo, & his similibus; sciendum est in Or quidem desinentia verba, si passiua sint suorum actiuorum coniugationem seruare, id est, siue vocalis seu consonans sit ante o, addita r litera, non mutatur coniugatio si permaneat eadem verbi significatio; vt curo curas curor doceo doceor, scribo scribor, audio audior. Mutato vero genere & significatione verbi, licet nihil aliud nisi r assumat, tantum non obseruat eandem coniugationem. Vt sperno nis, spernor eris. aspernor deponens, aris, conspicio is, conspicior eris, aspicio is, aspicior eris, conspicor deponens aris, sterno is, sternor eris, consternor autem deponens aris, facio neutrum, gratificor deponens aris, ludificor aris, sentio item sentis, assentio & assentior, assentor deponens aris, gero ris deponens morigeror aris.

Et E quidem habentia ante or, secundæ coniugationis sunt, ceu ante dictum est, vt liqueor, polliceor, medeor, reor, mereor, misereor, vereor, fateor, tueor, & quæ ex his singulis componuntur. [illegible] ante or habentia obseruationibus primæ carentia, coguntur venire ad quartam coniugationem, vt amicior, blandior, partior, ordior, largior, molior, operior, morior, sortior, assentior, partior; exceptis, gradior, & morior, & patior, quæ tertiæ sunt correptæ solius. Orior autem & potior tam tertiæ quam quartæ quosdam motus habent. In Vor quoque desinentia primitiua tertiæ sunt, vt fruor eris, liquor liqueris, loquor loqueris, sequor eris. Quorum posteriora ad consonantium regulam pertinere videntur, & in Cor desinentium verborum habere præteritum, locutus sum, secutus sum. Consonantibus vero solis antecedentibus in Or desinentia, si passiua non sint, nec deriuentur ab actiuis vt illorum sequantur coniugationes, siue deponentia sint, siue communia, vniformis illa regula vindicat; vt primæ rantummodo sint ipsa quoque coniugationis obseruationem sequuntur generalem, quia pleraque sunt a nominib. deriuata, vt precor preces, vador vas, vagor vagus, suffragor suffragiis, negotior negotium, gratior gratia, auxilior auxilium, opitulor opem tuli, rimor rima, peregrinor peregrini, miror, dignor dignus, aduersor aduersus, testificor testificus, & similia. Exceptis paucis, quæ sunt tertiæ correptæ, vt labor, fungor, liquor, loquor, sequor, queror, reuertor, nitor, vror, & quæ ab his singulis componuntur, quæ ideo excepta, iure sunt tertiæ coniugationis verborum, quia nullam videntur originis nominum occasionem monstrare. Idemque etiam hoc in superioribus relatis, id est, in Ior, vel in Vor desinentibus verbis obseruari potest, quia ad tertiam illa pertinent coniugationem, quæ quasi primitiua nominum communione carent, vt, gradior, morior, patiore, orior, potior, fruor, liquor, sequor, exequor. Ex nominibus autẽ deriuata, i quidem penultimam nominis puram habentia, primæ sunt, hoc autem primitiua quartæ coniugationi necessario deputantur, quod in Io desinentibus verbis, id est, actiuis vel neutris, deriuatita Io terminata quartæ primitiua, fieri prædiximus; paucis illis, superioribus notatis, vt ab tertia redeuntibus exceptis etiã in Cor cõmunibus desinẽtibus vel deponẽtibus. As, vel Is ante Cor habẽtibus, quę siue primitiua siue deriuatiua, solius tertię sunt, vt nascor, irascor, vescor, vlciscor, paciscor, nanciscor, expergiscor, cõminiscor, adipiscor, vel vt antiqui apiscor, obliuiscor. Meritoq; hęc quoq; verba, licet quædã ex his deriuata sunt a nominibus, tertiã coniugationẽ non effugerunt, quæ vnã in sco terminationẽ, tam deriuatiuis quæ formæ sunt inchoatiuæ, quã

primitiuis, quę formæ sunt perfectæ, sola possidet; Semelq; hoc generaliter est obseruandum, quod in io, seu in ior, desinentia verba, vel primæ sunt, tantum deriuatiua, vel quartæ tam primitiua quã deriuatiua, sed obseruatione primæ cõiugationis carentia; consonantem vero ante o vel or habentia verba, primæ quidem coniugationis ratio plerumque deriuatiua, tamen habet interdum & primitiua. Tertia vero, absque in sco desinentibus inchoatiuis, & communibus vel deponentibus in scor desinentibus; in quibus solis terminationibus habet & deriuata. In omnibus reliquis finalitatibus non facile deriuatiua, sed primitiua tantumverba habere reperitur. Sed quia in omnibus iam ante dictis sunt ram primitiua, de quibus aliquid potest ignorari, quam deriuatiua verba, quorum dubia est originatio; ne quid forte restet ambigui, placet etiam specialiter singulas terminationes verborum in secundo libro scrutari. Quoniam vero de verbis in Eo vel in Eor, in Vo, vel in Vor, vel Io, vel Ior, desinentibus iam antedictis, nihil vt opinor, addi potest. nisi hoc quod nec secunda, quæ semper in Eo desinit, verbũ habere potest dissyllabũ, absque neo, nes, net verbo, quod neui facit in præterito, & fleo fles; vnde & beo, creo, meo, licet in eo desinentia secũdæ deberent esse, tamen primæ sunt; eo quoq;, & queo quartæ cõiugationis. Nec in Io desinentia, cuius cunque sint, minus tribus syllabis esse possunt; notatis primæ quidẽ hio hias & pio pias; quartæ vero, fio fis, scio scis, & interdum cio cis, vnde componitur, excio excire; quod & cieo cies secundæ cõiugationis inuenitur. Reliquas terminationes verborum consonantibus præcedentibus secundum ordinem in sequenti libello contemplabimur.

LIBER SECVNDVS

EVTYCHIS DE INDICATIONE FINALITATIS SPECIALIUM REGULARUM.

Omnia in Bo & in Bor desinentia verba, quacunque vocali seu consonante præcedente, primę sunt coniugationis, vt libo libas, probo probas, orbo orbas, titubo titubas, cubo cubas, excubo as, succubo succubas, subo subas. Horatius in Epodo, — *iamque subando*, refert. Excipiuntur pauca quæ ad tertiam perueniunt coniugationem. A quidem antecedẽte longa vnum deponens inuenitur, Labor laberis, vnde,

Labitur vncta vadis abies, apud Virgiliũ in libro VIII. Æneidos, legimus; a quo & participium lapsus fit, quamuis sub eodem sensu etiam primæ coniugationis actiuum vel neutrum inuenitur antecedente a, sed breui, vt labo as at, vnde II. lib. Virgil. dixit: *labat ariete crebro Ianua.* Excipitur scabere ex prima coniugatione, ne quis putet primæ coniugationis; sed etiam, quod tertiæ personæ imperfecti temporis, subiunctiui modi est, quandam speciem seruans apud Horatium in I. libro Sermonum reperitur, vt, *Sæpe caput scaberet viuos & roderet vngues*, notauimus quasi tertiæ coniugationis, licet nullum eius alium motum apud aliquem interim cognouimus; nisi infinitiuum

scabere

scabere apud Menippæű Varronē in Catamito; quod venire a positione verbi, quod est scabio, vel scabo, vnde scabies nomen est deriuatum, verisimile existimari potest. I vero antecedente bo, hæc sunt tantum tertiæ coniugationis, breui quidem vt bibo is; longa vero vt scribo is. Item V, vocali longa antecedente, vnum est tertię coniugationis, vt nubo is. M vero consonante antecedente, duo sunt, vt lambo is, vnde Virgilius II. libro Æneidos dixit, *Lambere flamma comas*. & a verbo cumbo, quod simplex in vsu non est, composita sunt, vt iucumbo is, procumbo is, accumbo is, succumbo is, quorum primitiuum sine m enuntiatum tam simplex quam compositū sine m prolatum, primę coniugationis est, vt cubo as, incubo incubas, procubo as.

In Co desinentia verba, primitiua seu deriuatiua, quacunque vocali antecedente, primæ sunt coniugationis, vt placo as, vaco as, neco, plico, seco, mico, dimico, emico, frico, dico penultima breui, cuius futurum in I. lib. Æneidos Virgilius posuit; *Connubio iungam stabili propriamque dicabo*. Vnde dedico, indico, abdico componuntur. albico as, item Horatius carminum libro I. *Nec prata canis albicant pruinis*. Vellico as, item Sermonum lib. I. *Vellicat absentem Demetrius*. claudico as, vindico as, duplico as eradico as, Terentius in Andria; *Di te eradicent, ita me miseram territas*. mendico as, suffoco as, loco as, voco as, quod penultimam nominis longam in verbo corripuit. Notatur tertiæ coniugationis, coquo coquis, & quæ ab eo componuntur, decoquo is, percoquo is, incoquo is, cui verbo licet nomen adhæret cocus, tamen non ab eo verbum, sed a verbo nomen deduci mōstrarum in supradictis sufficienter existimo. Excipiuntur pauca etiam, quæ tertiæ sunt coniugationis, differentiæ caussā. I quidem vocali longa antecedente, vt dico is, id est, narro, vt distet ab eo verbo, cui breuis i antecedit, & sensu, & coniugatione, & tempore. Vnde merito suis respondent primitiuis ab vtroque composita, vt edico is, prædico cis, longitudinem primitiui seruans, tertiæ est, præteritum perfectum tempus in xi faciens, vt prædixi, quando, quod græci dicunt προλέγω monstrar. Prædico autem prædicas, item breuitatem primitiui seruans, primæ est, præteritum perfectum tempus in aui faciens, vt prædicaui, cum quod græce κηρύσσω significat, & indico tam indicis longa i antecedente, vt legimus apud Virgilium lib. I. *& diuum templis indicit honorem*; apud eundem libro VII. *Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus*; ex quo præteritum perfectum indixi fit, vt Lucanus lib. II. *Indixitque nefas*; Quam indicas, vt apud Horatiū Carminū lib. I.

—Me tabula sacer
Votiua paries indicat, vuida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

& apud Ouidium in XI. libro Metamorphoseon,

Omnia seruauit, lapidis color indicat illi.
Apud eundem in XII libro, *(auctor.*
Cornua fronte gerit, quæ vobis indicat
ex quo præteritum perfectum fit, indicaui. Duco quoque u longa antecedente, tam in simplicitate, quam in omnibus cōpositionib tertiæ coniugationis est, vt abduco is, adduco is, subduco is, induco is, educo is, id est, extraho. In vna tamen compositione educo u breui profertur, differentiæ caussā, significans nutrio, & cum solum primæ est coniugationis, vt apud Virgilium in libro X.

Quatuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfens.

Tamen videtur educo educas verbum rationabilius a nomine deductum verbiali, quod est dux ducis, deriuatum iure primæ esse coniugationis, vt tempus etiam nominis in penultima verbi seruatum significat. Consonāte quoque quacunque absque S antecedente in cōsi-

nita verba, primæ sunt coniugationis, vt pecco peccas, calco calcas, fulco, mulco, trunco truncas, Lucanus in libro VII.

Cæsorum bello truncare cadauera regū. ex quo componitur obtrunco obtrūcas. sic etiam verbum inesco, as quod Terentius in Adelphis posuit, *Nescis inescare homines Sannio*, primę est coniugationis, licet habeat s ante co, quia a nomine esca deductū, tam nominis seruauit scripturā in verbo, quā regulā a nomine deriuatorū verborum. Notatur tertiæ, vinco vincis, & ab eo cōposita, conuinco cōuincis, deuinco deuincis. Patco quoq; quod solū R ante co habēs tertię coniugationis est. S vero antecedente, siquidē sint inchoatiua, tertiæ sunt sine dubio, ceu prædictū est, coniugationis, vt horresco, timesco, tepesco, calesco, erubesco is, quæ non solum a verbis secundæ coniugationis, sed etiā a labo as quod est labasco, & licet raro, a nominibus etiā deriuata inueniūtur, vt vesperasco, iuuenesco, glisco; & si non sint tamen inchoatiua s ante co habētia, si nō a verbis sint, sed a nominib. deriuētur, tertiæ sunt similiter, vt pasco pascis paui, cresco crescis creui, compesco compescis compescui, disco discis didici, assuesco assueui, posco poposci, quiesco quiescis quieui; Vnde nomen deriuatiuum, quies quietis, quod inquieto inquietas verbum primæ coniugationis fecit, rationabiliter syllabis genitiui nominis respondens. Prædicta autem verba non esse inchoatiua præteritum perfectum tempus ostendit: Inesco vero inescas, nec inchoatiuum, nec primitiuum, sed a nomine esca deductum, iure primæ est coniugationis. In Cor desinentia, cuiuscunq; sint generis vel significationis, nisi as, vel es, vel is, ante cor inueniatur, primæ sunt coniugationis, quacunque vocali seu consonante antecedente, vt precor aris, suspicor aris, ludificor aris, iocor aris, mercor aris, græcor, Horatius in Sermonum lib. II. *vel si Romana fatiget Militia assuetum græcari.* Bacchor quoq; bacchar is, vt Virgilius Æneid. libro IV, *Bacchatur qualis commotis excita sacris Thyas.* Stomachor stomacharis, vt Terentius in Eunucho, *Id equidem adueniens mecum stomachabar modo.* Licet in chor aspiratum desinunt, vt a nominibus Baccha, stomachus, deriuata, tamen huic regulæ sunt imputanda, & ad primam iure pertinent coniugationem. As autem vel es, vel is, ante cor inuenta, etiamsi a nominibus deducātur, sine dubio tertiæ sunt, vt dictum est, coniugationis, vt nascor, irascor, vlciscor, vel paciscor, comminiscor, adipiscor, obliuiscor, expergiscor, nanciscor.

In Do desinentia vocali præcedente, siquidem sint a nominibus deriuata, generali regula, primæ subiacent coniugationi verborum, vt sedes sedis sedo as, nudus nudo as, fœdus fœdo as, tardus tardo as, heres exheredo as, Cicero pro Sexto Roscio, *Exheredare filium pater cogitabat.* Lapis lapido as, ex quo componitur dilapido, Terentius in Phormione, *Priusquam dilapidet nostras triginta minas.* Fraus fraudo as, laus laudo, cor concordo as, vdus vdi, vdo vdas, & ab eo videtur, quasi subudo, per syncopam, sudo sudas factum, vnde sudor, nomen deriuatur. In do autem desinentia, nec a nominibus deducta, naturaliter longa vel breui syllaba antecedente, tertiæ sunt coniugationis, vt vado vadis, inuado inuadis, rado, cædo, incido, pedo pedis, Horatius lib. I. Sermonum.

Nā displosa sonat quantū vesica, pepedi. Fido fidis, strido is, lædo, is, cædo is, illido is, occido is, incido incidis, quæ a lædo & cædo composita longitudinem diphthongi obseruauerunt. Itē rodo rodis, prodo prodis, ludo ludis, cudo cudis, Terentius in Heautontimorumeno, *argentum cudo.* Excudo dis, procudo dis, Virgilius Æneidos libro I. *Ac primum silicis scintillam excudit Achates.* Idem libro VI. *Excudent alii spirantia mollius æra.* Item Georgic lib. I.

—durum procudit arator (tris.
Vomeris obtusi dentem, cauat arbore lin-

Tra-

Trudo trudis, deturdo derurdis, abstrudo, obtrudo, & rudo cuius apud Persium legimus infinitiuum, rudere:

Ender vt Arcadia pecuaria rudere credas.

Et ab eo verbo venire potest, quod est rudo dis, vt ex participio eius, quo Virgilius vtitur, suspicari potest. Æneid. cum lib. III. dicit:

—primumque rudentem
Contorsit leuas proram Palinurus ad vndas.

Idem lib. VII.

Hinc exaudiri gemitus iraq; Leonum,
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum.

Item Georgic. lib III.

Comminus obtruncant ferro, grauiterq; rudentes Cadunt.

Nomen quoque quo nauis funes significantur, id est rudentes, non aliunde reor deductum, vt idem docet Virgilius in lib. I. diceus: *Insequitur clamorq; virum stridorq; rudentum.* Plaudo plaudis, claudo claudis, vel cludo dis, cado quoq; cadis, licet antecedens a corripiatur, tertiæ est coniugationis. Et occido occidis, incido incidis, decido decidis etiam quando cōposita a cado sunt, i tantum penultima correpta est. Edo quoq; es vel edis. licet anomalon sit per personas. & diuido diuidis, quamuis penultima corripitur, tamen nihil discrepat a coniugatione. Notantur primæ coniugationis duo verba producentia i, vt trucido as, formido as, q in eadem voce tam verbum quam nomē significat; & vnum i corripiens, trepido as, quod a trepidus trepidi nomine veniens, iure primę est coniugationis. N quoque ante do habentia tertiæ sunt similiter coniugationis, vt scando dis, ascendo, pando, pendo, tendo, prehendo, incendo, offendo, findo, scindo, condo, tundo, mando, fundo. Nisi tamen eiusmodi verba de nominibus deriuentur; tunc enim sine dubio primę coniugationis erunt, vt vnda vndo as, inundo as, abundo as, exundo as, Virgilius Æneid lib. XII.

Ad cœlum vndabat vertex.

Idem in eodem:

—hinc densi rursus inundant.

Idem in IV. Georgic.

Ergo apib. fœtis idē, atq; examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis
Mella fauis.

Fœcundus fœcundo as, Idem in eodem.

Et viridē Aegyptū nigra fœcūdat arena.

Secundus secundo as, Idē Æneid lib. IV.

Rite secundarent visus, omenque leuarent.

Et, siue ab eo quoq; quod est menda vel mendum nomē (vtramq; enim terminationem veteres vsurpant, Cicero in Prætura Siciliensi, *quod mendū ista litera correxit.* Ouidius artis amatoriæ lib. I. *Nocte latent menda vitioq; ignoscitur omni.* Idem eiusdem lib. II. *Eximet ipsa dies omnes ex corpore mendas*) verbum fit emendo as, vt Iuuenalis lib V. *& tamen vno*

Semodio scobis hæc emendat seruulus vnus.

& Statius Thebaid. lib. I.

—quo tempore tandem,
Terrarum furias abolere, & secula retro
Emendare sat est.

Sed etiam differētiæ significationis caussa tam primæ quam tertiæ quædam ex his inueniūtur, vt mando mandis, id est, manduco, vt primitiuum tertiæ coniugationis est; mando autem & mandas, quasi in manum do, id est, permitto, quasi deriuatiuum vel compositum primæ est, vnde etiam emendo as, commendo as, facta sunt. Item quod ad fusionē quidem attinet fundo is, vt primitiuum tertiæ, vnde fundus nomen, id est, ager deriuatur, quod fundit nobis fructus; at aliud est nomen fundus, quod altitudinem significat: fundo vero as verbum, id est, fundamenta pono, quod a nomine quod est fundus, id est, πυθμὴν, deriuatur, vnde & profundus componitur, a quo & fundamenta dicuntur, iure primæ coniugationis est. Verbum vero monosyllabum do das simplex quidem,

primæ coniugationis est, & si cum aduerbiis vel dissyllabis præpositionibus componatur, seruat suam coniugationem, vt circumdo circumdas, pessumdo as; cum monosyllabis autem præpositionibus, vel cum nominibus compositum, tertiæ fit coniugationis, vt trado is, reddo is, dedo is, perdo is, prodo is, tendo is. Sic etiam credo, vẽdo, redundo & venũdo, a cretum ac venum & do, vt quidã putant, composita sunt. Sed quamuis præter consuetudinem sit latinorũ verborum, vt eadem manente finalitate, compositio sola mutet coniugationem, videtur tamen hoc imitatione græca mutatum, apud quos simplex quidem verbum circumflexum ὀρκῶ ὀρκοῖς tertiæ, cõpositum autem εὐορκῶ εὐορκεῖς, ἐπιορκῶ εῖς primæ est; simplex συλῶ συλᾷς secundæ; compositum vero ἱεροσυλῶ εῖς primæ circumflexorum est coniugationis. Quod perspicaciores Græcorum refutantes affirmant huiusmodi verborum declinationes non a verbis simplicibus, sed magis a nominib. compositis, εὔορκος ἐπίορκος, ἱερόσυλος; vnde composita verba græca facta, verbis in declinatione non respondere primitiuis. Ex quo mihi quoque videtur, do verbum in simplicitate præter regulam declinatum, suam in compositione accepisse proprietatem. Primitiuum enim existens tertiæ debuit esse cõiugationis. Quia in do desinentia verba tunc tantummodo primæ sunt coniugationis, cum a nominibus deriuantur. Primitiua vero tertiæ solius, vt hæc ante lata demonstrant exempla. Quod igitur, cum circumflexũ esset, do ipsum vt monosyllabum perdidit, vt non esset tertiæ, sed primæ coniugationis, more scilicet aliorum monosyllaborum, sicut no nas nat, flo, sto, for faris fatur; id in compositione recipit, vt ad tertiam solam pertineat coniugationem, absq; duabus compositionibus, id est, circumdo as, pessumdo as, in quibus videntur integra seruari, cũm naturaliter his, in vnitatem non sic cohæret. In Dor desinẽtia primę sunt coniugationis, vt vador, pdor, verecũdor aris.

In Go vel in Gor desinentia verba ex antecedentibus literis dinoscuntur. A igitur ante finalem habentia syllabam, primæ sunt coniugationis, vt propago as, vagor vagaris, indagor, refragor. Notantur tertiæ coniugationis, ago agis vt primitiuum, & ab eo composita, siue seruẽt a in compositione, vt circũago; siue mutent eam, vt exigo, subigo; seu penitus excludant, vt dego, cogo. E ante go præcedente tertiæ sunt, vt lego legis, dego is, etiam ab ago compositum; excipitur nego negas, lego enim legas, e longum habens ad differentiam primitiui, lego is, & a nomine, quod est lex legis, deriuatum. Lego enim legas longitudinem legitime & iure seruans nominis, primæ coniugationis est. Allego quoque, & ablego quoque, & relego, licet aliud significare videntur, eiusdem sunt coniugationis, vt a lego, quod penultimam longam habet, deriuata. Virgilius in III. lib. Georgic.

Atq; ideo tauros procul atq; in sola relegant Pascua. Terentius in Andria, *Ne a me credas allegatum hunc senem.* Cicero Verrinarum IV lib. *Caussam sese dimisso atq; ablegato consilio defensurum negauit.* Lucanus.

dum bella relegem,
Extremum Scythici transcendam frigoris axem.

Statius Achilleid. I. *(iungunt.*
Peleus te nato socerum & Thetis hospita
Alleganiq; suos vtrosq; a sanguine diuos.

Ouidius in Ibide participium ponit:

Ille relegatum gelidas Aquilonis ad oras
Non sinit exilio delituisse suo.

I ante go antecedente, siquidem sint ex præpositione, & ago verbo composita, tunc enim seruant primitiui coniugationem, & tertiæ sunt, vt exigo, subigo, ambigo, transigo, adigo, abigo, prodigo, colligo, dirigo, redigo, sicut etiã perago, circumago. Carẽtia vero præpositionis obseruatione, breui quidẽ i, primę sunt coniugationis, vt ligo as, rigo as. Litigo quoq; litigas,

litigas, remigo, nauigo, licet quibusdam videntur ab ago verbo composita, tamen quia cum nominibus sunt composita, iure primam coniugationem meruerunt. Longam i ante go habentia, siquidem trisyllaba sunt, primæ sunt similiter coniugationis; vt instigo, vestigo as, fatigo, caligo as. Dissyllaba vero tertiæ, vt figo figis, frigo, fligo fligis, vnde affligo, confligo, composita sunt. O antecedente primæ coniugationis sunt, vt rogo as, interrogo as. cogo enim is, ab ago compositum est, quod ostēdit & in præterito perfecto coegi suo, & seruat coniugationem primitiui. V antecedente, primæ sunt, vt fugo, iugo, corrugo, rugor rugaris, nugor aris; quæ a nominibus venientia, fuga, iugum, ruga, nugas facta, iure sunt primæ coniugationis. Notatur tertiæ, fugo fugis vt primitiuum. Item N vel R antecedentibus go, vt primitiua, nisi sint a nominibus deducta, quacunque vocali anteposita, tertiæ sunt omnia coniugationis, vt tango, frango, pango; Horatius in epist. lib. I.

Nec cum venari volet ille, poemata panges.

Plãgo, fingo, mingo, ningo, tingo, extingo stringo, restringo, cingo. pingo, singo q̃ nūc singultio dicimus, iungo, vngo, emungo, pungo, spargo, mergo, tergo, surgo, inuergo, fungor. Purgo enim as, a purus nomine deriuatur; & R vel L ante go assumens iurgo iurgas, ab eo quod est iure vrgeo traductum, & vulgo etiam, a quo pro vulgo as componitur, a vulgus nomine deductum, merito primę sunt coniugationis.

Aspirationem ante o habentia latina duo sunt, quæ nullam deriuationis occasionem monstrantia, tertiæ sunt coniugationis, vt traho, veho, & quæ ex his cõponuntur, retraho, subtraho; aduehо, prouecho, subueho. Nam triumpho, bacchor, stomachor, & græca sunt, & a nominibus deriuata, iure primæ sunt coniugationis.

Aio & meio, quod & mingo dicitur, i pro consonante ante o habentia, tertiæ sunt, vt primitiua, & licet defectiua sint, habēt tamen quędā signa tertię. tertia. n. persona pluralis aiunt, & infinitiuū meiere, apud Iuuenalem in I. lib lectum,

Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.

indicat coniugationem prædictam. Nam scio & fio quæ sunt quartæ, & hio & pio quæ sunt primæ, I vocalem ante o habent, de quibus abunde dictum esse in antelatis exemplis existimo.

In Lo desinentia, a vel e vel i vocalibus antecedentibus primæ sunt coniugationis, vt halo as, exhalo exhalas, anhelo as, gelo, protelo, vigilo, sibilo, ventilo; excepto alo is, id est, nutrio, intellectus causa, vt carens graui spiritu etiam coniugatione differat, ab eo quod aspiratum habet & primæ est coniugationis, halo halas, significans spiro, vnde,

Fonte sonat, sæuamque exhalat opaca mefitim,

Virgilius in VII. libro protulit. Similiter O etiã vel V antecedētibus, primæ sunt, vt volo as, dolo as, ambulo as, vlulo as, maculo, pullulo, simulo as, exulo, vapulo. cumulo, as; excepto colo is quod etiã o breuem habet, quod ad culturam pertinet; nam percolo, id est, defæco, quod o longam habet primæ coniugationis est, & a nomine, quod est colum, compositum, quod significat instrumentum rusticum, vnde Virgilius pluraliter, *Colaque prelorum*, in I. lib Georgicorum dixit. Excipiuntur similiter, occulo is; consulo, ex quo consul nomen deriuari prædiximus; & ad differentiam verbi, quod est primæ coniugationis, volo as, verbum anomalum volo vis, tertiæ; & ab eo composita malo mauis, nolo non vis. Excipitur & molo molis, vnde Horatius compositum in lib. Sermonum I. *non alienas Permolere vxores.*

Licet immolo immolas, primæ est coniugationis, vt Virgilius in lib. X.

—lapsumq; superstans

Immolat ingentique vmbra tegit—
Sed a molo is, verbo primitiuo, vnde cõpositũ permolo is permolere, nomen deriuatur mola, vt est,

Ipsa molam manibusque piis—
Virgilius libr. IV. Et a nomine mola fit verbum primæ coniugationis compositum, deriuatum a nomine, seruans coniugationem, vt immolo immolas. Consonante quacunque antecedente vel antecedentibus duobus l, tertiæ magis inueniuntur, cum primitiua sint, coniugationis, vt fallo, vello, tollo tollis, procello is, excello is, quod etiam excelleo antiqui dixerũt, psallo græcum psallis, vt Salustius in Catilinario, *Psallere & saltare elegantius quam necesse erat proba*. Horatius Epistolarum libr. I.

Psallimus & saltamus Achiuis scitius vnctis.

Pello pellis, id est, trudo, vnde componitur, appello appellis. Nam quod ad salutationem pertinet, licet simplex non facile inuenitur, tamen in compositione differentiæ sensus caussa, primæ est coniugationis, vt appello as. Bello autẽ bellas, vallo as, scintillo, vacillo as, & a nominibus bellum, vallum, vacillum, scintilla, deriuata, generali regula iure primæ sunt coniugationis. In Lor quoque desinẽtia primæ sunt omnia, vt palor, vnde in V. libr. Virgilius, *palantes Troas agebat*. Præstolor, fabulor osculor, adulor, regulor, æmulor, epulor & populor, gratulor, iaculor.

In Mo desinentia, quacunque vocali seu consonante præposita, primitiua seu deriuatiua primæ sunt coniugationis, vt amo, clamo, æstimo, domo, humo, autumo, hiemo, fumo, spumo, flammo, armo, lacrimo, firmo, nisi sint primitiua e breuem habentia, tunc enim tertiæ sunt coniugationis, vt emo is, gemo is, premo, tremo, tramo. Notatur primæ coniugationis cremo cremas. I quoque breui ante mo inuenta, primæ sunt, vt æstimo æstimas, lacrimo, examino, nisi composita sint, ex his quæ e ante mo habent in simplicitate, & in compositione eam etiam in i mutauerint, tum enim solius tertiæ sunt coniugationis, vt comprimo, interimo, adimo, dirimo, exprimo. In quibus notantur demo is, promo is, quia ab eo quod est emo, secundum quosdam composita, longitudinem præpositionis seruauerunt, sicut perimo perimis breuitatem seruat; quibusdam non ab eo videntur composita esse. Sumo itẽ solum tertiæ coniugationis inuenitur u longã seruans, sicut vomo o breuem ante mo habuit, & como penultimã longam vt a cõpono & compositum consciſſum, vt est apud Statium Thebaid. lib. III. *Impleta more sui, comunt furor iraq, cristas.* Apud eundem lib. VIII. *hunc toto capies pro corpore crinem,*

Comere quem frustra me me dignante solebas.

In Mor pauca quidem desinentia, primæ tantum inueniuntur, quippe a nomine deriuata, vt rimor rimaris, a rima nomine, racemor aris a racemo.

In No desinentia vocali quacunque antecedente, breui vel longa, primæ sunt solius coniugationis, vt no nas nat, monosyllabum, Ouidius in Metamorphoseon libr. I *Nat lupus inter oues*. Breui, vt mano manas. Longa, vt sano as, mano, cœno, alieno, sereno. I longa antepositа, vt declino as, supino supinas, festino, diuino, propino. Iuuenalis lib. I. *quando propinat Varro tibi*. I breui antecedente, gemino, termino, attamino as, contamino, fascino, inquino, destino, nomino, procrastino, conglutino. Item O longa, obsono as. Terentius in Adelphis, *obsonat, potat, olet vnguenta*; dono as. Item breui O, sono as, tono as. Itẽ V longa pro consonante I antecedente, vt ieiuno as. exceptis paucis quæ tertiæ sunt coniugationis, vt primitiua, cum pleraque prædictorũ deriuatiua sint, & vnũ quidẽ exceptorũ breuem ante no habeat, vt cano canis, quam immutant ex eo composita, vt accino, concino, succino; Persius: *cui verba? quid istas Succinis ambages?*

I vero

I vero ante no habentia, lino is, fino is, & vnum O, pono is, & quæ ab eis componuntur, vt oblino is, desino desinis, compono, repono, & his similia. Consonante quacunque antecedente, primæ sunt similiter coniugationis, quippe a nominibus pleraque traducta, vt damno as, pugno pugnas, signo signas, regno as, hiberno as. Exceptis item primitiuis & ad tertiam iure venientibus coniugationē, sperno spernis, sterno sternis, temno is, & cerno cernis, ex quo decerno & discerno, & omnibus quæ ab eis singulis componuntur. In Nor desinentia, communia vel deponentia similiter primæ sunt solius coniugationis, vt opinor aris, conor, criminor, dignor, peregrinor, patrocinor vaticinor, venor, minor. Consternor quoq. & aspernor, vt deponētia, primæ sunt coniugationis, licet sperno & sterno actiua, ex quibus, quantū ad vocem, videntur fieri, tertiæ, ceu prædiximus. tamen consterno etiam consternas differentiæ significationis caussa primæ inuenitur, vt Statius lib. VII. Thebaidos:

Adiurat, turmasq. metu consternat inani,

Cuius participii passiuum præteriti temporis, Ouidius in V. lib. Fastor. refert:

Hippolyte infelix velles coluisse Dionem,
Cum consternatis diripereris equis.

In Po verba primitiua vel deriuatiua, primæ sunt coniugationis, vt crepo as, discrepo as dissipo, culpo, vsurpo turpo, nuncupo, mancipo, occupo, Horatius Sermon. lib. II.

Quædam, si credis consultis, mancipat vsus.

Participo as, anticipo. Ouidius Metamorphoseon lib. II.

Tardius exierant, sed per compendia montis
Anticipata via est. — Palpo as, quod in eadem voce tam verbum quam nomen significat. Tertiæ pauca primitiua reperiuntur, & sunt hæc, scalpo is, sculpo, carpo, repo, serpo, strepo, rumpo; & quæ ex his componuntur. In Por quoque desinentia communia vel deponentia primę sunt, vt aucupor aris.

In Quo, vel in Quot, primitiua quidē, quæ & pauca sunt & tertię sunt, vt linquo is, relinquo is, delinquo is, inquam, vel inquo, defectiuum inquis, cuius plurale Horatius Sermonum lib. I. refert:

Communi sensu plane caret inquimus ---

Et imperatiuū Terentius in Phormione:

Tum autem video patrem filium ab sese amittere inuitū, inque. Sequor eris, loquor eris, liquor eris, deponens prima syllaba producta, vt Virgilius in I. lib. Georgic.

Vere nouo gelidus canis cum montib. humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit.

Quamuis neutrum siue actiuum primæ coniugationis inuenitur prima tamē syllaba correpta, liquo as, eliquo as, Lucanus lib VII.

Excussit cristas galeis, capulosque solutis
Perfudit gladius, ereptaq. pila liquauit.

Persius:

Phyllidas, Hypsipylas, vatum aut plorabile siquid,
Eliquat, ac tenero supplantat verba palato.

Ouidius Fastorum lib. IV.

Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer
Sumere, & expressis mella liquata fauis.

Cum vero sint a nominibus, tunc iure primæ sunt cōiugationis, vt æquus æquo æquas, propinquus propinquo as, obliquus obliquo obliquas, antiqu' antiquo, aqua aquor aris Virgilius libr. III. Georgicorum:

Sed circū tuta sub mœnibus vrbis aquātur.

In Ro desinētia e antecedente, omnia primæ sunt coniugationis, vt libero as, desidero as, considero as, lacero as, aggero as, numero, genero, impero, blatero. Horatius libro Serm. II. *Magno blateras clamore.* Itero as, item I. Carminum: *Nunc retrorsum Vela dare atque iterare cursus Cogor relictos.* Excipiuntur pauca primitiua, & quæ ab eis singulis componuntur, tertiæ sunt coniugationis, vt gero geris, digero, aggero, vnde, *Aggeritur tumulo tellus*, in II lib. Æneidos Virgilii legimus, ex quo verbo nomen fit agger, & ab eo verbum deriuatum aggero as, est primæ coniugationis, vt idem

Virgil. in libro refert XI. *Aggerat & longa predam iubet ordine duci.* Item tero is, detero, protero; item fero is, ex quo componuntur infero, differo, profero. nam offero as, iure primę coniugationis a nomine quod est hæc fera, huius feræ, & ab eo compositum est refero as. Item queror deponens correpta penultima quereris. Fero etiam, licet anomalum est, tertiæ tamen coniugationis esse ex quibusdam eius motibus ostenditur, & ab eo similiter deriuata, vt infero, suffero, perfero. Vociferor, quod est a fero, & morigeror, quod est a gero compositum, vel quia cum nominibus componuntur, iure primæ sunt coniugationis verborum. Obseruandum est tamen quod quæ superius notauimus tertiæ coniugationis verborum, omnia dissyllaba sunt, quod in aliis e ante ro habentibus raro reperitur. Et quacunque alia vocali antecedente ro syllabam, similiter verba sunt primæ cõiugationis, vt aro as, paro as, spero as, spiro as, deliro, iuro, ploro, roboro, Horatius Carminum lib. IV.

Rectiq; cultus pectora roborant.

Obscuro, laboro, instauro, inauro, figuro, Horatius Epist lib. II.

Os tenerũ pueri balbumque poeta figurat.

Exceptis vro vris, & quæro actiuum quęris, ex quo composita, licet æ diphthongum in i longam conuertant, coniugationem tamen seruant, vt inquiro is, Lucanus lib. VIII.

Inquire in fata nefandi Cæsaris.

conquiro is Consonante etiam qualicũque antecedente primæ sunt, vt celebro, celebras, tenebro, cõsecro, obsecro, quadro, migro, latro lustro, narro, erro Notantur tertiæ coniugationis, curro is, verro is, Statius Thebaid lib. IV.

—sat dubium cetu solante timorem
Fallere, & incultos aris aduerrere crines.

In Ror desinentia deponentia vel communia, primę sunt, vt exsecror, morigeror, fæneror, miror, moror, odoror, furor, lucror; excepto queror, vt ante dictũ est, tertiæ.

In So similiter primæ sunt coniugationis, quia deriuatiua sunt, nam vel a nominibus pleraque deriuantur, vel certe frequentatiua sunt, vt lapso as, penso as, spisso, denso, quod & denseo secundæ coniugationis, vt in eo terminatum, licet raro lectum inuenitur, vt extulit in I. lib. Georgic. Virgilius,

Denset, erant quæ rara modo; & quæ densa relaxat.

Item in XII. lib. Æneidos,

Vela dabit, vos vnanimes densete cateruas.

Cuius infinitiuum Sallustius historiarum libro tertio refert: *Ille subsidiis principes augere & densere frontem.* Conuasso, conuassas. Terentius in Phormione, *aliquid conuassem.* Accuso accusas, merso, curso, incurso, cesso. Excipitur accerso, accesso, lacesso, cesso, facesso, incesso, capesso, cesso, cuius impersonale infinitiuum Virgilius duodecimo libro dixit:

Incessi muros, ignesq; ad tecta volare.

Statius quoque libro I. Thebaidos extulit eius actiuum, vel neutrale infinitiuũ:

—hanc etiam pœnis incessere gentem
Decretum est—

Idem lib. IV.

Nec tua cara fides (ne falsa incessere gaude).

cuius idem imperatiuum lib. XI.

—solumque quod ante vocasti
Inuideo, ne incesse moras—

licet in eodem libro participium, quasi frequentatiuum, vt a prima coniugatione veniens, lectum est,

Tecta incessantem.—

Viso visis, & pinso is, tertiæ coniugationis sunt, vt Persius:

O Iane a tergo quem nulla ciconia pinsit.

Et defectiuũ quęso is, cuius infinitiuum *quæsere* Sallustius in I. lib. posuit historiarum. In Sor deponentia vel communia similiter primæ sunt coniugationis, vt caussor, commissor, grassor, versor, diuersor, auersor, aduersor; licet a verto vertis

vertis vel a vertor verteris simplici, quod est tertiæ cōiugationis, cōponūtur, tamē vt deponentia primæ sunt cōiugationis.

In To desinentia, quotcunq; sint syllabarum, quacunque vocali vel consonante antecedente, primitiua seu deriuatiua, primæ sunt coniugationis, vt sto stas, obsto obstas, pręsto, resto, nato, Virgil IV lib. Æneid.

natat vncta carina.

Veto as, vito, dubito, cogito, noto, porto, muto, puto, reputo, refuto. Virgilius lib. XII.

fors dicta refutet.

Confuto as, Terentius in Phormione, *Confutauit verbis admodum iratum patrem.* Occulto, exulto as, culto, vasto, gesto, manifesto, Statius Thebaid. lib. II.

ramus manifestat oliuæ Legatum—

Ouidius Metamorphos. lib. IV.

Insidias prodit manifestauitque latentē. Eructo as, lacto, rapto, capto, salto, canto, arto, Lucanus lib. IX. *Continuus multis subitarum tractus aquarum Artauit clausitq́, amnem.* Lacto, Terent. in Andria, *Eorum animos lactas.* Idem in eodē, *Nisi me lactasses amantem.* Marito as. *Dū Pelea dulce maritat Pelion,* Statius II. Achilleidos. Horatius in Epodo, *Altos maritat populos.* Læto as, Ouidius in Ibin:

Quiq́; Lycurgiden lætauit & arbore natā. Idem in IV. libr. Metamorph. *lætataque corpora vidit.* Exceptis paucis tertiæ coniugationis, quæ & dissyllaba sunt, & primitiua. A quidem antecedente, scato scatis; licet non sit eius frequens vsus. Cuius infinitiuum etiam Lucretius in VI. lib protulit:

Largifluum fontem scatere atque erumpere lumen.

Ex quo Horatius participii præsentis accusatiuum in III. lib. Carmin. refert:

Sic & Europe niueum doloso
Credidit tauro latus, & scatentem
Beluis pontum, mediasque fraudes
Palluit audax.

E autem antecedente vocali, pecto, necto, flecto, & plecto antique. E breue an-recedente, duo, peto ac meto. R antecedente, similiter duo, verto & sterto, Geminata vero t ante o, vnum, mitto. Et S antecedente, similiter vnum, sto. In Tor quoque desinentia deponentia, vel communia, primæ sunt, vt scrutor, testor, antestor, vt Horatius Sermonum lib. I. *licet antestari.* Notantur tertiæ coniugationis, plector, amplector, complector, nitor, vtor, & ab eis composita; vertor quoque & reuertor.

In Vo v vocali pro consonante ante o posita, omnia primæ sunt coniugationis, pleraque enim sunt deriuata, vt leuo as, seruo, curuo. Notantur tertiæ duo, viuo is, vnde nomen est deriuatum viuus, & lauo is, vt Virgilius in X. *lauit improba teter Ora cruor.* Horatius Carmin. lib. II. *Villaque, flauus quam Tiberis lauit.* Idem Sermon. lib. I.

Ora manusque tua lauimus Feronia lympha.

Quod & primæ coniugationis inuenitur, Iuuenalis lib. I.

Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lauantur.

Cuius supinum vel participium Horat. lib. Sermon. protulit.

Ast vbi me fessum, Sol acrior ire lauatum Admonuit.

L vero ante vo antecedente, tertię coniugationis primitiua inueniuntur, vt voluo voluis, soluo soluis, caluo caluis, id est, decipio, vt est apud Sallustium in historiarum libr. III. *Cōtra ille calui ratus, quærit extis, an somnio portenderetur thesaurus.*

In Vor desinens deponens, vnum est, conuiuor, quod primę est. generali regulæ deponentium seruiens, cum non respondeat suo primitiuo, id est, viuo is, vel quia de nomine, quod est conuiua, deriuatur.

In Xo desinentia pauca sunt, primæ quidem coniugationis, vt laxo as, luxo, vexo, taxo. Sed tertiæ nominantur [illegible], implexo is, texo is, nexo is. Taxo enim taxis, defectiuum est.

esse videntur, idemque etiam de superioribus potest intelligi, vt a sacrificus, lætificus, amplificus, terrificus, nominibus, quæ sunt in vsu, verba deducantur, hisq; similiter excurrisse, ędifico & significo verba videntur, licet careant appositis ad aliorum similitudinem compositis nominibus. Et cum solis tantum præpositionibus verba cōposita, si in compositione careant i, quod habuerunt in simplicitate, mutant coniugationem, vt a capio capis, quod est tertiæ, primæ fiant coniugationis; vt anticipo anticipas, & occupo occupas. Vt etenim a nominibus verba deriuata e vel i addentia, vna syllaba genitiuum primitiui solent vincere, vt canus cani, caneo, insanus insani, insanio, fors fortis fortior; ita e contrario, a verbis in eo, vel in io, vel in uo, desinentibus traducta nomina, quæ e vel i vel u vocales excludent, minus vna syllaba proferuntur, vt arceo arcus, perfugio perfuga, aduenio aduena, gradior gradus, tribuo tribus, metuo metus: Sic etiam in ipsis verbis solet euenire, vt in io verba desinentia, si in compositione i excludant, omnibus modis minuentia vnam syllabam, coniugationem quoq; mutare coguntur, facio facis, ædifico ædificas, capio capis, occupo occupas; sicut a nomine & capio, nuncupo nuncupas, eodemque modo a fugio fugis, minuens vnam syllabam, eodē modo verborum, fit nomen deductum, fuga, facit ex hoc nomine verbum fugo fugas; quomodo a verbo iungo iungis, nomen iugum, & ab hoc verbum iugo iugas, & molo molas, vnde nomen mola, & ab eo verbum immolo immolas; sicut sedeo verbum secundæ & quod eiusdem est compositum coniugationis, vt insideo, vnde nomen insidię, ex quo aliud verbum insidior insidiaris traducitur, & ex præterito perfecto suo, quod est in primitiuo, sedeo sedi, factum expulsione e quæ erat ante o, productaque penultima, facit verbum primę coniugationis, sedo sedas; quomodo in circumflexis apud Græcos Syracusano more, sæpe verbi positio deriuatur ab alterius verbi præterito perfecto, vt ποιῶ πεποίηκα πεποιήκω, νοῶ νενόηκα νενοήκω. quod potest etiam a præterito perfecto, vt est sedeo sedi, nomē fecisse, hæc sedes, eadem verbi longitudine etiam in nomine seruata; vt ab eo quod est rumpo rupi rupes, sterno straui strages, sic a nomine sedes deriuatum verbum generali regula nominum, iure primæ coniugationi dedisse verborum videtur, sedo sedas. A nomine quoque plurali, quod est hę sordes, sordeo sordes, secundæ coniugationis verbum deductum, cum fecisset ex se nomen mobile sordidus, ab eo verbum deriuans, sordido sordidas, merito primæ dedit illud verborum coniugationi. De monosyllabo enim verbo, quod est primæ, præter regulam coniugationis, do das dat, & compositionibus eius rationabiliter non respondentibus primitiuo, in supra dictis abunde reor esse monstratum.

CORNELIVS FRONTO
DE DIFFERENTIIS VOCABVLORVM.

NTER vltionem & vindictam. Vltio vindicat factum. Vindicatio futura prohibet. Ideo Mars Vltor, non Vindex dicitur.

Prædam & rapinā. Præda victos spoliat. Rapina subito venit. Itaque illa victoria gaudet, hęc petulantia.

Cur & quare. Cur simpliciter percontatur. Quare causam rationēq; desiderat.

Delictum & peccatum. Qui deliquit, non fecit quod facere debuit. Qui peccauit, hoc fecit, sed parum recte.

Remedium & medicamentum. Remedium ne periclitemur datur. Medicamentum ad subita pericula aptatur. Atq; ita Remedium submouet imminentia: Medicamentum sanat insana.

Flumen & fluuium. Flumen idem fluit & manet. Fluuius temporibus siccatur.

Corinthium & Corinthiacum. Corinthium ciuem dicemus: Corinthiacum vas.

Roseum & rosaceum. Roseum per se: Rosaceum mixtum.

Fuscum & nigrū. Fusco album opponitur: Nigro candidum.

Pugnare, oppugnare, & impugnare. Qui Pugnat, resistit: qui Oppugnat, obsessor est: qui Impugnat, per omnia inimicus est. Itaque pugnat exercitus: Oppugnantur vel castra vel vrbes: Impugnantur inimici.

Album & cādidum. Album natura fit: Candidum cura.

Decus & decorem. Decus honoris: Decor formæ.

Pompei porticus, & Pompeia, & Pompeiana. Pompei, si possidet: Pompeia, si publicauit: Pompeiana, si in alterius dominationem venit.

Satiatum & Saturatum. Satiatus ventris: Saturatus animi.

Obiurgat eum, cuius habet potestatē. Monet, propter beneuolentiam. Admonet, vt cōfirmet memoriam. Submonet, vt possit ordinate pronuntiare. Igitur in Obiurgante potestas: in Monente beneuolentia: in Admonēte memoria: in Submonente officium.

Antiquum & vetus. Antiquū est, quod excessit patrum memoriam. Vetus annorum multorum sentit vtilitatem. Vinum hoc melius est, quo fit vetustius.

Sartrix & Sarcinatrix. Sartrix, quæ sarcit: Sarcinatrix, quæ sarcinas seruat.

Videre, & spectare, & intueri, aspicere & cernere, & animaduertere. Videmus natura: Spectamus voluntate: Intuemur cura: Aspicimus ex improuiso: Animaduertimus & Cernimus animo.

Ostentum & Portentum, & Monstrū & Prodigium. Ostentum, quod prater consuetudinem offertur, vtputa si videatur terra ardere, vel cœlū, vel mare. Portentum quod porro & diutius manet, futurumq; postmodum aliquid, significat. Monstrū est contra naturā, vt est Minotaurus. Prodigiū, quod mores faciūt, per quod detrimentum expectatur. Itaq; qui Prodigia faciunt Prodigi vocantur. In Ostento raritas admirationē facit. In Monstro rectus ordo naturæ vincitur. In Portento differtur euentus. In Prodigio detrimentum significatur.

Turbam & Frequentiam. Angustus locus facit turbā. Frequentiā multitudo.

Putant & suspicantur. Qui Putant, omni genere errant. Qui Suspicantur, aliquid præuident.

Frater & germanus. Frater aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse. Germanus ex iisdem parentib. fit necesse est.

Sermo & loquela: Sermo omniū gentium est. Loquela cuiusq; gentis propria dialectus.

Co-

Comes, & assecla, & sodalis, & cliens. Comes iter facit. Assecla sequitur potentiorem. Sodalis adolescentiæ nomen est. Cliens implorat opem & fidem. Ita Comes tutus, Assecla officiosus, Sodalis amicus, Cliens summissus.

Causa & ratio. Causa docet factũ. Ratio soluit obscura.

Nomen, & vocabulum. Nomen proprium indicat. Vocabulum diffundit significationem.

Horret, & trepidat. Horret corpus. Trepidat motus animi.

Quærere & inquirere & desiderare. Quærimus disciplinam. Inquirimus, de quo dubitamus. Desideramus, vel quod diligimus, vel quod amisimus.

Temerarius & audax. Temerarius, qui sine respectu salutis obiicit se periculis. Audax sine ratione impetum facit. Ergo Audax nõ prouidet, Temerarius nõ timet.

Longum & longinquum. Longũ præuerbium est, itaque verbum illi apponitur. Longinquũ itineris est.

Felix & fortunatus. Felix ita natus est. Fortunatus cum opib. nomen accipit. Ita Felix naturæ bono fruitur: Fortunatus commodo temporis.

Æstas & æstus. Æstas est pars anni: Æstus calor temporis. Æstus a nimio calore nomen accepit: Æstas nomen non amittet etiamsi temperata est.

Citius & celerius. Citius præuerbium qualitatis prælatiuæ simile cognominis pro maturum est etiam significantiã habens, vt iam fessi ante tempus * refata, vt loquatur non ostẽdit qualitatis sed temporis, at celeritas sui tẽporis est perfecta.

Simul & vna. Simul locũ demonstrat: Vna congregationem.

Comminus & Eminus a iaculis; quod illud a manibus non recedit; hoc e manibus emittitur. (sæpius.

Parsi & peperci. Parsi semel: Peperci

Dicere & loqui & narrare. Dicimus quod volumus. Loquimur inuicem. Narramus quod ignoratur.

Vultus & os. Vultus proprie hominis: Os omnium.

Memoriose & memoriter. Memoriosus habet ad dicta factaq; referenda memoriam. Memor beneficii memoriã vel iniuriæ refert. Ita Memoriose qui facit, ostendit in omni te naturæ bonum: Memoriter, gratum, vel fortem ex eo ostendit, quod vel retribuit beneficium grate, aut iniuriam vindicat fortiter.

Ordinare & disponere. Ordinatio simplex est: Dispositio vaga.

Consideratius & considerantius. Cõsideratius præuerbium ex cognomine. Considerantius ex participio.

Dedicatum & cõsecratum. Dedicatur deo: Consecratur quasi sanctum constituitur, hoc est Dedicatur deo: Consecratur quod profanum fit.

Quatenus & quatinus. Quatenus, qua fini: Quatinus, quoniam.

Voluntatem & voluptatem. Voluntas facto gaudet: Voluptas fieri cupit.

Nouissimum & vltimũ. Nouissimum ordinis Vltimum orbis.

Furtim & furaciter & furtiue. Furtim, cum incipit. Furaciter quasi artificiose a confecti dis cinuolandi. Furtiue, iã quod ablatum. Ergo Furtim Furaciter Furax Furtiue locus facit.

Imum & infimum. Imum summo respondet. Infimum, vt infra humum.

Commodare & adcommodare. Commodat mutuam pecuniam. Adcommodat, aptat.

Splendorem & fulgorẽ. Fulget natura, vt ignis, sol. Splendet, vt aurũ, argentũ.

Mereri & merere. Meret pretiũ: Meretur gratiam. Itaque illud vectigale; hoc honoratum est.

Pedale & pedule. Pedale mensura est pedis. Pedule vero sub pedibus præstat vtilitatem.

Araneum & aranеam. Araneũ, quod textum est: Aranea, quæ texit.

Opinionem & rumorem & famam. Opinio hominem suspectum facit. Fama vel commendat, vel destruit. Rumor indicat. Opinio ostẽdit: Fama iudicat: Rumor tumultuatur.

Aaaa

Quetimoniam & Querelam. Querimonia certæ rei est. Querela superuacua est. Itaque prior grauitatis; posterior leuitatis est.

Transfugam & perfugam. Transfuga suos reliquit, & ad alios venit. Perfuga supplex est. Ergo Transfuga vt adiuuetur.

Hunc, & istum, & illum, & eum. Hũc & Istum in proximo notant. Illum, ostẽdit quidem longe stantem, sed in conspectu. Eum, absentem refert.

Glorium & gloriosum & gloriatorem. Glorius vnius est gloriæ. Gloriator, non habet causam gloriandi, sed tamen gloriatur. Gloriosus pluribus de causis esse cogitur.

Abrogantem & adrogantem. Adrogat aliquid sibi etiamsi non meruit. Abrogat, qui alii aufert, vel qui legem tollit.

Continue & continuate. Continue facimus. Continuate sine intermissione.

Externum, & alienum, & extraneum, & extrarium. Externus est exteræ gentis. Alienus nullo loco, sed re differunt. Extraneus qui extra eandem ianuam est. Extrarius qui extra eandem aream est.

Lucidum & luminosum. Lucidum est quod aperto cœlo lumen accipit. Luminosum quod multis foraminibus illuminatur.

Expertum & experrectum. Expertus est aliquid, aut in bona parte, aut in mala. Experrectus de somno.

Delubrum, & sacellum, & templum, & lucum, & fanum, & bidental. Delubrum, in quo homines pericula sua deluunt; ponunt enim vel pilum, vel scutum, vel alia plura suscepta votis. Sacellum, paruulum ædificium diis consecratum. Templum, in loco augurato. Lucus, locus fulmine ictus, & arborum spissitate tectus. Fanum Fauno consecratum; vnde Fauni appellabantur prius & illi qui vagabantur Fanatici. Bidental, locus fulmine tactus & expiatus oue. Bidentes enim oues appellantur.

Occidere, & interficere, & perimere, & iugulare, & necare. Interficere & Perimere prisca sunt. Occidere ob cædem dictum est. Iugulare, ob iugulum. Necare, a nece. Interficere, a facto.

Virtutem & fortitudinem, & vigorẽ, & velocitatem, & vehementiam. Virtus hominis summum bonum est, quæ in oratione & in cursu potest videri. Fortitudo, vis corporis ad sustinendos labores. Vigor animi habet elationem. Velocitas, corporalis celeritas, quasi veloxcita. Vehementia, a vi & impetu mentis.

Facultatem & facilitatem. Facultas locupletis: Facilitas artificis est. Itaque diues Facultatem habet multa vel emendi, vel redimendi. Artifex opera perficiendi facilitatem.

Silere & tacere. Silet, cuius loquentis sermo comprimitur ab ipsa significatione literæ, S. Tacet, qui nec loqui quidem cœpit.

Ignoscere & concedere. Ignoscit, qui dissimulat se nosse quod cõperit, & ita silentio peccata impunita fecerit. Concedit, qui omnia peccata condonat.

Habere & possidere. Habere potest etiam fur, nequam. Possidet nemo, nisi qui aut testamento relictæ, aut donatæ rei, aut emptæ dominus est. Ita in Habente onus: in Possidente ius est.

Munus & donum. Munus, quod amicus, vel cliens, vel libertus officii causa mittunt, vel Munus gladiatorium. Donum, quod diis datur; inde vbi dona ponuntur, Donarium appellatur. Possunt & illa nihilominus Dona dici, quæ donant pauperibus diuites vel potentes. Illud quoque Donum putandum est, quod militibus donatur in castris, vt Vallaris corona.

Noxam & noxiam. Noxa pœna est: Noxia culpa.

Scientem & scitum. Sciens, qui scit: Scitus qui scitur vel festiuus.

Animantia & animalia. Animantia animus facit. Animalia animam habent.

Visum & visitatum. Visum semel: Visitatum sæpius scito esse.

Abs-

Abſpulſum & repulſum. Abſpulſus eſt a quo pulſus. Repulſus, retropulſus.

Metum & timorem & formidinem & pauorem. Metus motus eſt animi: Timor tumor: Formido fert interdum rationẽ: Pauor puerilis eſt.

Reperire, inueniri. Reperimus noſtra. Inuenimus aliena.

Videte & videtote. Videte imperat. Videtote, mandat.

Proprium & priuatum. Proprium cuiuſq; proprium. Priuatum nõ publicum.

Onus & ſarcinam. Onus vehiculorum & maius eſt: Sarcina hominum.

Sumere & accipere. Sumim⁹ quæ poſita ſunt. Accipimus quæ porriguntur.

Locupletem, & diuitem, & opulẽtum, & potentem & beatum, & fortunatum, & pecunioſum. Locuples a copia locorũ. Diues, quia diuidendi facultatem habet. Opulentus, ab opibus. Potens, qui quod vult poteſt. Fortunatus, cui forte aliquid contingit. Beatus vero, qui apud Græcos μακάριος eſt. Pecunioſus, qui habet pecuniam vel pecora.

Grandem & magnũ, & immane. Grãde, incremento: Magnũ in amplitudine: Immane, præcipue amplitudinis.

Poeticen, & poeſin, & poema, & poeticum. Poetice eſt rei, vt hiſtorice. Poeſis operum cõtextus. Poema certis pedibus & legitimis incluſa materia. Poeticum in Poeta vtile eſt.

Homonymiam & ſynonymiam. Homonymia vna voce multa ſignificat. Synonymia multis vocibus idem teſtatur.

Clupeum & clypeum. Clupeũ armorum. Clypeum imaginis.

Paruum, & breue, & exiguum, & puſillum. Paruum in tempore. Breue in ſpacio. Exiguum, in corpore infantis. Puſillum, in corpore pumilionis.

Inuolare & ſubripere. Inuolat, qui in die venit. Subripit, clam, id eſt, furtiue.

Speciem, & ſpecialitatem, & ſpecietatem. Species diuiſio eſt generis. Specialitas ficta eſt ab Antonio grãmatico. Specietas, qualitatis.

Præuerbium & aduerbium. Præuerbium eſt euphemon. Aduerbium & vitioſum & fictum eſt; tamen in vſu nunc eſt receptum.

Compẽdium, & diſpendium, & damnum, & detrimentum, & iacturam. Cõpendium vndiq; ad pondus pertinet. Diſpẽdium detexitur in ponderibus. Damnum dat omnibus. Detrimentũ vſu ritum. Iactura quod iacitur ex onere nauis.

Ægrum & ægrotum. Æger animo: Ægrotus corpore.

Alitudinem, & alimentum, & alimoniam. Alitudo incrementum eſt corporis. Alimentum incrementum infantis. Alimonia deriuatiuum ab alendo, quaſi particula animi.

Æquale & æquabile. Æqualis alterius ſtaturæ par. Æquabile, quod æquari poteſt.

Inſcium & neſcium. Inſcius aliquid neſcit. Neſcius nil nouit. Alter in parte errat, alter in toto.

Glaciem & niuem. Glacies eſt quæ ex coitu aquæ conſtagnat. Nix ventorum ritu cadit.

Contrarium & aduerſarium. Contrarium negotium. Aduerſarius homo.

Gallum & Gallicum. Gallus natione: Gallicus ex Gallia.

Acuere & Exacuere, præpoſitione diſtinguuntur.

Incertum & dubium. Incertum nec tempus nec numerum recipit. Dubium a duobus incipit.

Ambulare & inambulare. Ambulare incipiunt infantes. Inambulãt homines.

Modulari & moderari. Modulari eſt carmẽ. Moderari eſt modum imponere.

Barbaram locutionẽ & barbariſmon. Barbara locutio proprie peregrina eſt. Barbariſmos fit etiam in latini ſermonis locutione.

Cadere & decidere. Cadit etiã in plano. Decidit ex alto.

Subſidium, & præſidium, & auxilium. Subſidium quod ſubeſt deficienti-

bus. Præſidium imponitur. Auxilium repentinum eſt. Ita Subſidium ad ſecundos caſus præparatur. Præſidium ad cuſtodiā collocatur: Auxilium vt proſit ex inſperato venit.

Diſtrahere, & deducere, & diuellere. Diſtrahere a trahendo. Deducere a ducendo. Diuellere a vellendo.

Corruptelam & corruptionem. Corruptela ipſa res eſt: Corruptio corrūpentis adminiſtratio.

Cærulum & cæruleum. Cærulus naturæ color eſt. Cæruleus naturam fingit. Ita alterum eſt; alterum fit.

Properare & feſtinare. Qui Properat, apparet non eſſe feſſum. Qui Feſtinat, videtur eſſe defatigatus.

Polire & nouare. Polimus rudia. Nouamus vetera.

Nobilem & generoſum. Nobilē nobilitare rerum. Generoſus qui Græce γεννῖος appellatur. Ita alter ex re; alter ex cognatione eſt.

Nationem & Gentem. Natio ſolum patrium quærit: Gens ſeriem maiorum.

Præparare & comparare. Præparare prius: Comparare, vndique parare.

Guttam & Stillam. Gutta manet: Stilla cadit.

Conuenire & coire. Conuenit in vnum: Coit in *

Cauſam, & patrocinium & orationē. Cauſa eſt, de qua agitur: Patrociniū quod adcommodatur: Oratio quæ loquitur.

Superbiam & arrogantiam. Superbia eſt a ſuperhabendo. Arrogantia etiam in pauperem cadit.

Scrutari & quærere. Scrutatur in te ille, qui intercipit aliqua ſecreta. Quærere duo ſignificat, vel quod abeſt, vel quod ad patrimonium pertinet.

Annuere & innuere. Innuit vel capite, vel ſupercilio. Annuit ad qd̄ dictū, vel *

Gnatum & natum. Gnatus filius: Natus pullus.

Inſimulare & ſimulare. Qui Inſimulat, vel arguit vel fingit Qui Simulat, probare vult quod non eſt.

Prælium & bellum. Bellum etiam ſine prælio eſt, cum indicitur. Prælium ipſa pugna.

Diligentiam & curam. Diligentia a diligendo ſingula; huic Negligentia opponitur, nec recipit errorē. Cura animi eſt, quę anxium facit hominem; & tam honeſtę quam inhoneſtę rei eſt.

Regium & regale. Regium, quod regis. Regale qūod rege dignum eſt.

Erraticum & erratitium. Erraticus & poteſt errare & ſolet. Erratitius, animus eſt qui ſolet errare & deſinit. Erratio enim animi eſt repentina commotio.

Errorem & errationem. Error eſt rei vitiū, vt amor, dolor. Erratio incertę viæ.

Erratrix & erratica. Erratrix per ſe rapta eſt, vt venatrix: Erratica, hedera, vitis.

Notare & adnotare. Notat vel locum quis, vel perſonam, vel noxiam. Adnotat, qui notæ quid adiicit.

Salubre & ſalutare. Salubre ad locum refertur & ad cibum. Salutare conſilium eſt. Ita Salubre nō nocet: Salutare prodeſt conſilio.

Committere & credere. Committimus conſilia. Credimus pecuniam.

Sub & in Sub nonnunquam pro clam ponitur, vt ſubripuit, clam rapuit, aut ſere notat aliquid ſubditum. In aut intus ſignificat, aut minus, aut valde, & interdum pro non ponitur.

Claritatem & claritudinem. Claritas tam luminis quam perſpicuitatis. Claritudo generis. Prior itaq; ſplendoris: poſterior nobilitatis eſt.

Viciniam & vicinitatem. Vicinia vicorum coniunctio. Vicinitas hominum conuerſatio eſt.

Communionem, & communitatem. Communitas eſt communicandi voluntas: Communio vndique munitio.

Fulrionem & fulturam. Fulcio, dum fit. Fultura, cum facta eſt.

Ieiunium & ieiunitatem. Ieiunium dies eſt: Ieiunitas, cibi abſtinentia.

Elinguē & elinguem. Elinguis habet lingā ſed vſu ei' caret. Elinguat' amiſit.

Suſpi-

Suspicacem & suspiciosum. Suspicax arguit: Suspiciosus recipit.

Restiarium & restionem. Restiarius qui facit: Restio qui vendit.

Austerum & Seuerum. Austerus græca consuetudine. Seuerus a sæuo.

Eloquentiam & eloquium. Eloquētia perfecta vis orationis. Eloquiū pars supposita commode eloquendi.

Seruitutem & Seruitium. Seruitus est sub domino. Serui patientia Seruitium facit.

Vituperationem & culpationem. Vituperatio vitium parit: Culpatio a culpa incipit.

Nominare & appellare. Nominatio nominat quem appellat. Appellatio appellantis vox est in ministerio; & Appellat vel a potentiore propter iniuriā, vt inuocat auxilium magistratus, vel cum pecuniam reposcit.

Treis & tres. Treis in accusatiuo casu: Tres in nominatiuo & vocatiuo.

Necessitatem & necessitudinē. Necessitudo vel sanguinis vel meritorū cū præceptoribus, cū amicis. Necessitas immutabilis res est, vt mori necessitatis est.

Serum & sero. Serum ad negotium pertinet. Sero ad tempus.

Decus & gloriā. Decus est instrumentū cuiusq;. Gloria, quasi honoris merces.

Honorem & laudem. Honor dignitatis cō summatio vel priuatim, vel publice. Laus secunda existimatio recte factorū.

Familiare & familiarium. Familiare ad dominum non refertur, cum amici familiares sint. Familiarium, quod seruo competit, vt sagum, gladium.

Offectorem & infectorem. Infector colorem mutat. Offector officio obest.

Certum & verum. Certū recipit præpositionem & fit Incertum. Certum vel pondus vel rei pretium. Verum opponitur Falso.

Figuram & formam. Figura artis est opus. Forma naturæ bonum, vnde etiam Formosus dicitur.

Ignominiam & infamiam. Ignominia imponitur ab eo, qui potest animaduersione notare. Infamia ex multorum sermone nascitur.

Nullū & neminem. Nullus est tam in re quam in persona. Nemo in persona dicitur, id est, nemo homo.

Iratum & iracundum. Iratus ex offensa est. Iracundus natura.

Periculum & perniciem. Periculum contra necem timetur. Pernicies.

Omnes, & cunctos, & vniuersos. Omnes nullū excipit; vt, omnes homines; ita & res. Cūcti itaq; in personarum numero nominantur, prisco dicti verbo. Vniuersi, in vnam sententiam conuersi dicendi quid, siue faciendi.

Feroces & feros. Feroces animo. Feri leones, cæteriq; similes.

Auferre, & eripere & adimere. Aufert qui dedit. Adimit imperio coactus. Eripit qui plus valet. Itaque Auferre possumus: Adimere iubemur: Eripere valemus.

Studium & Disciplinam. Studium animi est: Disciplina artis.

Inchoare & incipere. Inchoat qui incertum facit: Incipit cuius exitum sperat.

Bonum & commodum. Bonus opponitur malo quam aliis vsu. Commodus aliis necessario vtique prodest.

Decentem & formosum. Decens in gestu est & motu corporis. Formosus ab excellenti specie dicitur.

Decorem & speciem. Decor communis est omniū; is facit decentiam speciei. Species propria est cuiusq;. Itaque Decor in habitu est: Species in membris.

Litem & controuersiam. Lis nascitur: Pertinacia efficit controuersiam. vt litigent homines: Res in cōtrouersiā deducitur. Ita Cōtrouersia partis: Lis summæ.

Rixam & pugnam. Rixa sine arte is est, & habet defensionem. Pugna legem habet, vel naturalem, vel moralem; aut enim palæstrans exhibet virtutem, vel armis per summa vitæ pericula dimicat.

Occulte & clam. Occulte latent. Clam celant. Alteri non prodere: alteri celare naturali habitu inest.

Nauum & celerem. Nauus a precipuo nauis cursu dicitur; vel alterius causa natus, qui studet per officium suum: & recipit comparationem superlationemque, quia cognomen est. Ita Nauus operã nauat alteri: Celer vt suam rem, ita alterius quoque celeriter perficit.

Agilem, & strenuum, & fortem. Agilem actio facit: Strenuum motus: Fortem corpus.

Contumeliam & iniuriam. Cõtumeliam inferunt: Iniuriam patiuntur.

Spectacula & spectamẽta. Spectacula loca sunt vnde spectamus: Spectamenta quæ spectantur.

Pascentia & pabulãtia. Pascentia sunt, quæ ex se pascuntur, vt prata; & Pascentia mancipia quia pascuntur; ideo etiam Pastores vocantur. Pabulantia vero quæ iis vtuntur, vt iumenta.

Voluentia & volubilia. Voluẽtia quæ voluunt: Volubilia quæ voluuntur.

Animum & animam. Animus qualitas viuentis. Anima causa vitæ.

Materiam & materiem. Materies animi est: Materia arboris. Et Materies qualitas ingenii: Materia fabris apta.

Hebescit & hebetescit. Hebescit, quod natura obstupescit. Hebetescit, quod amittit aciem.

Da & cedo. Cedo sibi poscit & est immobile. Dat, qui non finit e facit datum.

Fidelem & fidum. Fidelis fit. *

Laudem & laudabilem. Laus facti instrumẽtum est. Laudatio vero est rerum gestarum relatio.

Fere, & aliquando, & nonnunquam. Fere futurũ significat. Aliquando & Nõnunquã quod intermittere non patitur.

Aptum & vtile & idoneum. Aptum loco venit & tempore, quod habet suam materiam. Vtile fecit, vti prudentis literæ. Idoneum, vt amicum per consilia dicimus, vt seruum in vsu hominis.

Saxum & lapidem. Saxum naturale. Lapis qui ex saxo cæsus est.

Certationem & certamen. Certatio est administrantium: Certamen operis.

Victimam & hostiam. Victima maior est: Hostia minor.

INCERTI DE DIFFERENTIIS VOCVM.

INTER auxilium, & præsidium, & subsidium hoc interest: Auxilium laborantibus mittitur: Præsidium præparatur: Subsidium seruatur, vt cũ exhibuerit necessitas, detur.

Inter consequi & insequi hoc interest; quod Consequimur præcedentem: Insequimur inimicum.

Inter principiũ & initiũ hoc interest; quod Principiũ totius corporis: Initiũ rei.

Inter simulare & dissimulare hoc interest, quod Simulamus, quæ nescim⁹ & negamus nos scire: Dissimulamus, quæ scimus.

Inter polliceri & promittere hoc interest; quod Promittim⁹ rogati: Pollicemur vltro.

Inter nullum & neminem hoc interest: Nullum, quasi ad neminem referri hominem: Nemo, quasi nec homo.

Inter intus & intro hoc interest; quod Intro eo, Intus sum, Int⁹ venio, Foras eo.

Inter lustra producte & lustra correpte hoc interest; quod Lustra sunt tempora certa: Lustra, latibula ferarum, vel turpia hominum receptacula.

Inter seruitium & seruitutem hoc interest, quod Seruitus necessitas seruiẽdi: Seruitium dicimus numerum seruorum.

Inter terminum & finem hoc interest, quod Terminus non nisi quod manu ponitur: Finis, vel sermonis, vel voluntatis, vel

vel cuiufcũq; alterius rei intelligi poteft.

Inter afperũ & ferocem hoc intereft; quod Afper ad tẽpus: Ferox ad naturam.

Inter flumen & fluuium, amnem & torrentem hoc intereft, quod Flumina pluraliter dicuntur: Fluuius temporalis aqua eft: Amnis ab ambitu cognominatur: Torrens, qui hyeme intumefcit imbribus niuibusq; completur, æftate torretur, id eft, ficcatur.

Inter innocentem & innocuũ hoc intereft, quod Innocens fanctitate morum intelligitur: Innocuus, qui non habet vim nocendi.

Inter generofum & nobilẽ hoc intereft; quod Generofus nafcẽdo: Nobilis opibus fit.

Inter regem & regalem hoc intereft; quod regis puer, Regalis eft, Rex, qui regit regnum.

Inter fari, loqui, fermocinari, narrare hoc intereft; quod Famur, cum aliquid facunde dicimus: Loquimur, natura: Sermocinamur, quando cum aliquo fermonem conferimus: Narramus, cum aliquid docte dicimus.

Inter tenere, fumere, accipere hoc intereft; quod Tenemus in noftra poteftate: Sumimus pofita: Accipimus data.

Inter afpicere, fufpicere, infpicere, profpicere, defpicere, intueri, vifere, fpectare hoc intereft; quod Afpicimus cafu: Infpicimus indicatum: Sufpicimus in fuperiorem partem vel veneramur: Profpicimus, quæ longe funt: Defpicimus inferiorem partem vel liguidam: Intuemur cũ gaudemus natura: Spectamus cum volũtate: Vifimus fpectata.

Inter alium & alterũ hoc intereft; quod Alius ex multis: Alter ex duobus.

Inter fcelus & facinus hoc intereft, quod Scelus criminis eft: Facinus etiam in laude ponitur.

Inter dona & munera hoc intereft; quod Dona dono donãtur: Munera, quibus milites officio funguntur, quæ quidem Munia vocantur.

Inter veftem & veftimentum hoc intereft; quod Veftes feminarum dicuntur: Veftimentum virorum.

Inter vuidum, & humidũ hoc intereft; quod Vuidũ penitus permaduit: Humidum, quod vfque ad medium peruenit.

Inter vetus & vetuftum hoc intereft; quod Vetus nouo comparatur, id eft, cõtrario: Vetuftum ad antiquitatẽ refertur.

Inter terrere & deterrere hoc intereft; quod qui Terret timere facit: qui Deterret prohibet perfeuerare.

Inter folum, & vnum, & folitarium & vnicum hoc intereft: Vnus initio multorum agit: Solitarius folus femper viuit: fine cæteris Vnicus habetur: Solus propter impiam aliorum defolationem qui remaner.

Inter folœcifmum & barbarifmum hoc intereft; quod Solœcifmus in fenfu fit: Barbarifmus in voce.

Inter relictum & defertum hoc intereft; quod Relinquimus voluntarie: Deferimus inuiti.

Inter mifereri & miferari hoc intereft; quod Miferemur, cum eodem tempore & dolet nobis de alicuius caufa & fubuenimus laboranti: Miferari confolari tantum eft intra affectum doloris.

Inter amentem & dementem hoc intereft, quod Amens in toto caret mente: Demens parte mentis.

Inter pecudes & pecora hoc intereft: Pecudes tantum oues accipimus: Pecora autem mixtura omnium animalium eft.

Inter monftrare & demonftrare hoc intereft; quod Monftramus femel: Demonftramus fæpius.

Inter diuitem honeftum, pecuniofum, beatum, locupletem, opulentum hoc intereft; quod Diues auro argentoq;: Honeftus moribus & dignitate & honorib. dicitur. Beatus ab animo: Locupletẽ agri faciũt, dicitur ab eo, quod fit locis plenus: Opulentus omnibus bonis plenus, tanquam opibus fuis eminens.

Inter palam & corã hoc intereft; quod Palam hominum præfentiam notat. Coram perfonam defiderat.

Nauum & celerem. Nauus a pręcipuo nauis cursu dicitur; vel alterius causa natus, qui studet per officium suum: & recipit comparacionem superlationemque, quia cognomen est. Ita Nauus operã nauat alteri: Celer vt suam rem, ita alterius quoque celeriter perficit.

Agilem, & strenuum, & fortem. Agilem actio facit: Strenuum motus: Fortem corpus.

Contumeliam & iniuriam. Cõtumeliam inferunt: Iniuriam patiuntur.

Spectacula & spectaměta Spectacula loca sunt vnde spectamus: Spectamenta quæ spectantur.

Pascentia & pabulãtia. Pascentia sunt, quæ ex se pascuntur, vt prata; & Pascentia mancipia quia pascuntur; ideo etiam Pastores vocantur. Pabulantia vero quæ iis vtuntur, vt iumenta.

Voluentia & volubilia. Voluẽtia quæ voluunt: Volubilia quæ voluuntur.

Animum & animam. Animus qualitas viuentis. Anima causa vitæ.

Materiam & materiem. Materies animi est: Materia arboris. Et Materies qualitas ingenii: Materia fabris apta.

Hebescit & hebetescit. Hebescit, quod natura obstupescit. Hebetescit, quod amittit aciem.

Da & cedo Cedo sibi poscit & est ĩmmobile. Dat, qui non finite facit datum.

Fidelem & fidum. Fidelis fit. *

Laudem & laudabilem. Laus facti instrumẽtum est. Laudatio vero est rerum gestarum relatio.

Fere, & aliquando, & nonnunquam: Fere futurũ significat. Aliquando & Nõnunquã quod intermittere non patitur.

Aptum & vtile & idoneum. Aptum loco venit & tempore, quod habet suam materiam. Vtile fecit, vti prudentis literæ. Idoneum, vt amicum per consilia dicimus, vt ferrum in vsu hominis.

Saxum & lapidem. Saxum naturale. Lapis qui ex saxo cæsus est.

Certationem & certamen. Certatio est administrantium: Certamen operis.

Victimam & hostiam. Victima maior est: Hostia minor.

INCERTI DE DIFFERENTIIS VOCVM.

Inter auxilium, & pręsidium, & subsidium hoc interest: Auxilium laborantibus mittitur: Præsidium præparatur: Subsidium seruatur, vt cũ exhibuerit necessitas, detur.

Inter consequi & insequi hoc interest; quod Consequimur præcedentem: Insequimur inimicum.

Inter principiũ & initiũ hoc interest; quod Principiũ totius corporis: Initiũ rei.

Inter simulare & dissimulare hoc interest, quod Simulamus, quæ nescim⁹ & negamus nos scire: Dissimulamus, quæ scimus.

Inter polliceri & promittere hoc interest; quod Promittim⁹ rogati: Pollicemur vltro.

Inter nullum & neminem hoc interest: Nullum, quasi ad neminem referri hominem: Nemo, quasi nec homo.

Inter intus & intro hoc interest; quod Intro eo, Intus sum, Int⁹ venio, Foras eo.

Inter lustra producte & lustra correpte hoc interest; quod Lustra sunt tempora certa: Lustra, latibula ferarum, vel turpia hominum receptacula.

Inter seruitium & seruitutem hoc interest, quod Seruitus necessitas seruiẽdi: Seruitium dicimus numerum seruorum.

Inter terminum & finem hoc interest, quod Terminus non nisi quod manu ponitur: Finis, vel sermonis, vel voluntatis, vel

vel cuiuscũq; alterius rei intelligi poteſt.

Inter aſperũ & ferocem hoc intereſt; quod Aſper ad tẽpus: Ferox ad naturam.

Inter flumen & fluuium, amnem & torrentem hoc intereſt, quod Flumina pluraliter dicuntur: Fluuius temporalis aqua eſt: Amnis ab ambitu cognominatur: Torrens, qui hyeme intumeſcit imbribus niuibusq; completur, æſtate torretur, id eſt, ſiccatur.

Inter innocentem & innocuũ hoc intereſt; quod Innocens ſanctitate morum intelligitur: Innocuus, qui non habet vim nocendi.

Inter generoſum & nobilẽ hoc intereſt; quod Generoſus naſcẽdo: Nobilis operibus fit.

Inter regem & regalem hoc intereſt; quod regis puer, Regalis eſt, Rex, qui regit regnum.

Inter fari, loqui, ſermocinari, narrare hoc intereſt; quod Famur, cum aliquid facunde dicimus: Loquimur, narura: Sermocinamur, quando cum aliquo ſermonem conferimus: Narramus, cum aliquid docte dicimus.

Inter tenere, ſumere, accipere hoc intereſt; quod Tenemus in noſtra poteſtate: Sumimus poſita: Accipimus data.

Inter aſpicere, ſuſpicere, inſpicere, proſpicere, deſpicere, intueri, viſere, ſpectare hoc intereſt; quod Aſpicimus caſu: Inſpicimus indicatum: Suſpicimus in ſuperiorem partem vel veneramur: Proſpicimus, quæ longe ſunt: Deſpicimus inferiorem partem vel lãguidam: Intuemur cũ gaudemus natura: Spectamus cum volũtate: Viſimus ſpectata.

Inter alium & alterũ hoc intereſt; quod Alius ex multis: Alter ex duobus.

Inter ſcelus & facinus hoc intereſt, quod Scelus criminis eſt: Facinus etiam in laude ponitur.

Inter dona & munera hoc intereſt; quod Dona dono donãtur: Munera, quibus milites officio funguntur, quæ quidem Munia vocantur.

Inter veſtem & veſtimentum hoc intereſt; quod Veſtes feminarum dicuntur: Veſtimentum virorum.

Inter vuidum, & humidũ hoc intereſt; quod Vuidũ penitus permaduit: Humidum, quod vſque ad medium peruenit.

Inter vetus & vetuſtum hoc intereſt; quod Vetus nouo comparatur, id eſt, cõtrario: Vetuſtum ad antiquitatẽ refertur.

Inter terrere & deterrere hoc intereſt; quod qui Terret timere facit: qui Deterret prohibet perſeuerare.

Inter ſolum, & vnum, & ſolitarium & vnicum hoc intereſt: Vnus initio multorum agit: Solitarius ſolus ſemper viuit: ſine cæteris Vnicus habetur: Solus propter impiam aliorum deſolationem qui remanet.

Inter ſolœciſmum & barbariſmum hoc intereſt; quod Solœciſmus in ſenſu fit: Barbariſmus in voce.

Inter relictum & deſertum hoc intereſt; quod Relinquimus voluntarie: Deſerimus inuiti.

Inter miſereri & miſerari hoc intereſt; quod Miſeremur, cum eodem tempore & dolet nobis de alicuius cauſa & ſubuenimus laboranti: Miſerari conſolari tantum eſt intra affectum doloris.

Inter amentem & dementem hoc intereſt, quod Amens in toto caret mente: Demens parte mentis.

Inter pecudes & pecora hoc intereſt: Pecudes tantum oues accipimus: Pecora autem mixtura omnium animalium eſt.

Inter monſtrare & demonſtrare hoc intereſt; quod Monſtramus ſemel: Demonſtramus ſæpius.

Inter diuitem honeſtum, pecunioſum, beatum, locupletem, opulentum hoc intereſt; quod Diues auro argentoq;: Honeſtus moribus & dignitate & honorib. dicitur. Beatus ab animo: Locupletẽ agri faciũt, dicitur ab eo, quod ſit locis plenus: Opulentus omnibus bonis plenus, tanquam opibus ſuis eminens.

Inter palam & corã hoc intereſt; quod Palam hominum præſentiam notat. Coram perſonam deſiderat.

Inter albũ & candidum hoc interest: quod Album naturale est: Candidum cura facit.

Inter sensum & intellectum hoc interest, quod Sensus naturalis est: Intellectus a re obscura.

Inter exanimum & vnanimum hoc interest; quod Exanimus, qui priuatus est anima: Vnanimus, qui vnũ animũ habet.

Inter imbrem, & nimbum, & pluuiam hoc interest: Imber a græca significatione descendit, qui summa vi cadit & cito definit: Pluuia est quam impulsu ventorum nubes exprimunt; vnde etiam Plorare est dictum, cum coactę doloris lacrymæ exprimũtur: Nimbus etiam erumpit, vt aliquam partem maiorẽ occupet cœli, quã serenum relinquet.

Inter sanguinem, & cruorem, & saniẽ hoc interest: Sanguis dicitur cum intra corpus est, dictus quod nos sanciat, id est, contineat: Cruor cõscius est dictus, quod corruere cogat: Sanies cruor putris.

Inter terga & tergora hoc interest; quod Terga hominum sunt: Tergora animalium. nam singularis hominis tergũ; animalis tergus dicimus.

Inter mi & mihi hoc interest: Mi pronomen simplex est: Mihi compositum.

Inter iram & iracundiam hoc interest; quod ira ex causa nascitur: Iracundia perpetuum vitium est.

Inter tum & tunc hoc interest; quod Tum ordinis habet significationẽ: Tunc temporis significationem.

Inter noctu & nocte hoc interest; quod Noctu aliqua pars noctis, quomodo Interdiu significat aliquam diei partẽ: Nocte autem totam noctem intelligimus.

Inter orare & precari hoc interest, quod Orare oris ratio est; & qui orat etiã Precatur: at qui Rogat deprecatur, & qui orat, etiam imperiti ad Preces descendunt.

Inter nescire & ignorare hoc interest, quod qui Nescit omnium notitia caret: qui Ignorat aliquid nescit.

Inter legatum & oratorem hoc interest; quod Legatus electus est ad officiũ a ciuitate, id est, senatu: Orator ad orandũ missus, vt oris rationem in quo petit agnoscatur.

Inter tardum, & pigrum, & inertem, & segnem hoc interest: quod Tardus qui trahit tempus: Iners, sine arte, nullius officii capax: Piger per omnia ægro similis: Segnis, semotus a calore.

Inter infamem & famosum hoc interest; Famosus tã in bona cogitatione quã in mala: Infamis tantum in mala.

Inter iuuentum & iuuẽtutem hoc interest; quod iuuentus multitudo iuuenũ: Iuuentas ætas. iuuentutem a iuuentatus.

Inter decus & decorem hoc interest; quod Decus ad virtutem refertur: Decor autem ad corpus.

Inter super & supra hoc interest; quod Super est supra, superior inferiori.

Inter sceleratum & scelestum, & scelerosum hoc interest; quod Sceleratus suo vel alieno scelere cõtaminatur: Scelestus, scelerum cogitator: Scelerosus, quasi insidiosus.

Inter reliquos & cęteros hoc interest; quod Reliquos, relictos ex omnibus: Cæteros, quos nescimus.

Inter redibiuum per b literam, & rediuiuum per u hoc interest: Redibiuum quod nascitur: Rediuiuũ quod reuiuiscit.

VELI-

VELIVS LONGVS
DE ORTHOGRAPHIA.

NOBILI ET PRVDENTISSIMO VIRO,

IOHANNI PHILIPPO STAMLERO, PATRICIO AVGVstano, parenti plurimum honorando,

HELIAS PVTSCHIVS S.D.

ITTO ad te, pater colendissime, veterum auctorum de orthographia, literis, syllabis, pedibus, & versuum ratione dissertationes, quas omnes ex vetustatis & mendorum situ erutas, squallore & scabie, scriptorum codicum ope, detersa, pristinæ plurimis in locis sanitati restitui; quanto meo labore & molestia, abunde testabuntur ii, qui in hac palæstra aliquando desudarunt. Et est hæc maioris operis pars vltima, quam nemini offerre, præter te, aut debui, aut volui. Rationem si quæris, ea neque longe petenda, aut diu inquirenda est. Tantis enim a te beneficiorum cumulis toto vitæ meæ tempore sum ornatus, vt omnes studiorum meorum fructus, merito ad te redire debeant. Tu ille es, cuius suasu & auctoritate studiorum meorum cursum continuaui, cuius cura in optimarum artium exercitiis sum educatus, & ad præstantissima totius Germaniæ collegia missus. Tu me ab hoc humanitatis & literarum studio ad sacratissimæ Iurisprudentiæ castra serio inuitas, neque vis consenescere ingenium meum in hisce parergis. Et licet iam ante propensissimum tuum, non in me tantum, verum vniuersam familiam nostram, animum, haud obscure declaraueras; eundem tamen magis aperuisti, cum superioribus annis, connubio quidem vitricus nobis, beneficiis vero & meritis pater factus es. A quo tempore nihil quicquam facere omisisti, quod in parente liberorum suorum amantissimo posset desiderari. Quæ omnia maiora sunt, quam vt recte a me huius paginæ angustiis possint includi; multo minus vt sperem huius opellæ nostræ oblatione aliquam eorum me partem posse compensare. Verum cum nihil haberem, quod magnitudini tuorum beneficiorum in me responderet ex parte, in eo sane quod potui deesse mihi nolui, quin grati tibi animi testimonium ex studiorum meorum fructibus offerrem; vt hac saltem tuorum in me meritorum commemoratione intelligas, te non immemorem acceptorum beneficiorum filium habere. Dico igitur ac dedico tibi, pater honorande, hoc qualecunque obseruantiæ ac summi cultus mei pignus; quod si gratum acceptumque tibi fuisse intellexero, satis magnum me huius operæ pretium tulisse existimabo, simulque mihi calcar additum senties ad Iuris studium serio excolendum, aliquamdiu propter hasce occupationes magno meo dolore intermissum. Vale, pater colendissime, meque tibi obsequentissimum perpetuo filium, in posterum quoque fouere perge. Ex Museo nostro, anno Christi CIↃ IↃ CV. VI. Kal. Sextilis.

VELI-

VELIVS LONGVS DE ORTHOGRAPHIA.

NECESSARIVM arbitror de orthographia sermonem instituenti, a literarum potestate initiũ facere. Primum igitur definitio literæ varia fuit apud plerosque. Alii enim sic definierunt: Litera est initium vocis explanatæ. Alii sic: Litera est initium vocis significantis. Alii: Litera est minima pars orationis. & verbum est, & coniunctio, & præpositio. hoc improbantes alii dixerũt: Litera est initium scriptilis vocis. Excluserunt autem omnes illam definitionem qua quidam dixerunt, Literam esse initium vocis significantis; ideo, quoniam quædam voces scribi possunt, quamuis nihil significent. Sicuti cum dicimus tir, rir; nam hoc scribi potest; nihil vero significat. Verius est illud; initium scriptilis vocis, aut initiũ vocis explanatæ. Quidam vero omnes literas vocales esse dixerunt, arbitrantes nullam magis minusue necessariam esse; & quia omnes literæ voces explanent. Alii dixerunt omnes esse consonantes, quoniam in Catone scribendo, non minus sonet A quam c litera cum a. Scimus tamen subtiliorem esse factam diuisionem, vt Vocales illæ quidem dicerentur, sine quibus syllaba fieri non possit: cæteræ, Consonantes, quæ cum his sonent; nam nihil mutatur in syllaba. Inuenti sunt tamen, qui & sine vocali putẽt posse syllabam fieri. nam animaduertimus apud Comicos, s & τ, pariter scriptas literas, vt apud Terentiũ in Phormione, *Non is obsecro es, quẽ semper te esse dictitasti?* Ch. *st.* So. *Quid has metuis fores?* hoc s & τ pariter, renuntiat silentium. Sed scilicet si hoc sectentur, possent etiam plerasq; consonantes, & omnes semiuocales pro syllabis ponere. nam apud Lucillium in IX. (in quo de literis disputat) omnes vicem syllabarum implent, cum dicit: *a re non multum abest hoc cacosyntheton, atq; canina si tibi lingua dico, nihil ad me; nomen hoc illi est.* Item; *s nostrum, & semigræce quod dicimus sigma, nihil erroris habet.* Appatet ergo hæc nihil aliud, quam locum syllabæ tenere: nec tamen syllabam scilicet esse. Non ergo accedendum est iis, qui putant sine vocali syllabam, vt etiam significationem vocis terminent; quoniam silentium denuntienr. Et errant: Nam & x significat aliquid (sic enim vocamus) neq; tamen ideo syllaba, aut lexis est. & hæc ipsa constat ex c, & s; nec ideo & illam quisquam syllabam dixit, sed duplicẽ literam. Deinde quid, quod & voces non simplices, habent tamen significationem, quamuis scribi nõ possint? nam & digitorum sono pueros ad respondendum ciemus.

INCIPIAMVS nunc de literarum potestate differere: Ac primo, eadem est nostrarum potestas vocalium, quæ sunt Græcorum apud antiquos, circa correptionem productionemque. siquidem apud illos quinque tantum fuere vocales α ε ι ο υ; atq; hæ similiter producebantur corripiebanturque sicut hodieque α ι υ quæ appellantur apud illos κοιναί. Postea, vt quidam putant, Simonides inuenit duas vocales, quas dixit φύσει μακράς, η & ω; vt essent ἀντίστοιχα τοῦ ε & τοῦ ο, vt quomodo hæ literæ longæ dicerentur η & ω; ita & illæ breues natura. quin etiam secundum naturam magis apud nos quinque literas efferri quam apud Græcos nõ est dubium, si quis aures habet. Vocales

enim eædem sunt, & literæ & syllabę, nō sicuti ceteræ. Cum enim dicimus ἄλφα α, in priore literam, in sequente syllabam dicimus. Ex his vocalibus quæ apud nos sunt, duæ literæ & vocalium vim & consonantium obtinent, v & i. Quomodo autem discerni possint in hac duplici potestate, breuiter explicabimus. Constát omnes syllabæ spiritu consonantis: item accessionis loco esse, vt immutatis illis, nihil e natura syllabæ mutetur, sicut nihil interest, vtrum sa dicam sa, an ba: sic nihil interest an etiam dicā & va. cum duę vocales sint iunctæ, vtique longa syllaba atque adeo consonans est, vt in metro idē præstet. cū enim lego, *Et iacit arrectamq; mē-te, stupefactaque corda*, fit primus pes dactylus: *Et iacit*, proinde ac si immutata hac ipsa, impositaq; pro ea alia consonāte, dicerē, *Et facit*. Illud sane animaduertendum hanc eandem literam, nonnunquam pro duabus consonantibus sonare, si modo sequente vocali interiecta sit. *Iā vitulos hortare, viamq; insiste domandi*. Nā *Iam vitu*, dactylus est, quoniā prima syllaba longa est positione: cōsonanti enim terminata m excipitur, v litera, quæ pro consonanti posita est ibi. quanquam si cū litera i confusa est v, vicem consonantis habet, cum dico, *Arma virumque cano* &, *Quisquis armatus*; ideo, quoniam & ante diximus, nunquam duas vocales coire, vt non longam syllabam faciant, vt in eo quod est ˙ quæ manifesta breuitas est. Ideoque in hoc pede, *Quisquis a*, nemo dubitabit, quin dactylus sit, cuius prima syllaba longa est. Verrio Flacco videtur, eandem esse apud nos v literam, quæ apud Græcos υ. namque his exemplis argumentatur: quod illi dicunt cyminum, nos cuminum: quam κυπάρισσον, nos cupressum: illi κυβερνήτην, nos gubernatorem, nec non ex eiusmodi Theseus, Menœceus, Peleus, & similibus adfirmat. Græcorum vero qui de antiquis literis scripserunt commentaria; item Latinorum qui illos secuti sunt, eadem litera veteres solitos scribere ostendunt, μακρὸς μακροῦ μακρῷ, & confusas fuisse ο & ω. apud nos quoque antiqui ostendunt, quia æque confusas o & u literas habuere; nam Consol scribebant per o, cum legeretur per u consul. Vnde in multis etiam nominibus variæ sunt scripturæ, vt fontes, funtes; frondes, frundes. I vero litera interdum exilis est, interdum pinguis; vt in eo quod est, prodit, vincit, condit, exilius volo sonare: in eo vero quod significatur prodite, vincire, condire, æque vsque pinguescit. vt iam in ambiguitatem cadat, vtrum per i quædam habeant dici, an per v, vt est optumus, maxumus. in quibus adnotandum, antiquum sermonem plenioris sonus fuisse, &, vt ait Cicero, rusticanum: atque illis fere placuisse per u talia scribere & enuntiare. Errauere autem Grammatici, qui putauerunt, superlatiua per v enuntiari. Vt enim concedamus illis in optimo, in maximo, in pulcherrimo, in iustissimo, quid facient in his nominibus, in quibus æque manet eadem quæstio, superlatione sublata, manubiæ an manibię; libido an lubido? Nos vero postquam exilitas sermonis delectare cœpit, vsque i litera castigamus illam pinguitudinem: non tamen, vt plene i literam enuntiaremus. Et cōtendam quosdam alia nomina per v scribere, qui antiquorum voluntates sequuntur; nec tamen sic enuntient, quomodo scribant. Nam ex semiuocalibus excludunt quidam literam x; ea scilicet ratione, qua antiqui nostri repudiauerunt id quod apud Græcos est ψ. Nam z lingua Latina non agnoscit, ideoque nec mentio illius vnquam fuit, nisi primo postquam peregrina nomina hunc sonum induxerunt. quod si cui nomen videtur *Mezentii*, sciat solitum esse scribi per duas ss, & sic enuntiari. atque has tres literas semiuocales pleriq; tradiderunt. Verrio Flacco placet mutas esse, quoniam a mutis incipiant, vna a c, altera a p. quod si aliquos mouet, quod in semiuocalem desinant *sciant*, inquit, *Z literā sic scribi ab his, qui*

qui putant illam ex σ & δ constare, vt sine muta finiatur. Mihi videtur nec aliena sermoni fuisse, cum inueniatur in carmine Saliari, & esse aliud z, aliud sigma, & σδ nec eandem potestatem, nec eundem sonum esse si secundum diuersas dialectos, id est, linguas, enuntietur. Dores .n. dicere μελίσδω, alios μελίζειν. Alii κιθαρίζειν, alii ζμαμα, alii σμαράγδα dicunt, cũ idem dicāt. nã & ipsum σκίζειν apud alios, dicitur *majedin*, nam idem est ζ & δ. sic quomodo non idem est σίγμα & z? Denique si quis secundum naturam vult excutere hanc literam, id est, z, inueniet duplicem non esse, si modo illam aure sinceriore explorauerit. nam & simpliciter scripta aliter sonare potest, aliter geminata; quod omnino duplici literæ non accidit, ne geminetur. Scribe enim per vnum z, & consule autem, non erit ἄζηχας quomodo ἄδιχας: sed geminatæ eædem ἀζζηχές, quomodo ἀπηχής. Et plane si quid superuenerit me dicente sonum huius literæ, inueniet eundem tenorem quo cœperunt. Si quis ψ aut ξ, nouissimum audiet s, ex prioribus literis, vnde hæ duplices incipiunt, sonum nullum ex mutis euellunt. H litera tanquam sonus magis fit, quam litera, & accedens literæ; & vtuntur auctoritate Græcorum, apud quos vt superuacua sublata est. Fuisse tamen & apud illos manifestum est ex veteribus scriptis, & ex eo, quod hodie cum apud illos numeri prima semper litera nominis quo significantur, notentur, vt δίκα, πεντακόσια, ἑκατόν, notētur. Vnde apparet hanc literam loco adspirationis non fuisse, alioquin per ε notaretur. Qui igitur illam literam vindicant, ostēdunt eam eiusdem esse quæ consonantis est: nam & in metro assicit sibi hanc potestatem. Vnde & apud Homeru: non videntur vitiosi versus, qui hac aspiratione supplentur, [illegible] Et hoc amplius, adeo litera est, vt possit videri etiam vicem duarum consonantium implere, vt, [illegible] Et tale quidem exemplum apud nos non animaduerti. Ceterum superioris similia multa vt, *Ille latus niueum molli fultus hyacintho*. Accedit huic, quod si accedens literæ esset, cum ipsa litera enuntiaretur. Nunc vero & ante vocalem & post vocalē sonat sic, quomodo alia est syllaba ca, alia, ac; & alia ba, alia ab, sic alia ha, alia ah. Nam quod ex H quoque existimant quidam colligi posse consonantem, & adsignificantem, apparet ex eo, quod aut accedens, aut recedens immutat significationem; si quidem aliud est *hira*, aliud *dira canam*, exēplum: nam multa nomina, & contracta syllaba aliud significāt & producta. quomodo aliud si producas pila, & corripias pila. & loco rursus transmutatus accētus, partes quoque orationis immutat, vt aliud est circum, aliud circum: aliud ergo, aliud ergo. Illa igitur quæ superius dixi, valentius adspirationem hanc adserunt, vt loco literæ habeatur. Hinc supersunt ex mutis K & C & Q. de quibus quæritur an scribentib. sint necessariæ. & qui K expellunt, notam dicunt esse magis quam literam, qua significamus kalumniā, kaput, kalendas, hac eadē nomen Kato notatur. Non magis igitur in numero literarū esse oportere. quam illam notam, qua centuria, & quam ɔ. cōuersum, quo Caia significatur; quod notæ genus videm⁹ in monimentis, cum quis libertus mulieris ostenditur. Caias enim generaliter prisci has omnes mulieres accipere voluerunt. At qui illam esse literam definiūt, necessariam putantes nominibus, quæ cum A sonante hanc literam inchoant Vnde etiam religiosi quidam epistolis subscribūt Karissime per K & A. Quod si adeo necessariæ videntur, verendum est ne & alias literas requiramus, quibus aut Cicero scribatur, aut commodus De Q litera quæsitum est & multi illam excluserunt, quoniam nihil aliud sit quam c & u & nō minus possit scribi Quis per c & v & i & s nam ipsa quoque nota qua scribitur, si modo antiquam literæ figuram spectes, ostēdit c esse & v pariter literas in se con-

fusas. Ideoque nonnulli, quis, & quæ, & quid, per Q & I & S scripserunt, & per Q A E, & per Q I D, quoniam scilicet in Q esset c & v. Et de hoc quidem in posteriotibus, vbi loquendum de orthographia, dicemus. Nunc ad quæstiones quę incidunt in rationem scribendi, transeundum est.

Ingredienti mihi rationem scribendi occurrit statim ita quosdam censuisse, esse scribendũ vt loquimur, & audimus: nam ita sane se habet nonnunquam forma enuntiandi, vt literæ in ipsa scriptione positæ audiantur enuntiatæ. sic enim cum dicitur, illum ego, & omnium optimum, illum & omnium ęque terminant: nec tamen ex enuntiatione apparet, cum dicimus, hic est ille, vnum c scribimus, & duo audimus; quod apparet in metro, nam: *Hoc erat alma parens, quod me per tela, per ignes Eripis*, si vnum c hanc syllabam exciperet, acephalus esset versus, nec posset a longa syllaba incipere, quæ est in heroico metro necessaria. Ergo scribendum est per duo, c, *Hocc erat alma parens*; aut confitendum quædam aliter scribi, aliter enuntiari. Nam quibusdam literis deficimus, quas tamen sonus enũtiationis arcessit, vt cum dicimus virtutem; & virum fortem consulem Scipionem esse, periisse fere ad aures peregrinam literam inuenies. & in plerisque Cicero videtur auditu emensus scriptionẽ, qui & Aiiacem & Maiiam per duo ii scribenda existimauit; quoniam vnum esse animaduertunt. Siquidem potest & per vnum i enuntiari, vt scriptum sit. Vnde illud pressius & plenius sonet, per duo i scribi oportere existimat. Sic & Troiiam, & si qua talia sunt. Inde crescit ista geminatio, & incipit per I tria scribi conicit, vt prima syllaba sit communis, sequentes duo iicit: nam si est aliud, iacit, pro a, i substituitur, vt vocalis obtineat manente priore I quę consonantis vicem implebat. Atqui Troiam & Maiam per vnum i scribunt. negant onerandam pluribus literis scriptionem, cum sonus ipse sufficiat: hanc enim naturam esse quarundam literarum, vt morentur, & enuntiatione sonum detineant, quod accidit & in eo quod dicimus, hic est; cum ipsa vastitas literæ in enuntiatione pinguescat: atque ipsa natura i literæ est, vt interiecta vocalibus latius enuntietur, dum & prior illam adserit, & sequens sibi vindicat. & cum appareat per vnum i Troiam scribi apud Græcos, & Maiam, non est nobis altera i necessaria; cum in nomine non scriptio immutetur, sed sola enuntiatio. Sic apud illos Myia per vnũ I scribitur, itẽ αἴθυια licet repugnẽt Græci quo minus hæc i litera in vnitatem cum aliqua vocali veniat, vt vnam syllabam faciant, velintque μυίαι, αἴθυιαι trisyllaba nomina esse: vincet tamen illos natura teste præclaro qui ait, υἱὸς θ' ἐγένετ' ἀρετῆς πέρι δήριν ἴθοντι, nisi hic versus a duobus anapæstis incipit, quod nullo modo potest fieri: sed quotiens, vt supra diximus, duabus vocalibus interiecta hæc litera est, duarum consonantium obtinet vicem. sic non erit acephalus versus: *Thyas vbi audito trepidant Trieterica Baccho.* &, *Troiaque nunc stares.* &, *Aio te AEacida Romanos vincere posse.* Nam nec Attium secuti sumus, semper vocales geminantẽ, vbicunque producitur syllaba, quoniam expedita debet esse conditio scribendi. Hic quæritur etiam an per E & I, quædã debeant scribi secundum consuetudinẽ Græcam. nonnulli enim ea quæ producerentur, sic scripserunt. Alii cõtenti fuerunt huic productioni longam aut notã dedisse. Alii vero, quorum est item Lucillius, varie scriptitauerunt: siquidem in his quæ producerentur, alia per I longã, alia per E & I notauerunt, videlicet vt differentia quadam separantes: vt cũ diceremus, viri si essent plures, per E & I scriberemus: si vero esset vnus, viri per I notaremus. & Lucilli⁹ in IX. *Iam puerei venere, e postremum facito, atque i Vt plures faciant: i si facis solum pupilli. pueri hoc vnius fiet.* Item, *hoc illi factum est, vni, tenue hoc facies* I. *Hac illei fecere, adde*, E, *vt pinguius*

guius fiat. Idemque *peila*, quibus milites vtuntur, per E & I scribenda existimat. at pila in qua pinsatur, per I. hoc mihi videtur superuacaneæ esse obseruationis. Nam si omnino in scribendo discernenda casuum numerorumque ambiguitas est, quid faciemus in his nominibus, quorum scriptio discrimen non admittit? vt ædes, sedes, nubes, cum & vna & plures eodem modo dicantur, & scribantur? quid cum dicimus gestus, fluctus, portus, cum & genitiuus singularis, & nominatiuus, & accusatiuus, & vocatiuus pluralis eodem modo scribantur? Quid denique in his, quæ ambiguitatem habent inter nomina & verba, rotas, rotat; feras, ferat. Nam cum hæ rotæ tam rotas faciant, quam roto, rotas, rotat; & fero, feras, ferat: sic nec aliter scribitur amor; & ex nomine facit amoris, & ex verbo amaris. Satis ergo collectum, quædam per E & I non debere scribi, sed tantum per I, cum apud Græcos quoque ex veteri illa consuetudine inueniantur nomina quæ per I scribantur, quamuis producte enuntientur. Quæritur item Iulii & Claudii & Cornelii, vtrum per vnum I producte, an per duo debeat scribi. & ratio exigit, vt huius Iulii per duo ii scribamus, tam hercule, quam huius pallii & huius graphii. Non enim tantum in masculinis, hoc quæritur, sed etiam in neutris, quoniam id postulat ratio. Nam quæcunque o litera datiuo singulari terminantur, o in i mutant, manentibus ceteris literis, & sic genitiuum faciunt, vt maximo maximi, candido candidi. Sic ergo in Iulio nihil aliud quam o debet mutari, & in pallio; atque vt fiat Iulii & pallii, æque hanc eandem seruare debemus rationem in nominatiuis pluralibus, etiamsi pauciores habent syllabas in nominatiuo singulari. Sed quoniam inuenimus & nominatiuum pluralem & datiuum eiusdem numeri esse, vt I litera terminatus nominatiuus, assumpta s faciat datiuum; detracta redeat rursus ad nominatiuum: vt in eo quod est boni bonis, mali malis, docti doctis: sic rursus e contrario Iuliis & Claudiis si detraxeris s, relinquetur Iulii & Claudii. Illud etiam adnotandum circa I literam est, quod ea quæ nos per A E, antiqui per A I scriptitauerunt, *Iuliai Claudiai*. Sed quidam in hac quoque scriptione voluerunt esse differentiam; vt pluralis quidem numeri nominatiuus casus per A & E scribatur, genitiuus vero singularis per A & I: hoc quoque argumentantes, quod diæresis, siue dialepsis illa diceretur, a nominatiuo plurali non fit, sed ex singulari obliquo, cum dicitur *Aulai in medio*. & *diues equum, diues pictai vestis, & auri*. Item, *rei nostrai, faciendai, magnai*. Sed scilicet nihil obstat quo minus hoc aut illo modo scribamus in vtroque numero; cum multa alia quoque nobis excogitanda sint, si velimus diuersitates scriptionis, ambiguitatem casuum numerorumque discernere.

Transeamus nunc ad V literam. Ac plerisque superiorum, in primitiuus & adoptiuus ista nomina per V & O scripta sunt, scilicet quia sciebāt vocales inter se ita confundi non posse, vt vnam syllabam non faciant. Apparetque eos hoc genus nominum aliter scripsisse, aliter enuntiasse. Nam cum per o scriberent, per u tamen enuntiabant; sed ratio illos præsumpta decepit: ante enim respicere debebant, an hæ duæ vocales essent. sed cum in superiore disputatione demonstrauerimus v totiens cōsonantis vim habere, quotiēs pro eo ponitur, quod apud Græcos dicitur digāma, nihil vetat hic quoq; tantū speciem literæ animaduertere, sed tamen aliam potestatem si sit nominatiuus, duas quoque v literas habebit, sed priorem pro consonāte, posteriorem pro vocali s positam: atque ab eisdem equus per v & o scriptus est. Et quæritur vtrum per vnum, an per

duo debeat scribi. Et priusquam de hoc loquamur, v literam digamma esse interdum, non tantum in his debemus animaduertere, in quibus sonat cum aliqua aspiratione, vt in valente, & vitulo, & primitiuo, & genitiuo, sed etiam in his quibus confusa hæc litera est in eo quod est, quis. nam si omninò hæc vocalis est v, proculdubio hæc syllaba longa esset; quoniam nunquam duæ vocales conueniunt, nisi vt longam syllabam faciant. Vnde & iu equo v pro consonante posita erit: & auribus quidem sufficiebat, vt equus per vnum u scriberetur; ratio tamen duo exigit. nam cum sit genitiuo casu equi, datiuo equo, atque nouissima vocalis declinationis differentiam faciat, nullam mutationem recipientibus consonantibus, necessarium est vt equus quoque saluam habeat consonantem, quæ in equo, & primo illud v habeat; vt adsumpta I faciat nominatiuum pluralem. Animaduertimus tamen, quibusdam partib. orationis v literam vitiose insertam, vt in eo quod est vrguere; itaque testis in vtroque Virgilius, qui ait, *quibusue vrgentur pœnis.* sine v item: *Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.* nam cur minus vnguo debeat dici, apparet ex eo, quod nullum verbum vo terminatum, sit solitum, non eandem v seruare in præterito; vt voluo volui, eruo erui: & vngo vnxi facit, quomodo pingo pinxi, fingo finxi. & tamen in nomine quod hinc fingitur, sic insertum rursus vel agnoscitur. vt enelli non possit, vt apud eundem Virgiliũ; *& pingueis vnguine ceras*: sed consuetudine vsurpatur vnguentum. Idem accidit & in hircis, quos antiqui hirquos dicebant nam quamuis in vno *hirquos* literam I non interponamus in enuntiatione, tamen videmus remanere in deriuatione nominis, quod hinc tractum est, vt in eos qui sunt adulta ætate hirquitallos vocemus. In antiquo videmus locum literam habere, & in postico non habere: nam & anticum ab eo quod est ante, quod apparet ex scriptione temporum.

Nunc ad præpositionem transeamus, atque incipiemus ab illa, quam Cicero in Oratore adnotauit. Varia enim consuetudo in æquo est Ab & A, & Abs & Au; vt cum dicimus a me, deinde ab illo, deinde abstulit, deinde auferr. Quod sane tantum in duobus verbis vsurpatum est, aufert & aufugit. Adiicit his præpositionibus & illam, quæ scribitur per B literam, quam ab antiquis vsitatam ait, maxime in rationibus, & in accepti tabulis: nã quotiens acceptam pecuniam referebant, nõ dicebant a Longo, sed ab Longo & ait religionem hanc scribendi apud paucissimos remansisse sæculo suo. antiquos scimus & abs te dixisse: nos contenti sumus a te dicere. Scimus ipsos & ab Lucillio dixisse nos obseruamus, vt præponatur his nominibus, quæ a vocali incipiunt: vt cũ dicimus ab Olympo. Absumitur autem hæc B. litera, quotiens nomina a consonanti incipiuntur, vt a Romulo. Si quis itaque quæsierit, quare non ab Iunone dicamus, sed a Iunone, meminerit hic literam I pro consonanti positam: de qua latius & supra disputauimus. Abs vero, neque nominibus, neque his partibus orationis, cum quibus in confusione non venit, adiungitur: abs te enim, duæ partes orationis sunt. scilicet verbis cũ quibus d in vnitate cõsensit, vt abstinet, abscondit. hęc enim pars orationis composita est: & quoniam & accondit habet, & abscondit durius sonabat, interuenit P litera quæ exornaret auditum. de qua scriptione illud quæritur, vtrum per P, an per B & S debeat scribi. quoniam ea quæ apud nos ψ literam sonant, putant pleriq; per P & S scribenda, quoniam & Græci pronuntiauerunt per literam ψ constare ἐκ τοῦ πιονος. Sed qui origini verborũ propiores sunt per b scribunt, & in eo quod est appello, quod alterum sit naue appellentis; aliud verbi causa, pecuniam appellantis. Videmus autem prope in omnibus verbis, quæ a P litera incipiunt, hanc præpositionem cogi, vt B litera omissa P gemi-

P geminet, vt ab eo quod est paret, apparet; & in eo quod est ponit, opponit; & pungit, oppungit: sic in his partibus orationis quæ incipiunt a litera c, non facile potest hac præpositione admota sonare D litera. Hæc similiter litera geminatur, in eo quod est capio, accipio: itaque Lucillius, *---atque accurrere scribas.*

D ne an c non est quod quæras, atque labores. Ille quidem non putauit interesse scripturæ. Sed scilicet si sonus consulitur, interest aurium, vt c potius quam D scribatur. Vt si quis in his quærat vocibus, quæ incipiunt a litera T, merito indifferenter scribant, attineat, attentus, attęras: quoniã vtralibet litera scripta eundẽ auribus sonũ reddunt. Nec minus ea quæ a c litera incipiunt, variant huiusmodi enũtiationis pręposititionẽ. Est etiam vbi necesse est hanc D literam interire, nulla alia substituta, vt in eo quod est aspicio, ascendo. AT, vbicunque T litera scribitur, nec in vnitatem venit cum alia parte orationis, sine dubitatione vicem alterius partis orationis ostendit; & est coniunctio disiunctiua, ita vt Persius: *At te nocturnis iuuat impallescere chartis.* quod si erit præscriptum A D, non tantum orthographia peccauit, sed etiam significatio errauit. Est etiam vbi transeat D in t, si ab hac eadem litera vox sequens incipiat, vt est allegere; nec semper tamen, quoniam dicimus adluere, & adloqui, & adlabi. Abbire etiam quidam geminata B maluerunt & dicere & scribere, vt intermissa D: & in hoc nullam differentiam putat esse Lucillius, qui ait, *Abbire multum est D si & an B habet.* Ex præpositio habet obseruationem in qua interdum interit x litera, vt in eo quod est, ebibit, enuntiauit, emouit, nec tamen possis ita definire vt dicas tunc hanc literam interire, quotiens sequens vox incipit a consonanti: hoc enim arguit ipsa loquendi consuetudo, cum dicimus excellere, extollere, & exquirere. In eo quod est expectatum, duplicem scriptionem quidam esse voluerunt, vt quotiens cum verbo, quod est expecto, præposita hæc pars orationis fuerit, E & x litera contenta sit. quotiens autem cum verbo quod est specto ludos, necessaria esse, s literam inseritor sit: vt in ipsa quoque scriptione ambiguitas deducatur, eius quod est expectare illum volo, & spectare mihi placet. Verum vno modo vtrumque scribi licet: nec timere eam ambiguitatem, quæ est multis verbis familiarissima: Cum in hac litera x etiam s posita sit & composita. Transeamus nunc ad aliam præpositionem. OB præpositio interdum ponitur plena, vt est obire, obarare; interdum ad eam literam transit, a qua sequens vox incipit, vt est, offusit, omminauit. Item si P sequatur, vt opposuit. Similiter quidam & in eo quod est obstitit P seruare maluerunt, quia hæc litera semiuocali confusa, eius literæ sonum exprimit, quę est apud Græcos ψ, atque hanc illi duplicem constare dicunt ex P & s. Huic similis est & S V B præpositio, quæ interdum B literam seruat, vt in eo quod est subdit; interdum mutatur, vt supra dixi, in eam literam a qua sequens incipit. Verum vt in eo quod est sufficit, suffodit; & in eo quod est summouit, sumministrauit; atque in eo quod est supposuit: atque animaduertimus in semiuocalem transire, vt in eo quod est sustulit, & suscepit: nec non variat significationem, geminam enuntiationem literæ sequentem vocem inchoantis, vt est suscipere: aliud est enim amicum suscipere, aliud aquam succipere. At in præpositione DE, minimum est obseruationis quantum ad orthographiam, non quod ad significationem pertineat. plena enim in compositionibus ponitur, vt deducere, depellere, demonstrare, destruere. Nam si quando E in I literam transit, ab alia præpositione originem ducit: Cum enim dicimus dimouit, vt est, *dimouit obstantes propinquas, &, tua terris didita fama*, iam non est ad præpositionem, sed veritatẽ quandam amplectitur vocis. In hac tamen

De præpositione, quam dixi plenam præponi, animaduertendum illud, quod imminuitur, si quando sequens vox aliter incipit, vt est decrrare, deesse; qua enunciatione sufficit ipsa productio. Et quatenus incidimus in mentionem præpositionis Dis, adnotabimus, & illam plenam præscribi ceteris nisi his partibus orationis, quæ incipiunt a litera M, vt dimouit: aut N, vt dinoscit: aut L, vt diluit: aut B, vt dibucinat: aut G, vt digerit: aut si a D litera incipit, vt dididit, quomodo Virgilius, *tua terris didita fama*: aut in F literam transit, si ab hac eadem sequens vox incipiat, vt diffudit. Per vero præpositio omnibus integra præponitur, nisi cum incidit in L literam ad finem consonantem, quam elegantioris sermonis viri geminare magis voluerunt, quam R literam exprimere, vt compellabor malint dicere quam compelabor, nec aliter apud Lucillium legitur. *In præpositione per L liciendo, quod est, inducendo, geminat L. pellicere malunt, quam perlicere.* Vnde & apud Virgilium non aliter legimus, *pellacis Vlyssi*: & a perluendo perluis; & apud antiquos trisyllabum pelluis, quæ nunc in synæresi peluis dicitur. Quatenus præpositiones prosequimur, non alienum est, RE, quoque præpositionem notare, vel ideo, quia non contenta quibusdam partibus orationis plena præponi. D literam adsumit; vt in eo quod est redis & redolere, quia duæ vocales in concursu hiabãt. Sed interdũ hæc D litera geminatur, quotiens ab eadẽ litera sequens vox incipit, nec tamen semper; si quidem reddere dicimus geminata D: redonare simplici vtimur. Vnde adnotanda imperitia eorum, qui sic redducere geminata D litera volunt enunciare, quasi reddere: tanquam necesse sit, totiens eam duplicem esse, quotiens sequens vox ab eadem litera incipit. TRANS quoq; præpositio nonnullam habet obseruationem, nam interdum plena est, vt transtulit: interdum minuitur, vt traiicit, traduxit: nec non ab aliis plene ponitur, ab aliis lenitatẽ intuentibus minuitur, vt in eo quod est, transmisit & tramisit: alii trãsposuit, alii traposuit; quæ obseruatio orthographię mixta est εὐφωνίᾳ quæritur etiam si habet destructionem suam, tamen huic quæstioni familiariter implicata est. in εὐφωνίᾳ enim quid decentius sit, & quid lenius quæritur, nec laborat ille qui scribit, cum id quod dicatur χαρίζεται in ὀρθογραφίᾳ, eo scrupulosior quæstio est, quod nonunquam vnus sonus est, aut perexigua suspicione diuersus. Interim quæritur scriptio, vt cum dico eiecit. & alius per vnam I literam scribit, alius per duas; cuius iam mentionem fecimus, cum de literarum potestate loqueremur. quapropter supersedendum existimo. Nec minus de V litera locuti sumus, quam interdum vicem consonantis retinere diximus, vt cum scribimus vultum: & geminata v diuersa potestate ponitur. sic rursus cum scribitur nominatiuus, genitiuus, & omnes deinde casus. item primitiuus, & si qua his nomina similia sunt, eandem obseruationem habebunt & illam scriptionem qua nominatiuus v & o litera nominabitur, relinquem⁹. Antiquis varie etiam scriptitatum est, mancupium, aucupium, manubiæ, siquidem C Cæsar per i scripsit, vt apparet ex titulis ipsius. at Augustus i per v, vt testes sunt eius inscriptiones. & qui per I scribunt, illam rationem sequuntur, quod aliæ quoque denominationes per eandem literam exeant, vt cum manicas, maniculum, quibus nomen apponi potest, quod per v manuleus dicimus Item qui aucupium per v scribunt, putant ab aue occupanda dictum; aut quia aucupium ab aue capienda, cum A literæ in I familiaris transitus sit. quibus æque opponi potest non minus in I transire, quam in v; nam & ab amico fit inimicus, & a falso insulsus. Sequitur igitur electio, vtrum ne per antiquum sonum, qui est pinguissimus, & v literam occupabat, ve-

velit quis enunciare, an per hunc, qui iam videtur elegantior, exilius, id est, per i literam has proferat voces, in quibus v litera videtur esse superuacua; vt cum & scribimus & pronunciamus arguere: siquidem & vrgeo & vngo hanc non desiderant literam, vt apparet ex scriptis antiquorum, quorum elegātiam & auctoritatem sequendam supra diximus, cum enunciandi & scribendi soluta sit. * difficultatem hanc. Nonnulli inuenti sunt, qui Distinguere quoque sine v litera & scribere, & dicere maluerunt, adiicientes illam rationem, quod distinguere, est interposito puncto diuidere, atque diducere. nec non quidam hoc ipsum distinguere arbitrantur dictum παρὰ τὸ στίζειν, siue quod distinguatur res illa quæ scribitur, siue quod tingat id quod inscribitur: tamen in hac voce sic v literam occupauit consuetudo, vt non facile possit auelli. Nonnulli etiam varie, modo per v modo per i scripserunt artibus. vt cum iuxta significationem arcus essent, vt arcus & partus, v litera in datiuo seruaretur. Si vero essent artes, vt arces & partes, tunc idem illi casus per i literam scriberentur. Mihi videtur nimis rusticana enunciatio futura, si per v extulerimus, ita tamen existimo enunciandum, vt nec nimis i litera exilis sit, nec v literam scripseris enunciationis sono cum nimis pleno, ac meminerimus artis ὀρθοέπεια. esse, vt siue hac siue illa litera scripseris, enunciationis sonum tempetet. Idem puto & in clipeo per i scripto obseruandum: nec audiendam vanam Grammaticorum differētiam qui alterum a clependo putant dictum.

Et de H litera quæritur quæ se cum his aut inseruit vocibus, aut præposuit; inseruit, vt in his, vehemens, reprehendit, cum elegantiores & veementer dicant, & reprendit secundum primam positionem. prendo enim dicimus, non prehendo: at præposuit, vt cum dicas hostis, hatena, halicam, & haliculam, cum ab alendo possit alica dici, & alicu-lam existimarent dictam, quod alas nobis iniecta contineat. Hortus quoque non desiderabat aspirationem, quod ibi herbæ oriantur, id est, nascantur, sed tamen a consuetudine accepit. & cohortes æque a coercendo ex eodem loco dictæ sunt: & eam differentiam quidam esse voluerunt, vt cohortes militum cum aspiratione, a mutua hortatione dicantur. Item nonnulli harenam cum aspiratione, siue quoniam hæreat, siue quod aquam hauriat, dicendam existimauerunt: alii sine aspiratione videtur enuncianda. Nos non tam per illas causas, quas supra proposuimus, quam propter originem vocis; siquidem, vt testis est Varro, a Sabinis fasena dicitur: & sicut s familiariter in R transit, ita F in vicinam aspirationem mutatur. Similiter ergo & hœdos dicimus cum aspiratione, quoniam fœdi dicebantur apud antiquos. Item hircos, quoniam eosdem æque firco vocabant. Nam & e contrario, quam antiqui habam dicebant, nos fabam dicimus. Cilonem quoque & cocleam & coclearе sine aspiratione scribemus, & quicquid per consuetudinem aurium ita licuerit enunciare. Non enim firmum est Catholicum Grammaticorum, quo censent aspirationem consonanti non esse iungēdam; cū & Carthago dicatur & Pulcher, & Gracchus, & Otho, & Bocchus.

T quoque & D literæ, quæ sunt inter se affines, nonnullam habent obseruationem, ne intempestiue inuicem succedant. Nam scimus diuersas partes orationis fieri, cum modo per D, modo per T scribimus: cum T coniunctionem disiunctiuam facit, *At regina graui iamdudum saucia cura*: Ad per D, præpositionem, vt, *Ad te cōfugio, & supplex tua numina posco*. Item, quit, verbum per T scriptū, verbum est tertiæ personæ, cuius prima est queo: at per D pronomen, neutri generis. Similiter quot per T aduerbium numeri est. cui contrarium est quod per D, pronomen, & generis neutri;

aliud est enim quod volumen, & quot volumina: nam quod volumē per D scribi debet: quot volumina per T est aduerbium numeri, quod solent quidam apud poetas confundere: *Quot prius aratæ steterant ad litora naues*. qui enim per D scribunt, turbant sententiā, eum pronomen accipiunt pro aduerbio numeri. est enim, tot nymphæ, quot naues ante fuerunt. Nō dubitatur vero quin apud per D scribi debeat, quoniam nulla præpositio T litera finitur; statim melius sonat propter nimiam T literæ exilitatem. Sed vero coniunctio, quamuis lege Grammaticorum per T literam dicatur, quoniam D litera, nulla coniunctio terminatur, nescio quomodo tamen obrepsit auribus nostris, vt D literam sonet cum dicimus: *Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci Audierat*. vbi quærendum erat, contra ne ac loquimur scribendum sit, an secundum scriptionem loquendum.

Q quoque litera facit differentiam vocum, ab antiquis maxime obseruata quotiens pro aduerbio temporis scribebant, Q litera vtebantur; pro præpositione, C ponebant. aliud est enim, *Quum subito adsurgens*: aliud, *Cum fluctu*. & hæc pronomina, quis, & qui, per Q censuerūt quidam scribenda, quo magis seruaretur origini fides vt quom quis incipiet a Q si quis quod. hoc amplius, quo pinguior esset enuntiatio, o quoque inserebant, & pro qui, quoi scribebant: nos ad breuitatem festinauimus scribendi, nullam pinguitudinem limare maluimus, tam hercule, quam quo magis quod, qui genus est ἐπομολογίας. est enim cui rei, quod significat ob quam tem: ex hoc retinuit cōsuetudo hodierna, vt diceremus, quare: quo vna syllaba castigatum sit cur, quod nos contenti sumus per c scribere. Et de præpositionibus quidem ad rectam scriptionem pertinentibus, quantum memoria suppeditauit, & in præsentia interim satis sit.

AD ceteras igitur quæstiones transeamus, in quibus animaduerto apud plerosque confusam tractationem ὀρθοεπείας & ὀρθογραφίας cum inter se distent. Nam ὀρθοέπεια non quærit quomodo scribendum sit, cum ad vocis legem adlegatus sit ille, qui scripsit. Sed est quæstio in loquēdo, vt forcipes, & forpices: & arcesso & accerso (his enim minimum erit dignoscere quomodo dicantur) proinde ac dixero scribes mihi; quibus tamen adnotabimus veteres per transmutationem syllabæ forcipes dixisse. Nam & Virgilius; *Versantq; tenaci forcipe massam*. forcipes dicimus ab eo quod formū capiant. i. calidū. Et in eo quod est arcesso, accerso putauerunt quandam differentiam esse; vt accerso sit voco, tractum ab acciendo: arcesso, summoueo, ab arcendo tractum. Sed errauerunt. Arcesso enim pro eo qđ est arceo nunquam positum est. Verum, quod putant A literam obstare significationi, errant. D enim non minus in R literam transit, quam in c, cum dico & accedo & acce... quam apud antiquos in aduorso, in aruorsario. Vnde pro auriculis ab audiendo, auriculas dicimus, & meridiem pro medio die loquimur. Id ergo nihil interest, verum arcesso an accerso dicant, eadem significatione manente. At propriū ὀρθογραφίας est, quotiens in vocis enuntiatione nihil videmus ambiguum, at in scriptione tota hæsitatio est posita; vt cum dico, Troia per I vnum an per duo scribere debeam: & coicit, vtrum per vnum I, an per duo, an per tria: vtcumque est, non litera succedat I tacita, & altera I succedat rursus, altera I manente priore, quæ pro consonante posita est, & sic fiat eiiicit & coiiicit, de quare in superioribus plenius dictum est. Item, qui, verum per Q an per c debeat scribi, quia nōnulli inuenti sunt, qui Q literam illo catholico tuerentur, quod nonnulla vice per declinationem prima litera immutetur. Ita cum sit quis, cuius, & qui per Q literā censent scribendum: nec potest in quibusdā ὀρθογραφία cū ὀρθοεπείᾳ misceri, vt enuntiatio cum scriptione pariter titubet, vt in accusatore,

co-

comisatore: Vbi quæritur, geminatis cōsonātibus, an simplicibus scribendū, & enunriādum. In quib. mihi placet vt accusator per duo c, & comisator per vnū s. scribatur. nā quomodo in eo quod est incusare, cusare nihil est; & accēdere, cēdere per se nihil est: dicimus tamē & accendere & incēdere. At in comisatore vtramq; consonantem simplicem ponamus: nam aut a comitate vox ducta est, aut a Græco παρὰ τὸ κῶμον. S vero geminata vocis sonū exasperat. Sic pariter & elegantiā enuntiandi, & scribēdi breuitatem cōsequimur. Nec nō & ibi ὀρθοέπεια ὀρθογραφίᾳ cōiuncta est, vbi quæritur fœnoris, an fœneris dicant; quoniā nomen inde tractū, dicimus fœneratorem. Item facineris, nō facinoris, quoniā facinerosum vocamus. Sic etiam *delirus* placet Varroni, non *delerus*: non enim, vt quidam existimār, a Græco tracta vox est παρὰ τὸ ληρεῖν, sed est latine sulco. Itaque sicuti boues cum se a recto actu operis detorserint, delirare dicuntur, sic qui a recta via vitæ ad prauam declinant, per similitudinem translationis item delirare existimantur. Placet etiam vt Delmatiam, non Dalmatiam pronuntiemus, quoniam a Delminio maxima ciuitate tractum nomen existimetur. Ferias quoque non fereas, quoniā apud antiquos fesiæ non feseæ dictæ sunt. Item arispex ab ariuga, quæ esset hostia, non aruspex. Et quamuis commendo dicamus, tamen mando in consuetudine est. Hinc noscuntur etiām quæstiones interdum, quibus noua a veteribus discernantur. Vtrum absorbui, an absorpsi, cum ad hāc disputationem pertinere nō debeat, nisi quod proprium est ὀρθογραφίας, vtrum per b an per p absorpsi scribi debeant; & aliis sequendam b literam, quoniam sorbere dicamus, aliis p, quoniam quæcunq; apud Græcos per ψ scribuntur, & constant hac litera π σ, apud nos per p scribendum. Ideoq; in similibus seruandum, vt in eo quod est vrbs, & nupsi, & plebs, ac ceteris. Mihi vero placet vt in Latino sermone antiquitatis religio seruetur, vt potius sorbui, secundū auctoritatem eruditissimorum & eloquentium virorum dicamus, quam sorpsi; cum recens hæc declinatio sordidi sermonis virus ceperit. Item terui, & triui, nō adscribo huic disputationi, sed consuetudini, sed nouę & veteri adnotationi. nā & Virgilius secutus antiquos, cū possit dicere teruisse nō impediēte metro, maluit dicere, *Nec te pœniteat calamo triuisse labellum*. &, *Hinc radios triuere rotis*. Hinc nascuntur etiam diuersarum significationum quæstiones, actarios an actuarios & dicere & scribere debeamus, cum actuarios canes quidem ab actu appellemus; actarios vero scriptores actorum: necnon & eum qui actum agit, actuariū vocari voluerunt. Item alium esse Cilonem, alium Chilonem: & Cilones homines vocari angusti capitis & oblongi: Chilones vero improbioribus labris homines, a Græco παρὰ τὰ χείλη. Talis quæstio est circa cohortes & coortes: vbi diuersam esse significationem voluerunt Grammatici, vt coortes sint villarū, vnde homines cooriātur pariter. otiri enim apud antiquos surgere frequenter significabat, vt apparet in eo quod dicitur: *Oriens consul magistrum populi dicat*; quod est surgēs. at cohortes militum a mutua cohortatione. Nam cortes audimus quidem vulgo, sed barbare dici. De superiore differentia mihi aliud videtur, quod cū superius de aspiratione loquerer, ostendi, id quoque illum sibi locum fecisse, cū alioquin non desideraretur, vt in vehemente, & in reprehēso: cum veemēs, & reprensus sine aspiratione emendatius dicatur; nam tam militum, quam rusticorum cohortes sunt. si quidem & milites e rusticis & ex eiusdem regionis hominibus conscribebantur, vt & agnoscere & tueri inuicem possint, quod genus etiam vtilitatis apud Homerum est, qui ait, ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις.

Sane aspergo, & aspargo habent differentiam suam. Siquidem aspergo verbum, & aspargo nomen. Itaque, vt Vir-

gilius ait: *falsa spumant aspargine cautes*. Aquam quoq; per Q aquam scribẽtes, nomen ostendimus & trisyllabũ: per c vero verbũ ab eo quod est acuo, & acuere, vtinam acuam. Aurifex melius per i sonat, quam per v, vt aucupare, & aucupiũ mihi rursus melius videtur sonare per v quam per i, & idem tamen aucipis malo; quam aucupis; quia scio sermonẽ & decori seruire, & aurium voluptati, vnde fit, vt sępe aliud scribamus, aliud enuntiemus, sicut supra locutus sum. De viro vero & virtute, vbi i scribitur, & pæne v enuntiatur, vnde Ti. Claudius nouã quandam literã excogitauit, similem ei notæ, quam pro aspiratione Græci ponunt, per quam scriberentur eæ voces, quæ neq; secundum exilitatem literæ neq; secundum pinguitudinem literę sonant, vt in viro & virtute; neq; rursus secundum latum literę sonũ enuntiarentur, vt in eo quod est legere, scribere. Itaq; audimus quosdã plena omni syllaba quoi & tibei, pro cui & tibi, quod multo vitiosius est, quã si tenuitatẽ i literæ custodirent. Est autẽ vbi pinguitudo v literæ decentius seruatur, vt in eo quod est volumus, nolumus, possumus. at in contumaci melius puto i seruari: venit enim a contemnendo; tametsi Nisus & contumaci per v putat posse dici a tumore. Comprimo quoq; per i malo scribi, quamuis cõpressus dicatur; & e cõtrario, decem audaci⁹ dixerim, quamuis inde decies trahatur, quoniam, vt supra dixi, sono vsitatiore gaudet auditus. Niso etiam placet, vt beníficus per i scribatur, quomodo maleficus, quod vides consuetudinẽ repudiasse. Non. n. si hæ duæ literæ E & I prius affinitatis recipiunt immutationem, ideo necesse est illas vbiq; semper immutari. Item antiquos ait per E & I scribẽdũ, quod significat antiquei, quod mihi frigidum & ineptũ videtur, & multo frigidius illud, quod illei quoque apud illum in vtraq; syllaba per E & I scribatur, quod sit visum: in superiore. n. nomine est saltẽ aliqua mentio E literę, etymologia nulla. sane basim & peluim per I, scribamus, quoniã & basicula, & peluicula scribatur, & ablatiuo casu finiantur ab hac basi, ab hac pelui. Alimenta quoq; per I elegantius scribemus, quam alumẽta per v. Quasdam vero scriptiones antiquis relinquamus, vt in eo quod est cur: illi. n. per quor scribebant, vt supra dixi. nam & ipsum cui. per quoi, quo pinguius sonaret contenti sumus per cui scribere, vt plenitudine quoi sufficiat. Namq; mium, & cõmircium quoque per i antiquis relinquamus, apud quos ęque & Mircurius per i, dicebatur, quod mirandarum esset rerum inuentor; & Varro dicit nostris iam auribus scilicet per E, & vt Mercurius & commercia dicantur. Item miis per I, nõ meis per E, vt Terentius: *At. n. istoc nihil est magis Syre miis nuptiis aduorsum*. Coniunx & seiunx sine N putat Nisus esse scribendũ, quoniã genitiuo casu faciat coniugis, & seiugis. Mihi videtur non euellendam hanc N literã, qua sonus enuntiationis insistit. Nam quãuis idem ait non esse onerandam superuacuis literis scriptionem, rursus non fraudandum sonum existimo, cum & leuior ad aures, & plenior veniat, vt in abstinente arcessitum est, vt in ambitum B. si ergo licet cõiugis genitiuo casui, & seiugis, coniux tamen, & seiux subtracta N litera & difficilius enũtiabitur, & asperi⁹ aurib. accidet. Sane illo catholico se Nisus tuetur, quo dicit in declinationibus literã perire, quæ sit in primis positionibus, vt pudens pudentis. prudens prudentis: Ita si cõiux habet N literam, necessarium, inquit, erit, & genitiu⁹ quoq; N literã habeat, vt sit quo ipsa spectare debuit: nã quod amphiboliæ tollendæ gratia consuetudo N literam omiserit, ambiguum vtrum ab eo est quod coniunx trahatur, vt a nomine, an a verbo quod est coniungo. Non esse item illud verum, quod quidam putant seruandam esse vtrique N literam a prima positione, p ceteras declinationes manifestũ est, vel ex his, quod fingor dicimus, & tamen fictus, & pingor, & tamen pictus: necnon & ipsa N litera in locum

M re-

M redit, vt cum dicimus clandestinum, eũ ab eo trahatur quod est clam: itẽ sinciput quod est semicaput. sed non vbiq; obtinendum. nam & nonnunquam plenius per N quã per M enuntiatur. ac tum dico etiam nunc, quamuis per M scribã, nescio quomodo tamen exprimere nõ possint. sequenda est nonnunquam elegantia eruditorum quod quædã literas leuitatis causa omiserunt, sicut Cicero qui *Foresia, & Megalesia, & Hortesia*, sine N litera libẽter dicebat: & vt verbis ipsius vtamur, *posmeridianas quoq; quadrigas*, inquit, *libentius dixerim, quam postmeridianas.* Sic & dossum per duo s quam per R dorsum quidam, vt leuius, enuntiauerunt, ac tota R litera sublata est in eo sursum & retrosum. Cocum nõnulli in vtraq; syllaba per Q scribunt; nonnulli & inserta v. In verbo etiam coquere pro quoquere Nisus censet, & vbiq; c literã ponendam tam in nomine quam in verbo; quod mihi nimium videtur exile. Nam sicut nõ est prima syllaba oneranda, sic sequens videtur explẽda, eo decentius apud Virgilium legitur, *& certam quatit improbus hastam*, secunda syllaba per Q scripta, quã vt vtraque per c enuntietur K. Locutionem quoque Antonius Rufus per Q dicit esse scribendam, quod sit ab eo quod est loqui. Item periculum & ferculum, quę nomina contenta esse c litera existimo tam hercule, quã illa vitiose & dicere & scribere. Per quo, Quotidie dicunt; quam per co, cotidie, cum & dicatur melius & scribatur non. n. est quotidie a quoto dictum, sed a continenti die cotidie tractum. Nimium rursus elegantiæ sectatores nõ arbitror imitandos, tametsi Nisus auctor est, comesæ & esuesæ per vnum s scribamus: & dicit rationem, quia iuxta productam vocalẽ consonans progredi non soleat; & quoniam antiqui non geminauerint s, sed loco geminationis notam superposuerint. in quibus error eius manifeste deprehẽditur: nam geminare cõsonantes productis vocalib. iunctas vsus ostendit; in quo dicimus etiam errasse, saltasse, abiecisse, calcasse: Quis enim nescit malum vna L litera scriptum distare a mallo, eodem elemento geminato. Illo vero argumento, quo dicit notam solitã superponi, ostendit in enuntiatione solere geminari. Et quid iam interest vtrum notam an literã ponas, cum alterutrum tibi necessitas exprimat? Sane in eo quod est narrare, obseruatum est, vt vnum R scriberem, quoniam venit a gnaro, cui contrarium est ignarus. Rursus quia pullum per duo l scribimus, obseruauerunt quidã vt paullum, repetito eodẽ elemento, scriberent; quod mihi non videtur: quoniam enuntiari nullo modo potest. & non est necesse id scribere, quod in verbo nõ sonet. Hic autem in longitudine syllabæ antecedentis huic literæ obstatur. Est enim quam Græci dicunt διφθογγος, iuxta quam omnino geminari consonans nõ potest. Nonnullũ synalœphas quoque obseruãdas circa talem scriptionem existimauerunt, sicut Verrius Flaccus, vt vbicunque prima vox M litera finiretur, sequẽs a vocali inciperet, M, non tota, sed pars illius prior tãtum scriberetur; vt appareat exprimi non debere. Est etiam vbi vocales subducebantur, si id aut decor compositionis, aut metri necessitas exigat, vt *Adeo in teneris consuescere multum est.*

De aspiratione nisi fallor aliquid iam locuti sumus, repetendũ tamẽ existimaui sermonẽ, ꝑpter eos qui hymnidẽ hyacinthũ, & hymenæũ varie scripserũt. Alii H. præponendam aspirationem putauerũt; alii tanquam non necessariam omiserũt, quoniam scilicet in cõmuni lingua Græcorum nunquam non aspirationem in se habet v litera quotiens inchoat voces: nã quod ad Latina pertinet, in quibus late aliquid ambigitur, antiqua cõsuetudo respicienda est, quibus moris fuit, pro hac aspiratione literam dicere F. Itaque harenam iustius quis dixerit, quoniam apud antiquos Fasena erat, & hordeum, quia Fordeum, & sicut supra diximus hircos, quoniam Firci erant; & hœdi, quoniam Fœdi.

FLAVII CAPRI,
GRAMMATICI VETVSTISSIMI,
De Orthographia libellus.

HÆc via quo ducit, dicimus; non, vbi. Cato descendit, dicimus; non, discendit. Et interrogamus, Quo die, vel qua hora solet ire foras, & esse foris. Iactati in litus, dicamus: Delati in portũ. Introimus vel Irrumpimus: Intus, sumus. Vado ad Grammaticum, vel ad medicũ: Disco apud istos, dicendum. In profundum nummi, & In arcam conduntur. Et Inuehor & Iocor in Marcum. Incidit in manus meas inimicus: & In manus aquã poscimus Veteres &, Aquam manibus pedibusq;, dixerunt. In mentem venit, non in mente. Oblitus ne sis nostri, non, nos; veteres tamen & hoc modo dixerũt. Inuideo tibi diuitias, non diuitiis. Commestor, & commesta, commestum vti dicas, mestor, mesta, mestum scribis. Cella penaria, non pinaria dicendum. Præcoca dicendum: Præcocia deridendum. Pepiraria mola dicendum non est; sed Piraria. Thesaurus, sine n scribendum, & cætera. Misertus mei, per genitiuum: dicendum: per accusatiuum Miseratus me. Pecto caput non Pectino; & Pexũ, non Pectinatum, sic & Pexi memet, & Pectã cras. sic Nexi a necto. Et Ructo & Nauseo dicendum; quamuis quidam veteres dixerunt Ructor & Nauseor. Non egeo, non eges, non eget, dicimus; non autem, egeor, egeris. Dico me victutum, dico & illum victurum; non victiturum vel vinciturum. Et Picturum dicendum; non pictiturũ vel pinciturum. Fido mihi, & Confido tibi; & Fidimus nobis, Confidimus vobis. sic Fidere media syllaba correpta. nam si esset Fideo, vt rideo, tepeo, faceret Fidere, vt ridere, tepere. Sordet, Acet, Anet, Floret, Tabet, Squalet, Splendet, Viget, Ater, hæc perfecta sunt: at inceptiua sunt, Sordescit, Acescit, Anescit, Florescit, Squalescit, Splẽdescit, Vigescit, Arescit. Suffragor, non suffrago; & sic Suffragatus sum, non suffragaui. Euentura mihi præsago, is, it: nos præsagimus, vos præsagitis, illi præsagũt. Hic pectẽ, hic rien hic hẽ; sic tibicen, fidicẽ, liricẽ dicendũ. Præses Præsidis. Ambo & Duo in nominatiuo: Ambos & Duos in accusatiuo Acer, Inerm?, infirmus, faciũt pluralem; acri, inermi, infirmi. at Acris, Inermis, Infirmis, faciunt pluralem acres inermes, infirmes. Sed Hilarus hilari facit: Hilaris hilares. Sic Nostri, nostrorũ, nostrum, venit a nos; sicut Vestri vestrorum, venit a vos. Vas vasi facit, non vasibus; & vasorum non vasuum. vasis facit genitiuum singularem, & datiuo plurali vasis genitiuum vasorum. Odea, Musea, Serapea, Isea, Mausolea, caducea. Dicendũ non est sorbo, sed Sorbeo; nec sorpsi sed Sorbui. sic & Absorbui, non absorbsi, vt Lucanus. Coactus non coctus dicendũ. Abscondi non absconsi; & Abscõditus non absconsus. Alter de duobus, Vnus vel pluribus vel tribus. Descendi in solium maius, non maiorem. Fruitus sum illam rem veteres dixerunt; non fruitus sum illa re. Somnio dicendũ est, nõ somnior; & Somniaui, non somniatus sum. Græca nomina vt Phryne, Phalãx, Phronimus, Phaleræ, per p & h scribẽda sunt: Latina

Latina vt Fallere & Facile per f scribenda sunt. Si præpositio erit, Cum per c scribẽdum; Vel aduerbium temporis aut causale per q. Sine n scribenda sunt Millies, Centies, Decies: Sed Quotiens, Totiens cum scribitur, per n scribenda sunt. Per d scribitur, Quid dicis, Quid agis, Quid legis, Quid scribis, Quid facis: per t autem, verbum vbi erit, scribitur, vt Inquio inquis, inquit, Eo is, it; aduerbium numeri Tot, Quot, & monoptoton vt Lact, plurimi negant illud nomen muta posse finiri, & ideo dicunt Lacte esse; non lact aut lac. Ad præpositio, per d: At coniunctio, per t scribi debet. Exsul cum addito s scribendum est, etymologiæ causa, a solo quod vertit. Formosus sine n scribitur, ab etymo quod est, forma. Nactus vno n scribendũ; nanciscor duobus. Quicquid, in priore syllaba c litera, in secunda d scribendum; quoniam d inter duas vocales diuidit; sic Quanquã priori syllaba n habere debet, non m, ne similiter duas esse voces aliquis ostendat. Atqui careat n: similiter Alioqui Haud dolo sic recte scribitur. Narratio per duo r. Querela, Loquela, per l simplex. Mas erit in positione, in diminutione Masculus, non, vt quidã, Mascellus. Pronomen. Nostrum ac vestrũ, si scriptura diuidenda sit, s litera posteriori syllabæ applicari debet; quoniam s literam sequitur t muta: sic si Maiestas scribas, stas in diductione vocis esse debet, non tas; sic in similibus. Tunc, temporis aduerbium; Tum, ordinis est. Si l & o est, tunc ante ton est nũc. Si o & oi vero, tum ante ron est cum vel quũ. Modo, præteriti temporis est, & ideo dicendum, modo scripsi, modo feci, non, modo scribo facio, quamuis quidã veteres & præsentia putauerint. Circiter ad numerum refertur, Circum ad locum, Circa ad tẽpus, quod est κύκλῳ. ergo dicimus Circũiisse nos vrbẽ, nõ Circaiisse. Superest, restat significat; Superat, eminet, vt, *superãt capite & ceruicibus altis*. item, *Egressi superant fossas*, transeunt vel euadunt significat. *casus superauerat omnes*, pro, euaserat, humanos loquitur. *capta superauimus vrbi*, pro, superuiximus. *superent quibus hoc Neptune dedisti*, pro, vincant. itẽ *Amissa sol⁹ palma superabat Acestes*, pro, restabat. Spectare per s, θεωρεῖν: Expectare, ἀναμένειν, id est, venturum sperare. Demitte est deorsum mitte: Dimitte ἀφίει, id est, laxa; Dismitte non dicas. Fidus amicus erit famulum, Fidelem dicito. Coram illo dicẽdum est, nõ Palã illo, nam Palam ad multos refertur. Palam factũ, de multis habet significationem, etiamsi hoc veteres variauerunt. Cognoscimus ignorata & inuisa: Agnoscimus quæ nobis exciderãt. Illius similis ad mores refertur: Illi similis ad vultum. Clypeum ἀσπίδα: Clupeum ornamentum dices. Vorsus paginæ dicetur: Versus participium a verbo vertor. Alias, temporis aduerbium quod Græci ἄλλοτε: Aliter, ἄλλως. Cilo est angusto capite, cui hoc contingit in partu: Chilo dicitur modum labiorum excedens. Collactaneus est eisdem mammis educatus: Collacteus, quia vno eodemq; lacte creatus est. Lactens, qui lacte alitur: Lactãs qui decipit. Lacteus, lacte abundans, velut *lacteas ficus*; Lucillius, *Lactentia coagula cum melle bibi*. Lactea candida sunt, vt *lactea laudat brachia* dicit Horatius. Suscipimus, ad animum & ad corpus refertur; ad animũ, vt, *susceptũ perfice munus*: ad corpus, vt *suscipiunt famulæ collapsaq; membra*. Suspicimus aliquem venerantes. Accidere aduersi aliquid dicito: Contingere aliquid pulchrum est. Quãdudum interrogantis est: Iamdudũ respondentis. Cales dicendũ, vbi materia est, per es: at cũ pedis est, Calx per x. Mihi datiuus est: Mi vocatiuus. Inuidus est, qui inuidet: Inuidiosus, qui inuidiam sustinet. Terga hominis tantum, Tergũ singulariter facit: quadrupedũ erit Tergus, pluraliter Tergora, id est, coria. Tergus quoq; inuenio dici, & esse eius plurale Tergora. Noctu tẽporis est aduerbiũ; Nocte nomẽ est, Noctu dicim⁹ cœnaui; Hac nocte nihil breui⁹. Cõmoda. i. χρήσιμα: Accõmoda, apta. Olea, arbor est. Oliua, fœtus: Oleũ,

liquor. Flemina sunt vbi abundant crura sanguine: Plemina cum in manibus vel in pedibus callosi sulci sunt. Vortex fluminis est: Vertex capitis. Licet, ἔξεστι: Liquet, δῆλον, φανερόν ἐστι. Pauperies damnū est: Paupertas, ipsa conditio. Fœdus sancitur religione: at Sponsio pœna est. Mãmas esse hominis scito: at pecoris Vbera. Bucina erit tuba, qua signum dat bucinator: Bucinus ipse canor ex hac editus. A patria Patriū dices a patre Paternū. Precor prospera: Imprecor tetra. Cruor dum manat Sanguis est: effusus vero Cruor fit. Sumimus ipsi: Accipimus ab alio. sic cum dabimus dicendum est, Accipe; cum permittimus ipsi tollere, dicendū Sume. Pone, loci aduerbiū est: Post temporis: post secus nihil omnino est. Barbam hominum: Barbas pecudum dicimus. Vultus mutatur: Facies manet Mœstum animo: Tristem aspectu dices. Calua κρανίον vocatur, licet Cælius & Varro Caluariã dicant; nam Caluariæ plurale est caluæ ossa, quæ sunt & singulariter Caluaria. Protenus per e aduerbium locale est. i. portotenus vt, *cū protenus vtraq; tellus Vna foret*: Protinus per i aduerbium est tẽporale, id est, statim, *Protinus AEneas celeri certare sagitta*. Quatenus per e, aduerbiū est. Quatinus per i, coniunctio causalis, vt si dicas, *Quatinus hoc sine plagis non facis, en tibi plagas*. Aduerbium est autẽ Quatenus aut tẽporis aut loci; tẽporis, cum dices, *Quatenus hos mores exercebis*; loci, cū dicimus, *Quatenus ibimus esse*, id est, in vnum manducare. Buxus arbor est: Buxū autem, materia ipsa. Hic malus, nauis est: Hæc malus, frugifera arbor. Pinnas murorum: Pennas auium dicimus. Laserpitium florẽ: at caulem Laser dicimus. Exprobrat, qui commemorat, quæ præstitit: Opprobrat, qui opprobrium obiicit, hoc est vitium. Scorpio bellica res est. i. sagitta: at Scorpius animal est. Adulescẽs nomen est: Adolescens participium est. Primo pedato, nō pedatu, dicendum est. Ne quidẽ fieri potest, non est dicendum; sed, Ne fieri quidẽ potest, vt distinctum sit Vir prætorius & Quæstorius, nō prętoritius & quæstoritius dicendū. Pulchra Liburnica dicendum, nō pulchra Liburna. Vę datiuus & accusatiuus sequi debẽt, non alius, vt, vę populum Maurorū, &, vę populo Maurorum. Salsamenta proferre ne timeas, quia latinum est. Duo tanta ac Tria tanta, Duplū ac Triplum, in vsu veteres habuerunt. Omne animal Pecus, excepto homine, vocitandū est. Mox aliã ordibor telã; & ordiar telam, vtroq; modo veteres dixerũt. Hic Aculeus, hic Pluteus, Puteus, Cuneus, Laqueus, Postis, Margo, Veper vel vepres masculina sunt. Hic Cardo, hic Axis, Modius, Sextarius, Congius, Orbis, Gladius, Sãguis, Venter aquiliculus, hic Vectis, Flos, Ros, Pons; hoc Lutum atq; Macellum, singulariter exire memẽto, licet Mẽmius, *ista macella* dicat, & Cæsar, *luta*. Rete hoc dicis, hæc Retia pluraliter. Reticulū ac Reticula vsurpandū. Omnia nomina in Is masculina sunt, vt hic funis, crinis, cinis, amnis. Hic Radius, non Radium. Ille sale aspersus est Musarum; non hoc sal, vel sales. Sed hic Sal erit, quod edimus, hi Sales pluraliter, vrbanitates alicuius Hic Puluinus mollis. Idẽ producte, refertur ad personã masculini generis etiã in plurali numero, vt, idẽ lupus, & iidẽ lupi: Idẽ correpre neutri, & ad rem refertur, vt idẽ scãnum & idẽ rus. Mi Paula & Mi Æmilia nō dicendū; quia Mi generis masculini non feminini est; & ortum a prima positione mius, sed dicimus, Mea Paula & Mea Æmilia, Meum caput, Meum brachiū. Nec nō ille solœcismus, vbi dicier audis, Omnibus & maior & melior animi, cum syncresis omnis alter vbi est fiat; prælatio vero vbi plures sunt. ergo, Illustrior luna Sol & omnibus astris, haud dicis, Cunctorū autẽ illustrissimus, vt & similiter, Multo est hic dignior illo, Dignissimus illorū, dicẽdū est. Sic Potius ę duobus dicitur: Potissimus omniū. Primus de multis: Prior e duobus dicitur. Mustaceus siue Mustaceū, ad genus referẽdū est, quasi accidẽs hoc potius, aut illud per se nihil sit, sed sit plane πρός τι, Mustaceus

ceus panis recte dicimus, & Mustaceum librū. Sic militis puer Galearius recte dicitur, nā Galearia solœcismus, nō est puer galearia, nā puer ac sic rite voces, puer est galearius, hic asolœch⁹. Hoc Cerebrū est, nā Cereber qui dicūt sine cerebro viuūt. Respōdidi nihil est: Respōdi dic Ciceroni. Bargina nō Bargenna .i. homo vitiosæ gentis; quia Barbarus interpretator vitiosus, vnde & Barbarismus dicitur vitium. Vasa ista hæc vinaria sunt: Vinaria cella vulgus adhuc retinet de prisca recti verbi loquela. Sobrius per t nō per e scribendum. Sedi, non secus te, sed secundū te, dicendū. Ludos longe egregios aliquē fecisse dices, non dedisse. Vir ducit: Mulier nubit, quia pallio obnubit caput genasq;. Induxit pro decepit: Seduxit nō dicimus, nisi ἀπάγειν, cum significamus, in aliam partē duxit, vt, Seduxit foras. Patre ac matre Caret quis, cognato, fratre, soro reue; non opibus Caret aut nūmis Nongentos, non nōcentos, ab nouē, Nonagies Nongenti, Nonaginta. Castigauit me vti dicas, non, Corripuit me. Hic Lanius nomen est: verbum autē Lanio, lanias; at dixerunt tamē & Lanio, in nomine. Rostra sunt auium: nam Pro rostris quod dicimus, ante rostra significat vt Pro muris. Sic errāt, qui proscenia appellant, i. scenā operosā fabricant, & aduersæ caueæ, quę apud gręcos de fronde ornantur, vmbręque causa fiebant, scena dicebantur, vnde rectius pulpita Proscenia quæ ante scenā sunt proscenia appellabantur. vt, *veteres ineūt proscenia ludi*. Inuersis armis gladiatores pugnasse nō est dicendū, sed versis, id est, transmutatis; sed nec Inuersis pannis agitasse aurigas, sed versis. Balnea dic Lauant, non Lauantur; at ad homines vtroq; modo possunt dici. Quadrigas, Trigas, Bigas pluraliter efferūtur. Antennas quoque a priscis non aliter memoratas, nisi numero plurali. Carcer, semper generis masculini, singulariter dicitur, in quo homines coercētur: pluraliter vero Carceres, vnde cursus effundūtur. Participiū a Nomine tripliciter discernitur: cōparatione, declinatione, significatione. Numeris nomina cōmunia sunt, Sedes, Spes, Clades, Labes, Res. Frequentatiua verba sunt, Cursito, Pransito, Lectito, Dictito, Cursito, Vectito, & Ito, Abitoq;. Cum de genere alicuius nominis ambigis, pluralē cōsule numerū, vtputa si quæras, hic Pratus sit, an hoc Pratū; plurali numero facitar Prata, nec recipiatur hi Prati, manifestū est genus. Cōfessiua fit vox & duplici voce abnegatiua, vt, *Non nolo*, ostēdo .n. me velle, &, *Non nescio quæ tibi vita est*, & *Non nūquā prādeo*, &, *Nec nō est liberare mihi*. Rumigat nihil est, Sed Ruminat & Rumino. Dilibuit dicit vnguēto, nō Delibuit. Laquearia, non Lacunaria. Linteo mercator dicetur. Y literā nulla vox nostra adsciscit, & ideo insultabis Gylā dicētib⁹. Sub dio legimus vel audimus, de eo quod est, subiungebāt veteres & dicebāt, Sub diuo cælo. Martulus est sacerdos a Marte, nō Marculus. Sæua fames, nō Famis dicendū est. Filicē, non Felicē, dicere debemus; Vnde & Filicata opera dixerūt celata, & Filix, quā ita credo dictā, quod sit minus felix arutæ. Pollenta nō Pullēta dicendū est. Fictū rationis est: Fixū vetustatis. Vt pingo Pictū, sic fingo Fictū participialiter facit. Gobius piscis, nōnūquā Gobio legitur. Torpedo non Turpido. Nequā nō malū significat, sed inutilē, & est monopton, vt frugi. Vensica n habet; quia non est sine vento. Eā semper dicendū est, nā nihil est Iam. Itē non Iamus, sed Eamus. Montuosam Italiā, siue Sardiniā, memorato. Scriptula dicēdū est, nō Scripula. Tingere dicendū est, nā Tinguere; quomodo Intingo & Tingis, Tingit. Ingenii profer, sicut Officii; quia null⁹ a recto casu minor est genitiuus. Inscitia dicendū, nō Iscia; quia nusquā sine n pronūciatur. Audacter latinū est, sed, Audaciter melius. quia nomina in x litera terminata, in aduerbiis ter assumūt, vt atrox atrociter, ferox ferociter, velox, velociter. Flagris sine c dicēdū. Sclatatis sine c litera scribēdū est, a Sclata rate piratica. Stillionē dicito, ad similitudinem stillarum.

CAPER DE VERBIS DVBIIS.

N ſingularibꝰ verbis multa dubie habentur, ea per ordinem exſequemur.

Auellanæ nuces, non Abellinæ. Acris & Acer: quamuis dicant plerique Acris femininũ eſſe, Acer maſculinũ; ſic Alacris & Alacer. Accerſire ab accerſiendo. Arceſſi, non Arceſſiui. Açcuſare, arguere. Incuſare, queri. Accipiter, non Acceptor. Adulor illi. Aſſentio, quia Aſſenſi, non Aſſenti. Aſtringe, nõ Adſtringe. Adulterina, non Adulterata. Adultera, quæ adulterat. Aduenticia cæna, non Aduentoria. Æmulor illum, non illi. Alliũ, non Allius; quia Allia. Alueus hæc nunc ſedapium. Hæc Alica non Halica. Hic Allex nõ Alica. Alioqui, affirmatiuũ eſt. Amolum, non Amulũ, quod nõ molatur. Ambobus, nõ Ambis; & Ambabus. Amplector ſemel: Amplexor ſæpius. Ambirio, quũ fit: Ambitus, cũ factus eſt, amararato. Hęc Anas & enes vtrumq; femininũ eſt. Angor nomẽ & verbũ eſt. Antidotꝰ hæc. Aquilus color nigro proximus. Arcubus pugnatur, ſunt.n ab Arcu: Arces autẽ Arcibus faciunt. Artus Artubus. Artes Artibus facit. Arteriæ hæ. Artolaganus ab aſſidendo. Attaginæ hæ. Atramentariũ, nõ atramentale, vt Lignarium, vt Armariũ. Auſterus non Auſteris, & Auſtera; & Auſtere, non Auſteriter. Itẽ Auſtera & Auſterum. hic non hęc. Aſſiduus non Aſſeduus, ab aſſidendo. Auſcultare nõ Aſcultare. auſi. Axiculus hic; quia hic Axis.

Baculũ hũc, nõ hoc. Balneũ, & Balneus, nõ Balineũ. Binas tabulas dicimus nõ Duas, ſemper.n. plural. Tabulas dicimꝰ. At Epiſtolas duas, nõ Binas; quoniã ſingular. Epiſtola dicitur ſic & Gręci obſeruãt. Beberę non beber. Brachas, non Bracas.

Canabe hoc, nõ Canabis. Carbasꝰ hęc, non hic Caduceus hic, nõ Caduceũ. Catinus hic, non Catiblis. Caminus hæc, nõ Camiliæ. Cardo hic, non hæc. Camarus, non Camurus. Cetherię tabernæ, quę nunc Rethariæ non recte dicuntur. Circinus, non Cercinus. Cumis hæc, nõ Cumen. Cinctus, non Cinctũ. Cinis hic vel hęc, nõ hoc. Cliens tam hic quã hæc. Clibanus hic, non Clibanũ hoc. Clatri hi, nõ hæc Clatra. Clunis hic, non hæc. Cuturnices non Cocturnices. Colus hæc, in lanificio. Corbes hæ, non hi Cornu bouis: Cornus arbor. Conſueo, non Conſuo; Conſuere, vt Feruere. Congius hic. Coclea ſine h. Cocinaria, non Cocinatoria. Coluſtra recte. Cruſtulum hoc. Crebro, non Crebre. Cucurbiciũ pirũ, non Cucurbitinum. Cucumis, non Cucumes. Cuniculum hoc, vt Varro; alii hunc.

Delirare, & Delerare, ἀπὸ τοῦ ληρεῖν. Dii non Dei, nam & Deabus Cicero dixit. igitur Deis ratio, Diis conſuetudo. Delitum non Deletum, quod deleuerit. Dipluma, non Duploma, aut Duplomũ. Dis pater, non Diris. Dorſum, non dorſus.

Erumna, non Eramna. Ebur, nõ Ebor; quia Ebur nomen eſt. Elephas, non Elephans. Enutrie alica recte. Eligãter, ab eligẽdo. Exẽplar, nõ Exẽplare: Exẽplar autẽ quod trãsfertur: Exẽplũ quod nõ trãsfertur; quanquã alii cõtra. Exter autẽ ἀπὸ τῶν ἐντέρων, a viſceribus ab interioribus.

Fabrica vrbis: opera Fabrilia. Faſcinum hoc. Fex pluralẽ non habet. Feruunculũ a feruore, non Furuunculũ. Ficus non Ficos; nec Ficibus, ſed Ficis. Fido, nõ Fideo. Fibres hi, non Fibræ. Filiabus recte. Forceps fabri. Freni hi, & hæc Frena, & hoc Frenum. Hæ Fruges, non hi Fruges. Hæc Frons & Frontes, hominum; Frons & Frondes, arborum.

Gelu, ſine s. Gibber, vitiũ: homo, Gibberoſus Glutinũ, nõ Glus; Virg. *glutẽ* dixit. Gluttus, a glutire; & Ingluuies gula. Gra-

Gratuito ratio: Gratis consuetudo.

Hapsum vellera lanæ, non Hapsits.

Intro, in locum: Intus in loco. Incudē hanc, recte. Insipiens, non Insapiens. Itiner in ratione: Iter in consuetudine. Iuuentus multitudo: Iuuenta Dea: at Iuuētas ætas.

Marginem hunc, non hanc. Manulei hi, male Manulea, aranea recte dicitur. Meles bestiæ quædam, non Melones. Materia, non Materies: quia Materiarū. Malleus hic, non hoc Malleum. Menda & Mēdum, recte. Margarita hæc, feminino; & hæc pluraliter, neutro. Mereor de te: Mereo æra Mergentes mersorum; Mergi aues Mordicus, recte. Motacilla, recte.

Ningit sic efferunt, non Ninguit non inculcor recte.

Ostrea, & ostreas; quia nullum animal speciale neutrum est.

Palmam in mensura: Palma in manu. Patrus patribus; at Patres partibus. Papebræ genæ: Palpebræ pili. Pexo capillos, & Repexo recte. Pelagus neutrale est; non habet pluralem. Pessulum, non Pestulum Priuilegiū, quod priuet legiū, non Primilegium. Prunā feminine carbonem; Pruna neutraliter poma. Pumex hic, recte. Puteanam, non Putealem. Puluis hic, non Puluer.

Quadra amphora. Quatinus, causatiuū est; Quatenus, loci aut tēporis. Quādo, temporale: Quanto, causatiuum.

Rapum hoc, non Rapa. Horū Retiū non Retum, quia genitiuus nunquam pauciores syllabas habet quam nominatiuus. Rete hoc.

Sartum, non Sarsum. Sanguis hic, nō Sanguen. Sarcinatorem, recte. Sepes hæc, recte. Sas hic: Sales ioci sunt. Scrupulus hic. Serpentiū, non Serpentū. Similaginē farinam, recte. Sterquilinium hoc. Striget, Striges, non Strigę. Striga in turma, vbi equi distringuntur. Stipes, non Stips. Sternutat, nō Sternuat Stimulus hic. Succilus, cū se sanguis cillio suffundit. Ciliū autem inter oculos & superciliunt est.

Talio hæc. Tenta & Extenta recte. Tersum, non Tertum. Tundo & Tutudi.

Vallus hic, quo frumentum excutitur. Vatillū hoc. Vates olim Vacios dicebāt. Vas, alii Vasū. Vesper, stella: Vespera tēpus. Vectes hę & hi, vt veteres Vngues, non Vnguis. Vulpes hæc, quasi Volupedes. Vtensilia, & Vtilia. Opilio, non Vpilio. Vtrisq; manibus, & Vtraq; manu, recte.

Metor metaris, eligo: Metior metiris, mensuro: Meto metis, incido inseco. Clientulus nutritor. Alumnus dicitur ab alendo, & qui nutrit, & qui nutritur. Pædagogus nutritor paruulorum. Heho, imitatio vocis.

Q. TERENTII SCAVRI DE ORTHOGRAPHIA ad Theseum.

SCribendi autē ratio quatuor modis vitiatur: per adiectionem, detractionem, immutationem, adnexionem. Per adiectionem, vt quum Querellam per duo l scribunt; quum querulus sit, nō Querullus. Per detractionem, cum Ædus sine adspiratione scribitur, cū alioqui cum ea debeat; quoniam apud antiquos Fædus sit dictus. & vbi illi f literam posuerint, nos autē h substituimus, vt quod illi Fordeum dicebant, nos Hordeum; Fariolum, quem nos Hariolum: similiter Fædum, quem nos Hædum dicimus. Per immutationem, vt cum At cōiunctionē

per d scribunt,& eandem quoties præpositio sit,per t;cum alioqui econtrario debeat fieri. Per adnexionem, vt cũ in verbo Nescio sliteram priori syllabæ coniũgũt,cum posterioris initium esse debeat, est enim ne scio nam Ne, pro Non positum est apud antiquos; significat Nefrẽdes porcos. qui sunt sine dentibus.id est, qui fabã frendere non possunt: Nesapus, qui non sapit; ita & Nescio,nõ scio, diductis in verbum & aduerbium syllabis.

Recorrigitur vero regulis tribus: Historia Originatione, quã Græci ἐτυμολογίαν appellant, Proportione,quæ Græce ἀναλογία dicitur. Et Historia quidem, vt cũ Sed per nouissimã literã d scribimus; quoniã antiqui Sedum dixerunt, & per abscisionẽ pars remanserit. At Originatione,vt cũ dicimus Inchoare,cum adspiratione scribendũ, quoniã a Chao dictũ, quod fuerit initium omnium rerũ. Proportione.vt cum dicimus Equom & Seruom,& similia debere scribi,quia antiqui per vo scripserint, quoniam scierunt vocalem non posse geminari,credebantque & hanc literam geminatam vtroq; loco in sua potestate seruari, ignorantes, eam præpositam vocali,consonantis vice fungi,& poni pro ea litera quæ sit f. Deinde quod omnia nomina feminina nominatiuo singulari A finita, quoties in masculinũ transeant.seruatis præcedentibus literis,nouissimũ A in V vertãt & adsumta s,contrarium sexum significant, vt iusta, iustus,casta castus;pia pius:ita & equa & serua,præcedentibus literis seruatis, & V pro A substituto,equus & seruus & equũ & seruum; per uus nõ per o efficere; excepto vno, Auia, Auos; vnde apparet Auom debuisse dici.

Redditis ergo vitiorum modis, & emendationis regula exposita, antequã ad ea veniam, circa quę scribentiũ error argui solet, necessariũ putamus, ante cognationem explicare literarũ,quoniã huius quoq; notitia hæsitantibus sæpe succurrat. Vocales itaque inter se mutuis viribus in declinatione funguntur, vt ago egi,tango tetigi;salit exilit;salsus insulsus, quod non minus in extremitatibus nominum apparet, cũ iustus, iusti,iusto, iustæ,dicimus, vni literæ subinde succedẽtibus cæteris. Nec minus consonantes,vt F & H;vtraq;.n.vt flatus est.quare quem antiqui Fircũ nos Hircũ; & quam Falisci Habam,nos Fabam appellamus; & quẽ antiqui Fariolum,nos Hariolum. Item L & D & R & S, cuius rei maximum argumentum est, quod qui r exprimere non possunt, aut l dicunt, aut s. Nec minus quod Capra per diminutionem Capella dicatur & Frater Fratellus. Item Furuos dicimus, quos antiqui Fusuos: & Aras, quas illi Asas & Lares, quos Lases. Item Sellam quam illi Seddam & Attulit. Attinet t pro d substituto. M deinde & N consentiunt,& pene idem sonant, vt distinguendorum sonorum vtriusque literæ causa dicere antiqui præposita l quam n maluerunt,hoc probant etiam Græci, qui vbi nos m literam ponimus,n ponũt, vt graphium,γραφεῖον,vt salũ σάλον,& similia. X litera cognata C & G,quod lingua paulũ sublata hæ dicũtur. vt ab eo quod est lux,& lex,& dicimus lucis & legis. B cum P etiam consentit, quoniam origo eorum non sine labore coniunctione reuelli a quoquam potest, Græci πυῤῥίαν, nostri Byrriam:& quẽ Purrum, antiqui Burrum, palatium: item Publicolã, Bublicolam: alii Scapillum, alii Scabillum dicunt. Aut cum ab eadem voce duæ gignũtur,vt ab eo quod est princeps,& cœlebs, principis & cœlibis.nec minus e cõtrario in verbis,cum carpo & scribo, carpsi & scripsi proferimus. Cognationem habet cum G, & ideo alii dicunt Gaunacem, aliis Gaunacem; Item Camelum Gamelum. X quoque græca litera consentit, vnde quidam Coronam, nonnulli Choronam dixerunt. K quidam superuacuam esse literam iudicauerunt, quoniam vice illius fungi C satis posset, sed retenta est, vt quidam putant, quoniam notas quasdam significaret, vt Kesonem, vt Kaput, & Kalumniam,

am, & Kalendas. Hac tamen antiqui in connexione syllabarum ibi tantum vtebātur, vbi A litera subiungēda erat, quoniam multis vocalibus instantibus, quoties id verbum scribendū erat, in quo retinere hæ literæ nomen suū possent, singulę pro syllaba scribebantur, tanquā satis eā ipso nomine explerent, vtputa Decimus d per se im dicimus: item Cera, C simplex, & ta: & Bene, B & ne: ita & quoties Kanus & Karus scribendū erat, quia singulis literis primæ syllabæ notabātur, K prima ponebatur, quæ suo nomine a continebat quia si C posuissent, cenus & cerus futurū erat, non canus & carus. Ego autem contenderim magis superuacuam esse C quam K, quoniam K, vt apud Gręcos, satis vim etiā C literæ exprimat; sed quosdam figura deceptos, qua non solum apud nos, verum etiā apud antiquos Gręcorum hæc litera notabatur, vt testatur Fędus Græcię camelo æreo in hortis Cęsaris ædi Fortis Fortunæ incisum, vbi pro porta hæc forma posita sit. Item XII. tabulæ, vbi est, NI PAGVNT, per hanc formā; quod male quidā per C, enuntiāt, est enim pręposiū eius pepigi a pango; vt tango tetigi, nō paxi, vt a dico, dixi. Credidi sæpe nobis P deesse, & hanc quidē B dixisse, cæterū pro ea nota, adiecta a Spurio Carrutio noue formā G literæ præpositā; nā non fuerunt tam imperiti antiqui, vt K seruarent, si aliā literam idē sonantē habuissēt: quis. n hebetis animi sonorū similitudinem sentire nō possit? Q litera æque retenta est, ppter notas, quod per se posita significaret Q quæstorē; & quia cū illa V litera conspirat, quoties cōsonantis loco ponitur, id est, pro vau litera, vt Quis & Qualis; vnde & græci κάππα quod pro hac ponebant omiserunt, postquā vsu quoq;, quo auxilio eius literæ nō indigebant, superuacuum visum est.

Sequitur vt demonstremus quę litera aut præponi possit, aut subiici. A igitur litera præposita est u, & e, literis ae, au; subiectiua vero u, verum u sequitur, vt au & apud antiquos i litera pro e scribebatur, vt testantur μαιάνδρου, in quibus est eiusmodi syllabarum deductio, vt; *pictai vestis*, &; *Aulai in medio* pro, pictæ & aulæ: sed magis in illis e nouissima sonat, & pręterea antiqui quoq; Græcorū hanc syllabā per ae scripsisse traduntur. O præiectiua est e literæ, vt oe, & secundū antiquos eadē i. V litera omnibus vocalibꝰ & præiectiua & subiecta cōsentit, vt va, ve, vi, vo, & rursus au, eu, iu ou; in quibꝰ syllabis nō vocalis sed cōsonans est u. Est n posita, p digāma, quod quidā Gręcorū etiā vau appellāt. I litera cū omnibus vocalibus præiiciatur, nulli subiicitur, nisi u literæ, vt vidi, vir: nisi secundum antiquos eiusmodi syllabæ, loi & moi per oi scribantur, non per oe. V litera cuicunq; vocali pręiici sed tanquā consonans potest nec minus subiici. Ex consonantibus B præiicitur in literis, d, l, n, r, bde, blo, bne, bre; alii nulli. C præcedens init consortium syllabæ adsumptæ, l, m, n, r, t, vt cle, cme, cne, cre, cte; aliarum consortium respuit. D præiicitur l, n, r, dle, dne, dre; aliis minime. F præiecta conspirat cum l, n, r, vt fle, fne, fre, & præiicitur l, m, n, r, vt gle gme, gne, gre, & literæ digāma insequente, vt gue, gse. H nulli consonantiū præiicitur; vocalibus vero modo vtroque consentit, vt heri, hodie, humus, hilum, hamus: itē subiecta t, vt hat, het, hit, hot, hut: consonantibus tribus subiicitur, c, p, t, vt che, the, phe. omnibus literis quibus c præiici, & subiungi potest L nulli consonantiū pręiicitur, sed subiectiuā tantūmodo habet potestatē, subiungitur aūt f literæ, vt flatus, & p vt placidus, & b, vt blādus; & g, vt glaucus, & r, vt tlo. M tantum consonanti præiecta conspirat n, vt Mnester. N nulli consonantium præiectiua est, sed subiectiuam tantum habet potestatem. P pręiicitur consonantibus, l, n, r, s, t, ple, pne, pre pse, pte, Q neque subiicitur cuiquam consonantium, excepta s, vt squilla neq; præponitur, excepta u, ita tamen, si ab illo vocalis tertio loco fuerit, vt quæ, quis. R nulli consonantium præiicitur, sed subiectiuam habet potestatem.

S omnibus consonantibus præiicitur exceptis h,& x; quibus nihil præiici potest. T præiicitur literis, l;m, n, r, vt tle, tme, tne, tre. Et eatenus huic parti satisfactum est. Hinc iam quæstiones quæ in rationem scribendi cadunt, secundum propositæ diuisionis ordinem explicare tentabimus.

Primum igitur per Adiectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adiecto vel sublato apice, longitudinis & breuitatis nota posset ostendi. Nam singulares vocales & produci & corripi possunt, vnde etiam Lucillius in IX Satyrarum de Orthographia præcipiens ait:

A primum est, hinc incipiam, & quæ nomina ab hoc sunt.

Deinde:

A primum longa breuis syllaba, nos tamen vnum
Hoc faciemus, & vno eodemque vt dicimus pacto
Scribemus p Acem, pl Acide, l Anum, Aridum, Acetum.
APEC APEC *Græci vt faciunt.*

Item, quod Lucillius, vbi I exile est, per se iubet scribi, at vbi plenum est, præponendum esse E credit, his versibus:

MEILE hominũ, duo MEILLIA; item huic vtroq; opus, MEILES.
MEILITIAM. tenues I, PILAM qua ludimus, PILVM
Quo pinso, tenues I. plura hæc feceris, PEILA
Quæ iacimus, addes E, PEILA, vt plenius fiat.

Quam inconstantiam Varro arguens in eundem errorem diuersa via delabitur, dicens in plurali quidem numero, debere literæ I præponi, in singulari vero minime; cum alioqui & in singulari, nõ aliunde, quam in extrema syllaba sonat, vt in verbis manifestum est; dicimus enim, mitto, emisimus. nisi hic vult esse rationem, quod est absurdum, vt cum verba quoque ex syllabis constent, & diuersa regula corrigantur. Similiter peccant, & qui Nucs, & Trucs & Ferocs in nouissimam literam dirigunt; cum alioqui duplex sufficiat, quæ in se c & s habet. Item qui Prehẽsus cum adspiratione scribunt; cum eam prima persona non habeat & similiter Vehemens; cum a vi mentis dicatur. quam quidam putant adiiciẽdam, quoniã h non aliud putent esse quã alterius fieri, cum hoc verbo sine dubitatione adspiretur. Negat Varro etiam, Gracchus adspirandum; quoniam a gerẽdo sit cognominatus; matrem enim eius qui primus Gracchus sit dictus, duodecim menses vterum gessisse. Et Pulchrũ quamuis in consuetudinẽ adspiretur; nihilominus tamen ratio exiliter c enuntiandum & scribendum esse persuadet, ne vna omnino dictio, aduersus latini sermonis naturã in media adspiretur. Quãuis Santra a Græcis putet esse translatũ, quasi πολύχρειον. In Mensoribus tamen, quamuis liti recuset ratio; quia Metiar sine illa dicatur, vindicat tamen eam cõsuetudo, quod vox plenius sonet. In Cõiugis tamen nominatiuo vtramque partem ratio defendit. nam & siue detrahẽdum nouissimæ parti putauerimus, auxilio erit, quod genitiuo non Coniũgis, sed Cõiugis dicimus; siue adiiciendũ, quod a verbo ꝗ est Iungo, hoc nomen declinatũ sit. sed melius tamen videtur sine n litera dicere & scribere. Verũ sine dubio peccãt, qui Paulum & Paululum per vnum l scribunt; cum alioqui prima positio eius duplici hac litera enuncietur, vt Pollum & Pollulum. Interdum & p litera superuacuo adiicitur, vt cum scribimus Sumptus. Demptus, Comptus; cum alioqui cæteris declinationibus verborum non adsit. Sumo enim & Demo, & Emo, detracta p vt superuacua, quare participationibus adiiciatur, ratio non est. Nam Ruptum cum ea dici, mirum non est; cum verba quoq; non sine ea sint. & Rumpo & Rupi, & reliqua. Similiter Hyems carere p litera debet, quia in casibus nusquam p nec b propinqua eius respondet; sine qua-

quarum altera nuſquam in latinis ea nomina declinãtur, quæ in Græcam vocem efferuntur, vt Princeps, & Cœlebs, quia principis & cœlibis ſcribitur. Non mediocriter peccant etiam qui Formoſo n literam adſumunt. non magis enim hæc litera huic nomini neceſſaria eſt, quam Glorioſo, quod a gloria venit; ita vt Glorioſus a gloria & Formoſus a forma. Nec minus falluntur qui Mezentium per duo z ſcribunt, ignorantes duplicem literam non debere geminari: quamquam quidam colligant duplicem non eſſe. Cauſam item multis ſcio per duo Ss, ſcribi, vt non attendentibus, hanc literam, vt etiã cognatam illius R niſi correpta vocali præcedente, non ſolere geminari; & præterea quoties productam vocalem V ſequatur, in id ſolere deſinere ſyllabæ ſonum, vt in Plauſu, & Luſu. Ita cum hac vtique litera eiuſmodi ſyllabarum finiri ſonus debeat, nunquam autem a gemina vlla ſyllaba incipiat, apparet cauſam geminatam ſs non recipere, quoniam neq; in fine præcedentis ſyllabæ alterum poteſt poni, neque a gemino ſequens incipere. Sed illud ſequuti videntur, quod Cauſa dicta ſit a cauillationibus, vel a cauendo, deinde per συγκοπὴν Cauſa, ita & in id iam συγκοπὴν geminandam putauerunt, vt originatio appareret.

Deinde per Detractionem hoc modo ſcribendi ratio corrupta eſt, quibuſdam vno i ſcribentib. genitiuum eorum nominum, quæ ius nominatiuo ſingulari finiuntur, vt Antonius Antoni, Tremelius Tremeli; exigente regula, vt in horũ genitiuis i litera geminetur: quoniam genitiuus ſingularis non debeat minorem numerum ſyllabarum habere quam nominatiu*; quinimo interdum etiam maior fit. Propter quam cauſam ego etiam vocatiuos horũ per duo ii, non, vt cõſuetudo vſurpauit, per vnum, putem eſſe ſcribendum; quia non debeat æque vocatiuus minorem numerum ſyllabarum habere quam nominatiuus. Ita o Antonii, o Æmilii, in ſingulari vocatiuo & dicendum & ſcribendum eſſe contenderim. Item cum Exulet, Expectatus, ſine ſ litera ſcribuntur, cum alioqui adiecta ea debeant ſcribi; quoniam ſimiliter ſolum, ſpectatuſque dicatur, & adiecta præpoſitione ſaluũ eſſe illis initium debeat. Detrahitur a quibuſdam eis nominibus, quæ ab Y litera incipiunt, H, contendentibus neque literam eam eſſe, & poſſe vel non adiecta illa adſpiratione, in y litera ſecundum hæc nomina intelligi; quoniã nuſquam y litera præcedens exiliter enũtietur, vt Hypnos, Hymnos, Hyacinthus, ita ſatis per ſe poſita aſpirationem ſui declararet, niſi opicus legat. Quibus primum illud reſpondemus, H & eſſe literam, & apud Græcos quoq; fuiſſe, quod ſignificant Attici, qui principes literarũ, a quibus earum nomina incipiũt, numeris notantes hac quoque in eadem ſignificatione vtãtur. Nam quoties vnum notant μ̃, & α literam ponunt, quoniam apud illos μ̃, & α dicitur, δύο δ, τρία τ, ſic & ἑκατὸν, id eſt, centum, H litera notant: Deinde quod in ordine literarum nulla nota locum ſibi vendicet; cum H octauo loco poſita ſit, ſequitur morem reliquarum literarum, quæ mutato ordine alias atque alias efficiant poteſtates, quod notæ non valent. Et ſicut As & Sa, aliam vocem, & aliam efficiant poteſtatem, & Ad & Da; ita Ha & Ah. Præterea, quod literis principibus dictionum ſingula nomina aut verba comprehendimus, vt cũ ſcribimus R P. & rem publicam; ita & H per ſe cum Hac lege, & Hac die ſignificamus, & Horam tertiam, Hæredeſue. Extremo, quod propriũ eſt literarum, quod propinquitate ſociari, & inuicẽ ſuccedere, vt cũ Fuſvos, Furvos dicimus, & Seddam, Sellam; ita cum H eiuſdem ſit facultatis. nimirum hæc quoq; litera eſt, quod cum h inuicem ita mutatur f, vt quã nos Fabam dicimus, antiqui Habam dixerint, & quod Hordeum appellamus, illi Fordeum nominauerint. Apparet itaq; adiiciendam eſſe, nec ſine ſcripto intelligendam, quoties in latinis nominibus vis il-

lius exegerit. Quæsitū est, Extrinsecus & Intrinsecus vtrū A litera, an sine ea scribēdū esset. Et quidam sine illa putauerunt, quoniā Extra diceretur, & A in compositione in I interdū mutaretur, vt facere & deficere; ita quod est positū ex aduerbio Extra & Secus: quidam cum; quoniam Extraneus diceretur. Intrinsecus vero sine eadem litera, ne bis posita duriorem sonum faceret.

Sequitur Mutatio in qua multa quæruntur. Et primū quidem illud de quo diximus: Vtrū per Ai an per Ae genitiuo & datiuo singulari, & nominatiuo & vocatiuo plurali, eiusmodi nomina scribenda sint, Senecæ, & Catilinæ, & Perpennæ; quorum quoniam iam reddita est ratio, ad reliqua veniamus. In vocalibus ergo quæritur, Maximus, an Maxumus, id est, per V an per I debeat scribi. Item Optimus, an Optumus; & Artibus an Artubus; & Manubus, an Manibus. Et qui hęc nomina scribenda per V literam putant, illam rationem sequuntur, quoniā nominatiuo & prima positione eorundē per eandē literā Artus, & Manus, & Magnus, & Bonus dicātur, ignorantes cognationē inter se literarum, de qua prædiximus; nam & Castus Castis facit, & Iulianus Iulianis, & Restitut⁹ Restitutis: V in I trāsit, & Fluctus Fluctibus, & Anus Anibus. Adiice quod Maximus corruptum sit ex Magnissimo: Nam secundum analogiam Magnus superlatiuum Magnissimum facit, inde correpte Maximum figuratum. Item Optimū ab Optione dicitur; quare Optimum. Artibus autem & Artubus quidam variauerunt, & per I quidem datiuo & ablatiuo plurali scribi putauerunt, quoties ab Arte descenderet, vt sit Ars, Artis, Artibus. Artubus autem per u, quoties ab eo quod essent Artus. Vnde apud Lucretiū legunt: *—hinc noua proles Artubus infirmis teneras lasciua per herbas.*

Quod si distinctionis causa ratio corrumpitur, Caueas quoq;, quare non accentu aut litera i mutamus; cum & verbum & nomen significetur, & in hoc Tectis, cum & nomen & participium sit, & in similibus Ergo vox scribenda quomodo & sonat; nemo autem vnquam tamen insulse per V Artubus dixerit. Y literam superuacuam latino sermoni putauerūt, quoniam pro illa V cederet; sed cum quędam in nostrum sermonem Græca nomina admissa sint. in quib⁹ euidenter sonus huius literæ exprimitur, vt Hyperbaton, & Hymnus, & Hyacinthus, & similia, in eisdē hac litera necessario vtimur. Quęsitum est, & de mutatione nouissimæ literæ præpositionum, quoties in compositionem venirent, quam quidam imperite sicut percustodiunt, vt Abripit dicentes & Conripit, & Concludit. Quoties ergo a liquida litera sequēs cœperit, vertitur in eam cui liquida præposita fuerit, (Liquidæ autem sunt quatuor, L, M, N, R) missa nouissima sui parte, sequentis verbi primam literā geminandam, vt Rapio, Arripio, & Corripio, & Surripio. Item Accerso, quamuis alii Arcesso dicāt, non sine ratione, quod etiam R in eiusmodi cōpositionibus in d retransit, quod & præpositio finitur, vt in Arripio. Sed quidam differentiam esse voluerunt, vt Arcesso quidem ab eo verbo esset, quod est Arceo: Accerso vero ab eo quod est Accio. Sed nobis vtcunque scribendum, ad eandem significationem videtur pertinere. Similiter Ligo, Alligo, Colligo, Pellego, vt omnes antiqui dixerunt, non Perlegere. Vnde & apud Virgilium legendum: *Pellegerent oculis.* Item Muto, Cōmuto, per duo M, & Immuto, & Imminet, & Impius. In his autē seruat præpositio literam suam, vt In nuba, & Inuita, & Innocens; quoniā sequentia verba ab eadem litera incipiunt. Ex semiuocalibus quoq; geminant præpositiones primam sequentis verbi literam, vt Effatus, non Exfatus, nec Ecfatus, vt quidam putauerunt, Efferuens. Item in mutis, Attulit per t, & Attigit, & Attinuit: In Contulit tamen non mutat, nec in Combibit, nec in Cōsumit. Et sicubi longa sequatur aut natura aut positione, nisi media consonans

nans liquida fuerit. Quæsitū est, Hyems, vtrum per ps, an per ms deberet scribi, cum alioqui dubium nō sit, quin per ms scribenda sit; quoniam genitiuo hyemis facit; & quoniam per p & s ea scribantur, quæ apud Græcos ψ desinunt. hanc autē non in ψ desinere manifestum est, ex eo quod quæ illa litera terminantur, aut in πος, vt πίλοψ, πίλοπος, aut in βος desinūt, vt φλὶψ φλεβός: hyems autem neutrū harum syllabarum genitiuo recipit. Item non constat, Obscurum, vtrum per ob an per op debeat scribi, nec minus Obseruo, Obsideo; cum in illis b litera euidenter sonum suum vindicet. Non caret quæstione etiam Plebs, & Vrbs, & Pelops quæ Varro ita distinguit, vt per b & s ea nominatiuo casu putet esse scribēda, quæ eandem literā genitiuo reddāt, vt Plebs plebis, Vrbs vrbis: ea vero per p & s. quæ similiter genitiuo eiusdem numeri in pis excurrūt, vt Pelops Pelopis. Sed nobis vtrumq; per ps videtur esse scribendū quoniam ex his ψ litera constet, quam genitiuo diximus aut in bis, aut in pis exire. Quis quidam per Cuis scribunt, quoniam supervacuam esse Q literam putent; sed nos cum illa V literam & S, quando tertia ab ea vocalis ponitur, consentire iā demonstrauimus; C autem in datiuo ponemus vt sit differentia, Cui & Qui, id est, datiui & vocatiui singularis, sed & nominatiui & vocatiui pluralis; quamquam secundum Analogiam omnes partes orationis quæ per casus declinantur, eandem literā in prima parte omnes casus seruent. quam in nominatiuo habuerint. Cum quidam per Cum, nonnulli Quom. Quidam etiam esse differentiam putant. quod præpositio quidem per C, illo modo, cum Claudio, cum Camillo; aduerbium autem per q debeat scribi, vt Quom legissem, Quom fecissem, quoniā antiqui pro hoc aduerbio, Cume dicebant, vt Numa in Saliari carmine: *Cume ponas Leucesia pratexere monti quotibet cunei de his cum tonarem.*

Per Connexionem illam adnotanda sunt, vt Negotium, cuius primæ syllabæ g debeat adiungi, non sequenti, quod dictum est, quia nec otium. Item Nescire, quod sit ne & scire; & Exsul, ita vt s sequenti syllabæ adiungatur, quia significetur, extra solum patriæ missus.

Hæc sunt quæ vrgenti tempore complecti tibi in præsentia potui, Theseu, si quid exemplis defecerit, vel quæstionib. subiungetur, nam quod ad rem maxime pertinet, regulam vides.

Per c Cum, aduerbium erit tēporis vt, Cum venerit, loquemur; Cum voles, ibimus; petieris, feres. Alii sic, quoties V sequitur, Q ponēdum, vt per quo literā, Mequom Tequom, Quot⁹, Quoties, Aliquoties; In cæteris vocalibus id est co, c, ponendū, vt Cecidit, Cornelius, Citatus.

Varro, Aduerbia localia, quę alii Præuerbia vocant, quatuor esse dicit, ex, in, ad, ab. Ex locum significat vnde egredimur, vt, ex area. In, locum quem imus, vt, In aream Ad locum ad quē adimus, vt ad parietē. Ab, locum, a quo discedimus, vt ab pariete. Horum duorum aduerbiorū, Ex, & Ab, posteriores literę solēt demi, alias recte, alias perperā, quando ergo Ex quādo E dici oporteat, ex consequentib. vocabulis animaduertitur. Nā si id quod sequitur literā habet primā semiuocalem, aut mutam Edictum leuius videbitur, vt, e Gallia, e Thuscia. Quoties vero vocales sequuntur in eo quod sequitur, A E, O, simplicem & eandem habent rationem, qđ Ex pręponitur, vt in his, ex arce, & ex Eryco, ex Olympo; aliter enim sunt hiulca, vt e arce, e Eryco, e Olympo. Si vero in vocabulo qđ sequitur, princeps litera vel I V vel I fuerit, duas habet rationes: vnā si aliqua vocalis ꝓxima cōiuncta est in sylla ba eadē, tunc sicut cū est semiuocalis, aut muta obseruari dixi oportere; ita in his debet fieri, vt est, e Vaticano, e Iudæa; sin vocabulum duas vocales proxime non habuerit coniunctas, quorum sit litera princeps A, V, aut I, proinde atq; A, E, O, sit obseruādū, quodquod dici oportet, ex Irpinis, quam e Irpinis, ex Vmbria, quam

e Vmbria. Similiter in H litera obseruari debet, vt in A,E,O, literis, ne dicamus E, sed Ex Hymetto. Similiter est in Ab. Quibusdã diligentioribus, leuitatis causa solet demi B, propositũ vocalibus aut nominibus locorũ. in quibus principes sunt literæ semiuocales aut mutę, eã repudiãt, a Baiis, a Capua, a Dertona. Contra non demitur B cũ in vocabulis, vt nominibus est primũ, A,E,O, vt ab Aricia, ab Elia. Sin V aut I, duplicem habent rationem, si.n. sunt solæ, dicuntur vt reliquæ vocales, ab Arabia dico: sin proximas literas vocales secũ habent coniunctas, proinde obseruãdum est, an sint semiuocales an mutæ, a Venusia, a Ianiculo.

Ad locum significat, vt, accede ad me; qui dominati apud me sunt, apud illum est. De quoq;, nonnunquam, pro A ponitur, pro Ex nonnunquã; Ex prouincia venire qui se dicit, nam perperã est; Imus n. in prouinciam, vt in nauem, vt in circũ: Eximus e nauibus, circo, prouincia. De prouincia existimamus, cũ de ea bene aut male prædicamus: De naui dicimus, cum longa aut oneraria sit. rogamus: De circo, cum Flaminius, aut Maximus. Item vitiose dicitur, Senatum haberi apud ædem Apollinis, quod, In æde, dici oportet. Et, De senatus sententia, vitiose, nam debent dicere, vt, Ex mea sententia, Ex tua sententia, sic, Ex senatus sententia. Item quidã dicunt, De senatu redii potius quã, E senatu eo, quod eo quo inimus dicim⁹, inde, cũ Redimus. Ex senatu eiectus, potius quam, De senatu. Male imperãt qui dicunt, De tabulis quid dicere; De tabulis .n. is dicet, qui eas laudat aut culpat: E tabulis is dicit, qui quod est in his scriptũ recitat, scriptum quis pronunciat, si ea videt, & potius dici oportet legi, quam dici, contra eas literas non spectat. A capite dempta, quæ vocant, male appellãt; quod sunt, De capite demta, nõ a capite: Ad caput additum, recte dicitur, si est extra caput quod additur. Qui Transcribunt tabulas, non describũt, sed exscribunt: qui quales sunt scribunt, ii Describunt A scena venit spectator: E scena venit qui egit; contra spectator E theatro: A theatro actor: De scena loquitur, qui de ea bene an male ornata sit loquitur: In scena pronuntiat. qui hoc idem subtilius vult dicere, non In scena, sed Pro scena dicit. pronũtiare actorẽ in scena significãter grece dicim⁹. E scena actor exit; venit in pulpitũ ac vestibulũ. in scena itaq; actor est, cum eo venit. Dicim⁹ prodire, qui domo excedit: Procedere, qui eo quod ducit, ꝑducere. Pro rostris dici oportet, cũ is qui cõcionatur, his dicit qui Ante rostra sunt. Pro rostris enim, & Ante idẽ sunt. In rostra ascendit: E rostris descendit: De rostris dicit, qui ea cuiusmodi sint, dicit. In concione stat: E concione venit: De concione dicit. Inscribunt quidam literis: Datæ e Gallia; item: In Roma; vitiose. nam sic dici oportet, In Gallia; & Romæ. Dãtur n. in loco; Adferũtur e loco; sequitur vt Dẽtur in Gallia; &, Romę. Præpositio nonnunquã per vnam literã scribitur. sed per diminutionẽ, vt Ebibit, pro, exbibit. Ab Roma venio, μεταπλασμὸς est, pro, Roma. Singularis numerus per vnum i literam scribitur, vt docilis, facilis: Pluralis aũt per e & i, vt faciles, docileis; vt ex hoc appareat singularis ne sit appellatio, an pluralis Aureis quas modo ętheris scribimus, modo quibus audimus, nec minus a nobis i singularis in fraude produci potest, vt vidi scribitur. Si aũt cũ eadem i litera, aliud breue, aliud lõgum est, vt Illa & Pila. Apices ibi poni debent, vbi eisdẽ literis alia atq; alia res designatur, vt venit & vênit, aret & âret, legit & lêgit, cæteraq; his similia. Super i tamẽ literam apex non ponitur, melius enim I pIla in longũ producetur. Cæteræ vocales quia eodem ordine positæ diuersa significant, apice distinguuntur, ne legẽs dubitatione impediatur, hoc est, ne in os hos ædes pronunciet.

Breuitatem huius libelli si tibi videtur, adglutinabis ei, quem de literis nouis habes a me acceptũ, quod ipse feci, quia huius pusillitas sub ipso decentius prodire, quam percenseri poterat.

AGROE-

AGROETIVS

DE ORTHOGRAPHIA ET PROPRIETATE & DIFFERENTIA SERMONIS.

DOMINO EVCHERIO EPISCOPO AGROETIVS.

LIBELLVM *Capri de Orthographia misisti mihi: hec quoq; res proposito tuo & moribus tuis congrua est, ut quia scilicet nos in huius vitæ actibus corrigere vis, etiam in scribendi studiis emēdares. Nihil ergo quod in nobis est, alienum a castigatione tua credis; omnia nostra etiam quæ dictu parua sunt, sollicita indage rimaris, a viuendo ad scribendum, ab animo ad manum, a corde ad articulum peruenis. Hoc est vere summum sacerdotem Dei esse, commissos sibi homines, ut ipsi dicitis, & secundum spiritum imbuere, & secundum literam perdocere. Huic ergo Capri libello, de Orthographia & proprietate ac differentia sermonum, quædam adiicienda subieci; non quod vir tantæ peritiæ aliquid prætermiserit, tam multis præsertim literarum operibus celebratus, qui in commentando etiam Cicerone præcipuus: sed quia nos difficilia putamus, quæ ille ut facilia neglexit: Ego autem credidi hæc ambigua aliquantis videri, quia mihi obscura frequenter fuissent. Ad te hoc igitur opus mittitur, in quo laborabis plurimum, cui necesse est emendare ipsum, qui aliquid emendare præsumsit. Donabit diuina pietas, ut quis scriptum abs te obseruare volumus, etiam scriptum seruare tuum possimus. Vale memor nostri, decus & præsidium meum.*

AGROETIVS cū latine scribis per diphthongū scribēdum, nō, vt quidam putant per Y, Agrytius. Triceni, de tricentis dices: Trigeni, de triginta. Accersit qui euocat: Arcessit qui accusat, sicut Cicero: *Nos capitis arcessere.* Ecquando, increpando vel inquirendo interrogantis aduerbium est: Etquando, simpliciter loquentis. Similiter En, cum ostendis, Cicero: *En cui tuos liberos tute committas*: Item, cum dolor iram commouerit; aut cum admiratio vel cogitatio, stuporem. Aceruus molis est: Acerbus immaturus: & Asper signis, insignis. Abitum, sine aspiratione de abscessu scribis: Habitum, de vestitu vel gestu, membrisque dicimus. Sicut Primus, e multis, & Prior, ex duobus: Ita Postremus, de multis; Posterior, e duobus. Alter, de duobus dicitur: Alius, de multis. Vae interiectio dolentis: Ve, coniunctio est subiunctiua. Proemium cum diphthongo scribēdum: Pretium, & precatus, sine oe. Veteres enim maioris rei sermones cum diphthongo, & quadam dignitate, dici & scribi voluerunt. Precari autē, est rogare: Imprecari, maledicere: Deprecari, excusare & purgare se. Virgilius: *equidem merui, nec deprecor.* Cicero: *Quid faciet Hortensius, auaritiæ ne crimina frugalitatis laudibus deprecabitur?* Nubo nupsit, scribo scripsit; cum vocalis sequitur, b esse debet, & cum consonans, p. Fides, de fidelitate dicitur: Fidis, de chorda. Disertus orator est: Desertus, derelictus. Delator, qui defert ad accusandum: Dilator, qui dif-

fert ad proferendum. Deluit, purgat: Diluit, temperat. Liuius de morte Mithridatis: *Quod cum diluisset.* Aduersum te, aduersatius: Aduersus te, imitatur. Hinnuleus, u acutum fit, quia nomen ex sono vocis accipit. Deduco, de amico producendo: Diduco autem, hoc est, distraho. Derectum, in rectum vadens: Directum in latera rectum. Partem nomen est: Partim, aduerbium. Fastus de superbia, & facit genitiuo plurali, fastuum. Fastos de libris, & facit, fastorum. Expectatur venturus: Spectatur, qui videtur vel probatur. Apparet, qui videtur; Adparet, qui obsequitur; non regulæ ratione, sed discernẽdi intellect⁹ gratia est. Hercules, Achilles, Verres, recto casu per e scribuntur, genitiuo per i, & omnia eiusdemmodi nomina. Fuerimus, coniunctiuo modo, tempore præterito perfecto; & breuis est: Fuerimus, eodem modo, tempore futuro; & longa est. Cum diceres, verbo actiuo, coniunctiuo modo: Diceris, verbo passiuo, indicatiuo modo. Miramur opera: Admiramur virtutes. Labium, superius dicitur: Labrum, inferius: Rostrum, non nisi quod incuruum est. Exercitus, laboribus: Exercitatus, studiis. Minores res esse aliquas aut homines dicimus: nam Minoris emtum aut æstimatum quippiam recte dicimus; sicut & Pluris, quod maiore summa taxatur: Plures de multitudine scribimus. Plures comparatiuus gradus est, Cicero: *Vnus plures praedonum duces cepit P. Seruilius quam ceteri.* Positiuum habent, Multi, superlatiuum, Plurimi. Cepit, de capiendo: Cœpit, de incipiendo scribimus. Vterque, de duobus dicimus: Vtrique, de binis, aut de pluribus ex vtraque parte positis. Vterque venit, vtrique venerunt. Cicero, *Iubeo promi vtrosque, binos habebam.* quia delphica vasa paria semper sunt, vnde ipse Cicero dicebat: *Scyphorum paria complura.* Quæritur, de inquirendo: Queritur, de implorando scribimus. Iic & Quæstus, lucri; & Questus, lachrymarum. Poculum, vas est: Potio, quæ hauritur. Cicero: *Accepto poculo, subito in media potione exclamauit.* Dimidiatum calicem bibi, non, Dimidium, debemus dicere; non enim ipsum vas bibis, sed quod intra vas est. Olim, Quondam, & Aliquando, tria tempora tenent. præteriti, præsentis, & futuri, affatim inueniuntur exempla præsentis demus quod difficilius videtur.

—tumidis quod fluctibus olim
Tunditur.

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

Expergiscimini aliquãdo & capessite Rempublicam. Conscribere, est multa simul scribere. Exscribere, quod alibi scriptum sit transferre: Transcribere, cum ius nostrum in alium transit: Inscribere, actionis est vel accusationis: Adscribere, adsignationis est: Describere, dictionis vel ordinationis. Exstruere, est in altum struere: Instruere, aciem vel actionem: Adstruere, adfirmare: Construere, in struendo coniungere: Substruere, re aliqua suprapostta subter struere. Memini me facere dicere debemus, non, Memini me fecisse. Nam Memini sermo est totus præteriti temporis, qui antefactam rem in præsens reuocat, & si dixeris, Memini me fecisse, duo præterita simul iungis. Cicero: *Memini Pamphilum Lilybetanum mihi narrare solitum.* Idem infra: *respondi Metello vt debui, etiam illud memini me dicere.* Terentius: *Ego illam vidi virginem. forma bona memini me videre.* Virgilius:

Cantando solitum memini me condere soles. Idem: *memini Auruncos ita ferre senes.* & multis præterea locis. neque inuenitur vbi ab aliis magnis authoribus Memini positum sit, vt non addatur aut esse, aut aliquis talis sermo qui præsens tempus restituat; nisi vno loco, & quasi hoc mirabile. *Namque sub Oebaliæ memini me turribus altis Corycium vidisse*

vidisse senem. quod poetæ pro necessitate metri licuit vsurpare. Instar illius rei, dicere debemus, non, Ad instar. Quæritur ab aliquantis, quare S litera inter liquidas posita sit; cùm velut sola facere syllabam videatur, ac per hoc dicta sit suæ cuiusdam potestatis esse: aliæ autem liquidæ in ipso concursu literarum & sermonum ita conglutinentur, vt pœne interire videantur. Hæc ratio est. Apud Latium vnde latinitas orta est, maior populus & magis egregiis artibus pollens Tusci fuerunt, qui quidem natura linguæ suæ S literam raro exprimunt; hæc res fecit haberi liquidam. Arbor, omne lignum dicitur: Arbos, non nisi fructifera. Hora, dierum: Ora finium. Pignera, rerum sunt: Pignora, filiorum & affectionum. Columbæ, quæ mansuefieri possunt, & domibus adsuescere: Palumbes, feræ, arboribus saxis syluisque inhabitantes. Rubor, coloris est: Robur, virtutis: Robor, arboris. Veniunt, qui vendunt: Veneunt, quæ venduntur. Consuescimus bona: Insuescimus mala: Adsuescimus vtraque. Contingunt bona: Accidunt mala: Eueniunt vtraque. Fungi, agere est: Defungi, peragere. Adolescere, augmenti est: Inolescere, coaugmenti: Exolescere, vanescentis. Auenæ, sterile germen: Habenæ, retinacula iumentorum; hoc de habendi potestate: illud de occupandi auiditate dictum. Deuncem, decem vncias dicimus: Diuncem, vndecim. Pulchritudo formæ in viris, Dignitas, vnde Cicero pro Cœlio: *Quis non possit huic ætati atque dignitati, etiamsi sine suspicione, at non sine argumento maledicere.* In feminis autem Honestas dicitur, vnde Terentius de hortido & sene Eunucho: *Illumne inhonestum hominem?* Formositas vero, in luxuriosis. Virgilius: *Formosum pastor Corydon.* Ipse pronomen dignitatis est: Iste, abiectionis. Donum, dantis est: Munus, accipientis; illud a dando; hoc a muniendo, vel monendo dictum. Has manus, vnius hominis dicimus: Hanc manum, multos homines. Coarguere, est coercere vel compescere: Arguere, ostendere & patefacere. Virgilius: *Degeneres animos timor arguit.* vnde Argumenta dicuntur, quæ caussam caussæ ostendunt, sunt sermones, vt ita dixerim, communes, duo sibi contraria significantes. Vector dicitur, & qui portat, & qui portatur. Hospes est, qui recipit, & qui recipitur. Sacer, venerandus, & execrandus. Virgilius: *Auri sacra fames.* Vltus, & vendicatus, & punitus. Gratia, malæ, & bonæ rei caussa. nam sic dicimus, *Amicitiarum & beneficii gratia.* ita Sallustius: *Opprobrii gratia.* Cicero: *Religionis ac supplicii gratia colenda & seruanda tradiderat.* Et Terentius: *Qui referam sacrilego illi gratiam.* Suffragia populi, & quæ honorant dicuntur, & quæ damnant. Cicero de præfectura vrbana: *Istum vis illa populi suffragiis eximere poteris.* Donamus & illud quod damus, & illum cui damus. Adficimur honore & Adficimur iniuria. Eleuamus, & quæ in altum extollimus, & quæ ad laudo leuiora facimus. Subducimus, & quæ retro subtrahimus, & quæ in promtu offerimus bello. Sallustius Catilina: *Optimum quemque in primam aciem subduxit.* Me tui pudet, dicit & quem de alterius facto, & quem de suo pudet. Terentius in Adelphis, sub verbis Æschini: *Vbi eum pudet patri non ante confessum.* Supremus, Summus, & Vltimus, & superiorem, & inferiorem significat. Altum, & quod sursum est, & quod deorsum. Procul, & longe, & prope significat, vt *clypeo est excussa*, sagitta, *proculque Egregium Anthorem latus inter & ilia fixit.* Damnatus, & addictus, & absolutus. Virgilius: *Quem damnet labor*, id est, quem virtus sua absoluat, aut victorem faciat. Nunquam enim diuersis lancibus vnam rem ponebat, præsertim cum interponeret aut coniunctionem disiunctiuam. Idem alio

loco: *damnabis tu quoq; votis.* ficuti Votireos dixerat; ita & abſoluendos dixit. Vnde & in iure, *Damnas eſto legamen*, dicitur, hoc eſt ſoluendo eſto, quod ſolui omnibus modis neceſſe eſt, etiamſi res aliena legatur. In præpoſitio vtriuſque caſus, cum in loquelas tranſit, fit etiam communis intellectus. Nam vel & ſatis, & parum, & factum aliquid, vel quid aut non factum ſignificat, ſicut inpotens, & infractus. Latere, & abſconſum eſſe aliquid dicimus, & late patere. Virgilius: *Et ſcuta latentia condunt.* Et: *quod torua ſolum ſub fronte latebat.* Horridum, dicimus deſpicabile: Horrendum, admirandum. Virgilius: *oculos horrenda in virgine fixos.* Aduocatur, daturus patrocinium: Inuocatur, præſtaturus auxilium: Euocatur, præbiturus obſequium. Illuuies, ſordium eſt: Ingluuies, ventris; illud a non lauando: hoc ab ingluriendo dictum. Torres lignum præuſtum: Torrens, aquæ per prærupta decurſus. Commonemus præterita: Admonemus præſentia: Præmonemus futura. Ne, multas ſignificationes habet. Ne longa, aduerbium prohibendi, vt: *ne quære doceri.* Ne breuis, coniunctio diſiunctiua, vt eſt: *hominesne ferane.* Ne longa, coniunctio cauſalis, vt eſt: *Ne tenues pluuia.* Et: *Ne ſubeant herbæ.* Temeritas, ſine conſilio dicitur: Audacia, poſt conſilium. Velocitas, pedum, & temporum: Celeritas, animorum, atque factorum. Gaudium, animi: Lætitia atque Exultatio, etiam membrorum atque verborum. Vlcus eſt, quod naſcitur: Vulnus, quod ab alio infertur. Viuum, de victuro dicimus: Viuentem, de morituro. Naſcitur, quod de vtero decidit: Enaſcitur, quod de terra aut de aqua exurgit. Abducitur quis ad rem inhoneſtam: Perducitur ad ſtudia: Deducitur ad honorem. Eluxit, luctum depoſuit: Illuxit, cum lumen apparuit: Nunciatur de longinquo: Denunciatur in præſenti: Adnunciatur de futuro: Renunciatur de excuſando & repudiando. Cicero: *Renuntiata eſt tota condicio.* Deportare, deponere: Adportare, eſt aliquid adferre: Comportare, in vnum locum conferre: Exportare, tollere. Temperantia, eſt animorum: Temperatio, rerum: Temperies, autarum. Paſſim aliquid inueniri, de re corporali recte dicimus: Affatim, de incorporali; illud enim de inceſſu: hoc de affatu dictum eſt. Lepus, animal eſt: Lepor, iucunditas voluptatis; vnde & gratum aliquid, Lepidum dicimus: Lepos, eloquii. Recipimus aliquid deferendum rogati: Suſcipimus, noſtra ſponte. Aſpicimus ſurſum: Conſpicimus palam. Reſpicimus retro: Inſpicimus intus. Præterea, præteriti temporis, Salluſtius: *Nunquam Hiſpanos preterea tale facinus feciſſe.* Temporis futuri: *Preterea aut ſupplex eris.* Eo, verbum primæ perſonæ facit, Eo, is, it. Eo item aduerbium loci, vt ſi dicas, *Eo redactus ſum:* Eho, aduerbium interrogantis eſt, Terentius: *Eho Parmeno noſte?* Eho eſt & interiectio iubentis vel hortantis. Idem: *Eho puer curre ad Bacchidem.* Heu interiectio dolentis eſt: Eu, laudantis. Terentius; *Eu Phormio.* Idem: *Eu noſter laudo.* Heus, aduerbium vocantis: Heu reſpondentis. Limen, ædium eſt: Limes, regionum. Arundo, canna eſt, ab ariditate dicta: Harundo, telum e canna. Hirundo, auis eſt quæ tignis adhæret. Hirudo, ſanguiſuga dicitur. Spirare, viuere eſt: Expirare, mori. Pertinacia, mala rei actio eſt: Perſeuerantia, dicitur conſtantia bona. Conſequimur ſtudio: Obſequimur officio: Perſequimur iniuria: Proſequimur ordine: Aſſequimur voto. Nihil, aduerbium eſt: Nihili, nomen; homo enim nullius momenti Nihili dicitur. Genus, familiæ: Gentem, regionis recte dicimus. Lætamur, de noſtris bonis: Gratulamur, de amicorum; hoc eſt Gratificans lætitia. Cicero: *Neque tam iſtius hominis perditi ſubita lætitia, quam huius hominis ampliſſimi noua gratulatio diuitiis eum commouebat.* Herbidum locum dicimus

cimus,in quo herba eſt,etiamſi aridus eſſe conſueuit: Herboſum,qui herbam facile generat, etiamſi ad tempus aridus ſit. Sic Aquaticam potionem dicimus, quæ aquam aliunde recipit: Aquoſum autem locum, qui ex ſe aquam fundit. Ita & Metacam potionem: Meroſum autem vinum appellabimus. Attollit, Aggerat, ſcribendum eſt. In compoſitione enim ſermonum, Ad præpoſitio accuſatiui caſus corrumpitur, cum ſeruire loquelis incipit, quando eam muta ſequitur. Integra autem permanet, quando ſemiuocalis, vt eſt, Adficit, Adripit. Huius rei ratio tenenda eſt. Vocales omnis principes vocis ſunt, & dominæ literarum, quæ, ſicut vniuerſa fortiora naturaliter faciunt, ſubiecta & adiecta ſibi protegunt; æqualia autem & reſiſtentia elidunt. Nam quomodo nonnunquam inter ſe commiſſæ frangunrur, & ſynalœpham faciunt; ita conſonantes ſibi creditas conſeruant. Quarum virtutem neceſſe eſt vt Semiuocales imitatæ vicinas ſibi Mutas tueantur. Quæritur ab aliquantis, quid diſtet inter Super, & Supra, & Subter, & Subtus. Super eſt, quod eminet: Supra, quod ſubſtratum aliquid habet: item Subter eſt, quod re aliqua ſuperiore premitur & conculcatur: Subtus, quod demiſſum altius non contingitur. Sinum, dicimus exterius ſinuatæ veſtis receptaculum: Gremium, accinctæ veſtis interius ſecretum. Virgilius: *Pandentemque ſinus, & tota veſte vocantem Cæruleum in gremium*. Gremium autem dicitur a contrario, vt ſimilia produnt; ſicut Adytum, & Penum, & Penetrale, eo quod adiri & penetrari raro ſoleant. Largitas, humanitatis eſt; Largitio, ambitionis. Craſſati, corporis eſt & ſaginæ: Graſſati autem, animi & crudelitatis. Album, naturæ tantum eſt: Candidum, frequenter & ſtudii; nam & corpori & animo aliquoties adſignatur; Albos ergo capillos: Carnem candidam recte dicimus. Muliebre dicimus a mulieribus aliquid factum: Mulierarium, per mulieres ordinatum, & per viros geſtum. Iuuentus, multi iuuenes dicuntur: Iuuentas, vnius hominis ætas: Iuuenta, Dea ipſa, vt Græci dicunt, aut Poetæ; Iunonis filia, vxor Herculis, a qua Iunium menſem appellatum, in libris Faſtorum legimus. Delictum, peccatum aliquod dicimus: Delectum, militiæ, aut alicuius examinis electionem appellamus; nam Diligi, affectionis: Deligi, iudicii eſt. Inter Commodatum & Mutuo datum nonnihil diſtat, Commodamus amico pro tempore animal, ſeruum, veſtem, hanc ipſam rem quam dedimus recepturi: Mutuo damus pecuniam, triticum, vinum & his ſimilia, quæ mutata recipi neceſſe eſt. Ligar quis, vinculo: Legat, teſtamento. Loqui, eſt hominis: Obloqui, obtrectatoris; ſicut Obiicit, Opponit: Alloqui, ſuadentis, hortantis, iubentis: Eloqui, oratoris. Percuſſum, corpore dicimus: Perculſum, animo, Cicero de ſignis: *Tanquam illa ipſa face perculſus eſſet*. Efferunt, qui exportant: & Efferunt, qui laudando extollunt; Idem Cicero: *Nimium hæc illi fortaſſe efferant*. Diſcrimen, & ad periculum, & ad experimentum pertinet. Indigenæ, homines dicuntur: Indigetes, dii. itidem Indigetes, vnde geniti dii. Circumpedes, ſunt obſequia ſeruorum: Antepedes, amicorum. Iuuenalis, *Togati Antepedes*. Inſita arbor eſt, cui inciſæ alienum germen includitur: Adſita, cui incolumi aliud quod ſuſtineat adiungitur, Horatius: *qua populus adſita ſurgit*; quippe quæ vitibus maritaretur. Fremor, eſt rumor hominum: Fremitus, ferarum. Flauum, dicimus rubeum, ſicut *Flaua Ceres*. Furuum, nigrum. Horatius: *Quam pæne furuæ regna Proſerpinæ*. Fuluum, nigrum, rubeum, ferinum, & ſuperbum; ſicut fuluum leonem, & fuluam aquilam, & fuluum aurum, vt Virgilius: *fulua pugnas de nube tuentem*, quæ haberet igneum aliquid de cæleſti, & ſordidum de lugubri; aut certe, de Ænea iracundiam, do-

Turno tristitiam. Fuluum certe aurum, cui ad decorem splendoris sui nigelli aliquid additur. Postulatur aliquid, honeste: Poscitur, improbe. Cicero in frumentaria: *Incipiunt postulare, poscere, minari.* Aluus, virorum recte dicitur: Vterus, mulierum: Venter in vtroque sexu. Supplicia, de tormentis dicimus, & de precibus diuinis.

MAGNI AVRELII CASSIODORI SENATORIS DE ORthographia Liber.

PRÆFATIO.

VM inter nos talia gererentur, & de complexionibus Apostolorum nonnulla nasceretur intentio; monachi subito clamare cœperunt: Quid prodest cognoscere nos, vel quæ antiqui fecerunt, vel ea quæ sagacitas vestra addenda curauit, nosse diligenter, si quemadmodum ea scribere debeamus, omnimodis ignoramus; nec in voce possumus reddere, quod in scriptura comprehendere nō valemus. Quibus respondi, hæc quæ dicerent designata esse, quēadmodum & intelligi debeant, & proferri. Sed labor nobis antiquorum omnino seruandus est, ne nos auctores earum rerum mētiamur, quarū sequaces esse cognoscimur. Et ideo duodecim auctorum opuscula deducimus in medium, quæ ab illis breuiter & copiose dicta sunt, vt & nos ea compendiosius dicamus, & a priscis auctoribus sine varietatis studio dicta recolātur, quatenus & vobis plenissime satisfacere videamur, & auctoritate firma sit relatio, quam duodecim auctorum textus insinuat. Iam tempus est, vt totius operis nostri cōclusionem facere debeamus, vt melius in animo recōdantur, quæ septenaria conclusione distincta sunt.

I. Post commenta in Psalterium, vbi, præstante Domino, conuersionis meæ tempore primum studium laboris impendi.

II. Deinde post institutiones, quemadmodum diuinæ & humanæ debeant intelligi lectiones, duobus libris, vt opinor, sufficienter impletis, vbi plus vtilitatis inuenies quam decoris.

III. Post expositionem epistolæ, quæ scribitur ad Romanos, vnde Pelagianæ hæreseos prauitates amoui, quod etiam in reliquo commentario facere sequentes admonui.

IIII. Post codicem, in quo artes Donati cum commentis suis, & librum de etymologiis, & alium librum Sacerdotis de schematibus, Domino præstante, collegi; vt instructi simplices fratres, vbi necesse fuerit, similia dicta sine confusione percipiant.

V. Post librum quoque titulorum, quem de diuina scriptura collectum, Memo-

Memorialem volui nuncupari, ut breviter cuncta percurrant, qui legere prolixa fastidiunt.

VI. Post complexiones in epistolis Apostolorum, & Actibus eorum, & Apocalypsi, quasi brevissima explanatione decursas.

VII. Ad amantissimos orthographos discutiendos anno ætatis meæ nonagesimo tertio, Domino adiuvante, perveni. Ex quibus si in unum valuero deflorata colligere, quantum ad eos pertinet, quos breviandos esse suscepi, confusionem emendator atque scriptor, si bene intellexerit, arbitror, ulterius non habebit. Minutus labor syllabis literisque tractandis, modo factus ex nominum derivatione, modo ex casibus sermonum, modo ex motu atque situ, modo ex euphonia consonantia, modo ex Græcarum literarum similitudine, probans quid scribere debeas, & quid vitare contendas, modo ut L quoque literam simplicem in quibusdam sermonibus recte quidem scribi dicat, sed N literam sonum plerumque illi succedere posse testetur. Itaque quod ante scribebatur per V & O, per duo V V modo scribere nobilis rectitudo scribendi per vias certissimas investigata esse videtur: & ideo præsens opus non desit directum, ut volnus, vulnus. I pro E, ut quod antiqui magnai, nos magnæ. C pro Q veteres quam moderni conscribi rectius æstimarunt. Et cætera quæ subtili quidem sed necessaria distinctione narrantur, non velociter transcurri, sed sollicita mentis intentione tractavi, ut quæ incipis bene discere, ad finem perfectionis inoffensa debeas pronuntiatione perducere. Nam si vobis adsit capiendi desiderium, quæ prius per moram quæsistis, protinus inoffensa velocitate transcurretis. Gloriosum profecto studium, & divinis ac humanis literis, ut videtur, accommodum, quod loqui debeas, & competenter scribere: &, quæ scripta sunt, sine aliqua erroris ambiguitate proferre. Vox enim articulata a pecoribus nos sequestrat: scribendi vero ratio ab imperitis dividit & confusis. ita perfectum hominē duo sibi ista vindicant ac defendunt. Nam cum sibi duo ista consentiunt, utraque recta, utraque decora sunt: cum vero a se discrepare cœperint, vitium straba fœditatis incurrunt. Erit itaque propositum nostrum, quæ competenter modernæ consuetudini ab antiquis tradita sunt, quasi in unam coronam redigere, & usui celeberrimo deputare: illa vero quæ antiquitati magis conveniunt, expedit sine dubitatione relinquere, ne labor assumatur incongruus, qui præsenti sæculo videtur inutilis. Sit ergo in primo libro institutionum nostrarum titulo tertio decimo, quemadmodum legi debeat cœlestis auctoritas, ubi idiomatà legis divinæ communi usui repugnantia non permisimus dissipari. Hic autem, in libro scilicet Orthographiæ, liberius & generaliter appetatur; quemadmodum ex regulis artium humanarum, salva auctoritate seniorum, cuncta lectio decora nimis & correcta reddatur. Si quis autem auctores orthographos in textu suo legere fortasse voluerit, transcriptos inveniet, quos ego, quātos potui reperire, monasterio meo præstante Domino dereliqui, ut latius dicta probare possitis in auctoribus suis, quos nos propter fastidium vestrum deflorandos esse putavimus. Illud etiam vos magnopere credidi commonendos, ut distinctiones sensuum sollicita mente perquirere ac ponere debeatis, sine quibus neque legere quidam competenter, neque intelligere prævalemus. Scire autem debemus Donatum artigraphum de posituris ita tractasse, ut non ibi ordinem, sed virtutes earum potius exprimere videatur. Nam si distinctionum seriem per gradus cognitos sequeretur, primo plenam, deinde mediam nequaquam ponere potuisset: deinde magis inciperet, ubi prædicta positura ad finem tendere comprobantur. Sequitur distinctio, deinde media, quæ plena semper præcedunt potius quam sequuntur. Sed sicut visum constat esse doctissimis, hunc debemus ordinem custodire, ut primo de subdistinctione dicamus, quæ ibi semper apponitur, ubi in commate sermo suspensus adhuc reddendus esse cognoscitur; ut,

Arma, virumque cano—

vbi totius operis summa conclusa est. Arma enim ancilia Virgilius, virumque dicturus est. Sed quoniam, cano, *respicit ad vtrumque, hic in*, arma, *subdistinctio recte ponenda est. Mediam vero affigendam esse constat in commate, cum nullius sermo deest, sed gradatim tendit ad plenam; vt,*

Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis.

Plena est autem, vbi finitur perfecta sententia; vt est illud,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Subdistinctionem vero, vel mediam non credas ipsum ordinem semper tenere, quem diximus, vt subdistinctio precedat, & media consequatur: sed pro ratione supradicta locis congruis apponuntur, vt distinctiones istæ bene positæ, sensum nobis lectionis euidenter aperiãt. nam si aliter distinguas, sine dubitatione cuncta confundis. Has vero distinctiones, seu posituras, Donato testante Græci θέσεις vocant. Periodus est autem per longum plena sententia ducta pausatio, cuius partes sunt cola, & commata. Sed antequam opus Orthographiæ inchoare videamur, præfationem Phocæ artigraphi, exempli caussa, iudicauimus apponendam; quæ cuncto operi nostro, quasi a nobis prolata sit, ita omnimodis videtur accommoda.

Ars mea multorum es, quos sæcula prisca tulerunt:
Sed noua te breuitas asserit esse meam.
Omnia cum veterum sint explorata libellis,
Multa loqui breuiter sit nouitatis opus.
Te relegat iuuenis, quem garrula pagina terret,
Aut si quem paucis seria nosse iuuat.
Te longinqua petens comitem sibi ferre viator
Ne dubitet, paruo pondere multa vehens.
Te si quis scripsisse volet, non vlla queretur
Damna, nec ingrati triste laboris onus.
Est quod quisque petat. numquam censura diserti
Hoc contemnet opus, si modo liuor abest.

INCI-

INCIPIVNT TITVLI LIBRI ORTHOgraphiæ, indicantes ex quibus auctoribus scribendi peritia, Domino præstante, collecta est.

Commemorati sunt auctores Orthographiæ, ex quibus alii ipso, alii præposterato ordine similia dicunt, alii vero, diuersa describunt: sed omnia nobis absolute nosse conuenit. Nam & illi qui paria dicunt, communia dicta confirmant: & isti qui varia ponunt, per verba multiplicia commonent, quemadmodum scribere debeamus, & loqui. Nunc ordo scripturæ, qui ab antiquis positus cognoscitur, nihilominus est dicendus.

I.
AGNAEI CORNVTI DE Enuntiatione vel Orthographia.

NIMADVERTI quosdam, Æmili amice, eruditos etiam M literam, nec vbi oporteat dicentes, nec vbi oporteat supprimentes. hoc ne fiat, hinc obseruari poterit, si simul subiiciam, si quid ad rectam scripturã pertinet, & ad diuisionem syllabarũ. Igitur si duo verba coniungãtur, quorum prius M cõsonantem nouissimam habeat, posterius a vocalibus incipiat, M consonans perscribitur quidem; cæterum in enuntiando durum & barbarum sonat. At si posterius verbum quamlibet consonantem habuerit, vel vocalem positam loco consonantis, seruat M literæ sonum: par enim atque idem est vitium, ita cum vocali sicut cum consonante M literam exprimere. Est quædã litera in F literæ speciem figurata, quæ digamma nominatur, quæ duos apices ex gamma litera habere videtur. Ad huius similitudinem soni nostri coniunctas vocales digammon appellare voluerunt, vt est, votum, virgo. itaque in prima syllaba digamma & vocalem oportuit poni, fotũ, firgo: quod & Æoli fecerunt & antiqui nostri, sicut scriptura in quibusdam libellis declarat. Hanc literam Terentius Varro dum vult demonstrare, ita perscribit, V A. qui ergo in hac syllaba sonus est, idem literæ erit. Nos hodie V literam in duarum literarũ potestatem coegimus: nam modo pro digamma scribitur, modo pro vocali. Vocalis est, cum ipsa per se est. Hoc enim cum cæteris quoque vocalibus patitur. Si cum alia vocali, digamma est, quæ est consonans. Tres vocales quibusdam videntur esse sub vna syllaba V Æ. errant si

ita putant. nam nusquam neque apud Græcos, neque apud Latinos, ex tribus vocalib. syllaba cõstat. quare similiter hic quoque digamma erit, & duæ vocales similiter. Sed, cadit in quæstionem, & aliis per T, aliis per D placet scribi. apud antiquos enim scio sed, sedũ fuisse: vnde nos duabus literis nouissimis ablatis, reliquas literas salua D in vsu habemus: quemadmodum si quæreretur, sat qua litera scribi oporteat, diceremus per T, quod integrum eius sit, satis. Q litera tũc recte ponitur, cum illi statim v litera, & alia quælibet vna, pluresue vocales coniunctæ fuerint, ita vt vna syllaba fiat: cetera per c scribuntur. Hoc Lucio quoque videtur. Nonnulli putant auribus deseruiendum, atq; ita scribendum, vt auditur. Est enim fere certamẽ de recta scriptura, in hoc, vtrum quod audim⁹, an quod scribi oportet, scribendum sit. Ego non omnia auribus dederim. Quotidie, sunt qui per co, Cotidie scribãt, quibus peccare licet: desinerent, si scirẽt Quotidie inde tractum esse, a quot diebus, hoc est omnib. dieb⁹. Qui syllaba per Q, v, I, scribi debet: si diuiditur per c, vt si cui, huic. hoc item in ceteris notabimus, vt in diuisione c litera sequatur, si tamen secũdum antiquam enuntiationẽ fuerit: quoniam genitiuus & ablatiuus non diuiditur. Causa per vnã s: nec quẽquã moueat antiqua scriptura: nã & Accussare per duo ss, scripserũt: sicut Fuisse, Diuisisse, Esse & Causasse p duo ss, scriptũ inuenio. In qua enũtiatione quomodo duarũ consonantium sonus exaudiatur, non inuenio. Vostra olim ita, per o, hodie p E; vt, Aduorsum aduersũ, Peruorsum peruersum. Votare vetare, Vortex vertex, Conuollere cõuellere, Amploctere amplectere. Malo, qui putãt ab eo quod est Græce μᾶλλον cõparatiuo modo descendisse, & per duo LL scribũt, peccant non. n. a Græco translatũ est, sed ab antiquorũ cõsuetudine, qui primo Magis volo dixerũt, post ea pluribus elisionibus hoc verbum angustauerunt, vt Mage volo, deinde Mauolo, quod frequentissimum apud illos est, nouissimo hoc substiti, vt Malo esset, sed Malle per duas LL; Velle enim est. item Nolo per vnum L, Nolle per duo LL; Nolo enim nevolo est, Nolle ne velle. Deniq; vt se verbũ habet, ita ea quæ ex illo cõponuntur. Alia sunt quæ per duo v scribuntur, quib numerus quoq; syllabarum crescit. Simili enim vocali adiuncta, non solum nõ cohæret, sed etiam syllabã auget, vt, vacuus, ingenuus, occiduus, exiguus. Eadem diuisio vocaliũ in verbis quoq; est, metuunt, statuũt, tribuunt, acuunt. ergo hic quoq; c litera nõ Q apponenda est. Lacrumæ an Lacrimæ, Maxumus an Maximus, & si quæ similia sunt, scribi debeant, quæsitum est Terentius Varro tradidit Cæsarem per I, eiusmodi verba solitum esse enũtiare & scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam. Sed ego in antiquiorũ multo libris quam Caius Cæsar est, per v pleraq; scripta inuenio, optum⁹, intumus, pulcherrumus, lubido, dicundũ, faciundum maxumæ, monumentũ, contumelia, minumæ. Melius tamẽ est, & ad enuntiandum, & ad scribendum, I literã pro v ponere, in quod iam cõsuetudo inclinauit. Vineas per E quidam scribendas tradiderunt, si has significarent, quas in agris viderimus: at cõtra per I, Vinias illas sub quibus latere miles solet. quod discrimen stultissimum est. nam neq; aliunde Vineæ castrẽses dictæ sunt, quã quod vineis illis agrestibus similes sunt. Exstinguunt. per v et o: qualem rationem supra reddidimus de literis, quas dixi oportere in omni declinatione duas vocales habere, talis hic quoq; intelligenda est, Exstinguunt. est. n. ab ex et stinguo, & ob hoc Exstinguunt, licet enuntiari non possit. Interuallum per duo LL. Vallum. n ipsum non aliter scribitur, a quo interuallum. Varro dicit Internalla esse spatia, quæ sint inter capita Vallorum, id est stipitũ, quibus vallum fit; vnde cetera quoq. spatia dicuntur. Obseruanda pusillo diligẽtius est præpositionum cũ verbis a vocalibus cõpositio, vt cõsonantes nouissimas præpo-

positionum sciamus non durare, sed mutari plerumq;. Ita nonnunquã quæ consonantes verborum aut vocabulorũ primo loco sunt, easdẽ necesse est fieri & in præpositionibus, quia propter lenitatem quoq; omnino enunciari sæpe literę præpositionum nõ possunt. quando aũt fiat, quando non, sono internoscimus. accedo duo cc, attuli duo TT, assiduus duo ss, arrideo duo RR, apparo duo PP, annuo duo NN, alligo duo LL. In his non solũ propter lenitatem consonantes mutãr, sed etiam quod nullo modo sonare D litera potest. vbi sonat, & ibi scribitur, cũ F consonanti adiungitur, vt adfluo, adfui, adfectus: cõtra B non sonat, offui, offero, offendo. in aliis etiam consonantibus idẽ patitur, vt, suggero. ostendi. n. supra digamma cõsonantis vim habere. Est vbi B, quamuis incredibile est, in s cogatur, vt suscipere, sustinere, suspendere, suscitare, & quod antiqui dixerunt sustollere, nos præterito sustuli. Itẽ Ex præpositio ad F literã formatur, vt effluo, effodio, effero, efficio; nec minus informatur escẽdo. alicubi tamen sonat, & ob hoc necessario scribitur, exsilio, exsicco. itaq; vbi sonuerit, ibi ponemus. Tamtus & Quamtus, in medio M habere debent. Quam. n & Tã est; vnde Quãtitas, Quamtus, Tamtus. nec quosdam moueat, si M non sonat iam. n supra docui non sonare debere, tametsi in scriptura M posita sit. Exsilium cum s. ex solo enim ire est, quasi exsoliũ, quod Græci ἐξορισμὸν dicunt: antiqui Exsoles dicebãt H sicut in quæstione est litera sit, necne: sic nunquã dubitandum est, secundo loco a quacunq; consonante poni debere; quod solus Varro dubitat: vult enim auctoritate sua efficere, vt H prius ponatur ea litera, quę adspirationẽ cõfert, & eo magis hoc tentat persuadere, quod vocalibus quoq; dicat anteponi, vt heres, hircus. Sed Varronem præterit, consonantẽ ideo secũdo loco H recipere. quod non possit ante adspirationẽ nisi vocales habere. itaq; & ante, & post H litera cuicumque tali adiungatur, non sonabit. Hæc enim natura vocalium est, vt siue ante se siue post se habeant H, quoquo genere enũtiationem non impediant. Præterea in libro quem de Grãmatica Varro scripsit, cũ de literis dissereret, ita H inter literas nõ esse disputauit. quod multo minus mirum, quam quod x quoq; literam esse negat; in quo quid viderit, nondum deprehendi, ipsius verba subiiciam: *Literarum partim sunt & dicuntur, vt A & B: partim dicuntur & nõ sunt, vt H & X: partim sunt neq; dicuntur, vt* Φ Ψ. Vehemẽs & Vemens apud antiquos, & apud Ciceronẽ lego: æque Prehendo & Prendo, Hercule & Hercle, Nihil & Nil. Hæc obseruate eatenus poteris consuetudine potius quã ratione, in his præcipue verbis quæ adspirationem habere debent. Y litera antiqui non semper vsi sunt, sed aliquando loco illius, v ponebãt: itaque in illorum quoq; libris hanc scripturam obseruandam censeo, Suriã, Suracusas, Sumbola, Sucophantas, quod in nostris corrumpi non debet. Illud etiam non video, quare huic literæ, H adspirationis gratia admoueam. ipsa enim per se adspiratina est, & quocumque vocabulo primum locum habuerit, adspiratur, Yacinthus, Yllus, Ymettus, & rãro magis adspiratio addenda non est, quanto apud Latinos vocabula non sunt hac litera notata. Varroni placet. R literã, si primo loco ponatur, non adspirari. lector enim ipse, inquit, intelligere debet Rodum, tametsi H non habet, Rhodum esse, Retorem Rhetorem. Sed eadẽ obseruatio nõ necessaria est in R litera. Sunt enim verba primo loco R literã habentia, non minus Latina quam Græca. Itaque merito auferemus aut amouebimus adspirationem a Roma, regina, rapa, Rodus. Z in antiquis libris modo scripta est, modo non: sed pro illa duæ ss ponebantur, vt crotalizo crotalisso, malacizo malacisso, & his similia. Sed videtint illi, qui cum verbis integris Græcorũ vti nõ erubuerint, erubescendũ crediderũt literas Græcas intermiscere. Nobis satius est alieno bene vti, q̃ ineleganter nostr. apponere.

II.

EX VELIO LONGO DE- *florata sunt.*

AT, si coniunctio fuerit, per T scribi debet, vt est, *At te nocturnis iuuat impallescere chartis.* si præpositio, per D, vt est,

Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. Atque item coniunctio composita, per T similiter scribenda est. Apud, præpositio per D scribi debet: sicut, ad patrē. quoniam veteres sæpe Apud, pro Ad vsi sunt: & duabus ex eis mediis literis sublatis P & V, Ad remanet. Item Quit, per T scriptum, verbum est tertiæ personæ, cuius prima est, queo, secunda quis, tertia quit; ex quibus cōponuntur Nequeo, nequis, nequit: Inquio, inquis, inquit. Per D autem aduerbium, vt,

Quid faciat lætas segetes: & quæ ex eo componuntur; vt, Quicquid, si quid, Aliquid, Numquid, & his similia. Id per D scriptum, pronomen est neutri generis, ab eo quod est, is, ea id: per T vero signatum, indicat verbum tertiæ personæ, ab eo quod est, eo, is, it. Placet etiam Delmatiam, non Dalmatiam, scribamus; quoniā a Delminio maxima eiusdem prouinciæ ciuitate tractum nomen existimatur. Ferię quoque, nō Fereæ dicebantur. Actuarii vero, & Actarii, vtrumque dicitur; sed Actuarii nuncupantur diuersis actibus generaliter occupati: Actarii vero scriptores tantum dicuntur actorum. Item aliud est esse Cilonem, aliud Chilonem. Cilones, vocantur homines angusti capitis & longi, & adspirationem non habet: Chilones vero, cum adspiratione scripti, a breuioribus labiis homines vocitantur, quod est a Græco vocabulo deriuatum, ἀπὸ τῶ χείλη. vnde Achillem quoque ferunt esse nominatum. Coniux sine N putat Nisus artigraphus esse scribendum, quoniam in genitiuo casu facit coniugis. Mihi autem videtur non euellendam exinde hanc literam, qua sonus enunciationis exprimitur. Nam quamuis asserat nō esse onerandam superuacuis literis dictionem, ego tamen fraudandum sonum non existimo suis literis, quibus integer & plenus auribus intimatur.

III.

EX CVRTIO VALERIA- *no ista collecta sunt.*

Q litera tunc recte ponitur, cum eam statim V litera sequitur, iuncta cum alia vocali vel vocalibus diphthongis, ita vt vnam syllabam faciat; vt, Quirites, Quæstio, Quærite: cetera vero per C scribi debent; vt, Cuius, Cumæ, & reliqua huiusmodi. Cum, quando præpositio erit, per C scribi debet; vt est illud,

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. Quum enim aduerbium est, & per Q scribendum. Veteres enim quando, Quū dixerunt; vt est, *Quum nauis ex Asia venerit.* ceteraque huiusmodi aduerbia similiter scribenda sunt, vt Quocumque, Vbicumque. Huiuscemodi, per C literam scribendum est. antiqui enim pronominibus C addebāt; vt, hicce, illicce, isticce; vnde subtracta eadem nouissima litera, C relictum est, vt hic, illic, istic: sed hoc in solo genitiuo casu articularis pronominis, qui est huiusce, adhuc eadem syllaba Ce, integra manet. Cur, alii per C scribendum putauerunt, dicentes non posse Q literam poni, vbi V est sine aliqua vocali, secundum regulam supradictam: alii per Q, eo quod originem trahat ab interrogatiuis aduerbiis, quæ sunt, Quando, Quorsum. vsus autem obtinuit, vt Cur, per C scribatur. Partubus & partibus, arcubus & arcibus, artubus & artibus, veteres quidem indifferenter scripserunt. nos possumus obseruare vt ab eo quod est partus, id est, fœtus, partubus scribamus: ab eo autem quod sunt partes, partibus. itemque ab eo quod sunt arcus, arcubus; ab eo autem quod sunt arces, arcibus. & rursum, ab eo quod sunt artus, id est, membra

membra, artubus: ab eo autem quod ſunt artes, artibus. Tres literæ ſunt apud Græcos ζ ξ ψ, ex his in vſum noſtrum trãſtulimus z: item pro ξ nos x vtimur. ψ nullo modo trãſferri potuit, ſed vis ipſius trãſlata in p s, vt quæ per ψ ſcribuntur, per p s ſcribimus, & ceteris caſibus aut in bis exeunt, aut in pis; vt, cœleps cœlibis, anceps ancipis, Cinyps Cinybis. Diuiſionẽ prætereà ſyllabarum ad b s. & p s pertinentẽ, hanc obſeruabis: quod vbicumque p s erunt, diuidi non poſſunt, ſed ad ſequentem aut antecedentem ſyllabam applicabuntur, tamquam vnius literæ poteſtatem habeant; apſtinui, aps & tinui: apſceſſi, aps & ceſſi: apſcondo, aps & condo: at vbi b s fuerint, diuidantur neceſſe eſt; vt obſtupui, obſtupeo, obſum, obſtrepo. propterea b s numquam coniunctas inuenies. non enim poſſunt facere ſyllabã, & ſi primam quidem vocalem habeant; fallunt quaſi ipſæ conſonẽt; vt, trabs, quã dicimus trabem. ceterum ſi ante vocalem ponantur, nullo modo enuntiationem capiunt; cum p s etiam præpoſitæ ſic ſonant, vt apud Græcos ψ. Eandem rationem puto obſeruandam & in verbis quæ preterito tempore & futuro incertum eſt p an b habere debeant. nam ſicut in caſibus nominum p litera in b commutatur, vt eſt cœleps cœlibis, ita in temporibus quoque verborum e contrario b in p commutatum videmus; vt, ſcribo ſcripſi, ſcripturus: labor, lapſus, lapſurus: nubo, nupſi, nuptura. Z, in antiquis libris Latinorum ſcripta non eſt: ſed pro illa duo s s ponebantur, crotalizare, crotaliſſare. Sed viderint illi, qui cum verbis quibuſdam integris Græcorũ vti in Latina lingua non erubuerunt, an erubeſcendum crediderint literas Græcas intermiſcere. nam ſatius eſt alienis bene vti, quam noſtra ineleganter apponere. Præſto, nos per o ſcribimus; antiqui per v ſcripſerũt. Sed præſto dicendum eſt, vt ſedulo, & optato, & ſortito, inde & Præſtolari, non Præſtulari. nec mirum eſt veteres V litera pro o vſos; nam & o pro v vſi ſunt; Publicum enim, quod nos Publicũ, & quod nos Culpam, illi Colpam dixerunt. Super per p ſcribendum, non per b. Neglegere per g, non per c ſcribendum. Eutaliqum, Eupolim, & alia huiuſmodi, quidam per Y literam putauerunt, eo quod Græca eſſe dicerent; ſed apud nos Y litera numquam vocali coniungitur.

IIII.

EX PAPIRIANO ISTA collecta ſunt.

Æ Syllaba, quã nunc in fine ſermonis diphthongon ſcribimus, vt, cogitationes magnæ, apud antiquos per a i ſcribebatur, vt eſſet diſtantia genitiuorũ a datiuis. nam genitiuo hanc diuiſionem dabant, vt non eſſet diſſyllabus ſimilis datiuo, ſed triſyllabus inueniretur; vt, magnai, Aſiai, aulai, frugiferai. Reliquiæ, & Reliqui per c ſcribebantur; vt Reliquus & Mortuus, ſic Relicui & Mortui; vt & vacuus vacui, ſtrenus ſtrenui. at nũc Reliquiæ, velut Exſequiæ per q ſcribuntur. Cotidie, per c & o dicitur, & ſcribitur per q; quia non a quoto die, ſed a continenti die dictum eſt. Haud, quando aduerbium eſt negandi, per d literam ſcribitur, & adſpiratur in capite: quando autem coniunctio diſiunctiua eſt, per t literam ſine adſpiratione ſcribitur. Malo per vnum l, quod eſt, magis volo. Malle per duo l l, quod eſt, magis velle. Nolo per vnum l: eſt enim non volo. Nolle per duo l l, quod eſt, non velle. Querela apud Latinos per vnum l ſcribebatur, ſicut ſuadela, tutela, candela, corruptela, quamuis vſus ſibi etiam apud eos vindicaret, vt aliqua in figura deminutiuorum per duo l l ſcriberentur; vt, capella, fabella, tabella. nunc autem etiam Querella per duo l l ſcribitur. Natare per vnũ r ſcribitur, vt Varroni placet. ſecutus eſt enim etymologiam nominis eius, quia Gnarus dicitur, qui ſcit & accipit quod loqui debeat. denique compoſitio verbi

ita scribitur; Ignorare, quæ non per duo R, sed per vnum scribitur. ideo & Naratio, vnum R habere debet. Quot, quando numerus est, per T, quando pronomē, per D scribendum est. nam Toridem per T scribitur, quia numerus est. Quæcunque verba ab s litera incipiunt, si composita sunt, vt Ex præpositionem accipiant, seruata s litera scribuntur, vt, specto exspecto, salio exsilio. cetera verba quæ s in principio non habēt, onerari non debēt; æstimo existimo, acuo exacuo, agito exagito. Prendo dicimus & Prehendo; sicut Hercle & Hercule, Nil & Nihil. Sed in his verbis quæ adspirationem habere debēt, hæc obseruari eatenus poterunt, quatenus consuetudo permiserit; sed tamen libellus nos euidenter docet, qui inferius de aspiratione scriptus est. Traps ab eo quod dicitur trabis, & Vrps, per P debēt scribi, licet Varro per B scribendum puter, quod in reliquis casibus B habeant. sed tamen cum Ψ litera Græca nullo modo transferri potuerit in vsum nostrum, & vis eius per P & S literas scribatur, necessarium est, vt vbi Ψ Græcū sonat, apud nos quod vitari nō potest per has literas scribatur, P & S, licet in obliquis casibus B habeant; vt cælebs cælibis, vrps vrbis. item in aliis ipsam retineant; vt, auceps aucupis. vnde apparet in his casibus mutare nos debere P & B, in quibus se etiam ambę consequuntur interposita vocali. Hanc etiam regulam sequimur in Φ, quæ ipsa P H constat; vt, Cinyps Cinyphis, quę in nominatiuo casu P & S, in aliis casibus per P & H scribitur. Quicquam, in medio per C, non per D, scribi debet. in compositione enim plerumque D in C commutatur, vt in præpositionibus, accedo, accumulo. Formosus sine N, secunda syllaba scribendum est; vt harenosus, frondosus, aquosus, herbosus: participia vero habent N, vt tonsus, tunsus, mensus pransus. quamuis antiquorum nulla obseruantia fuit, cum N, an sine N scriberent. illi enim tosus, rusus, prasus plerumque scribebant. Y Græcum nos in quibusdā in V conuertimus; vt, Cymas, Cumas, cyminum, cuminum: in quibusdā non vertimus, vt, Syria, Syriacus, symbolum, sycophanta. Forfices secundū etymologiā debemus dicere, & scribere, vt si a filo dicamus, F debeamus ponere, vt Forfices, quæ sunt sartorū: & si a pilo, per P, vt Forpices, quæ sunt tonsorum: si a capiendo, per C, vt Forcipes, eo quod formum capiant, quæ sunt fabrorum. Formum enim dixerunt antiqui calidum, vnde est Formosus. Vulgus, vultum, paruū, totuum, sunt qui putant per duo V scribi non debere; quod similis vocalis vocali adiūcta, non solum non cohæreat, sed etiam syllabā augeat, vt est vacuus, ingenuus, occiduus, exiguus, perspicu', & in verbis, metuunt, tribuunt, statuunt. Sed Velius Lōgus per rationē præsumtā decipi eos putat, qui primitiuus, & adoptiuus & nominatiuus, & alia per V & O scribunt. Nā aliter scribere, & aliter pronūtiare vecordis est cū enim per O scribant, per V pronuntiant. Præterea qui contra sentiunt, non respexerunt vnum V, totiens consonantis vim habere, quotiens pro consonante ponitur quod apud Græcos Digāmon vocatur: ac sic fieri vt nominatiuus duas quidē V literas habeat, sed priore pro consonāte, posteriore pro vocali scilicet posita. sic & Donatus dicit, quotiens V & I, seu sibi, seu aliis vocalibus præponuntur, loco habendas esse consonātiū. Hiemps, vt Cæcilio videtur, P habere propter M literam non debet; quod satis sine ea litera M sonet, vel quod per omnes casus ne vestigium quidē illius appareat. Sumpsi autem, quæritur an possit sine P litera, vt hiemps, sonare; sed quia & in alia declinatione P respondit, cū dicimus sumptus sumpturus, necessario per P scribi debet. A, & Ab, & Abs, & Au præpositiones vnius generis sunt; velut, cum dicimus, a me, ab illo, abstuli, aufugi. sed obseruandum, vt tunc Ab prępositio scribatur, quotiēs parti cuilibet orationis cōiungitur, quæ a vocali incipiat, ne dictio multis consonantibus oneretur: si vero a con-

consonanti pars aliqua, cui præponitur, incipiat, non est ponenda Ab præpositio, sed A solum, vt, a fratre, a vicino, ab homine, ab vrbe. Abs vero apud nos nominibus, cum quibus in conclusione venit, respuenda est, vt est, ab vrbe venio, non abs vrbe venio; nam in cōpositione non est euitanda, vt, abscondo, abstineo. Au quoq; his præponenda est, quæ a consonantibus incipiunt. In præpositio, si composita sit, & P, aut B, aut M sequatur, N in M conuertit, vt, improbus imbuit, immutat; quotiens vero G illā sequitur, N amittit, vt, ignarus, ignotus; nā gnarus & gnotus simplices sunt. Ad præpositio, interdum retinet D literam, vt adfert, adfuit; interdum variat, vt ammonet, amminiculum. Plerumque euenit, vt consonantes quædam verborum aut vocabulorum coniunctæ huic præpositioni mutentur. quando autem fiat, quando non, sono internoscemus. Accedo duo CC, attuli duo TT, assiduus duo SS, appareo duo PP, alligo duo LL, annuo duo NN. est & vbi necesse est hanc literā interire, id est, D, vt, aspiro, aspicio. nulla enim consonans pro D intercedit, sed omnino D deperit. Ex præpositio sequentibus B, D, G, L, M, N, literis & V & I cū pro consonantibus sunt, X literam amittit, vt, ebibit, edidit, egessit, elusit, emicuit, eneruauit: sequente vero F, nostra consuetudine in eandem literam mutat, vt, effundo. Ob præpositio interdū ponitur plena, vt est, obire, oberrare: interdū in eandem literam transit, a qua sequens sermo incipit, vt, offulsit, ommutuit, opposuit: sequente vero V, loco cōsonantis posita, integra custoditur, vt obuersus, obuius. Sub ꝑpositio, vt superior, interdū B literā seruat, vt, subire, subesse, subauscultare: interdū mutat in eādem literam a qua sequens inchoat verbum, vt sufficit, suffigit, summouit, sumministrat, supponit, supprimit, suggerit: sequente R litera integra manet, vt, subrado, subremigo, subrideo; nec vnquā sequente R litera corrūpitur. B in S mutatur sequentib. T & C, vt, sustulit, suscepit. De præpositio aut plena in cōpositionibus ponitur, vt, deducere, demonstrare, detrudere: aut correptione E literæ corrumpitur, vt, deorsum. nam quando in I literam transit, vt est,

Aera dimouit tenebrosum, & dispulit vmbras. non est a præpositione de, sed dis, vt, distraho, dispereo. Dis præpositio sequentē literam S non amittit, vt, dispicio: sequētib. vero B, D, G, L, M, N, R, amittit, vt dibucinat, diducit, digerit, dilacerat, dimouit, dinoscit, diripit. Interdum S litera, sequēte R in eandē literam mutatur, vt, dirumpo; nā sequente F, cōsuetudine in eandē mutat literam, vt diffundo. Re præpositio non tantū plena præponitur quibusdam partibus orationis, vt, remouet, refricat, respirat: sed & D literam assumit, vt est, redire, redolere. sed interdum D litera geminatur, quotiens ab eadē litera sequēs incipit syllaba, & vna pars orationis expletur, vt, reddere dicimus geminata D: reducere autem simplici vtimur. Trans præpositio, interdū plena est, vt, transtulit, transactū, transeo, transit: interdum minuitur, vt traicit, traducit. Sine præpositio, interdū assumtione literæ D, corrumpitur, vt, seditio, sedulo. Pro præpositio cū sit naturaliter longa, interdum in cōpositione corrumpitur partim correptione, vt profanus: partim assūtione literæ D, vt prodest, prodit, prodigus. interdum integra est & ipsa, & pars cui cōiungitur, vt procuro sequentibus I & V, cum pro consonantibus sunt, nonnunquam literam perdit, aut mutat, vt prouidens: aut adsumit, aut corripitur, vt, profertur. Circum præpositio, sequentibus vocabulis, M literam in enuntiatione amittit, in scriptura seruat: sed & cum I & V vocales loco consonantium positę sequuntur, & scribitur, & pronuntiatur, vt, circūuenit, circūiacet. Ante præpositio, interdum integra manet, vt, anteactū, anteuenit, antecedit: interdum mutatione in I literam corrumpitur, vt, antistat, anticipat. Inter præpositio in vna voce sequēte L litera, R in eandem mutat, vt in-

tellego.ceteris literis sequentibus vocalibus, per voces integra manet; vt, interit. Cuius, & Cui, pronomina per Q scribebantur: nos autem & ad breuitatem festinauimus scribendi, & illã pinguedinẽ limare maluimus. Accerso per e, & Arcesso per R; sed Accerso significat, aduoco: Arcesso, repello, prohibeo. Coqui, Grat⁹. artigraphus per c primã syllabã, secundã per Q scribendã putauit. non. n. dicimus Cocere, sed Coquere, vt Virgilius, *apricis coquitur vindemia saxis.* V litera in quib⁹dam partibus orationis vitiose inseritur, vt in eo quod est Vrguere. Vrgere dicimus. n. non Vrguere. Virgil. *Vrgẽtur pœnis.* sine v positũ est & illud, *Vngere tela manu, ferrũq; armare veneno.* nã quominus Vnguo debeat dici, euidẽter apparet. nullũ. n. verbum est Vo terminatum, siue iunctim, siue solute. vt nõ eandẽ v seruet in præterito; vt volo volui, eruo erui. vngo vero nõ vngui, sed vnxi facit; quomodo pingo pinxi: & tamẽ nõ vtiq; nomini qd' hinc fingitur, sic insertã videmus v literã, vt euelli nõ possit sicut apud eundẽ Virgiliũ, - *& pingues vnguine tædas.* & in cõsuetudine vsurpatũ Vnguentũ dicitur, quod tamen sine v debet scribi. Leprosi, a proritu nimio ipsius scabiei dicti sunt, & ideo per P scribi debent. Mille, numerus a quibusdam per vnum L scribitur; quod Milia dicimus, non Millia. alii melius per duo L L existimant scribendum.

V.

EX ADAMANTIO MARtyrio de V & B.

VA syllaba, præfulgẽs in capite nominis, per v vocalẽ loco positã cõsonãtis scribetur; quoniã apud Latinos hæc litera plus valet quã B muta, quæ & vocalis est, & dũ crassiorẽ exprimit sonũ, trãsit in cõsonantiũ potestatẽ; vt, vates, vanus, vagus, valid⁹, vacuus; exceptis basio, balineo, & baculo, a quo bacill⁹ nascitur deminutiuus. Illa quoq; nomina, quorũ secunda syllaba in A literã desinit, per B mutã scribentur. vt bambalo φαμικῆς, bacca, balathro ἄσωτος, balatus βληχηθμός, barathrum, barbarus, ac talia. V e correpta, nominis principiũ obsidens, v digãmon similiter habebit in scriptura; vt, venenũ, vena, verecundus, venerabilis, vetus, vehemens, vehiculũ: ita tamẽ si nõ ab aduerbio, qd' est, bene, cõpositionẽ habuerint nomina. hæc nãq; per B mutã notabuntur, eo qd' aduerbiũ bene, per B mutã scribi ratio regularis compellit hac de caussa. Constat quędã aduerbia a nomine venire, & si nominis datiu⁹ casus singularis in o desinat, vltima o litera in E tam breuẽ, q̃ lõgã cõuersa facit aduerbiũ; vt, doctus, docti, docto, docte: malus, mali, malo, male. ergo & bonus, boni, bono, bone debuit facere. sed ne vocatiuus casus nõ aduerbiũ putetur, vt est, o bone vir, visũ est etiã penultimã o literã in E conuertere; vt hoc aduerbium, illud nomẽ indicet. igitur a bono factũ est aduerbiũ bene. bonum vero per hanc literã significari monstrabũt sequentia. Itaq; si ab aduerbio, qd' est bene, cõposita fuerint nomina, per B mutã scribuntur; vt, benignus, beniuolus, benific⁹, dumtaxat a benefaciẽdo. nã a veneno per v scribi nullus ignorat. Meminerimus tamen beatũ a superiore abhorrere regula; quia primã syllabã nulla sequitur consonans. Et quoniã huic opponitur regulæ, vehemẽs & vehiculũ, ammonem⁹ hoc facere adspirationẽ, vt in multis ita hic quoq; v prælatã videamus, quã poni ꝓ cõsonante possibile est. Væ diphthongus siue sola est, vt, væ misero mihi; siue cũ nomine componit vsus; vt, væsanus, per v digammõ scribitur. V e producta similiter in capite nominis constituta, si quidem masculini vel neutri generis erunt nomina, in quibus hæc præposita syllaba, per v vocalem, pro consonante signabitur, vt venator, velum, veretrum μόειον, venabulum, si vero erunt feminina tantummodo, quorum origo a masculino genere venire non cernitur, per B mutam scribentur; vt, besica, bellua, bestia: ita tamen si non duarum fuerint syllabarum, nam mus-

mutabunt scripturam; vt, vena, vespa, & his similia. his quoque opponitur Beta, quam Græci σεῦτλον appellant, quoniam in Græco idem genus obseruari non potuit. Præterea quærimus cur Veritas, & feminini generis existens, & superans dissyllaborum naturam, per v, non per B, scribatur. sed dicimus, quia non est primæ nomen positionis, sed descendit a mobili genere. est enim verus, vera, verum, ex quo nascitur appellatiuũ, veritas; & ideo primiformis sui regulam necessario defendit. Simili modo & Venatrix, masculini sui originẽ sequitur. Vi longa vel breuis nomini præbens initium, si a numero Bis, composita fuerit, per B mutã scribetur. discretionis enim gratia, bis numerus per hãc literã scribitur, vt separetur a nomine monosyllabo, quod est Vis, & necessitatẽ significat; veluti, biceps, bilinguis, biformis bipatens, biẽnium, bimum, biga, biduũ, bicolor, bipennis, biiugũ, ac talia. Si autem pura remaneant numero, v traducti in consonantiũ potestatẽ habebũt positam; vt, victor, vinum, vitis, victus, vinitor, vita, vidua, vipera, viator, virilator: præter Bitumen, quod neutri generis cõsistens, numerum dissyllaborum excessit; Bile etiã discretionis caussa: nam si fel significat per B mutã; si abiectum aliquid, & parui pretii, per v scribetur. Bibula autẽ a verbo, quod est bibo, traducitur, cuius postea regulas dabimus. Vo breuis vel producta, seruãs principiũ nominis, per v literã, vocalis amissa potestate, scribetur; vt, voluntas, voluptas, verago, vocabulũ, vomitus, votum; bono tantummodo regulam superante, eo quod in tria genera dispertitum sit, cum prædictorum nihil naturã mobilium recipiat. Bu seu producta, seu correpta fuerit, præpositã B mutam habebit, vt buxus, bufo, bustũ, bucina, [illegible] & huiuscemodi omnia. nullo enim modo poterat ipsa sibi v præponi, non coniuncta etiã aliæ consonanti in prima syllaba: cum tamen dissimilis consona litera fuerit subsecuta; vt, vultus, vulgus, Vulcanus, per v digammon scribentur. nã si prima syllaba desinat in cõsonantẽ, ex qua etiam secunda incipiat, B mutã retinet in scriptura, vt bucca, bulla, & similia. Vac syllaba, quotiens præposita fuerit, v vocalem habet pro consonante; vt vacca, id est, iumentum, vaccinium. i. flos. nã Bacchus, & Bacchã, bacchari, bacchar, per B scribenda sunt. Boc, & Bic syllabas inuenio deficere. Boc vnum barbarũ didici, quod est Bocchus, quod B mutã habere cognouimus in scriptura. Et sciendũ, quod nomina peregrina, si trahantur ad Latinũ sermonem, B mutã sibi plerumq; defendunt. ideo autẽ dicimus plerũque, quia sunt quæ Latinis regulis seruiũt, vt Massiua. hoc enim nomen licet barbarum esse constet, tamen regulam Latinam in scriptura seruat, quã suus locus monstrabit. Buc syllabam in vno repperi solummodo nomine, hoc est, bucca, quod per B mutam scribitur. Val prima syllaba si quidẽ L litera fuerit consecuta, per v scribetur; vt, valles, & vallum. nam balæna, & ballista, per B scribenda sunt. Si vero L non sequatur litera, per B mutã signabitur; vt balteus, balbus, baluę, id est, ianuæ; præter aduerbiũ Valde, eo quod per detractionẽ I literæ, dictũ esse non dubium est. Valide enim integra dictione consistit, vt arbitror: & hoc nãq; euenit de nomine; facit enim validus, validi, valido: ergo valide aduerbium facere debet. vnde si voluerimus incorruptam emittere dictionẽ, primæ syllabã ũ subiacerer regulæ. Vel syllaba, si sola permanet, erit coniunctio disiunctiua, quæ per v omnifariam scribetur: si vero caput fuerit nominis, B mutam habeat in scriptura, vt, bellum, bellissimum & bellaria; præter vellus, discretionis gratia. nam si per v vellus scribatur genere neutro, ac declinatione tertia nuncupetur, vt lanam significet; hoc vellus enim, huius velleris facit: si autem per B mutam notetur, genere masculino ac declinatione secunda declinabitur, vt scitum denuntiet; hic enim bellus, huius belli, id est, scitus, & iocatus, per casus decli-

nabitur, Vil syllaba, si fuerit antecedens, v vocalem habebit pro consonante; vt, villus vestimenti; villa, id est, possessio. Bam etiam vocalibus aliis interuenientibus in prima syllaba nullius nominis enuntiari cognoui, nisi in glossematibus. Bammũ ἐξύγαλον, atque Bambalo ψελλός; quæ per B mutam scribuntur. Van, & Ven, & Vin syllabæ, v vocalem habebunt pro consonante; vt, vannus, ventus, vindicta. Vap, præfinita syllaba v vocalem habebit pro consonante; vt, vappa ὑδαρής. alias vocales inter v & P collocatas inueni deficere. Bar cum incipit syllaba, B mutam habebit positã; vt, barrus ἐλέφας, bardus ἀναίσθητος, bargus ἄφνης, barba Excipitur nomen proprium Varro tantummodo. Ver, & Vir syllabæ longæ, vel breues, v vocalem loco positam consonantis habebunt; vt, Vertex, Virgiliæ Πλειάδες, verbum, virus, virga, virgo, virtus, Virbius. Excipitur ab hac regula tantummodo berna, quod nomen licet ego inuenerim per v scriptum, tamen illustris memoriæ virum Memnonium, hominem omnis facundiæ iudicem, audiui dicentem, se de hoc reprehensum a Romano quodã disertissimo, quod per hanc enuntiauerit literam, nos quoque notauimus, ac tentauimus rationem reddere, quasi diuersitatis caussa: si enim berna domi genitum significet, id est, οἰκογενής, commune est duum generum secundum veteres, trium vero secundum meam sententiam, & per B mutam scribitur: si vero temporale quoddam denuntiet, erit mobile; a vere enim vernus, verna, vernum fit, vt si quis dicat, vernus sol, verna hirũdo, vernum tempus: & v. sicut prototypon eius in scriptura tenebit. His ita se habentibus, possumus etiam intelligere bernam dictũ esse eum, qui in bonis hereditariis natus est bona vero per B literam scribi supradicta ratio demonstrat. Vor syllabam neque breuem neque longam in Latino sermone vlli inueni præpositam nomini, nisi vortex. pro eo quod est vertex: sicuti volnus antiquos figurasse meminimus. Bur similiter cognoui deficere, præter hoc quod in proprio dicimus nomine, id est, Burria: quod etiam per B mutam scriptum esse secundum regulam nouimus in supradictis expositam. Bes longam similiter nomen monosyllabum repperi, significat autem vncias octo. quod B mutam tenere consuetudo tradidit in scriptura; breuem inuenire nõ potui. nam vesper, vectis, ac similia, licet per v vocalem pro consonante scribantur, tamen iuxta rationem supradictam, vbi fecimus bes correptã per B mutã debere scribi, debent per v scribi; quoniam s litera sequenti syllabæ sine dubio iũgitur. Vos, si pronomen fuerit, in monosyllabo per v literam scribitur: cum vero dissyllaba fuerit, id est, vobis, prima syllaba per v, secunda per B scribetur: quãdo autẽ iumenti nomen inuenitur, vt est, *procũbit humi bos*, B mutã habebit in monosyllabo nominatiuo & vocatiuo casu: cũ vero per alios casus cœperit geminari, in prima syllaba B continet, in secunda v, vt, bouis, boui, bouẽ, a boue, sicut in supradicto pronomine variatis contrario literis constat effectum. Bat in vno tantum reperitur nomine generis neutri, pluraliter enuntiato, id est, batualia, quæ vulgo battalia dicuntur, quæ B mutam habere cognouimus, exercitationes autem militum vel gladiatorum significant. inde etiam battuatores τοὺς βασανιστὰς dici puto. Vit per v scribitur; vt vita. Vix & Vox, monosyllaba, dixi modo quod per v literam scribantur. Alias vocales x quidem literæ antepositas, B autem literæ cohærentes, Latina nescit omnino facũdia.

VI.

DE MEDIIS SYLLABIS eiusdem Adamantii Martyrii.

DE primis syllabis in capitibus nominum positis, quantum potuimus, sine pre-

ne prætermissione tractauimus. Notum enim omnib. esse credo, quod necesse est B literam nostro labori propositã, si consonans fuerit consecuta in quacumque dictione, eam sine dubio scribi; vt blãdus, gibbus κυφός, bratteum, latebræ, tenebræ, atque omnia talia. Nunc rationabiliter mediæ syllabæ nostrum sortiantur laborem. V a syllaba in medio nominis posita, per v scribetur: vt auarus, caluare; præter carbasum. quod nomen Græcum magis quam Latinũ arbitror ambages enim per B mutam notatur, vel quod præposita est M litera, vel quod ex duobus corruptis nomen arbitramur compositum, quasi amboactæ. vnde dicitur etiam ambire. Ergo cõposita vel appellatiua, vel traducticia, siue facticia, id est, quę ex aliis facta sunt, notare debemus. vt sequantur prototypa, id est, primas positiones; vt, nouus noualis, riuus riualis. & deriuatiua ab Alba Albanus, a silua siluanus, a priuo priuatũ, a libo libatum. V e correpta, siue sola fuerit, siue adiuncta consonanti, per v vocalẽ loco positam consonantis notetur, vt iuuenis, alueus, fouea, aduena, iuuencus, cauerna, nouerca, & aduersus præpositio; præter trabeam, Gubernator enim licet per B mutam scribatur, tamen hoc nomẽ arbitror a guberno verbo figuratum cõsistere; cuius regulas postea meditabimur, cum ad tractatum B literæ trifariã in nomine positæ venerimus. ita tamen, si non deminutiua nomina, vel deriuatiua fuerint. Illa enim, sicut superius diximus, prototypa sua sequentur, vt, liber libertus libellus, imber hibernus, flabrum flabellũ, tabula tabella, taberna tabernaculũ, bellator imbellis vel imbecillis. fabula fabella; quæ omnia per B mutã cen primiformia scribentur certissime. Be producta, per B mutam omnifariam scribetur, vt verbena, rubeta, ambesum, habena. excipitur auena. quæ significat tibiam, vel stipulam, discretionis gratia. nam seuerus, quia a sæuo venit, posteritatis caussa, vns syllabæ consequitur regulam. Vi breuis, per v vocalẽ habentem vim consonantis, scribetur; vt, Fauius Flauius, auidus, fluuius, ciuitas, fauilla, prouincia, exsuuiæ, manuuiæ, obliuium, diluuium, suauium, liuidus, simpuuium, ἰδίως ἐκτὸς ἱερατικῶν: præter obitum nomen, & subito atque obiter aduerbia: quæ ob & sub, vtpote præpositiones antiquas puto in scriptura seruasse B literã, nõ mediæ, sed primæ adiungentes syllabæ. Virbius est abstractus a regula, quoniã vir a bis factum esse memorãt; quẽ numerum per B mutam scribi antedicta declarant: quidã virum bonum: alii vero Virbium, tamquã sit ὁ ὡς ἀναβιώσας: alii deũ esse qui viribus pręsit, interpretantur. his prætetea notatur ambiguus; namq. M semiuocali præposita in vna eadẽque dicti. ne, numquã V litera pro consonãte sequitur huic opponitur, quamuis: sed hoc videtur esse compositũ, cum posterior vis syllaba subiũgatur plurimis: vt abs quouis, quorumuis, vtrumuis, ac talia. Obseruandum tamen, ne es pura syllaba terminauerit nomina: si enim fuerint ita enũtiata per B mutã media syllaba sine dubio scribentur; vt, abies, scabies, rabies. Hæc autem species bipertita quoque consistit. nam si trisyllaborum maiorem habuerit numerum, per v necessario notabitur; vt, illuuies, proluuies, ingluuies, subluuies. Is syllaba terminata, per B mutam scribi compulit nomina; vt, nobilis, mobilis, laudabilis, mirabilis, debilis, habilis, effabilis; exceptis seruili, ciuili, & ouile. quæ a seruo, a ciue, atque oue, vis syllabæ posteritatis deducunt originem, cuius postea regulas meditabimur. Licet enim habitus, excubiæ, probitas, arbitriũ, dubiũ, ac talia, per B mutã scribantur, tamen hæc de caussa, quoniã a verbis figurata cõsistunt. & sciendum, quod quæcumque nomina cum verbis habent societatem, verborum regulis, quas propterea loco suo dederimus, ipsa quoque necessario subiacebunt. B i longa, si penultima fuerit, per B mutam scribetur, vt, libido, rubigo, tibicẽ, ambitus, concubina, cubile. sed hæc etiam manifestamus, quod horũ quædã

in transfiguratione corripiuntur, vt, tubicen, tibia, cubile cubitus, connubium; quæ licet vim longarum amiserint, tamẽ eandem scripturam & in deriuationibus desiderant custodire. Sciendũ præterea, quod si in compositis nominibus, vel in antepenultima sede Vi longa inciderit syllaba, per v vocalẽ pro consonante scribetur, vt, inuitus, diuigenus, Lauinia, priuilegium, ac talia. priuignum etiam huic regulæ inseruire nõ dubito; quod per detractionem E literæ dici puto; priuigenium enim integram magis esse dictionẽ arbitramur. Ammonemus quoq; in deriuatiuis hic esse, sicut vbiq; tractauimus, primiformiũ regulas, vt, ceruix ceruicale, puluis puluinare: quas a posteritate syllabæ veniẽtes paullo post retegemus. Hãc regularum diuisionem cõfirmat scriptura conuiuii. nam dissimili tempore Vi Vi syllabę constitutę notatur similiter; quia prior, id est, antepenultima longa est, & speciem regulæ metuit paullo ante memoratæ, vbi meminimus Vi longam in antepenultima sede constitutam, per v vocalem habentem vim consonantis, necessario scribi: manens altera breuis supradictæ seruiuit regulæ, vbi diximus Vi breuem in medio nominis positam per v vocalẽ notari. regulam ergo absurde nõ arbitror esse diuisam. V o syllaba lõga vel breuis, in medio nominis posita, per v scribetur, vt, aduocatus, friuolus, deuotus, Fauonius, diuortium; abortus & suboles, regulam propter præpositiones, vt puto, negantibus. Bu syllaba per B mutã notetur certissime, vt, tribunal, robustus, vocabulum, stabulum, ebulum, vestibulum, cunabulum, moribundus, furibundus, atque omnia talia; auunculo tamen minus regulæ connumerato: idcoque formam deminutiui, vel deriuatini seruare minime dubitatur, & quasi venire ab auo demonstratur. auum vero per v digammon scribi suus locus monstrauit. Hæc de mediis syllabis.

VII.

ITEM EIUSDEM MARtyrii de vltimis syllabis.

RElíquum est vltimis nominum syllabis imponere studium. Va syllaba nominis terminata, siquidẽ R antelata litera, vel vocalis natura lõga in penultima fuerit, per v scribetur, vt silua, malua, vua, vulua, claua, vua, stiua, oliua, saliua: præter balbas, si tamen prior syllaba per B mutam scribetur, discretionis gratia, ne non fores, sed ineffabile vocis denuntiet: nam si σύγχεῖ ἢ τὴν πολῶνα ἀμφίθυρον significabit, per v digammon vltimam scilicet syllabam, de qua & nunc loquimur, scribetur Persius, --*balua de nare locutus.* Si vero hæc, id est, L, non præfulgeat litera, & vna vocalis natura longa non erit penultima, B mutam decẽter in scriptura tenebit; ita tamen, si nõ a masculino genere nomina fuerint figurata, vt, herba, tuba, turba, larba δαιμόνιον, barba, obba ποτήριον, gleba, pronuba, orba. excipiũtur caterua, Minerua, quod disyllaborũ huius regulæ superant numerum, habent longam positionem penultimam. Ve syllaba correpta, per v sine dubio scribentur, siue a se oriantur nomina, seu ab aliis veniant, vt conclaue, suaue, siue, quidue, atque his similia. Bi non inueni terminatam, nisi in pronominibus datiui casus, & in aduerbiis quæ per B mutam omnifariam scribuntur, vt, tibi, sibi, vbi, ibi, & in pronominibus pluralibus, nobis, vobis. Et semel sciẽdum quod quæcunq; nomina, siue pronomina in datiuo casu, singulari vel plurali B literã habeãt, in alio casu penitus eadẽ nõ fulgente litera, per B mutã scribẽtur, vt, omnibus, similibus, plurib⁹, ac talia. Bo syllaba definita, per B mutam scribetur, vt, turbo & orbo, bubo & tabo, licet per ablatiuum casum enũtietur; excepto pauone solummodo. Bal syllaba terminata, per B mutam scribentur, quæ in barbaris nominibus, aut Latinis nos nouimus inuenisse, vt, Hannibal, Hasdru-

drubal. Alias vocales inter B & L conlocatas reperire non potui. Bam & Bem syllabas, cum aliis vocalibus in nominatiuo casu a Latino sermone abhorrere cognouimus, excepto nouem. significat autem indeclinabile numerum qui per v scribitur: notatis etiam quibusdã neutralibus, quæ postmodum aliis subiiciemus generibus. Bat & Bet syllabæ terminatæ, per B mutam scribentur, si dissyllaborum non egrediantur numerum, quorum naturaliter longa minime carebit penultima, id est, si non fuerit trisyllaba, quæ naturalem longam non habebit penultimam, vt, iubar, liber, imber, vber, faber, suber, Calaber, Mulciber. si enim trisyllaba fuerint neutri generis, quę longam penultimam naturaliter habebunt, per v vocalem loco positam cõsonantis notabuntur, vt, cadauer, papauer, & similia. nam puluer, sit licet dissyllabum, tamen antiqui duplicem nominatiuum enuntiare maluerunt; non solum enim puluer, sed etiam puluis dixerunt. hac de caussa per v scribitur. Vir per v vocalem vim cõsonantis habentem scribitur, vt, semiuir, triumuir, licet composita, non simplicia sint. Vor, per v notetur, vt liuor, & Mauors. si tamen hoc nomen in hac parte poni necessariũ ducimus. quidam enim non solũ Mars, sed etiam Mauors, vnde & Mauortia dici volunt. excepto arbor, quia nuncupatur & arbos, quæ per B mutam scribi docuit consuetudo. nam labor, fauor, feruor, pauor, ex verbo figurata verbi quoque non abnegant regulam. Bur syllaba terminata, B mutam in scriptura tenebunt, vt ebur, robur. Ves breui finita syllaba, per v vocalem pro consonante scribetur, vt, diues. Bes longa cum fuerint terminata, B mutam tenebunt in scriptura, vt, labes tabes, pubes. nubes; quamuis nubis quidam nominatiuum enuntiare maluerunt. Vis per v vocalem loco positam consonantis scribitur, vt, ciuis, niuis, nauis, clauis grauis. puluis, suauis; licet enim scrobis & orbis per B mutam scribantur, hoc tamẽ hac de caussa, quoniam quidam nominatiuum singularem fine I litera enuntiare voluerũt. Bos per B mutam, vt arbos, sicut superius meminisse cognoscimur. Bus, siquidem masculini generis tãtum nomina fuerint, per B mutam scribentur, vt cibus, nebus, morbus, rubus, globus, nimbus, lembus, lumbus; neruo notato solummodo. quia si illi e longa fuerit præposita, faciet verbum. eneruo enim ἀκυρίζω, positio verbi dicitur, cuius rationem cum de verbo locuti fuerimus, maturabimus reddere. Obseruabimus tamen, si dissyllaborum non egressa fuerint numerum a penultima, & vna vocali naturaliter longa minus habeant; nam mutabunt scripturã, vt, riuus, cliuus, aceruus, nominatiuus, & ceteri. sed quia Corœbus supergreditur numerum dissyllaborum, per B mutam notatur. & sciendum quod ideo hanc literam tenuit in scriptura, vel quia peregrinum nomen, minimeq; Latinum existit, vel quod penultimam longã non ex vna vocali, sed ex diphthongo meruit. Si vero mobilia vel promiscua fuerint, per v vocalem loco positam consonantis scribentur, vt nouus noua nouũ, sæuus sæua sæuũ, ceruus cerua, curuus curua curuũ, toruus torua toruum, clauus claua, licet aliam per genera significationem suscipiant. auus auia, ceruus cerua, flauus flaua: quam similiter alter intellectus sequitur, nisi femininum discretionis gratia per B mutam voluerimus scribere. caluus calua, & coruus promiscuum, & hic & hæc aluus, alterum per genus significans; orbo, gibbo, probo, subductis a regula, & albo discretionis gratia. nam cum vẽtrem significat, per digammon v; cum colorẽ, per B mutam scribetur certissime. Sciendum similiter, quod hic quoque dissyllaborum superantia numerum eandẽ scripturam retineant, vt, superbus superba superbum, acerbus acerba acerbum, & palũbes promiscue, licet Virgilius feminino genere extulerit, *Nec tamen interea raucæ tua cura palumbes.* excipitur pro-

-teruus. nam lasciuus per v scribitur; quoniam longã naturaliter penultimam tenuit. Et sciendum, quod siue erunt dissyllaba, siue hunc ampliauerint numerum, siue vnius, siue trium generum fuerint, si secundam ab vltima longam habeant, omnia per v vocalem pro consonante scribentur, vt, riuus, cliuus, flauus, positiuus, comparatiuus, & talia. Meminerimus tamen quod mobilium nominum feminina, neutraq; genera, similem masculinorum suorum scripturam suscipiũt, vt, flauus flaua flauum, albus alba album, ac talia Sed quia non omnia in bus desinẽtia existunt mobilia, sicut in principio huius regulæ genera diuidentes nos disseruisse meminimus, (quædam enim masculini generis inueniuntur solummodo; vt, cibus, nimbus: quædam masculini & feminini, vt, ceruus cerua: quædam neutra; vt, æuum) sciendum est, quod neutra quæ a posteritate bus syllabæ non veniunt, per v digammon scribũtur, vt, ouum, aruum, heruum, excepto libo, id est, πλακῶ. verbi enim vltima syllaba per b mutam scribitur hac de caussa. quod a verbere dictum esse veteres existimarũt, cuius rationem in antelatis tradidisse cognoscimur. Vax, & Vex, & Vix, vnũ tantummodo nomen per vnamquamq; syllabã repperi terminatũ, vt, viuax, vibex, veruex, ceruix; quorum medium per b mutam: quæ vero vtrimq; extrinsecus sunt, semper per v significari cognouimus. Reliquas ab his consonantibus insertas vocales Latinum minus accipit eloquium. Ea vero, quorũ solutio superius compromissa est, in tractatu sequenti de b litera in nomine posita, congrua declaratione patefient.

VIII.

EIVSDEM ADAMANTII Martyrii de b litera trifariam in nomine posita.

De b litera trifariam in nomine posita, quantum possibilitatis fuerit, sufficiẽter, vt opinor, tractabimus. Ab expositis enim recte iam intelligere possum', si quid euenier dictorum contrarium. ibi namque considerare debebimus, ne aliquod dissimile fuerit vel genere, vel numero syllabarum, vel temporum significatione, vel si ex alia parte orationis descenderint; quæ obseruantes, minus vt reor, errabimus. Restat vt nos de b litera quæ similiter in verbis inuenitur tractemus, plenam imponentes vt puto, laboribus rationem. nam si ex nomine verboq; oratio perfecta componitur, hanc quoq; partem & immeditatam relinquere non necessarium est, & super ea valde laborare superuacuũ iudico. De hac igitur parte restat, vt, quantũ possumus, breuiter meditemur, indicatiui modi primam inspicientes personam, verbi scilicet actiui, vel etiam neutri. sicut enim actiuũ, sic & passiuum scribetur. nam in communibus, & deponentibus nullã inuenire potui quæstionem: ex datis enim in nomine regulis, exponendisq; quæ inueniuntur, iudicabuntur facilius. Primę autem personæ similem formam sequentes, retinere non dubium est. & quia omnia prima syllaba verborum in communibus aut deponẽtibus veniunt, media quoq; per v vocalẽ loco positam consonantis scribitur; excepto baiulo, bullio, etiam iuxta eam quam in prima nominum syllaba dedimus rationem. Bibo quoq; propter discretionẽ, a vita per v, a potu per b scribendum est. vt ab eo, id est, discedo, obeo, circũeo, subeo, succedo, ac similia, præpositionum gratia per b arbitror scribenda esse: etiam deponentia b mutam in scriptura tenere vsus & cõsuetudo antiquitus tradidit. Reliquas, vt vires sufficiũt, vna regula generali tractare tentabimus quoq; in regulis nominibus datis firmis ac manẽtibus, et si in verba figurentur. Vt. n. verba in nomẽ ducta, verborum regulas non amittunt, ita nomina loco posita verborum origine regularũ carere non possunt. Ergo si tempus præteritum modi indicatiui, in vi terminauerit syllabã, media atq; vltima syllaba

laba personæ primæ temporis præsentis, per v vocalem loco positam consonantis scribetur: eo quod omne præteritũ perfectum vi syllaba terminatum, preter bibi, per v scribitur, vt foueo foui, fauco faui, moueo moui, paueo paui, expaueo expaui, lauo laui, iuuo iuui, seruio seruiui, exceptis lambio lambiui, ambio ambiui, ac talibus, quam literã præposita scriptura mutauit. ferueo, etsi in præterito perfecto ferui facit per v, cui etiam ego magis adsentior, ferbui tamen per B mutam scribetur. Ita tamen, si primę coniugationis ac primæ speciei verba nõ fuerint. Illa n per B mutã sẽper scribẽtur vt, libero liberas liberaui guberno gubernas gubernaui. exubero exuberas exuberaui, sibilo sibilas sibilaui, dubito dubitas dubitaui, hebeto hebetas hebetaui titubo titubas titubaui, habito habitas habitaui. excipiuntur, inuito, & deriuo, iuxta rationem qua superius diximus, omnẽ primã verborum syllabam, præter hæc quæ paullo ante memorauimus, per v scribi; quoniã In & De præpositiones esse nemo dubitat. Nauigo n. & acetuo ἀντλῶ, σαρόω, ac talia, in nomine datis subseruiunt regulis, & hæc quoq; species in duas partes diuiditur. nam si dissyllaba fuerint, scripturam mutabunt, vt, leuo leuas leuaui, seruo seruas seruaui, curuo curuas curuaui, nouo nouas nouaui, ouo ouas ouaui, excepto orbo. nam turbo a turba nomine descendens, ba syllabæ posteritatis iure detinuit regulã. Probo n. puto dici per detractionem R literæ, cum contrariũ eius Exprobro nuncupatur; & ideo B mutam arbitror apponendam, iuxta regulam, quam in nominibus nos dedisse meminimus. & Libo a Græco translatum esse confidimus. Præterea quærimus: quare verbum Eneruo dissyllaborum supergrediens numerum, & cõiugationis primæ, ac primæ speciei consistens, non per B mutam, sed per v scribitur? & dicimus, quæstionem soluentes, quia est longa præpositio, & ideo dissyllaborum arripuit regulam. sed quia inuenio quædam verba in vltima quidem aut antecedente syllaba primæ personæ v literam non habere, in secunda vero continere persona, vt, volo vis, malo mauis: quædam in præterito tantum perfecto, non tamen in positione sua, vt, gaudeo gauisus sum: & rursus in præterito perfecto v literam penitus non habente, alias personas in temporibus aliis eandem tenere literam, vt, viuo vixi; sciendum est illam v literam, vocalem pro consonante haberi in scriptura. Si vero præteritum supradictũ in bui, aut in si, aut in psi syllabas desinat, per B mutam sine dubio scribentur, vt, præbeo præbui, iubeo iussi, scribo scripsi, ac talia. Credo etiam de verbis hanc regulam nos dedisse plenissimam, cum temporis præteriti imperfecti vltimam syllabam, modi scilicet indicatiui, per B mutam, vt amabam, volebam; & præteriti perfecti eandem vltimam & plusquamperfecti penultimam, per v vocalem loco positam consonantis, vt amaui amaueram, volui volueram. Futuri quoque eiusdem terminus, si primæ & secundæ tertiæque productę coniugationis verba fuerint, per B mutam scribetur, vt, amo amabo, voco vocabo, doceo docebo, moneo monebo, nutrio nutribo, audio audibo. & subiunctiuo seu coniunctiuo vltimas per v vocalem pro consonante scribi debere, antiquos tradidisse cognoscimus, vt volebam, volueram, voluerim, voluissem, voluero, ac talia. eorum scilicet verborum, quorum prima persona aut vocalem habuerit pro consonante in vltima syllaba, vt, leuo, priuo: aut penitus eadem litera non apparente, eodem loco scilicet, eademque persona, vt habito, hiberno, amo, doceo, ac talia. nam quæ habebunt B mutam in prima persona præsentis, vt dictum est, temporis, quorum pręteritum in bui, aut in psi syllabas definit, eandem B mutam in omnibus temporum modorum omnium, vbicumque inciderit, seruare desiderant.

VIIII.

EVTYCHIS DE ADSPIRATIONE.

QVamquam alias quoque voces ad adspirationem pertinẽtes non paucas, quę non erant ab idoneis auctoribus frequẽtatæ, sciens præterii, ne nimia magnitudine voluminis essem molestus: tamen quoniam plerosque legentium plus licet sterilis breuitas, quam vtilis cõmentariorum delectat prolixitas, eadem quasi per epitomã mihi repetere placuit & omnium tam veterũ testimoniis quã redditis vbiq; rationibus prætermissis, ipsas tantummodo metas exponere regulas; vt antedicta studiosioribus, & posteriora satisfacere videantur his qui longiora fastidiunt. Omnis vox Græca vel barbara, suũ seruat apud Romanos, tam in vocalibus, quam in consonantibus spiritum; vt, Halys, Hecuba, Hegio, Hieron, Homer⁹, hymẽ, hora diei, Thybris, Phœbus, Chorus, Rhenus, Hannibal. Omnes articuli a vocali incipientes, cum adspiratione proferuntur; vt, hic hęc hoc, hi hæ hęc; absque vocatiuo o, & A. Aduerbiis tamen localibus adspiratur; vt, hic huc, hinc, hac; nisi cum pronominibus componuntur, illic, istic, istæc, istuc, istac. tunc enim amittit collisione vocalium spiritum, quẽ aliæ compositiones etiam in mediis semper vocalibus seruant; vt, adhuc, prohibeo, exceptis paucis corruptis, quę excludunt penitus spiritum, sicut superius dictum est; vt, postumus, post humatum, id est, post sepultum patrem natus: bimus, trimus, quadrimus, quasi a bis, ter, quater ab ista hieme dicta: manubrium, quasi manu haberium: peteredium a petendis hereditatibus. cum hoc ipsum etiam quibusdam soleat euenire simplicibus; vt, veho, traho, vexi, traxi, mihi mi, nihil nil, prehendo, prendo, vehemens vemens, & similia, sicut ante relatum est. Omnis vocalis, vocali inlata, seu diuisa, seu in diphthongo copulata, caret adspiratione; vt aenus, æreus, ædes, ædilis, æger, Ælius, Æmilius, æquus, æquor, æs, æstimo, æstas, æuum, auceps, audeo, audax, ausus, audio, augurium, augeo, aufero, auleum, aura, auris, aurum, ausculto, autumno, & aut coniunctio; exceptis hædus, haurio, hio, hisco, hau, & quicquid ab his componitur, vel deriuatur. nam hæc vt articulo adspiratur; vt, heu & hei interiectionib⁹, & verbo heiulo, quod ab hei vel heu traductum est; heus, & heia vt aduerbiis vel interiectionibus. Omnis vocalis, B sequente, leniter enuntiatur; vt, abies, ebur, ibi, ob, vber; notatis habeo, habes, & quicquid ab vnoquoque eorum fit. Omnis vocalis, C sequente, leniter profertur; vt, acies, ecce, oculus, ocior, absque articulis & aduerbiis; vt, hic & hæc & hoc. Omnis vocalis, D litera sequente, leniter enuntiatur; vt, ador, audax, edax, odor, vdus. notatur Hadria, hedera. hodie enim, ex hoc die compositum, seruauit articuli adspirationem. Omnis vocalis ante F. G. L. N. P. Q. T. V caret adspiratione; vt, Afer, ager, ala, apis, aqua, ater, auus, affero, egeo, enim, epulæ, equus, et coniunctio, ignis, iter, opus, otium, ouis, vter, vua. de agni enim apso, id est, vellere, in superioribus dictum est. Omnis vocalis L sequente, absque, E, leniter enuntiatur; vt, alea, ales, alo, id est, nutrio, albus, id est, color, alga, almus, alnus, altus, aluus, id est, vẽter, ilex, Illerda, illico, ille, olor, id est, cygnus, oleum, vlcus, vlciscor, vlmus, vlna. Notantur halo verbum, hilum, hilaris, holus. Nomina E sequente L, plerunque grauiter efferuntur; vt, heluo, heluus, helucus, helops, & quicquid ab vnoquoque eorum fit. Omnis vocalis M sequente, leniter enuntiatur; vt, amor, amicus, amœnus, amans, amictus, amurca, emo, emax, imus, immo, omen, omasum, omentum, vmor, vmerus, vmidus; notatis, hamus, Hammon, homo, humus, & quicquid ab his fit. Omnis vocalis N sequente, leniter effertur; vt, annus, annulus, ensis, inanis, initiũ, inula, onus, onust⁹, vn⁹, vnicus; notatis, honor, honestas, & Iohãnes;

nes;vel peregrinis & Punicis vocibus, vt Hannibal, Hanno, Henna, & hinnulus, & quicquid ab his fit. A, vel V, vocales R sequente, leniter enuntiãtur, vt, area, aries, aranea, arcus, arma, arduus, artus, aro, vrtica, vrna; notatis, hara, harena, harundo. nã harmonia, Harpyiæ, Harpalice, Græca sunt & ob hoc adspirãtur. E vocalis, R sequẽte, leniter effertur, vt, erus, error, errum, ergo nisi post R sequatur B, vel N, vels, vel E longa; tunc enim grauiter enũtiatur, vt, herba, herbidus herbilis, herbosus proprium Herne, vnde est, *Hernica saxa colunt*, Hersilia, heres, heredium, Herennius proprium; & Hercules a Græco per syncopen factũ, iure habet adspirationẽ. Heri est aduerbiũ temporis, differentiæ caussa, ne genitiuus putetur, ab eo quod est erus eri. I vocalis ante R semper adspiratur, vt, hirc⁹, hirquitallus, Hirpinus, hirsutus, hirtus, Hirtuleius, Hirrus proprium; nisi aut monosyllabum sit, vt ir: aut ex motu verbi, vt eo, is, itẽ, ires, ire, iris, id est, arcus: aut nisi A post R sequatur; tunc enim adspiratione caret, vt, ira, iratus, iracundus, irascor, & quicquid ab vnoquoque eorum fit. O vocalis R sequente, leniter effertur, vt, orbus, Orcus, ordior, orsus, orior, oriens, ortus, id est, natus: si vero alia R sequatur, aut T, hoc fit non ex declinatione verbi, nam tunc ei adspiratur, vt, horreo, horror, horreum, hortus olerum, Hortẽsius. notatur ordeum. A vel E, vel V, vocales, S litera sequente, carẽt adspiratione, vt, as, assis, astutus, adscendo, adspicio, esca, est, essem, essem⁹, vsus, vsura. notantur, hasta, hastile, hastinu, hestern⁹, est enim ab heri aduerbio, & Hesperia Græcum. I vero vel V sequente S, post quam erit P vel T, cum adspiratione proferuntur, vt, Hispania, hispo, hispidus, historia, histrio, Hister, seu proprium fluminis sit, seu gentis vocabulum, hospes, hospita, hospitium, Hostilius, hostia. notatur pronomen iste, & ab eo cõposita, os oris, ex quo ostendo, ostentum, leniter prolata; sicut alia, quę post S carẽt, O, vel T, & iidem: vt, oscitant.

X.

EX ORTHOGRAPHO CAEsellio ista collecta sunt.

Con præpositio, si ad verba a vocalibus incipientia accedat, N cõsonantem perdit, vt æquo coęquo, eo coeo, ortus coortus: sin autem ad verba accedat a digamma incipientia, id est, quæ V loco consonantis positam retinent, nõ perdit N literam, vt, voluo conuoluo, vinco conuinco. Contra euenit in Re præpositione. D enim literam extrinsecus accipit, cũ ad vocalem incipientẽ verbi alicuius accessit; quam D literam nõ accipit, si ad digamma, id est, V positam loco consonãtis, accedat, vt, vlcero redulcero, ago redigo, eo redeo, voco reuoco, vinco reuinco. Qui, si vna syllaba est, per Q literam scribendum est, vt, qui homo: si duę, per C, vt, cui homini. Aliquunde, per quun debet scribi, diuisio enim illius est, aliquo, & vnde, hoc est, ex aliquo loco. sed certe N, nõ M erit; quia vnde per N scribitur. & aliquobi æq;, ex aliquo. n. & vbi est, hoc est, in aliquo loco. sed hæ syllabæ, quæ literis Q, V, O, constant, non exaudiũtur, perscribi tamen debent Re præpositio nõnumquam cum ad cõsonantes accedit, geminat illas, quod plerumq; apud antiquos est, vt, duco, redduco, cado reccido, tuli rettuli, pello reppello, do reddo, lego rellego; vnde relliquias, & relligionem scribunt. quod apud poetas, vt ita oportere scribi concesserim, tametsi apud oratores quoq; antiquos est; nobis tamen decor & lenitas obtinenda est, quæ maximus fructus est Latini sermonis. Tamtus & quãtus, in medio M habere debent, vt quam & tam; vnde quamtitas, quamtus, tamt⁹. nec quos moneat, si N sonat. ita enim supra docui N sonare debere, tametsi in scriptura M positum sit. Quęcunque verba primo loco ab S litera incipient, ea cũ præpositione Ex composita literam eandem S habere debent; cetera minime onerari oportet, vt, salio exsilio, specto ex-

specto, ęstimo existimo: si non habent, sicut æquo exæquo, peto expeto, æque nō habebūt. quo discrimine facile intelligitur, aliud esse pecto, aliud specto: & ideo ab eo verbo, quod pecto, id est, pectino, cum compositum fuerit, expecto, s literā non habet: ab eo vero quod est specto, id est, rei alicuius spectaculo vtor, cum cōpositum fuerit, exspecto, s literam, sicut supra diximus, necessario retinet. item exscreo cum s, a screare fit: si sine s, a creare. Exsilium quoque cum s scribi debet; ex solo enim ire est exsulare, quasi exsolium, quod Græci ἐξορισμὸν dicunt, & antiqui Exsoles dicebant, quos nos exsules dicimus. Extotrem vero sine s: ex terra n. eiectū significat. Exsui, habet s: sui. n. est, & insui. quasi alicui rei immitti, vnde exsui, quasi iā emitti, & nudari, inde exsuuię, vnde exsuti, id est, spoliati. Exire, sine s: ire enim simplex est, & quæcumque ex hoc formabuntur, vt, exitus, exitium, exitiale, exercere, non habent s in compositione; quia in simplici quoq; s similiter non habent. etenim Exercere est, ab ex & arcere, vt exercitus, qui sub disciplina certa arcetur, vnde Exercitatio. Exscindo s habere debet: scindo enim est simplex. similiter Exsculpo, & Exsisto per s: quia ab ex & sculpere est: item ab ex & sistere. sculpere enim & sistere simpliciter dicitur. Expurgo, eodemque modo Excedo, s nō desiderant. Eximo similiter. nam & in aliis præpositionibus sine hac litera est, vt, redimo, interimo, dirimo: itaq; Exemtus ita scribitur, vt Eximius, quasi extra ceteros positus. Extremus quoq; sine s. Ex enim est, vnde extra, & extremus; vnde extrinsecus, exter, extrarium, & si quæ alia hinc trahi possunt. Exsequiæ vero habēt s. sequi enim est in simplici: at Exiguæ, nō habent s, sicut Indiguæ, q̄ egeāt. Exiguitas similiter: vt & Exolet', ꝗ ex alterius partis ꝓpositione manifestum fit. adoleuit. n. est. obsoleuit antē s quidem habet sed non ipsius verbi, verum præpositionis quęest obs, sicut a ab abs. quasi aboleuit, id est, inueterauit & absorduit diuturnitate. Hæc & quæ his similia sunt, hoc modo animaduertentur. Cetera quę simplicia sunt, & non componuntur, sine vlla dubitatione x tantum habebunt, vt vixi, dixi, vexaui, faxi, vxor, auxilium, examen, axis, & exemplum.

DE DIVISIONE SYLlabarum.

Dvæ sunt consonantes impares, quæ tamen hærere possunt, si hinc inde vocalē accipiāt. Posteriorē syllabam sequūtur pares vel impares, singulæ scilicet & in priorē & in posteriorē diuiduntur. Potestas nouissima syllaba stas erit, noster ster, capto pto: atvbi tres sunt. vt plostrū strū, lustrāt strāt, capistrū strū; ęque claustrum, tastrum, campestre. Fere autem tres hæ cōsonantes tertio loco R habent, & a'iæ L literam, vt, assula, & in elisione ascla, pessulum: aliter nullo modo in tribus consonantibus vnitas syllabæ datur. Cum pares sunt, singulæ ad singulas syllabas ibunt. duæ enim pares literæ, seu vocales sint, seu consonantes, non coeunt; similiterque syllabam non faciunt, si vocalem accipiant, tametsi impares sunt, vt, carpo, deorsum, Porcius. Vna cōsonans inter duas vocales posita, posteriorem sequitur, vt, Paris, lapis, turris: at si inter duas vocales cōsonans fuerit, vt digamma, posterius vocali digammæ adhærebit. iam enim dixi, excepta Q litera & G, nullam aliam consonantem cū eiusmodi syllabis consistere, vt, soluo, voluo, larua, puluis: itaque tenuis si trisyllabon erit, consonans ad v accedit: si dissyllabon adæque, bellua, malua. Dispicio, verbum compositum, quæritur vtrum per duo ss, an per vnum scribi debeat; & vtrum ita diuidi, dis & spicio. & diuisionis quidem eius facilis ratio est, quoniam omnes præpositiones integræ separandæ sunt, vt est, abstulit abs & tulit, transtulit trans & tulit, abscondit abs & condit, & cetera his similia. per duo autem ss scribendum

dum est, non per vnũ; quoniam ex præpositione & verbo constat esse compositum, quemadmodum est compositio, aspicio, despicio: ac per hoc per duo s s, dispicio scribi debet, & ita diuidi, dis & spicio. nonnulli vero dispicio per vnum s scribendum putant, quod præpositio dis interdum literam perdit, vt est, diduco, diuido, diiudico: sed melius est per duo ss scribi dispicio. Obliuiscor non simplex, sed compositum est, compositi scilicet huius simplex latet in antiquis nominibus & monumentis, liuisci enim obliuisci est, liuitus, quod nos hodie per elisionem oblitus. quod cum manifestum fuerit, plenissime quiuis intelleget in scriptura verbi huius diuisionem, & liuiscor. Pompeiius, Tarpeiius, eiius per duo ii scribenda sunt, & propter sonum, plenius enim sonant, & propter metra. numquam enim longa fiet syllaba, nisi per i geminum scribatur. hanc scripturam ita diuidimus, vt prædixi. Nunc illud, genitiui eorum, & nominatiui plurales & datiui, quemadmodum scribantur, videamus. quidam huius Pompei, Tarpei, hi Pompei, Tarpei, his Pompeis, his Tarpeis, per vnum i scribunt: nonnulli pusillo diligentiores, alterum i his addunt. ego quoque tertiam addendam præcipio. si enim, vt docui, nominatiuus duo ii habet pro duabus consonantibus, hæ perire nulla declinatione possunt, quæ tamen omnimodis modernus vsus excludit.

XI.

EX LVCIO CAECILIO VINdice ista collecta sunt.

M literam, ad vocales primo loco in verbis positas si accesserit, non enunciabimus: cum autem ad consonantes, aut digammon Æolicum, pro quo nos v loco consonantis posita vtimur, tunc pro m litera n literæ sonum decentius efferimus. Lucii magnii, magii, cum in genitiuis singularibus dicimus, interest quos no... natiuos habeant proinde enim interest, vtrum per duo i an per vnum debeant scribi. Si Lucus, magnus, magus sunt nominatiui eorum, vnum i in genitiuo habebunt, plurali quoque nominatiuo & vocatiuo, sed & datiuo & ablatiuo similiter scribentur: si autem Lucius, magnius, magius, proferantur, duo ii in genitiuo habebunt, vt, Lucii, magnii, magii. quod ipsum Lucillius annotauit, cũ a numero Numerius discerneret. Cum præpositio per c scribenda est. Cum aduerbium temporis, quod significat quando, per q scribendum est, distinctionis caussa, vt apud Ennium, *Cũ legionibu' quum proficiscitur induperator.* Cuiusque per q non per c scribitur; sed per c sensum alium habet. nam huiusce hominis, huius hominis est: at cuiusque hominis, quoiusque ordinis, vniuscuiusque hominis & vniuscuiusque ordinis, significat. Accedo per duo cc, attuli per duo tt, assiduus per duo ss, appareo per duo pp, annuo per duo nn, alligo per duo ll. In his non solum propter soni lenitatem cõsonantes mutantur, sed etiam quod nullo modo in eis sonare d litera potest sonat autem d litera & adscribitur, cum f consonanti adiuncta est, vt, adfluo, adfari, adfuturũ, adfatus, adfero: contra b non sonat, vt, offui, offero, offendo.

XII.

EX PRISCIANO GRAMMAtico, qui nostro tempore Constantinopoli Romæ doctor fuit, de libro ipsius ista collecta sunt.

Notandum igitur, quod hamus qui a Græcis ἄγκιστρον appellatur, cum adspiratione debet scribi. Sciendum & hoc pro Φ Græco, a Latinis p & h in scribendo poni debere, in Græcis dumtaxat nominibus, vt Orpheus, Phaethon in ceteris aũt Latinis nominibus f ponen-

dum; vt fama, filius, facies. Phœbus, quo nomine Apollo significatur, ita scribendum est, vt post P, H ponatur. Similiter & Erichtho, hiulcus, per adspirationem debent scribi B enim consonans ante se adspirationem non recipit, nisi tantum vocalis. Cœlebs, ante terminalem literã per B scribi debet, & non per V; quoniam V vocalis cum in consonantis transierit potestatem, potest aliam præcedere consonantem. Adspiratio ante omnes vocales poni potest: post consonantes autem quatuor tantummodo ponitur, C, T, P, R, vt habeo, Herennius, heros, hians, homo, humus, Chremes, Thraso, Philippus, Rhodus. Ideo autem vocalibus extrinsecus adscribitur, vt minus sonet: cõsonantibus autem intrinsecus, vt plurimum sonet. Gnarus per G & N scribẽdum est: sicut gnauus, quia in compositione ipsa retinent G, vt agnatus, & ignauus. Ecquid per C scribendum in prima syllaba, quoniam enquid significat, N litera consonãte in C conuersa. Samguis in prima syllaba per M scribendum in nominatiuo casu: in ceteris autem casibus per N; quoniam M litera in N conuertitur. B S Latinæ literæ pro Ψ Græca litera non aliter poni debent in vna eademque syllaba cõiunctæ; nisi in fine nominatiui, cuius genitiuus in bis desinit; vt, vrbs vrbis, cœlebs cœlibis, Arabs Arabis. Sciendum autem surripio per R geminam, nõ per B R scribendum: similiter & corripio, arripio, quoniam B in R quoque commutatur. Suspicor & suspicio, verba composita ab aduerbiis sursum vel susum, in prima syllaba per vnum S, non per duo, scribenda sunt: quoniam duplicari consonans subsequente alia consonãte non potest, sicut nec antecedente, nisi fuerit muta ante liquidam; vt supplex, suffragor, suffio, effluo, effringo. Quicquam in prima syllaba per C scribendum, quod D litera in C literam commutatur. Aggero per G scribendum, & aggregatus, non per D. Harpyiæ, quod Græcum nomen est, per y Græcum, sequente I Latino scribendũ est: quoniam apud eos Y I diphthongus est. Ara cum altare significat, sine adspiratione; cum vero cubile porcorum, cum adspiratione scribendum.

CONCLVSIO.

CONgregatis igitur, quę apud supradictos orthographos necessario cõperi fuisse conscripta, nunc finem libro, Domino iuuante, faciamus. datur enim intelligi rem nimis vtilem fuisse, quæ tot ac tantis auctoribus cognosciTur esse tractata; quoniam si quid a prioribus prætermissum est, a sequentibus constat impletum. Meminisse autem debemus frequenter Artigraphos de Orthographia tractasse, & iterũ Orthographos de partium declinatione disseruisse, cum tamẽ res sibi repugnare videantur. Ars enim tractat de nominum declinatione: Orthographia vero, quemadmodum scribi debeat, designat, quę in partiõ declinarione decora repperit. Hoc si in auctorib⁹ semper intenderis, vt pro locis suis posita diligenter accipias, nullo errore fatigabetis. Nunc animos legẽtes erigite, & gaudete tantos ad vos priscos peruenisse auctores, vt eis credere indubitata mẽte debeatis. Possem equidẽ Aquilã & Quintilianum, sed & Auitum, quos nonnulli in Orthographiæ peritia laudandos esse putauerũt, quos tamẽ venturos in Christi nomine celerrime sustinemus, superioribus auctoribus addere. Sed necessarium non est multiplici numero dare licentiã, cum non sint omnimodis definiri, quot de eadem re scribere maluerunt. Nam si duodecim horarum spatia diem protinus complere noscuntur, si duodecim quoq; menses annum volubili varietate cõficiunt, si duodecim signa cælestia totius nobis circuli campos solida rotunditate concludunt: debet nobis omnino sufficere, quod XII. orthographorum libris rectitudinẽ scripturæ docentiũ delibatas regulas posteris legẽdas exhibui.

Valete fratres, atq; in orationibus vestris

ſtris mei memores eſſe dignemini, quos inter cetera & de Orthographiæ virtute, & de diſtinctione ponēda, quę nimis pretioſa cognoſcitur, ſub breuitate commonui, & queadmodū ſcripturę diuinæ intelligi debeāt, copioſiſſime legenda præparaui: quatinus ſicut ego vos ab imperitorum numero ſequeſtratos eſſe volui, ita nos virtus diuina non patiatur cū nequiſſimis pœnali ſocietate coniungi.

MAGNI AVRELII CASSIODORI DE ARTE GRAMMATICA fragmentum.

GRAMMATICA a literis nomē accepit, ſicut vocabuli ipſius deriuatus ſon' oſtendit, quas primus omniū Cadmus ſexdecim tantum legitur inueniſſe, eaſque Græcis ſtudioſiſſimis tradidiſſe: reliquas ipſi viuacitate animi ſuppleuerunt; de quarū formulis atque virtutibus Helenus & Priſcianus ſubtiliter antiquo ſermone loquuti ſunt. Grammatica vero eſt peritia pulcra eloquendi, ex poetis illuſtribus, oratoribusque collecta. Officium eius eſt, ſine vitio dictionem proſalem, metricamq; componere. Finis vero, elimatæ loquutionis, vel ſcripturæ, inculpabili placere peritia. Sed quamuis auctores temporum ſuperiorum de arte Grammatica, ordine diuerſo, tractauerint, ſuiſq; ſeculis honoris decus habuerint, vt Palæmon, Phocas, Probus & Cenſorinus: nobis tamen placet in medium Donatum deducere, qui & pueris ſpecialiter aptus, & tyronibus probatur accommodus, cuius gemina Commenta reliquimus, vt ſupra quod ipſe Latinus eſt, fiat clarior dupliciter explanatus

Donatus igitur in ſecūda parte ita diſceptat. De voce articulata. De litera. De ſyllaba. De pedibus. De accentibus. De poſituris ſeu diſtinctionibus. Et iterum de partibus orationis. De ſchematibus. De Etymologiis. De Orthographia. Vox articulata eſt aer percuſſus, ſenſibilis auditu, quantum in ipſo eſt. Litera eſt pars minima vocis articulatæ. Syllaba eſt comprehenſio literarum, vel vnius vocalis enunciatio, temporum capax. Pes eſt ſyllabarum & temporum certa dinumeratio. Accentus eſt vitio carens vocis artificioſa pronunciatio. Poſitura, ſiue Diſtinctio, eſt moderatæ pronunciationis apta pauſatio. Partes autē orationis ſunt octo: Nomē, Pronomen, Verbū, Aduerbiū, Participiū, Coniunctio, Præpoſitio, Interiectio. Nomē eſt pars orationis cū caſu, corpus aut rem proprie cōmuniterue ſignificans, proprie, vt Roma, Tyberis: cōmuniter, vt vrbs, flumen. Pronomē eſt pars orationis, quę pro nomine poſita tātumdem pene ſignificat, perſonamque interdum recipit. Verbum eſt pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu. Aduerbium eſt pars orationis, quæ adiecta verbo ſignificationem eius explanat atque implet; vt, iam faciam, vel, non faciam. Participium eſt pars orationis, dicta quod partem capiat nominis partēq; verbi. recipit enim a nomine genera & caſus, a verbo tempora & ſignificationes, ab vtroque numeros & figuras. Coniunctio eſt pars orationis annectens ordinanſque ſententiam. Præpoſitio eſt pars orationis, quæ præpoſita aliis partibus orationis ſignificationem eius aut mutat,

aut complet, aut minuit. Interiectio est pars orationis significans mentis affectũ, voce incondita. Schemata sunt transformationes sermonũ vel sententiarũ, ornatus causa posita; quæ a quodam Artigrapho, nomine Sacerdote, collecta sunt numero nonaginta & octo: ita tamen, vt quę a Donato inter vitia posita sunt, in ipso numero collecta claudatur. quod & mihi quoq; durũ videtur, vitia dicere, quæ auctorũ exẽplis, & maxime legis diuinæ auctoritate firmantur. Hæc Grammaticis, Oratoribusq; cõmunia sunt: quæ tamen in vtraq; parte probabiliter reperiũtur aptata. Addendũ etiã est de Etymologia, & Orthographia, de quibus alios scripsisse certissimũ est. Etymologia est aut vera aut verisimilis demõstratio, declarans ex qua origine verba descendant. Orthographia est rectitudo scribendi, nullo errore vitiata, quæ manum cõponit & linguã. Hæc breuiter dicta sufficiant. Cæterum, qui ea voluerit latius pleniusq; cognoscere, cũ præfatione sua codicem legat, quem nostra curiositate formauimus, id est, artẽ Donati, cui de Orthographia librum & alium de Etymologia inseruimus, quartum quoq; de schematibus Sacerdotis adiunximus; quatenus diligens lector in vno codice reperire possit, quod arti Grãmaticæ deputatũ esse cognoscit. Sed quia continentia magis artis Grammaticæ dicta est, curauim⁹ aliqua de Nominis Verbiq; regulis pro parte subiicere, quas recte tantũ Aristoteles orationis partes adseruit. Græca nomina, quæ apud nos in vs, vt vulgus pelagus, virus, Lucretius *viri* dicit, quamquã rectius inflexum maneat. Secundæ species sunt, quæ per obliquos casus crescũt, & genitiuo singulari in is literas exeunt, vt genus, nemus, ex quibus quædã u in e mutant, vt olus oleris, vlcus vlceris: quædam in o, vt nemus nemoris, pecus pecoris. In dubitationem veniunt, fœnus & stercus, in e an in o mutent; quoniam quę nus syllabã finiunt, u in e mutant; vt vulnus, scelus, funus, & fœneratos dicimus. Fœnus enim exẽplo nõ debet nocere, cũ inter dubia genera ponatur. Item veteres *stercoratos agros* dicebãt, non sterceratos. S litera finita nomina, præcurrentibus n vel r omnia sunt vnius generis; nisi quæ ante S, r habent, interdũ d recipiunt, vt socors socordis: interdũ t, vt solers, iners. In plurali quoq;, excepto genitiuo & accusatiuo, omnibus casibus similiter declinantur. Nã quædã in vm genitiuo, accusatiuo in es exeunt, vt, Mars, ars; quædam in ium, vt sapiẽs, patiens, & ob hoc accusatiui eorũ in is exeũt. Pleriq; autẽ ex his nomina tribus generibus cõmunia sunt, & in literã, quã habent neutra in nominatiuo plurali, dant etiam genitiuos reliquorũ generũ cũ quibus cõmunia sunt. T litera, neutra tantũ nomina quædam pauca finiuntur; vt git, quod nõ declinatur; vt caput, sinciput. Quidã cũ lac dicũt adiiciunt t, propter quod facit lactis; sed Virgilius. *Lac mihi non æstate nouũ, nõ frigore desit.* quippe cum nulla apud nos nomina in duas mutas exeant, & ideo veteres lacte in nominatiuo dixerant. X litera terminata, quædã in genitiuo plurali, in quibus omnia cõmunia in ium exeũt, ob hoc accusatiuo in i & s: Plurima vero genitiuo in u & m, nõ præcurrente i, & ob hoc in e & s accusatiuo exeunt. Nã in reliquis consentiũt; vtpote cũ singulariter omnia nominatiuo & vocatiuo habeant, genitiuũ in i & s agant, datiuũ in i litera; ablatiuũ definiant, adiectaq; m accusatiuũ definiant impleantq;, pluraliter vero datiuũ ablatiuũq; bus syllaba finiunt. Nã de cæteris, quibus dissident veteres, quidam atrocũ & ferocũ, qua ratione omnium X litera finitorũ vna species videbitur. Huic X literæ omnes vocales præferuntur; vt capax, frutex, pernix, atrox, redux. Ex iis nominibus quædã in nominatiuo producuntur: quædã corripiuntur: quędã cõsentiunt in nominatiuo, in obliquis dissentiunt. Pax.n. & rapax, itẽ rex & pumex, itẽ nux & lux etiã primã positionẽ variant, vt nix & nutrix. Itẽ nox & atrox sic in prima positione consentiunt, vt discrepent per obliquos. Et illud animaduertendũ est, quædã ex iis X literã in

g,quęda in c per declinationes compellere.lex n.legis,grex gregis facit, vt pix picis,nux nucis. Nam in nis quæ nō sunt monosyllaba nunquā non X litera genitiuo in e cōuertitur, vt frutex fruticis. Supellex autē,& senex,& nix priuilegio quodā cōtra rationē declinantur, quoniā supellex duabus syllabis crescit,quod vetat ratio:& senex, vt in nominatiuo itē genitiuo d syllabus manet;cum omnia X litera terminata crescant: & nix nec in e cōuertitur, vt pix;nec in g, vt rex sed in v cōsonans.in vocalem transire non potsit. In plurali autē genitiuo, ablatiuꝰ singularis formas vertit. Nam in a aut o terminatꝰ, in rum exit : e correpta,in um producta: in ium, i terminatus : in u terminatus in um, datiuus & ablatiuus pluralis, itē a in is exeūt & in bus,quę præcepta in scholis sunt tritiora: sed quotiēs in is exeūt, lōga syllaba terminātur quotiēs in bus breui.

Decursis nominum regulis,cōsequū est cōsequenter adiicere canones verborū primæ cōiugationis. Verba quæ sei o litera, vel alia præcedente vocali terminantur, vel præeunte vocali qualibet, formas habent quatuor. Secūdæ cōiugationis correptæ verba, formas habent viginti. Sic quæcunq; verba indicatiuo modo, tempore præsenti, persona prima in o litera terminātur,formas habēt sex, quę voces formas habēt duas.Quę nulla precedēte vocali o litera terminātur, formas habēt duodecim. Tertiæ coniugationis productæ verba, quæ indicatiuo modo, tempore præsenti, persona prima in o litera terminantur, eorum declinatio hoc numero formarum continetur. De quibus singulis dicā. Primę coniugationis verba indicatiuo modo tempore pręsenti, persona prima, aut o litera, nulla alia pręcedente vocali,terminantur,vt amo,canto: aut eo, vt commeo, calceo: aut io,vt, lanio, satio: aut uo, vt, æstuo continuo. Primæ coniugationis verba indicatiuo modo,tempore præsenti ad secundā personam a litera producta terminantur,vt, amo ama,canto canta. Infinito modo,ad imperatiuū modum re syllaba, manente productione terminantur,vt ama amare, canta cantare. Item prima cōiugatio,quę indicatiuo modo, tēpore præterito, specie absoluta, adiecta ad imperatiuum vi syllaba,manēte productione terminātur, vt commeo cōmea cōmeaui, lanio lania laniaui,satio satia satiaui. Eodē modo, eodem tempore, specie inchoatiua, adiecta ad imperatiuū modū bam syllaba terminātur,vt commea commeaba, lania laniabā, æstua æstuabā. Prima coniugatione eadē modo,eadē tēpore,specie recordatiua,adiectis ad imperat. modū verā syllabis,terminātur partes, vt cōmea cōmeauerā:lania laniauerā, æstua, æstuaueram. Prima coniugatione, eodē modo tēpore futuro adiecta ad imperat.modū bo syllaba,terminātur vt cōmea cōmeabo, lania laniabo,ęstua ęstuabo. Quę vero indicatiuo modo tēpore pręsenti ad primā psonā o litera, nulla alia pręcedēte vocali terminātur, ea indicatiuo modo,tēpore pręterito specie absoluta & exacta, quatuor modis,pferuntur Et est primꝰ,qui similē regulam his habet; qui indicatiuo modo, tempore præsenti. prima persona penultimā vocalem habet,vt amo, ama,amaui, amabā, amauerā, amabo amare Secūdus est,qui o in i cōuertit, & penultimam in præterito perfecto, tertiam ab vltima in plusquāperfecto,e pducit,vt, adiuuo adiuui adiuuerā. Tertius qui similē quidē regulā habet primi modi,sed detracta a litera diffugit,vt, seco secaui.secauerā,secabo secare,facit.n.specie absoluta secui,& exacta secuerā. Quartꝰ est, qui per geminationē syllabę pferꝰ,vt sto,sta,steti.steterā, stabo,stare. huic simile do,da, dedi, dabā, dederā,dabo,dare. Proferūtur secūdę cōniugationis verba. quæ indicatiuo modo tēpore psenti persona prima,eo literis terminantur,vt video vides,moneo mones. Secundæ coniugationis verba indicatiuo modo, tempore præsenti, ad secundam personā e litera producta,terminātur, vt video vide,moneo mone. Secūdę cōiugationis ỽba,infinito modo,adiecta ad imperat.modū re syllaba, manēte pductio-

ne terminantur, vt vide videre, mone monere. Secundæ coniugationis verba, indicatiuo modo, tempore præterito, specie absoluta & exacta, septem modis declinantur. Et est primus qui formam regulæ ostendit. Nam forma hæc est, cum secundæ coniugationis verbum, indicatiuo modo, tempore præterito quidem perfecto, adiecta ad imperatiuum modum vi syllaba manente productione.

BEDA SACERDOS DE ORTHOGRAPHIA

AEternus, Æras, Æquitas, Æquus, id est, iustus, hęc omnia per diphthongum scribenda sunt. Æuū per duo v. Equus, si animal significat, per simplex e. Accusso per duo c & per duo s scribi debet. Accedo per duo c. Sæpe Ad euphoniæ causa in sequentem mutabitur consonantem, vt Afficio, Affluo, Allido, Ammoneo, Annuo, Appono, Arripio, Assumo. Alligo per duo l, Annuo per duo n, Appareo per duo p, Attuli per duo t scribi debent. At, si coniunctio est, per t scribendum est: si præpositio, per d. Atque, item coniunctio composita, per t simpliciter scribenda est. Apud præpositio in d finiatur. Ab artu Artubus: ab arte Artibus; similiter ab arcu Arcubus; ab arce Arcibus dicendum est. Æger animo, Ægrotus corpore; vtrunque per diphthongon scribitur. Alibi, alio loco: Alias, alio tempore significat: Aër, dissyllabum est, & non habet pluralem numerum, nisi Aëra tantum. Aës monosyllabū est. Aufero, id est, abfero; b in v mutata. Acer facit pluraliter, Acri: Acris, pluraliter facit Acres. Ad præpositio corrumpitur, si sequens verbum a consonante incipit, vt Apponit, Ammittit, Allium & dolium, per i scribenda. Virgilius, *Allia serpillumque* per i dixit. Audacter latinum est; sed Audaciter melius, quia nomina X litera terminata in aduerbiis i assumunt, vt atrox atrociter, ferox ferociter. Accessit, qui euocat: Arcessit, qui accusat. Aceruus per v, cuiuslibet rei congeries est, forte lapidum vel frugū: Acerbus per b, immaturus aut asper. Alia sunt quæ per duo v scribuntur, quib. numerus quoque syllabarū crescit simili enim vocali vocalis adiuncta nō solū cohæret, sed etiam syllabam auget, vt Ingenuus, Arduus, Exiguus, Vacuus, quod per c scribendum est. Eadem diuisio in verbis quoque est, Meruunt, Statuunt, Attribuunt, Acuunt quod per c quoque & non per q scribendum est. Aspiro, aspicio, sine d scribenda sunt, per duplicē s, licet cum Ad præpositione composita sint, quia perit ibi d. Adparet per d, quod est, obsequitur; non regulæ ratione sed discretionis causa. Arbor, omne lignum est: Arbusta, non nisi fructifera. Actuarii, diuersis actibus occupati: Actarii vero scriptores actorum. Aduocatur, daturus patrocinium: Euocatur, præbiturus obsequium: Inuocatur, præstaturus auxiliū. Adportare, adferre est aliquid: Asportare, auferre aliquid. Comportare, est simul portare in vnum locum: deportare, deponere: Exportare, tollere. Ante præpositio, multa significat. nam & tempus significat, cum dicitur. *Ante diem festum paschæ*. & prælationem, vt,

Ante

Ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam, id est, coram gentibus. & dignitatem, vt, *Posuit Ephraim ante Manassem*; &, *Qui post me venit, ante me factus est*, id est, mihi prælatus est. Album, natura: Candidum, cura facit. Armarium vbi quarumcunq. artium instrumēta seruantur: Armamentarium, vbi tantū tela armorum. Accedit, per e, ab ambulando: Accidit, per i, ab euētu. Ante præpositio interdum integra manet, vt Antecedit, Anteuenit. Interdum mutatione e litera corrumpitur, vt Anticipat. A & Ab & Abs vnius significationis sunt, vt, a me, ab homine, abstuli; sed Ab sæpissime scribitur, cum sequens verbum a vocali incipit, ne dictio multis cōsonantibus oneretur, vt ab vno; si vero a cōsonante pars orationis incipit, A solū ponitur, vt, a fratre. Abs tamen in cōpositione sæpius propter euphoniam integra manet, vt abs te, vel abscondo, melius sonat quam, *ab te*, vel *abcondo*; sicut melius sonat, ab vrbe, quam abs vrbe. Auunculus, duo uu, quia ab auo diminutiuum est, vo syllaba in vun syllaba conuersa. Aluus, cum ventrem significat, per v digammon; cum vero colorem, per b scribitur. Ara, cum altare significat, sine aspiratione: cum vero cubile porcorum, cum aspiratione. Æmulus, & Æditus & [illegible], omnia per diphthongum scribuntur. Æquimanus quoque per æ, id est, ambidexter, qui vtraque manu vtitur pro dextera. Auarus, si vitium significat, per u: si gentem, per b scribitur. Acclamo, per duo c, id est, cum falso aliquem accuso: Reclamo, aliquem execrantem vocitans: Inclamo, & Subclamo, murmurandi est; Proclamo, laudandi vel deprędicandi exaltatio: Declamo, rhetorizando: Exclamo, quando pro viribus vocem exalto. Alea, si ludum significat, per e: si ab Alius, Alia venit, per i legitur. Amittit, per vnum m, id est, relinquit: Ammittit, per duo m, id est, assumit, ideo immissa dicendum est. Ammittit vel admittit. Affatim, per duo f, id est, statim vel satis. Agger, per duo g scribendum est, quando stratam significat; si autem campum, vbi seminari potest, per vnum g. Accentus, per duo c, vbi vox leuatur in verbo. Angor, id est, angustiam patior, per n & g scribendum est. Aeripidem, id est, velocem, per a & e diuisas scribendum est. Allecti, per duo l, id est, electi; inde Allegit: Allicit, id est, inuitat. Similiter Altilia, quasi alatilia, id est, aues saginatæ. Attonitus, per duo t, id est, intentus vel stupore diffusus. Aulea, per e, si tentoria significat; vnde & in Isaia iuxta LXX interpretes, *Dilata locum tabernaculi tui & auleas tuas confige*: Aula, latine domus regia est, & per a scribitur: Aula per simplicem a. græce atrium dicitur, ideo in psalmo legimus, *Adorate Dominum in aula sancta eius*, non palatium aulæ nomine, sed atrium græco vocabulo debet intelligi. Arguo argui argutum, id est, conuictum, argutus facit. Amo, amaui & amasti facit. Et sæpe illa verba quæ in præterito perfecto v consonantem assumunt, in secunda & tertia persona syncopam patiuntur, vt neo neui neuisti vel nesti: illa verba quæ in præsenti v habent consonantem, non possunt in præterito syncopam pati, vt lauo lauasti; nemo dicit lasti vel lauisti. Adipiscor, adeptus sum facit.

B in S mutatur, sequentibus t & c, vt Sustulit, Suscipit. Benedictio, & oratio, & talia similia, t debent habere in penultima syllaba, non c. Bis aduerbium, per b: Vis nomen, per v scribitur. Bile, si fel significat, per b: si abiectum aliquid, quod est vile, per u scribendum est. Berna, si domi genitum significat, id est, οἰκογενὴς, per b scribendum est: si tempus, vt verna tempora, per u scribi auctores voluerunt. Berbena, vtraque syllaba a b incipit. Belzebub, non Belzebul. Belial, non Beliar dici debet. Baptismus

baptiſmi, genere maſculino, & neutro genere Baptiſma baptiſmatis, & Baptiſmum baptiſmi inuenitur. B litera contra f non ſonat, ſed in eam tranſit in compoſitione, vt Offui non obfui, Suffero pro ſubfero. B quoque in ſ tranſire ſolet multis in locis, vt Suſtuli, Suſcipio, Suſtineo, Suſpendo, pro ſubtuli, & ſubcipio, & ſubteneo, & ſuſpendo. Bes, ſiue beſſe, quod ſignificat VIII, vnicum per b ſcribendum eſt. Bimus quaſi biemis, & inde Bimatus diriuatur, a b incipit, & Biennis, quaſi duorum annorum. Beniuolus, & Maliuolus, & Maleficus; ſicut a pace Pacificus. Bibo, a potu, per duo b, & facit bibi præteritum: Viuo, a vita, per duo v, & facit præteritum vixi, & ambæ conſonantes. Biuium, iter duplex, prima ſyllaba a b incipit, ſecunda ab v conſonante. Breuis, ſecunda ſyllaba per v: inde Breuiter. Balteum, cingulum, per e ſcribatur. Beo beas, inde Beatus; ſicut Meo meas, inde Meatus; & Creo creas, inde Creatus.

Cauſa, per vnum ſ ſcribatur. Circum præpoſitio, quibuſdam in locis m amittit, vt Circuire: in quibuſdam ſeruat, vt Circumuenit: in quibuſdam poſtponitur, Virgilius, *maria omnia circum*. Cauerna, per u: Taberna, per b ſcribatur. Cana, ſi locum ſignificat, per vnum n: ſi germen per duo, id eſt Canna. Cynomyia per yi diphthongum ſcribendum eſt, canina muſca ſignificatur; κύων græce Canis dicitur: Cœnomyia, per diphthongum œ, communem muſcam, id eſt, omnis generis muſcam ſignificat; quia κοινὸν græce commune dicitur, vnde Cœnobium, communis habitatio appellatur. Carduus, trium ſyllabarum eſt, ſicut arduus, fatuus, mortuus. Cuſpis cuſpidis, non cuſpes. Cõmodamus quæ recipimus, per duo m. Comminus, cum gladiis pugnamus: Eminus, cum lanceis; quia illud a manu non recedit: hoc e manibus emittitur. Cerno, & Creſco, & Gliſco, in vnum præteritum perfectum veniunt, quod eſt Creui Cupio, cupiui facit & cupii. Caſſes, retia dicuntur, & per duo ſ ſcribuntur. Comedia, carmina quæ in conuiniis canuntur, per e ſimplicem. Comburo, Comparo. Compono, per m, & non per n. Sic Complaceo, Compaſcitur, Comprehendo, Commodant & Commendat, Computreſcit, Complures, per m ſcribenda ſunt. Camelus, per vnum l. Celo celas, id eſt, abſcondo, per ſimplicem e: Cælo cælas, cum picturam ſignificat, per æ diphthongum ſcribendum eſt. Vnde melius intelligitur Cęlum a pictura ſiderum, quam a celando mortalibus arcana dictum. Circa, ad viſibilem materiam vel locum pertinet. Erga, ad animum ſpectat, maxime cum aliquem propenſiorem affectum generat proximorum. Circum, ad tempus refertur. Cis, localem habet ſignificationem, vt cis Alpinam Galliam; & pro vltra accipitur, vt, Cis definitum tempus hoc eſt, vltra. ex eo Citra. Citra pæne eandem ſignificationem habet quod Cis; niſi quod propriis nominibus Cis, & appellatiuis Citra ſæpius præponi ſolet. Cis Rhenum, cis Alpes: citra forum. & a cis Citra, a citra Citer citerior citimus. Circiter ad numerum pertinet, vt, Circiter decem horarum. Carcer, vbi homines clauduntur: Carceres, vnde quadrigæ exeunt. Cepis, per ſimplicem e, a capiendo: Cœpit, per diphthongum œ, de incipiendo. Cœpta, per diphthongum œ: Incepta, per ſimplicem e. Con præpoſitio, ſi ad verba a vocalibus incipientia accedat, n conſonantem perdit, vt æquo coæquo, eo coeo, & reliqua: ſi autem ad verba a digammo incipientia, non perdit n literam, vt volo conuolo, vinco conuinco. Coquus coqui, prima ſyllaba per C, ſecunda per q ſcribenda eſt. non enim dicimus Quoquere, ſed Coquere. Coniunx ſecundum analogiam per n ſcribendum eſt; euphoniæ cauſa n tollitur & dicimus Coniux. C ſequente nulla voca-

Vocalis aspiratur, vt acies, ecce, oculus. Cælebs, qui sibi iter facit ad cælum, & Cælebs cælestium ducens vitam, & Cælicola qui cælum colit : ut angelus. hæc æ diphthongum habent. Coætaneus, quasi compar ætatis, per æ diphthongon. Cado, a cadendo, cecidi per e: Cædo, cæcidi, a percutiendo, per æ diphthongon: Cedo cessi, a declinando, per e scribitur. Caluo, id est, decipio, per u scribendum est. Calui secundum regulam debet facere, & exinde Calumnia deriuatur.

De præpositio, aut plena in compositione ponitur, vt Deducere, Demonstrare, Derrudere: aut corruptione e literæ corrumpitur, vt Deorsum. Nam quando e litera in i transit, vt *Aera dimouit tenebrosum & dispulit vmbras*, non est a præpositione De, sed a Dis, vt Disto aho, Dispertior, Disertus, eloquens, per di: Desertus, derelictus, per e. Delator, qui defert, ad accusandū, per de præpositionem: Dilator, per di præpositionē, cum tardare significat. Deluit, purgauit, per d: Diluit, temperat, per di Diduco, de amico producendo, per de: Diduco autē, id est, distraho, per di. Delictum, id est, peccatum, per e in prima syllaba & per i in secunda scribendum est: Dilectus id est, carus, mutato ordine i in prima syllaba & e in secunda debet scribi. dilectū, a dilectione, per di; nam diligi, affectionis est: Deligi, iudicii. Delectatio, & Delector, & quæ declinantur ex eis per de. Di quidem & Dis separatiua sunt, & eandem significationem habent, quomodo ab & abs, vt Diuino, Distraho. Et Dis componitur, quando sequitur c, f, s, t, p & i loco consonantis, vt Discutio, Differo, Diffundo, s in f mutata euphoniæ causa, Disputo, Disfero, Distraho, Disiungo. In aliis consonantibus Di præponitur, vt Diduco, Digero, Diluo, Dimitto, Diruo, & vbique Di producitur, præter Dirimo, Disertus. Deus per e solam: Dæmon, per diphthongon. Decus, honoris est: Decor, formæ est. Didymus, prima syllaba per i, secunda per y. Discedo, per i. Descendo, per e. Desperatus, per e. Dispessus, per i. Desecisor, defectus sum facit. De memoratiuum est, & intentiuum, & priuatiuum, de homine, detraho, desum.

Exsilium per s debet scribi. Item X trāsit in f literam, vt Effluo, Effodio, Effero. Exuuiæ per u: Excubiæ per b scribatur. Exsequiæ, per q scribendum est. Emporium, sine b, latine Mercatus. Emolumentum, per e: Æmulatio per æ scribendum. Exsul addita s debet scribi, quia extra solum est. Exultat melius sine s, quia X ex c & s constat. Æquor per diphthongon scribendum, quia ab aquæ est nomen factum. Obprobrat, qui obprobrium obiectum, hoc est, vitium: Exprobrat, qui cōmemorat quod præstat. Exspectatur, venturus: Spectatur, qui videtur, vel probatur, per S. Exercitus, laboribus: Exercitus, studiis sine s. Exstruere, est in altū struere: Instruere, aciem vel actionem: Adstruere, adfirmare: Cōnstruere, in struēdo coniungere: Substruere, aliqua supra posita subterstruere. Eorundem, & Earundem, per n, non per m. Ex præpositio sequentibus, d, g, l, m, n, literis, & u & i loco consonantium, X literam amittit, vt Ebibit, Edidit, Egessit, Elusit, Emicuit, Enerauauit: sequente vero f, in eandem X mutat, vt Effundo. Ex præpositio ad f literam formatur, vt Effluo, Effodio, Effero, Efficio. Ideo autem per duo f, scribendum est. Esto, ecce, consentio. Expecto, ab eo quod pectino, sine s scribendum. Exire, sine s, ire enim est simplex, & quæcunque ex hoc formantur, vt Exitus, Exitium, Exitiale. Ecquid, per c in prima syllaba, quoniam significat en quid, n in c conuerso. Exscindo, Exsculpo, Exstruo, Exsisto per x s dicimus, sistere enim est. Edo, ab edendo facit es, est. Exiguæ, sine s. Ex, pro extra inuenitur poni, vt Excludo, Extracludo, Exsul, extra solum:

modo pro valde, vt Excelsus, id est, pro valde celsus: modo priuatiuum est, vel intentiuum, vel perfectiuum, Exstirpo, Extendo, Expleo. E in compositione priuatiuum est, vel intentiuum, vt *Enodes trunci*, Enarro, Expergiscor, Experior, expertus sum faciunt præteritum.

Formosus, sine n in secunda syllaba scribendum est, vt harenosus, frondosus, aquosus, herbosus. Participia vero habent n, vt tonsus, tunsus, pransus, pensus. Feriæ quoque, non Fereæ scribendum est. Flauus, prima syllaba ab f, secunda ab u incipiat. Fides fidei, prima syllaba breuis: Fides fidis, de chorda vtraque longa. Fidelis, de seruo: Fidus, de amico. Fastus de superbia, facit fastuum genitiuum pluralem: Fastus, de libris, facit fastorum. Fungi agere est: Defungi, peragere. Fremor, est murmur hominū. Fremitus, ferarum. Furuum, nigrum dicimus: Flauum, rubeum. Flauum certe aurum, cui ad decorem splendoris sui nigelli aliquid additur. Fori, masculinum, tabula est nauium, vbi remiges sedent; & semper plurali. Fedus, quod est deformis, per e tantum: Fœdus, quod est pactum, per œ scribitur. Falso, nomen ablatiui casus, & verbum primæ coniugationis, & aduerbium. Flagitia, quæ in Dominum peccamus: Facinora, in hominem. Fimus, & Fumus, Fames. & Fœnum, & Fel, pluralem numerum non habent. Fidus fidissimus comparatiuum non habet; sed pro eo dicendum, magis fidus, minus fidus. Fulgeo, & Fulcio, eundem habent perfectum, fulsi. F litera in speciem figurata est cuiusdam literæ, quę Digamma appellatur, quia duos apices ex gamma litera habere videatur; ad huius soni similitudinem V consonātem loco eius, nostri posuerunt, vt, Votum, Virgo, digamma enim oportuit poni, Fotum, Firgo. Festucam, non Fistucam, dicito. Forfices, secundum etymologiam, si a filo dicūtur, f ponitur, vt Forfices, quæ sunt sartorum: si a pilo, per p, vt Forpices, quæ sunt tonsorum: si ab accipiendo, per c, vt Forcipes, eo quod formum capiunt, quæ sunt fabrorum. Formum enim dixerunt antiqui calidum, vnde & Formosus. Faris fatur a fando, & non habet primam personam. Felix, qui accipit: Filex per quem datur felicitas. Fingo, finxi, fictum, ficturus facit. Fundo fundas, a fundando: Fundo fundis, a fundendo Ferio & Percutio vnum præteritum habent, id est, Percussi; & hoc per duo s scribendum est, sicut Vro vssi. Fero, fers, fert, facit differentiæ causa in secunda & tertia persona; ne si feris ferit diceretur, a Ferio feris putaretur venire. Fero & Tollo faciunt præteritum, tuli. Furo & Insanio vnum habent præteritum insaniui. Facio imperatiuum facit Fac differentiæ causa; ne si face diceres, a nomine putaretur venire quod est fax. similiter Dic, Duc & Fer differentiæ causa per apocopam proferuntur. nā si duce, dice, fere, diceremus aliud significare putaremur.

Gnatus per g & n scribendum, sicut Gnauus; quia in cōpositione ipsam retinet g, vt agnat', cognatus. Gaudiū, animi lætitia est: Exultatio, etiā verborum atq; membrorum. Gremium, interius: Sinum, exterius. Git, monoptoton, & pluralem numerum non habet: est autem neutri generis & per omnes casus declinatur. Gnarus, doctus, perfectus, sciens: Gnauus, fortis, agilis. Garrit, subtiliter murmurat. Garrulus, verbosus, loquax. Gestit, vult, cupit, optat, desiderat: Gestat, portat. Gloriosus, a frequentia claritatis dictus: pro c, g litera cōmutata est. Grandæuus, quasi grandis æuo, ideo per duo u scribitur. Gratulor, pro gaudeo & gratias ago.

Haud, quando aduerbium est negandi, d litera terminatur & aspiratur in capite: quando autem coniunctio disiunctiua est, Aut, per literam t sine aspiratione scribitur. Huiusce, per c literam scribendum est; antiqui enim pronominibus ce addebant, vt hicce, illicce, isticce, vnde subtracta eadem nouissima syllaba c reli-

c relictum est, hic, illic, istic, accentu tamen remanente nouissima syllaba. Hiems, sine p scribi debet; licet Sumpsi per p scribatur, propter ψ græcam, cuius potestatem p & s in latino habent. Habeo, a tenēdo, cum aspiratione scribitur: Abeo, a recedendo, sine aspiratione; & cum cōpositum a duobus integris, id est, ab, & eo. Hiatus, oris apertio, cum aspiratione: Cyathus per t & h, vas. Hymnus, per h scribendum est. Hautit, per h scribendū est. Audit, sine h. Hi, & His, pronomina, per vnum i scribenda sunt. Herbescit ager, cum herbam generat, sicut Adolescit & Pubescit, spicę proximat. Aspiratio ante vocales omnes poni potest, post cōsonantes autem quatuor tantummodo pōnitur C, T, L, P, vt Habeo, Heres, Hiems, Homo, Humus, Chremes, Thraso, Philippus, Rhodus. H ideo vocalibus extrinsecus adscribitur, vt minus sonet; cōsonantibus autem intrinsecus, vt plurimum sonet. Habena, quæ regit, per b cum aspiratione: Auena, quæ significat tibiam, vel stipulam, per u sine aspiratione. Hiscit, os aperit. Hypocrita, græce; in latino Simulator, Hypo enim græce, falsum: κρίσιν iudicium interpretatur.

Interuallūm, per duo l scribendū est. It, quod fit ab eo, is it, per t scribitur. Inter præpositio in vna voce sequente mutatur in l, vt intelligo: in aliis integra manet, vt interitus. Iacet, qui cadit: Iacit, qui mittit quodlibet missile. Impar, per m scribendum est. Inlexit, si per e, seduxit significat: si per u, inlustrationem. Incestum, scribendum est, licet veniet ab incasto. Idētidem, per n in priore loco scribendum est; licet sit ab idem & idem cōpositum. Innixus, procumbens: Innexus, ligatus. Indigena, inde natus: Incola, aliunde veniēs. Intempestiuum, veteres dixerunt inopportunū: Tempestiuum, opportunum a tempore dicitur. Sic Inmaturitas, nocturnum tempus est, quod nō est maturum, id est, opportunum, vt agatur aliquid vigilando, quod etiam vulgo dici solet, Hora inportuna. Iuuenis Iunior, superlatiuum non habet, vt Senex senior. Solent autem Iunior & Senior, ad se inuicem dici minor & maior. Ipsum, neutro genere dicendum est, non Ipsud, vt Illud & Istud; quoniam veteres nominatiuum masculinum non Ipse, sed Ipsus dicebant. Vnde in Euangelio, *Omnia per ipsum facta sunt*, id est verbum. Inpingo, facit præteritum perfectum inpinxi & impegi. Ira, repentino animi motu nascitur: Iracundia perpes est vitium. Inuidus, qui inuidet: Inuidiosus, qui inuidiam sustinet. Interpretor per simplicem e, & omnia quæ ab eo sunt scribenda. Impleo, per m, non per n. In præpositio, si composita sit, & p aut b vel m sequatur, n in m conuertit, vt Improbus, Imbuit, Immutat, Impius. Quotiens vero g sequitur, illam amittit n, vt Ignarus, Ignotus. Nam gnarus & gnotus simplices sunt. Inclitus, græcum nomen. Nam κλυτὸν græci Gloriosum dicunt. Idiota, gręcum est, latine Imperitus.

Karthago & Kalendæ per K scribenda sunt, licet per C melius.

Liber, siue libertatem, siue corticem, siue codicem significet, omnia per b scribantur. Libidinosus, a libidine, per b. Liuidus, a liuore, per u scribendum est. Lepus, animal est: Lepos, iocunditas voluptatis. Vnde & gratum aliquid Lepidum dicimus. Limen, ædium est: Limes, regionum. Largitas, humanitatis est: Largitio, ambitionis. Loqui, hominis est: Obloqui, obtrectatoris; sicut Obiecit, Opponit: Alloqui, persuadentis, hortantisque vel iubentis: Eloqui, oratoris est. Laurentius, & alia nomina, quæ nominatiuum casum singularem in Ius habent, genitiuum singularem & nominatiuum pluralem in duplicem ii mittunt, vocatiuum singularem in simplicem i aut in ie, vt hic impius hi impii o impie. Luceo, & Lugeo, in vnum perfectum deueniūt, luxi. Lino, facit perfectum, linui & liniui. Lætus, per æ diphthongum scribitur, quia Lætitia a lætitudine vocata est. Leprosi, a prutitu nimio ipsius scabiei dicti

sunt ideo per p scribi debent. Lego legas, ab eligēdo: Lego legis a legendo. Loquor loquetis loquitur, per q scribenda sunt. Locutus vero, euphoniæ causa per c & simplex u scribatur.

Munimentū, a muniendo: Monumentum, ad sepulchrum pertinet. Mille per duo l; licet Milia per vnū l scribatur. Malum, si fructum significat, longam a; si nequitiam, breuem dicito. Malus quoq;, id est, arbor nauis, longam a: Malus homo, breuem habet a literā. Machina, per c & h scribendum, id est, argumētum. Macte, id est, magis aucte. Mollis, si ad mollitiē, per duo l: Moles si ad pondus, per vnum l scribatur. Manes, Dii infernales: Mane, sine s, diei initiū. Marsuppiū, per duo pp. Mas primitiuum: Masculus diminutiuū. Machæra, per c & h, id est, gladius: Maceria, id est, murus per simplicem e scribendum est Menda, deceptio vel fraus, inde Mendax & inde Mendacium. Metallum, per duo l. Mars, & Mauors, vnum est, vnde & Martia quidam dici volunt. Manubiæ, Obliuium, Diluuium, Suauium, Liuidus Fauius. Flauius. Auidus. Fluuius, Ciuitas. Exuuiæ, per u consonantem & i breuē proferuntur. Mulceo, & Mulgeo, in vnū perfecti mulsi. Matthęus, & Matthias, per duo t, quod græci per τ & θ scribunt. Malo, id est, magis volo, & Nolo, id est, neuolo per vnū l. Malle, & Velle, & Nolle per duo l. Mando mandas, a mando. Mando mandis, a manducando. Mitto, per duo t, & ideo in præterito perfecto per duo s scribitur, id est, Misi. Magnus, g sequenti syllabæ iungitur. Magister, maior in statione, nam isteron gręce statio dicitur.

Nactus, per n & c scribi debet: Nacturus, participium futuri temporis, per c solum. Nauita & Nauta, vtrunque recte dicitur. Nummularius, per duo m, quod nummorum sit largitor. Nummisma, similiter per duo m, quod est nummi percussura. Gnauus, quod est strenuus vel efficax, per duo v. Nimis dicitur, quicquid plus fuerit quam oportet; nam Parū est, quod minus est quā oportet. horū in medio medius est, quod dicitur Satis est. sed aliquando latina lingua hoc verbo sic abutitur, vt Nimis, pro eo, quod est valde, ponatur; veluti positum inuenimus in literis sacris. Nam & in psalmo, *Tu precepisti mandata tua custodire nimis*, id est, valde. Nullus, est tam in re quam in persona: Nemo, in persona dicitur, vt ne homo. Noui, declinatur sicut Odi & Memini. Nubit femina viro: vir autem Ducit vxorem: mulier Nubit, quia pallio obnubit caput genasque. Nubo, cum vocalis sequitur, b debet esse; cum consonās p, vt Nupsi. Nihil, aduerbium est: Nihili, nomen est; homo enim nullius momenti Nihili dicitur. Nauigium, omnis classica profectio. Nauta est omnis, qui laborem facit nauigando. Nauis, ablatiuum & in i & in e mittit. Nequam, non malum significat, sed inutilem. Neglegens, per g scribendum, quasi neclegens, c in g conuerso. Nobilis, Mobilis, Debilis, Habilis, per b scribenda sunt. Narro, & Narratio, per r scribantur.

Ob præpositio, interdum ponitur plena, vt est Obire, Obertare: interdum in eandem literam transit, a qua sequens sermo incipit, vt Offulsit, Ommutuit, Opposuit, sequente vero v loco consonantis, integra manet, vt Obuersus, Obuius. Olea, ipsa arbor est: fructus, oliua: succus Oleū. Onus, si de onere venit, per o solā: si de honore, per h. Oblatrat, per b scribendum est. Occasus, per duo c, & per vnum s scribi debet. Optat, per p scribendum est: Obstat, per b. Obstupui obstupeo, Obsum, obstrepo, b ad priorem syllabam, s ad secundam pertinet. Oblitus, nomen, & Subito atque Obiter, aduerbia, ab Ob & Sub pręposítionibus incipiunt. Obsoleuit, s quidē habet, sed non ipsius verbi, verum præpositionis, quæ est Obs; sicut Ab & Abs. Obsoleuit, id est, inueterauit. Obaudiens, ab aure, eo quod audiat imperantem,

rem, ideo per au scribendum est. Obnixus, id est, conabundus peri. Obnexus, id est, obligatus per e.

Potius, per o scribendum, non per u, quia a potis venit. Præsto, per o scribendum, non per u, vnde Præstolari nō Præstulari. Prehendo & Prendo, vtrumque dici potest. Pauidus, & Auidus per u scribuntur. Parasceue, per u scribendum. Pauper, per u scribendum. Plagiatius, id est, seductor, lege in Apostolo. Pādectes, omnia ferentes, ideo Vetus & Nouum testamentum si insimul scribitur, Pandectes dicitur. Parumper, id est, Perparum prepostera ra præpositione Per, sicut Putenus, ablata s per apocopam. Phœbus, sol: Phœbe, luna per H. Pudet me amoris: Pœnitet me muneris: Piget me perfectionis. Patiens sum laboris. Plenus sum bonorum & bonis. Precor illū. Potior fructum & fructu, dicitur apud antiquos potior hanc rem. Potior potissimus facit. Potamus, cum cui potum porrigimus. Probo verbum, duplicem significationem habet: Probamus enim quæ eligimus, id est, adprobamus: Probamus, quæ qualia sunt tentamus, vt, Proba me, dicimus. Pecto caput, non Pectino; Pexum, non Pectinatum. Patrium, dicis a patria: Paternum a patre. Pinnas, murorum: Pennas auium. Præmium, cum diphthongo: Pretium, per e simplicē. Precari, est rogare: Deprecari, excusare vel purgare. Virgilius, *equidem merui nec deprecor inquit.* Pluris dicimus, quod maiore summa taxatur: Plures vero, de multitudine. Plures comparatiuus est, cui positiuus Multi. Pigneta, rerum: Pignora, filiorum & affectionum. Pertinacia malæ rei dicitur: & Constantia, bonæ. Perculsum, corpore: Perculsum, animo dicimus. Postulatur aliquid honeste: Poscitur improbe. Pulmentum, & Pulmentatiū dicitur. Panus pani, & Pano pauonis. Pometa dicimus, vbi poma nascuntur: Pomaria, vbi seruantur. Pene & Penes, aduerbiū & præpositio, per e. Pœna, quod est suppliciū, per æ. Prægnantē cū scribis, adnectis g secundæ syllabæ, aut scripto diuidis, & alia huiusmodi, vt Pugnus, Dignus. Pono ab quid simpliciter statuens: Dispono, aliquid operis impensioris vel constructuros, est etiā Disponere fœderis ineūdi. Potior potissimū & Perfruor perfructus sum faciunt. Primitiæ pluraliter tantū dicūtur; sed aliquotiens singulariter intelligendæ. Pario peperi, partū facit supinū verbū, inde pariturus. Percutio percussi, per duo s, inde percussurus. Parco parsi præteritū facit. Præpositio & Præterea, per diphthongon scribēda. Pro præpositio, cū sit naturaliter lōga, interdū in cōpositione corrumpitur, partim correptione, vt Proauus, partim assumptione literæ d, vt Prodest, Prodit, Prodigus: interdū integra est, & ipsa pars cui coniungitur, vt Procuro, sequentibus i & u loco consonantiū, nunquā literā perdit, aut mutat, vt Prouidens, aut assumit aut corrumpitur, vt proiectus. P & f apud latinos pro φ græca ponuntur; ideo in verbis b sæpe in p mutamus. Peto expeto sine f. specto per f. Priuignus per derractionē e literæ dici potest; integrū enim eius Priuigenū reor. Peteredium abiecta h in cōpositione, a petēdis hæreditatib. Pro in appositione vel cōpositione localis & tēporalis est, Pro tēplo, Prouideo: & loco e, & super, vel ante, vel ad, vel in accipitur, vt Prominet, id est, supereminet. *Pro curia signa focus dare*, id est, ante curiā. Virgilius; *summis incurrūt viribus arcus Pro se quisque viri*, id est, ad suas vires. Pro testimonio, hoc est, in testimonio. & pro interiectione accipitur, vt Pro dolor, & circumflectitur. Præ in appositione vel compositione inuenitur, & ab, vel ob, vel super, vel valde, vel ante significat. Terentius, *Contēpsit illū hic præ me*, hoc est, ad comparationem mei. Item, *Fit misera præ amore*, id est, ob amorem. Præsideo, supersideo. Præualidus, valde validus. Prædico, antedico. Phœbus id est, Apollo, ita scribitur, vt post p sequatur h. Postum, abiecta h in cōpositione, est n. post humatū, id est, sepultū patrē natus.

Plaustrum, Capistrum, Claustrum, Vestrum, & talia, tres consonantes vocali sequente in vnam syllabam iungenda sunt. Periurus, qui male iurat: Peiero, vero verbum r non debet habere, est enim, quasi peius iuro. Protenus, per e aduerbium locale, id est, porrotenus, vt, *cum protenus vtraque tellus Vna foret*: Protinus, per i temporale est, id est, statim, *Protinus Aeneas* cœpit *celeri certare sagitta*. Pudoris, per u & per o scribendum est: Poderis, per o & per e id est, tunica talaris, qua Sacerdotes in veteri lege vtebantur.

Q litera tunc recte ponitur, cum illi statim u litera & alia quælibet pluresne vocales coniunctæ fuerint, ita vt vna syllaba fiat; cætera per c scribuntur. Qui syllaba per q u i scribitur; si diuiditur per cui scribenda est. Quit verbum quod fit a queo quis, quit per t: Quid pronomen, per d scribendum est. Quot, quando numerale est, per t; quando pronomen, per d scribendum est. Quantus per s, & Tantus euphoniæ causa. Venit enim a Tantus & a Quantus. Quicquam & Quicquid, in medio per c, non per d scribi debent. In compositione enim plerunque d in c commutatur, vt in præpositionibus, Accedo, Accumulo. Querela, per vnum l, vt suadela, tutela, candela, corruptela. Quoties & Toties, sine n, licet veteres per n. Quatenus, aduerbium loci, id est; quousque, per e: Quatinus, coniunctio causalis, id est, vt, per i scribendum est. Quæritur, de inquirendo per æ: Queritur, de plorãdo, per e. Quæstus, lucri, per diphthongon: Questus, lacrymarum per e. Queremonia, per duo e. Quorundam, sicut Eorundem per n, non per m. Queror, de te, tibi, de illo. Item, Conqueror. Quo vadis, ad quem locũ significat: Qua vadis, qua via dicitur. Quo, aliquando pro vbi ponitur. Augustinus, *Inuenis domum famosam, quo boni habitant*, id est, vbi habitant. Quantus, quam magnus dicitur: Quotus cuius ętatis, vnde & Quota luna dicitur. Augustinus, *Quotus quisque in hac vita existere, potest, qui non conuincatur esse peccator*, id est, in qua ætate, quo dierum vel annorum numero. Quotidie, aduerbium numeri per q scribẽdum est, non per c, vt Quot diebus: Cotidie, aduerbium enunciationis per c & o dicitur & scribitur, non per q; quia nõ a quota die, sed a continenti die dictum est. Quæstor, a quærendo, quasi quæsitor, per æ diphthongon. Quanquam, prior syllaba n habere debet, non m.

Reliquiæ, per q scribendum est & vnum l; licet Virgilius poëtica licentia dixisset, *Relliquiæ Danaum* Radius, masculini; non Radium, neutri. Rubor, coloris: Robur, virtutis: Robor, arbor est. Redoleo vnguentum. Regium, quod regis fuit: Regale, quod Regi dignum est. Roseum, per e: Rosacium, mixtum, per a. Recens feci, dicimus, non recenter, vtentes nomine pro aduerbio. Rhythmus græce, latine Modulatio. Re præpositio, non tantum plena quibusdam partibus orationis, vt Remouet, Refricat, Respirat; sed & d literam assumit, vt Redolere, Redire. sed interdum litera d geminatur, quotiens ab ea sequens incipit syllaba, & vna pars orationis expletur, vt Reddere dicimus geminata d; Reducere autẽ simpliciter. Re præpositio sæpe cum ad consonantes accidit, geminat illas, quod plerunque apud antiquos est, vt cado Recido, tuli Retruli, pello Reppello, do Reddo, lego Rellego. R sequente, a vel u vocales, non aspirantur, vt arcus, vrtica, vrna; notatis hara harena harundo R sequente e vocalem, leuiter efferuntur, vt herus, erit: si post R sequatur b vel n vel s vel e longa, tunc grauiter profertur, vt herba, herbidus, herbilis, herbosus, proprium Hernæ, vnde est *Hernica saxa colunt*, Hersilia, heres; heredium, Herennius, proprium, & Hercules. R sequẽte i vocalem semper aspiratur, vt hircus, hirquitallus Hirpinus, hirsutus, hirtus, Hirtuleius, Hirtus proprium; nisi aut monosyllabum sit vt it, aut & motu verbi vt eo, is irem ires, Iris id est, arcus; aut nisi a post

syllabum

ſyllabum ſit vt ir, aut ex motu verbi, vt eo, is irem ires, Iris, id eſt, arcus: aut niſi a poſt r ſequatur, tunc enim non aſpiratur, vt ira, iratus, iracundus, Iraſcor & quicquid ab eis fit. R ſequente o vocalem non aſpiratur, vt orbus: ſi vero alia r ſequatur aut t, tunc aſpiratur, vt horreo, horreor, horror, horreum, hortus, Hortenſius; notatur hordeum. Re præpoſitio d literam extrinſecus accipit, cum ad vocalem incipientem verbi alicuius acceſſit; quamd non accipit, ſi ad u conſonantem accedit, vt vlcero, redulcero, ago redigo, eo redeo, voco reuoco, vinco reuinco.

Sol in vtroq; numero declinatur; ſed ſingulariter, Sol ipsũ luminare ſignificat: at Soles ipſos dies nominamus, in quibus ſol totũ inluminat polũ Nonnulli tamen veterum ipſa carmina Soles nominauere, ſicut Horatius exorſus eſt, *ſoles meos omni eccleſia veſtra commendo*, & Maro, *ſæpe ego longos Cantando puerum memini me condere ſola*. Similis ſum tui moribus: Similis tibi, facie. Studio tui feci, id eſt, dum ſtudeo tibi: Studio tuo feci, id eſt, te ſtudente. Sartrix, vel Sertrix, quæ ſarcit: Sarcinator, qui ſarcinas ſeruat. Salubre, ad locum refertur, & ad cibum: Salutare conſilium eſt; Salubre non nocet: Salutare prodeſt. Suppellex, per duo p, & per duo l ſcribitur. Sanies, Socordia, Sitis; & in neutro, Sulphur, Scrupulum, Sinapi. Siler, ſingulariter tantum dicuntur, ſed Virgilius, *ſulphura viua*, & Terentius maſculine *ſcrupulus* retulit. Sors ſortis, & Sors ſordis dicitur, Ambroſius, *Mundet vaſa ne ſordis aliqua vini gratiam decoloret*; tametſi negant quidam Sordem nominatiuum ſingularem habere. Senſus, nomen eſt quartæ declinationis, & participium eſt temporis a verbo paſſiuo, quod eſt Sentior, cuius perfectum eſt ſenſus ſum, ſenſus es, ſenſus eſt, non ſentitus. SectURUS, non ſecaturus, a verbo ſeco. Stercoratos agros, non ſtercoratos dicas; quibus ſtercus ad fœcundandum infertur. Sæuus, Sæuio ſæuiſti, per æ diphthongon. Sagena, per e. eum retia ſignificat: Sagina, per i, cum paſtum & pinguedinem. Segnities, vitii eſt: Segnitia frigoris. Supplico diuinæ pietati, per duo p. Solium, proprie ſedes regalis eſt, vnde græce βασιλικὸς θρόνος vocatur. Super eſt, quod eminet: Supra, quod ſubſtratum aliquid habet: Subter, quod re aliqua ſuperiore premitur. Suptus, quod demiſſum altius non tangitur. Seruitium, multitudo eſt ſeruorum: Seruitus, conditio ſeruiendi; ſed veteres indifferenter Seruitium pro ſeruiendo poſuerunt. Sal, & maſculino genere & neutro dici poteſt. Saturitas, in cibo; in cæteris vero, ſatietas. Sero rumores, id eſt, diuulgo. Sanguis dicitur, dum manat; effuſus vero, cruor. Sumimus, cum ipſi accipimus ab alio. ſic cum damus, dicendum Accipe: cum permittimus ipſi tollere, dicendum, Sume. Sæpe b in præpoſitione Sub euphoniæ cauſa in ſequẽtem mutabitur conſonantem, vt Suffero; Suggero, Summitto, Suppono, & cætera talia: ſæpe & integra permanet, ſi ſequens ſyllaba a vocali incipiat, vt Subaudio, Subeſſe, Subiſſe. Sicut Primus e multis, & Prior ex duobus; ita Poſtrem' de multis, Poſterior e duobus. Superbus, qui ſuper vult videri quã eſt. Sero feras ſeraui, a claudendo & inde Seræ, id eſt, vectes, quibus vrbium clauduntur portæ, quæ veniunt a Sero, id eſt, veſpera, & in pſalmis, *Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum*; & hoc quia Sero, id eſt, veſpere ciuitatum obclauduntur portæ: Sero ſeris, a ſeminando. Syriam Syracuſas, Symbolum veterum libris. ſic in noſtris per v ſcribi oportet. Sumpſi, per p ſcribendum eſt: ſimiliter & Sumpturus. Sed antiqui Sedum dicebant; ideo Sed per d debet ſcribi. Sat per t, quia per apocopam a Satis fit: Scribo per b, ſcripſi per p ſcribendum eſt, quia b tranſit in p in præterito tempore. Supter, per p, non per b ſcribitur. Sæuus, & Seruus, per duo v, ita vt prior digammon, ſequens vocalis ſit; ſimiliter paruus, prauus, & coruus. Serui-

le, Ciuile, Ouile, per v scribenda sunt, i longa ante l. Solemne, eo quod solet in anno, per vnū l. scribendum est; sed & m sequenti syllabæ secundū Priscianū iungi debet Sedeo, sedi, inde sessurus per duo s scribitur. Spondeo spopōdi, quod in secūda amittit syllaba s, velut Prisciano placet. Scio sciui scitum sciturus; ex eo scisco.

Totidem per i scribitur, quia a Tot numero aduerbiali venit. Trans præpositio, interdum plena est, vt Transtulit, Transeo, Transactum: in quibusdam n & s amittit, vt Traducit, Traicit. Tabula & Fabula, per b scribuntur. Testor aliquid, confirmans sententiam: Contestor, cum quadam auctoritate affirmās: Protestor, manifeste cauenda denuntiās: Obtestor aliquem, iurare compellens: Attestor aliquem, ad testimonium vocans qui sit dignitate vel auctoritate eminens: Detestor aliquem, execrandum respuens. Triumphat, hoc est, qui superat: Triumphat nos dicimus cum superandi hostem auxilium tribuit. Transmigro verbum, duplicem significationem habet: Transmigro enim, cum de loco ad locum iter facio. Item, Transmigro dicitur, cum additamento accusatiui casus, id est, cum aliquem de loco ad locum transfero, vt *Nabuchodonosor transmigrauit Iudæos ab Hierusalem in Babyloniam.* Transmigrās participium, æque dupliciter, & de loco ad locum transiens aliquis, & alium de loco ad locum transferens intelligitur. Tunc, temporis aduerbium est: Tum, ordinis. Terga, hominum sunt, tantum singulariter tergum: Tergus, quadrupedum, facit Tergora id est, coria. Ideo in exemplo quod grammaticus posuit vitiosa compositio est, *versa iuuencum Terga fatigamus hasta*, quia quod hominum fuit, animalibus imposuit, & est cacosyntheton. Tingere, dicendum est, non tinguere. Temeritas, sine consilio: Audacia, post consilium. Temperantia, animorū: Temperatio, rerum: Temperies, aurarū. Turbo, si sit propriū, Turbonis facit: si appellatiuum, Turbinis. Nam siue ventus, siue quod ludunt pueri, hic Turbo dicitur, Virgilius; *torto sub verbere turbo.* Teloneum, non Theloneum, id est, per simplicem e, non aspiratione addita. Est autem telon latine Vectigal. Traho, Veho, in prætetito aspirationem in X conuertunt, vt traxi, vexi: alii proiciunt aspirationem, dicimus enim Prehendo & Prendo, Vehemens & Vemens, Nihil & Nil & Nihili, Hercule & Hercle, quod est aduerbium iurandi.

Vinea, si arborem significat in prima syllaba i debet habere, & in secunda e: si ad indulgentiam pertinet, syllaba prima e, & secunda i habeat, vt est Venia. Vrgere debemus dicere, non Vrguere, Virgilius, *Vrgentur pœnis.* Vaccas, si animalia significant per v; si flores lauri, id est, Baccas per b scribatur. Vallis & Vallum, per v scribendum est; Ballista & Ballena per b. Valua, quod est ostium per v: Balba, mobile nomen, balbus balba balbum, quod est, tardiloqua, per b scribitur. Valde aduerbium, a valido nomine veniens, vnde corrupte dicitur per v scribendum, quasi valide. Vellus, si lanam significat per v; si Bellus, id est, pulcher, per b scribatur. Ver, & Vir, per v scribenda sunt. Vel, si coniunctio est per v: si humorem significat, per f: si idolum, per b scribendum est. Vos, si pronomen monosyllabum per v; si dissyllabum erit, prior syllaba ab v, sequēs a b incipit: si animal significat, monosyllabū per b, dissyllabū prior syllaba a b, sequens ab v incipit vt, Bos bouis boui boue, bos a boue Verba, prior syllaba ab v, posterior a b incipiat. Vlciscor vltus sum facit Volo volans, a volando: Volo vis, a voluntate, quod imperatiuum naturaliter nō habet; quia imperata necessitatis sunt, nō voluntatis. Vis duplicem significationem habet, & Virtutis videlicet, quod græce δύναμις dicitur, & violentiæ, quod grece βία vocatur. Veruex, ex ouis, ab v incipiendum est, & facit genitiuum veruecis, longa in secūda syllaba; dū vertex, cortex, codex i breuem habent in obliquis casibus, vt verticis,

cis, corticis, codicis, & cætera talia. Vlterior & Vltimus, positiuum gradum non habent, Veniunt, qui vendunt: veneunt, qui venundantur. Velocitas, pedũ & corporum: Celeritas animorum & factorũ. Vlcus quod nascitur. Vulnus, quod per alium fit. Vrgeo, non Vrguo, Virgilius, *Vrgetur pœnis*. Vngo vnxi, quomodo Pingo pinxi, vtrunq; sine v, attamen ad nomen deriuatiuum addit v, vt *pinguis vnguine*. Vulua, Malua, Striua, per v loco cõsonantis scribantur. Vas vadis, de fœnore, genere masculino: Vas vasis, de vasculo, neutrum; vtraq; per v: Fas per indeclinabile, vnde Fasti dies; quibus ius fatur. Villus, est vestimenti: Villa, possessio. Vesper, incerti generis est vt Priscianno placet; ideo Euangelista dixit, *Vespere qua lucescit in prima sabbati*. Acer lignum est, & Acer dicitur purgamentũ frumẽti.

BEDÆ SACERDOTIS
DE METRICA RATIONE
Liber Vnicus.

DE LITERIS.

QVI notitiam metricæ artis habere desiderat, primo necesse est, distantiam literarum, syllabarũque sedulo discat. Sunt autẽ latinæ literæ omnes X V, ex quibus quinque Vocales appellantur, A, E, I, O, V. Cæteræ omnes Cõsonantes. At de hisdem consonantibus septem dicuntur, Semiuocales, F, L, M, N, R, S, X. Cæteræ nouem Mutæ, B, C, D, G, H, K, P, Q, T. Y autem sextam vocalem, & Z, decimam septimã consonantẽ, propter græca verba, quib⁹ cõsuete vtuntur adsumpserũt Latini. Neq; enim aliter typũ, vel zelũ, vel cætera huiusmodi quomodo scriberent habebãt Qui etiam post perceptionẽ dominicæ fidei H, & X, & P & Ω cũ A, græcas literas, etsi nõ alphabeti ordine recipiunt, diuinis tamẽ paginis inditas continẽt H videlicet, quę apud eos duplici scribitur figura, quomodo apud Latinos litera H, intromittentes propter auctoritatẽ nominis. Nã X & P, propter nomen Christi: A & Ω, propter auctoritatẽ dominici sermonis: *Ego sum A & Ω*. A etenim tantũ nomine discrepat; cæterum & figura, & potestate nostrâ A æquiparat. Nã P Græcorũ ab R nostro & figura distat & nomine. Porro Η & Ω, hoc a nostris E & O differũt, quod semper longæ sunt. Nostræ autẽ omnes vocales sunt dichronæ, hoc est, & breuibus syllabis habiles, & longis, quomodo & illorũ, A, & I, & Y. Nãq; E & O sempet apud illos breues naturaliter permanent. Itaq; omnes literæ, quibus vtimur sunt X X V I I I, vocales videlicet V I I I. A, E, I, O, V, H, Υ, Ω, & consonantes vndeuiginti. Sed ex ipsis vocalibus I & V plerunque in consonantum potestatem transeunt; cum aut ipsæ inter se geminantur, vt iumentum, vinum: aut cum aliis vocalibus iunguntur, vt ianua iecur, iocus, vanitas, veritas, volatus. V quoq; nonnunquã sibi ipsa præponitur, vt vultus; sed & alterum consonantis locum tenet, cum vel latine autum, vel græce euangelium nominamus. Mirum autem quare dixerit Donatus eam interdum nec vocalẽ, nec consonantem haberi, cum inter Q literam consonantem, & alteram vocalem constituitur, vt quoniam, quidem; nisi forte, quia tam leniter tum effertur, vt vix sentiri queat. Videtur autem non esse firma ratio, quia eius sententiam exponentes Pompeius, & Sergius dicunt, eam consonantem esse non posse, quia ante se habet alteram consonantem, id est, Q vocalem esse non posse, quia sequitur illam vocalis, vt quare quo-

modo, & ob id eam nunc non esse literã scribunt. Quid enim? nunquid quando scribimus Astum, dicendum est, T, consonantem esse non posse, cum ante se habeat alteram cõsonantem, id est, S, immo & vocalẽ esse non posse, quia illã vocalis sequitur. & cum dicimus Stratum, R, esse literam fatendum est, cum & vocalis sequatur, & duæ præcedant consonantes S & T. I autẽ hoc habet propriũ inter vocales, vt quoties locum tenens cõsonantis alteram ante se in eadem parte orationis habet vocalem, hanc etsi natura breuis erat, semper eam positione faciat longam, vt maius, peiurium; vnde & duplex appellatur. X quoq; litera consonans, eiusdẽ potestatis gratia duplex nũcupatur, vt axis. Sunt & Liquentes literæ quatuor, L, M, N, R, quæ diuerso quidem modo, sed certa ratione plerumq; in metro solitam cõsonantiũ vim amittere solent, nonnunquam breues natura syllabas inueniuntur reddere longas.

De Syllabarum temporibus.

SYllaba est comprehensio literarum, vel vnius vocalis enunciatio, temporum capax, quia omnis syllaba aut breuis est & tempus recipit vnum, quod Atomũ metrici vocant, vt pater: aut longa est, & duo recipit tempora, vt mater. hic enim, ma, cũ dicitur mater, longitudine sui circumflexus tantum temporis occupat, quantum, pa, semel, cum acute dicitur pater. Sunt igitur lõgæ syllabæ, sunt breues, sunt communes. Sed longæ duobus modis sunt, natura, & positione. Natura quidem bifariam: aut productione videlicet singulatium vocalium, vt nauis, sedes, finis omen, vnus: aut duarum coniunctione, quod diphthongum vocant, vt æuum, pœna, Augustus, Eurus, ei, vt Arator. *En mihi iam video subitis lapsura ruinis, Condita fana diu, templi quoq; nobilis edem*; vel cum dicimus Tydeus Tydei, vbi e & i non separamus, sed coniunctim proferimus, ne quintam potius, quam seeundam declinationem significet; & hoc græca nomina sortiuntur. In latinis enim non inuenitur hęc diphthongus. Positione autem lõgæ sunt syllabæ modis sex. Cum correpta vocalis aut in duas desinit consonantes, vt ast. Aut in vnam duplicem, vt dux. Aut in vnam desinit consonantẽ, & excipitur ab altera, vt arca. Aut excipitur ab x duplici consonante, vt axis. Aut ab i loco cõsonantis posita, vt Troia; quæ positio nonnunquam in metris in tres diuiditur syllabas, vt est illud, *Arma virum tabuleque, & Troia gaza per vndas.* Aut desinit in consonantem & excipitur ab i, vel v, positis in loco consonantium, vt aduena, adiumenta. Breues vero sunt syllabæ, quę horũ nihil habuerint. Quod vero quidam inter longas syllabas adnumerandum autumant, cum correpta vocalis excipitur a duplici litera Z, vt Mezẽtius; aut a duabus consonantibus, vt acri, vel acres, falluntur. Nam & Z, quoties in eandem parte orationis breuem sequitur vocalẽ, potest eã producere, si sic poeta voluerit, vt gaza: cum vero parte aliqua orationis in breuem vocalem terminata, sequens sermo a litera Z incipit, nullã producendi habet potestatẽ, vnde est *nemorosa Zacynthos*, Et R litera liquẽs eodem modo, sicut & L, cum in medio sermone breuem sequitur vocalem, pręcedente qualibet consonante, potest hãc licẽtia poetica facere longam: cum vero vtralibet liquida sequẽs consonantem in capite fuerit sermonis, non potest longã facere vocalẽ, quæ in fine verbi pręcedẽtis naturaliter breuis extiterat. Sũt item syllabæ, quæ vtroq; modo, & natura videlicet & positione longæ sunt, vt dens, gens, mens, fons frons.

De communibus syllabis.

COmmunes autem syllabæ modis fiunt nouem, quibus aut naturaliter poetica licentia longæ in breues, aut naturaliter breues trãsferuntur in longas. Breuis vero transfertur in longam, cum cor-

correpta vocalis in eodem verbo a duabus excipitur consonantibus, quarum posterior est liquida. Est enim breuis natura in hoc, *Mens tenebris obscura fuis.* Est longa positione in hoc, *mortisq; tenebras.* In quo Sergius modo iniusto vtitur exemplo, *Neue flagella.* Flagellum enim in capite verbi habet liquidam literam consonanti subiectam, quæ positio nunquam breuē natura syllabam verbi præcedentis potest facere longam. Item natura breuis syllaba ad votum poetarum transferri potest in longam, cū correpta vocalis in consonātem desinit, & excipitur ab h litera. est enim breuis natura in hoc, *Porcinum tenuere gregem, niger, hispidus, horrens.* est voluntate poetæ longa in hoc, *Vir humilis mæsto deiectus lumine terram*; & item, *Mors fera per hominem miserum sibi subdidit orbem.* Vbi item quidam grammaticorum dubium ponunt exemplum, *Terga fatigamus hasta.* Nam & si non h sequeretur, mus tamen esse possit longa poetica licentia, quia plenis pedibus superfuit, sicut hoc quod item ponunt, *Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.* Vbi mor ideo potuit produci, quia post emensos pedes integros partē terminat orationis, tametsi vocalis sequeretur. Tertius modus est syllabæ cōmunis, cum verbum aliquod in vocalem desinens correptam, excipitur a duabus consonantibus, quarum prior sit s. est. n. natura breuis in hoc Fortunati, *Ordinib. variis alba smaragdus inest.* est enim positione longa in hoc Sedulii, *Adueniat regnum iā tamq; scilicet illud.* Cū vero s in capite verbi fuerit consonanti alii subiecta, nequaquā potest vltimā verbi prioris syllabam producere, quæ in breuem desierit vocalē, vt Sedulius, *Stare choro, & placidis cælestia psallere verbis.* & Fortunatus, *Vocibus alternis diuina poemata psallunt.* Falsoq; diffiniunt Pompeius s nō posse liquescere, nisi ipsa antecedat, vt, *Ponite spes sibi quisq;.* Hanc Virgilius & in medio verbo alteri consonanti præpositam, vbi commodum duxit, liquentium more trāsiliūt, vt est, *Hortatur Mnestheus, nunc nunc insurgite remis*; nisi forte hunc versum ita scandendum putamus, vt si, *Horta*, spondeus, *tur Mne*, spōdeus, *stheus nunc*, spondeus, coniunctis scilicet vocalibus, quod diphthongon vocant; vnde bene Donatus, cum de liquentibus literis loqueretur, dixit specialiter de hac, *& s litera sue cuiusdā potestatis est, quæ in metris plerunq; vim consonantis amittit.* Est n. modus quartus syllabæ cōmunis, cum post pedē quemlibet vna syllaba breuis remanserit de verbo, quæ vel vocalē disfiniens excipitur a consonante verbi sequentis, vel in consonantē desinēs excipitur a litera vocali. est enim breuis natura in hoc, *Quoius onus leue est, quoius iuga ferre suaue est.* est longa, permissu poetico, in hoc, *Frondea ficus erat quoius in robore nullus.* Quod genus syllabæ inter longas, vel omnino refugiendum, vel parcissime vsurpandum est. Vnde & in recentioribus poetis nō facile eius inuenies exemplum. Quamuis & apud Virgiliū non rarissimum, apud Homerum vero frequētissimū reperiatur. Item modus est quintus cū pars orationis definit in diphthōgon, sequente statim altera vocali. est. n. per naturā longa in hoc, *Musæ Aonides.* est per licentiā breuis in hoc, *Insulæ Ionio in magno*; quod posteriores poetæ magis in vna parte orationis fieri voluerūt. Vnde nec huius exemplū facile in nostratib. poematib. inuenies; aut cū diphthongus a vocali alterius verbi excipitur, tunc hāc per synaliphā transiliendū esse dicebant, vt Prosper in præfatione epigrammatū, *Nec nostra opis est hoc, sed ab alio sumitur hic ros. Qui siccam rupem fundere iussit aquam.* Sextus modus est, vt Donatus ait, cum producta vocalis est vocali altera cōsequente. est enim longa in hoc, *O utinam in thalamos inuisi Cæsaris issem.* Breuis in hoc, *Te Corydon o Alexi, trahit sua quemque voluptas.* Quod moderni versificatores in eadem potius parte orationis facere consueuerunt, vt, *Eoo venere Magi*, &, *Splendidus astrorum de vertice fulget Eous.*

Et rursus longa est per naturam ita, *Angelus intacta cecinit properata Maria.* Breuis per licentiam ita, *Exultat Maria cum prima affamina sensit.* At cum longa vocalis, vel etiã breuis, quæ partem orationis terminat, excipitur a vocali, alterius verbi priorem per synalipham adsumunt, vt Prosper, *Nam si te virtute tua ad cælestia credas, Scandenda superis, pulsus in ima cadis.* Quamuis & Arator imitatus veteres dixerit, *O vtinam nostris voluisses fida iuuentus Consiliis parere prius, ne litora Cretæ, Linqueres insans rabiem passura profundi.* Septimus modus est, cum pronomen c litera terminatum vocalis statim sequitur. est n. longa in hoc, *Non quia qui summus pater est, & filius hoc est.* breuis in hoc, *Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis.* Sed & aduerbium c litera terminatũ cõmunem syllabam facit. est enim longa in hoc Paulini, *Donec adspirante deo conantibus agris.* breuis in hoc Prosperi, *Vt morbo obsessis præstanda est cura medendi, Donec in ægroto corpore vita manet.* Octauus modus est, cum correptam vocalem in eadem parte orationis sequitur Z consonans græca duplex. est enim longa in hoc Iuuenci, *Difficile est terris adfixis diuite gaza.* est enim breuis in hoc eiusdem, *Et gaza distabat rerũ possessio fulgens.* Nonus modus est, cum omnis syllaba nouissima versus in quocunq; metro adiaphora, id est, indifferens est ad voluntatem poetarũ, vel correpta producitur, vel corripitur producta, quod frequentius est quam vt exemplis indigeat. Sciendum est autẽ, q̃d x litera duplex nunquã facit cõmunẽ syllabã sed cũ in eodẽ verbo sequitur vocalẽ semper eam habet longã; aut natura. vt pax, lex, lux, rex, vox: aut positione. vt fax nex, nix, nux, nox, & exul exitus, exitum: cũ vero in primordio fuerit verbi, non potest producere finẽ prioris verbi. quod in breuem desierit vocalem, vt *Pontibus instructis conduxit litora Xerxes.* N quoq; litera pari ratione (ni fallor) cum in medio verbo cõsonanti alteri fuerit subiecta, præcedentem syllaba siue natura, seu positione semper longam habet, vt regna, calumnia: cum vero in primordio verbi fuerit alii subiecta consonanti, vt Gneus, gnarus, profecto vltimã syllabã verbi prioris, si in breuẽ desierit vocalem, breuem hãc, vt fuerat, remanere permittit, neq; vllã producendi habet potestatẽ. Prospero testante, qui ait; *Nec tamen hos toto depellit fœdere gnaros. Naturã errantũ diuidere antius.* Vnde & inter liquidas adnumeratur, tamen etsi non, ita vt L & R, quę communes syllabas facere solent.

De primis Syllabis.

HÆc de differentia syllabarum paucis dicta sunt, quas etiam exemplis ipse plurimũ discernere potest, qui scansionẽ versus heroici discere curabit. Sed & qui nec dum ad hoc peruenit, hunc interim hortamur syllabas omniũ partium orationis ex principio versuum heroicorũ diligentius scrutetur. Omnis n. versus hexameter, qui sex pedibus, & pentameter qui quinq; pedib. cõstat, primã habet syllabã longã, quæ vel a Spõdeo, vel a Dactylo incipit, quorũ prior pes duab. longis syllabis constitit, vt dicens: secundus lõga, & breuibus duabus vt, dicim⁹. & ideo cũ codicẽ hexametri, vel elegiaci carminis adsumis in man⁹, quacũq; pagina aperiens inspexeris, quencũq; versum arripiens legeris, absq; vlla dubietate primã syllabã aut natura, aut positione longam inuenies Penthemimerim siue spõdei, siue dactyli cõstat esse principiũ. Itẽ prima sępe syllaba ex cõpositione figuræ deprehẽditur vt nescias qualis sit, pi⁹, cognoscitur, licet in aliquãtis hoc fallet. Nã cũ dicim⁹ nubiere nu lõga est: itẽ cũ dicim⁹, innuba, aut pnuba, fit breuis nu in cõpositione. Itẽ lux lucis, lu lõga est; lucerna, breuis est. itẽ homo, breuis est vbiq; humanu⁹ lõga. *Itur in antiquã siluã,* i lõga est; *superũq; ad lumen ituras,* i breuis. Sed hoc inuenire raro cõtingit. Verũ si quęlibet pars orationis prępositionib⁹ cõponatur, primas syllabas ex his cognoscimus. Nã talis

manebit fere omnis composita syllaba, qualis & ipsa præpositio fuerit, vt deceptus, abundãs. Do videlicet longa, & Ab breuis. Item ex ipsis præpositionibus, Ad, & Ob, In, & Sub, diuersæ in verbis ponuntur. nã corripiũtur, cũ crescendo dissyllabũ ex se reddũt, vt adit, obit, init, subit. indifferentes sunt, cum trisyllabũ faciunt, vt adicit, obicit, inicit, subicit, producũtur tantũ, cum tetrasyllabũ ex se reddunt, vt adicio, obicio, inicio, subicio. Item, pducũtur, quæ per Præ, & per Quæ in primis syllabis scribũtur. Breuiãtur vero, pretium, precor, prehendo, & premo, & queror. i. querelam depono, & quæ ex his per deriuationẽ, vel declinationẽ, vel compositionem fieri possunt, & Que cõiunctio. Item contra breuiantur ex hisdẽ præpositionib. in cõpositione, vt dehinc, profectus, professus, profusus, profestus, proauus, pronepos, &c. Sunt item aliquãta verba, quæ primas syllabas temporum ratione permutãt, quę subter collecta in omni præterito pfecto, vel in omni præterito plusquãperfecto, vel in vno futuro modi tantũ coniunctiui producuntur, in cæteris autem modis, & temporib. breuiãtur, vt sunt hæc, lego legi cum legero, Faueo faui cum fauero, Venio veni cum venero Fugio fugi cum fugero, Facio feci cum ro, Sedeo sedi cum ro, Foueo ui cum ro, Video di cum ro, Voueo ui cum ro, Fodio fodi cum ro, Iuuo ui cum to, Ago gi cum ro. Emo mi cum to, Lano ui cum to, Odio di cũ ro, Sero seui cũ ro, Sino siui cum ro, Caueo ui cũ ro. Item contra inueniuntur, quę in præsenti tempore pducta sunt, & in præterito breuiãtur, vt sunt hæc, Pono posui, Cogo coegi, Do dedi, Sto steti. Ipsa omnia verba, q̃ in pręteritis ante crescũt, in primis syllabis breuiantur, vt Pendo pependi, Tondeo totondi, Pello pepuli. Item in verbis, quę eisdẽ literis scribũtur, notandum quod Liber, si librũ significat, aut corticem, breuẽ habet li; si liberũ, longam. Pila, si vas significat, longã habet pi; si sphærã breuẽ. Secutus, longã se; Securis breuẽ. Domus, breuem do; Doma, id est, tectum, longã. Plaga, cum clima significat, breuis est pla; cum vindictam, longa. Palus paludis, breuis est pa; Palus li, longa. Populus, cum vulgus significat, breuis est po; cum arborẽ, longa. Nitens, a nitore, breuis est ni; Nitens a nisu, longa. Item Educo educis, lõga du. Educo as. i. enutrio, breuis Concido, Decido, Occido, Incido, si ad casum pertinent, correptam habent ci; si ad concisionem productam Colo is, breuis co; Colo as, producta. Placo cas, producta pla; Placeo, correpta. Pareo pares, i. appareo, siue obtempero, producta pa; Paro ras. i. præparo, & Parioris, correpta. Parentes, cũ a parente significant, producta pa; cũ genitores, correpta, sicut & Pariẽtes. Idem, si neutri generis est, corripitur; si masculini, producitur in vtroq; numero. Leuitas, si instabilitatẽ mẽtis designat, aut pusillitatem ponderis, breuis est le: Si leuitatem tractus, vnde ligna in ædificio leuigata dicuntur, longa est le.

De mediis Syllabis.

MEdias syllabas tribus modis cognoscimus, positione, & diphthongis, & accentu; sed de positione, & diphthõgis supra tractauimus. Accentus autem est quasi adcantus dictus, quod ad cantilenã vocis nos facit cognoscere syllabas. Qui vocis accentus duo sunt ad ea, quæ tractamus, necessarii, correptus, & productus. Correptus est, quoties sine vlla mora vocis medias syllabas enũtiamus, vt mœnia, tabula. Product⁹ est, quoties medias syllabas cũ aliqua mora vocis exprimimus, vt fortuna, natura. Sciendum est tamen, quia illa, quę in verbis i correpta proferũtur, cũ in medium venerint, & ipsam i in e mutauerint, vt legis lege legere, vbiq; breuiantur; excepto cum a trib. excipiuntur consonantibus b, & m, & r, vt legebam legemus legetur. Cætera melius accentibus colliguntur, Qui accentus in trisyllabis, & tetrasyllabis, & deinceps ita considerandus est, vt sequetur. Amicissimorum, quibus syllabis constet, edidicimus, primam breuem ex-

emplo, vt *nimium dilexit amicum*; secundam cum longo accentu inuenimus; tertiã longam positione; quartam breuẽ accentu, quia cum dicimus amicissimus penultimam cum breui accẽtu inuenimus; quintam accentu longam; Vltima vero qualis sit, per singulas partes orationis monstrabimus, in ratione subiecta.

De vltimis syllabis Nominum, Pronominum, & Participiorum.

NOminatiuus singularis has habet breues, A, vt citharista, vinea, toreuma, E, vt sedile, O, vt ordo, virgo, V, vt cornu, El, vt mel, Il, vt vigil, Vl, vt consul, M, vt tectum, N, vt carmen, Vs, vt iustus, cursus, nemus, Ir, vt vir, Or, vt doctor, T, vt caput. Has item longas, I, vt Frugi, Il, vno Hetrusco, vt Tanaquil, Ol, vt sol, As, vt facultas, C, vt alec. Item hæc sunt, quæ in monosyllabis producuntur; in dissyllabis autem, & trisyllabis, vel in cæteris polysyllabis corripiuntur, Ar, vt far, Nar, Cæsar, Er, vt ver pater, Vr, vt fur, murmur, Is, vt vis, glis lis, fortis, Al, vt sal, Hannibal. Item torcular, & puluinar producta, quia quibusdam placuit hoc torculare dici, non torcular, &, hoc puluinare, & non puluinar. Es terminatus, si quintæ fuerit declinationis, producitur, vt dies. si tertiæ, tunc longa est, cũ genitiuus singularis non crescit vt labes, tabes, cædes, puppes, clades, fames, vulpes, ędes sedes, strages, Hercules, proles, nubes, quamnis quidã nubs nominatiuum terminare maluerunt: vel cum crescẽs, e productam ante nouissimam syllabã habuerit, vt merces, quies, mercedis, quietis: vel cũ monosyllaba fuerint nomina, aut de monosyllabis ducta, vt pes, bipes, sonipes. vbi notandũ, quod pes, sicut & sal & par, cũ monosyllaba est, longa est: at cũ per alios casus declinari cœperit, primã syllabã corripit. itẽ Ceres, aries, paries, abies, nominatiuo, & vocatiuo casu producuntur; At in cęteris casibus e corripiunt. Breuiatur vero Es, si aut e in i mutauerit, in genitiuo crescente, vt miles militis; aut e breuẽ habuerit, vt seges segetis. Os, monosyllaba significans, producitur, si ossa, breuiatur. Quæ tamen Os syllaba, cũ in dissyllabis, vel in trisyllabis venerit, & media syllaba genitiui producta natura permãserit, tum longa erit, vt nepos nepotis: si vero correpta erit, breuiatur, vt cõpos cõpotis. Vs, cũ in genitiuo crescente u lõga permanserit, producitur, vt virtus virtutis, tellꝰ telluris; excepto vno palus, quod in genitiuo, dis, terminatur, palus paludis, vnde est hoc, *sterilisq; diu palus, aptaq; remis.* Si vero in genitiuo crescente correpta, quia mutata permanserit, aut nõ creuerit, breuiatur, vt pectus pectoris, vulgꝰ vulgi. Genitiuus, Datiuus & Ablatiuus ꝓducuntur. Sed genitiuus, cũ tertiæ fuerit declinationis, cũ ablatiuo suo e tantũ litera terminato breuiatur, vt a forte fortis; excepto vno, quod producitur, vt ab hac fame, quia veteres huius famei, non huius famis, & huic famei, non huic fami declinabãt. vbi notãdũ, ꝙ nomina quintæ declinationis, quæ in ei literas, genitiuo, & datiuo casu terminantur, & has diuisas vtranq; longã habent, vt faciei, diei; exceptis tribus, fidei, rei, spei. Accusatiuus breuis est semper. Vocatiuꝰ similiter, excepto cũ i terminatur, vt Laurẽti. vbi notandum quod nomina quæ in ius terminantur, in genitiuo casu duplici i efferũtur; in vocatiuo simplici, in vtroq; lõga, vt filius filii, o fili; vel certe vocatiuum in e correptã terminant, vt impiꝰ impie. Qui etiã Vocatiuꝰ, dũ similis nominatiuo fuerit, regulam nominatiui sequitur, vt hæc paupertas, & o paupertas. Nominatiuus, Accusatiuus, & Vocatiuꝰ plurales in masculino, & feminino genere ꝓducuntur; corripiuntur in neutro. Ambo, & duo si neutra sunt, corripiũtur; si masculina, ꝓducũtur. Genitiuus pluralis in omnibus breuis est. Datiuus & Ablatiuꝰ, si is terminãtur, lõgi sunt, vt doctis; si bus, breuiantur, vt rebus. Hac regula nomina, ꝓnomina, participia cõtinẽtur, & ꝓnominis declinatio in hoc tantũ differt, ꝙ in monosyllabis, q̃ vocalibꝰ terminãtur, vt me, te se, tu, qui, aut vocalib. constant, vt O; in quo-

quolibet casu producũtur. sed genitiuus cum vs finitur, breuiatur, vt illius, datiuꝰ vero, vt in nomine, semper longus est; excepto mihi, tibi, sibi, quę indifferẽter poni possunt. Sic reliqui quoq; casus regulã sumunt ex nomine. in græcis vero nominatiuus singularis has habet breues; A, vt ecclesia, baptisma; As, cum genitiuus dos habuerit, Arcas Arcados, Pallas Pallados; Os, cum genitiuo diphthongon habuerit, vt Delo Delou. Longas vero has: E, vt schole, synagoge, quę latina cõsuetudo in a terminat, O, vt Dido, An, vt Titã En, vt lien, Syren, In, vt delphin. On, vt Memnon, Er, vt aer, æther, As, vt Æneas, Es, vt Anchises Genitiuus breuiatur, cũ dos, vel tos, habuerit in fine, vt Arcados, poematos. Datiuus, cum i, vt Palladi Accusatiuus, cum a vel on, vt Thesea, Delon; alias longus est. Vocatiuus cum a terminatur, in masculinis tantũ, lõgus est, vt o Ænea. nã in femininis corripitur, vt cathedra. E terminatus producitur, vt schole, synagoge, pentecoste, parasceue; exceptis his, quorum nominatiuus os terminatur, vt Petros Petre. I terminatus corripitur, vt Alexi. O finitus producitur, vt Dido. Nominatiuus & Vocatiuus pluralis cum a, vel es terminatur, breuia sunt, vt rhetores, charismata; alias longi sunt, vt ecclesiæ. Genitiuus longus est, si tamen grecæ fuerit declinationis, vt leon, cedron, idest, populorum, cedrorum. Datiuus i terminatus corripitur, vt Arcasi; alias longus est, vt lais .i. populis. Accusatiuus si as fuerit terminatus; & a genitiuo singulari venerit os finito, corripitur, vt Arcados Arcadas; alias productione lætatur.

De Verborum, & Aduerbiorum temporibus.

IN Verbis primæ coniugationis producuntur, A, & As, vt ama amas: in secundæ, e, & es, vt sede sedes: in tertiæ productæ, i, is, vt nutri nutris. In tertiæ correptæ breuiatur e, & is, vt cerne cernis. In omnibus, O corripitur, vt amo, sedeo, cerno, nutrio; tametsi auctoritas variet. Eadẽ in infinitiuo modo penultima syllaba, A, &, E, &, I, productas habent, vt amare, sedere, nutrire. item e, correptam, vt cernere. Similiter in aliis modis, productis eisdẽ vocalibus, amarem, amares, amaret, & cætera ad suam formã. E correpta in verbis tertię cõiugationis correptæ, vt cernerẽ cerneres, & cætera. Itẽ es, corripitur, vt sum es, & cætera, quæ ex his componi possũt. vt adsum ades, possum potes. Itẽ faxis, velis, adsis, lõga sunt, quia pluralis numerus ea producit. Numerus pluralis, vt amares amaretis, amasses amassetis. Item producenda sunt quæ c terminantur, vt fac, dic, duc, induc: aut in i, vt amaui, amari: aut in u. Corripiuntur autem quæ in m, vt amem: vel in r, vt amer: vel in vs, vt amamus: vel in t, vt amat: vel in re, vt amare: vel in is, vt amatis.

Aduerbia, quæ in A terminantur productione gaudent, vt vna. Quæ vero in e, si ex nomine veniunt, & comparationis gradus seruant, vt docte doctus doctissime, producuntur: si autem a se nascũtur, vt sæpe; aut non comparãtur, vt rite; aut in comparatione deficiunt, vt bene, male, breuiantur. I finita, præter quasi, ibi, & vbi, vel quæ ex ipsis fiunt, vt sicubi; producuntur, vt heri. O indifferenter accipitur, vt falso. V producitur, vt noctu. L, &, R, breuiantur, vt semel, pariter: Vl, vt simul: M, vt tam. N, vero, excepto non, & en, vbique breuiantur, vt forsan. S breuiatur, vt magis, funditus; excepto cũ a præcesserit, vt alias. C producitur, vt hic, illic, adhuc. Monosyllabę producũtur, vt cur, plꝰ, exceptis bis, & ter Verum Ne dupliciter profertur. Nã producitur, cũ prohibẽdo dicitur, vt, *Scrutari ne cura procax abstrusa labora*; vel cũ ponitur pro vt non, vt idẽ Prosper ait; *Et vindicta breuis sic noxia crimina finit, Ne sine fine habeat debita pœna reos.* Corripitur autẽ cũ interrogando, vel increpãdo ponitur, vt, *Tu ne cruente, ferox, audax, insane, rebellis*. Es in numeris, vt toties, quoties, septies, vicies, corripitur.

De Coniunctionibus, Praepositionibus, Interiectionibus.

COniunctiones ferme omnes corripiuntur. Sed quæ a, vel i terminantur, excepto, ita, quia, nisi, producuntur, vt propterea, interea, si, etsi. Quæ in n desinunt, si a vel i ante eam habuerint, producuntur, vt an, sin, alioquin; cæterum breuiatur, attamen. Quamuis, producitur; cæteræ breuiantur, exceptis quæ positione sunt longæ, at, ast, aut, &c.

De Præpositionibus.

PRæpositiones accusatiuæ solæ, quæ in a exeunt, producuntur, vt intra, & vna monosyllabis. Ablatiuæ corripiuntur, vt abs, exceptis monosyllabis, quæ aut vocalibus constant, vt, a: aut vocalibus terminantur, vt de. Communes præpositiones correptas esse liquet, vt in, super, sub, subter. Nec de loquelaribus præpositionibus reticendũ, tametsi non in fine, sed in principio semper ponantur, quæ sunt, am, co, con, di, dis, re, se. Quod am, & dis positionem quærunt, vt amplector, disiungo; & ideo longæ sunt. Co, dichronæ, vt coherceo, connecto. Con, longa, vt conicio. Di, longa, vt dirigo. Se, longa, vt secerno. Re autem vbique breuiatur, vt remuto; excepto refert, cũ distat significat, vt, *Præterea nec iam mutari pabula refert*; & verbum, reicio, vt, *Reice, ne maculis infuscet vellera pullis.*

Omnes interiectiones, si monosyllabæ fuerint, vt heus, producũtur. Cæteræ vero exemplo similium partium orationis existimandæ sunt. Itẽ interiectiones omnes, vt Audacius ait, quę de gręco sermone mutuati sumus, ideo in nouissimis syllabis fastigiũ capiunt, vt pape atat. Eodem modo, & cæterę similiter, vel acutũ, vel circũflexũ in vltimo sumũt accentũ.

De Pedibus.

PEs est syllabarum, & temporum certa dinumeratio, dictus inde, quod hoc quasi pedali regula ad versum vtimur mensurandum. Sunt autem pedes dissyllabi quatuor, trisyllabi octo, tetrasyllabi sedecim, singuli nominatim distincti; atque ex his geminatis adcrescũt sine nomine, qui generaliter Syzygiæ, i. Cõiugationes dicuntur. Vnde fit omnes pedes, a dissyllabis vsq; ad hexasyllabos, CXXIIII. colligi, de quibus in Donato plenissime quis quę velit, inueniet; sed nos in pñenti opusculo dissyllabos & trisyllabos tantũ meminisse sufficiat. Ergo dissyllabi quatuor hi sunt. Pyrrhichius, ex duab. breuibus, temporũ duum, vt *amor*. Huic cõtrarius est Spõdeus, ex duabus longis, temporũ quatuor, vt *æstas*. Iambus ex breui & longa, temporum triũ, vt *parens*. Huic contrarius Trochæus, ex longa & breui, temporum trium, vt *versus*.

De Trisyllabis.

TRisyllabi octo hi sunt. Tribrachus, ex tribus breuibus, temporum triũ, vt *macula*. Huic contrarius est Molossus, ex tribus lõgis, temporum sex, vt *Æneas*. Anapæstus, ex duabus breuibus & vna longa, temporum quatuor, vt *pietas*. Huic contrarius est Dactylus, ex prima longa & duabus breuibus, temporum quatuor, vt *regula*. Amphibrachus, ex breui & lõga & breui, temporum quatuor, vt *harena*. Huic contrarius est Amphimacrus, ex longa & breui & longa, temporum quinque, vt *impotens*. Bacchi⁹, ex breui & duabus longis, temporum quinque, vt *poetæ*. Huic cõtrarius est Antibacchius, ex duabus longis & breui, temporum quinque, vt *natura*. Hos sequuntur, vt dixi pedes Tetrasyllabi XVI. Pentasyllabi XXXII. Hexasyllabi. LXIIII. Sed hæc interim nostro operi, quod de arte metrica cudimus, satis esse putamus.

De Metro Dactylico, Hexametro, vel Pentametro.

MEtrum Dactylicum Hexametrum, quod

quod Heroicum vocatur, ideo quod hoc maxime heroum, hoc est, virorum fortium facta canerent, cæteris omnibus pulchrius, celsiusque est. Vnde opusculis tam prolixis, quam succinctis, tam vilibus, quam nobilibus aptum esse consueuit. Constat autem ex dactylo, & spondeo, vel trochæo; ita vt recipiat spondeum locis omnibus, præter quintum, dactylum, præter vltimum. Trochæum vero loco tantum vltimo, velut quidam diffiniunt. Spondeum in vltimo loco semper, & in omnibus præter quintum; Trochæum vero nusquam, quia etsi vltima breuis est natura, tamen Spondeum facit ad votum poetarum, qui, vt prædiximus, vltimam versus omnis syllabam indifferenter accipiunt. Alioquin legitimum numerum viginti quatuor temporum versus Hexameter non habebit, quæ tot illum pro sui perfectione habere decebat, quot habet libra plena semuncias. Huius exemplum, *Culmina multa polos radianti lumine complent.* Hoc metrum post Homerum Heroici nomen accepit, Pythium antea dictum; eo quod Apollinis oracula illo sunt metro edita. Huic cognatum est, & quasi familiariter adhærens, ita vt sine ipsius præsidio nunquam id positum viderim, metrum dactylicum Pentametrum, quod recipit spondeum loco primo, & secundo; dactylum, locis omnibus; catalecton in medio, & fine. Huius exemplum, *Lætanturque piis agmina sanctis choris.* Huius metri versus quidam ita scandendos astruunt, vt quinque absolutos pedes eis inesse doceant, spondeum siue dactylum loco primo & secundo, spondeum tertio semper, quarto & quinto anapæstum; veluti si dicas, *Quærite regna poli, quærite regna poli, Quærite* dactylus, *regnapo*, dactylus, *li quæ*, spondeus, *rite reg*; anapæstus, *napoli*, anapestus. Quod ratione eiusdé metri ni (fallor) minus videtur esse conueniens, cum vniuersi, qui hoc metro vsi sunt, versum omnem in medio diuiserint, & duabus Pentimemeris constare voluerint; quarum prior dactylum, siue spondeum licenter in vtraque regione recipit: posterior solos dactylos in vtraque. Hoc autem, & superius metrum, vbi iuncta fuerint, Elegiacum carmen vocatur. Eleios namque miseros appellant græci, & huius modulatio carminis miserorum querimoniæ congruit; vbi prior versus Hexameter, sequens est pentameter. Quo genere metri constat canticum Deuteronomii apud Hebræos, sed & psalmos. CXVIII, & CXLIIII. esse scriptos. Namque librum beati Iob simplici Hexametro scriptum esse asseuerant. Obseruandum est autem in carmine Elegiaco, ne quid vnquam de sensu versus pentametri remaneat inexplicatū, quod in sequenti versu Hexametro reddatur, sed vel vterq; sensibus suis terminetur versus, vt Sedulius, *Cantemus socii domino, cantemus honorem, Dulcis amor Christi personet ore pio.* Vel sibi mutuo prior Hexameter, ac Pentameter subsequens, prout poetæ placuerit, conseruntur, iuxta illud Prosperi, *Solus peccator seruit male; qui licet amplo Vtatur regno, fit miser est famulus.* Nam sequentes versiculi, & si his sunt subiecti, sibimet sunt tamen inuicem coniuncti, & secundus primo dat supplementum. sequitur enim, *Cum mens carnali nimium dominante tyrrano Tot seruit sceptris, dedita quot vitiis.*

Quæ sit optima Carminis forma.

At vero in Hexametro carmine concatenatio versuum plurimorum solet esse gratissima. quod in Aratore, & Sedulio frequenter inuenies, modo duobus, modo tribus, modo quatuor, aut quinque versibus, nonnunquam sex, vel septem, vel etiam pluribus ad inuicē connexis, Quale est illud, *Lot Sodoma fugiente chaos, dum respicit vxor, In statuam mutata salis, stupefacta remansit, Ad pœnā conuersa suam; quia nemo retrorsum Noxia contempti vitans discrimina mundi,*

Aspiciens saluandus erit, nec debet Arator Dignum opus exercēs vultum in sua terga referre. & Arator: *Iura ministerii sacris altaribus apti, In septem secuere viros, quos vndique lectos, Leuitas vocitare placet; quam splendida cœpit, Ecclesiæ fulgere manus, quæ pocula vitæ, Misceat, & latices cum sanguine porrigit agni.* Verum huiusmodi connexio si vltra modum procedat, fastidium gignit, ac tædium. Hymnos vero, quos choris alternantibus canere oportet, necesse singulis versibus ad purū esse distinctos, vt sunt omnes Ambrosiani. Optima autem versus Dactylici, ac pulcherrima positio est, cū primis penultima, ac mediis respondent vltima, qua Sedulius frequenter vti consueuit, vt *Peruia diuisi patuerunt cærula ponti, Sicca peregrinus stupuerunt marmora plantas, Edidit humanas animal pecuale loquelas.* Item Pentametro, *Dignatus nostris accubitare toris, Rubra quod adpositum sesta ministrat holus.* Nec tamen hoc continuatim agendum, verum post aliquot interpositos versus. Si enim semper vno modo pedes ordinabis, & versus, tamen & si optimus sit status, statim vilescit. Aliquando versum nominibus tantū perficere gratum est, vt Fortunatus, *Lilia, narcissus, viole, rosa, nardus, amomum, Oblectant animos gramina nulla meos.* Quod idem, & in propriis facit nominibus, *Sara, Rebecca, Rachel, Hester, Iudith, Anna, Noemi, Quamuis præcipue culmen ad astra leuent.* Fecit & in verbis, *Blanditur, refouet, veneratur, honorat, obumbrat, Et locat in thalamo membra pudica suo.* Studendum est prætereа metricis, quantum ars decoro non obsistit, vt mobilia nomina fixis præponantur. Sed nec continentia nomina coniunctim ponantur, verum interposita qualibet alia parte orationis, *Mitis in immitem virga est animata draconem.* Prius posuit *mitis*, quam *virga*, prius *immitem*, quam *draconem*; sed & hoc discretum est interposito verbo, *est animata*; non quod hæc semper obseruari necesse sit, sed quia cū fiunt, decore fit. Nam & Prosper permutato hoc ordine fecit versum decentissimum, *Moribus in sanctis pulchra est concordia pacis. Rex cæli æterni stabili regit omnia nutu, Nec mutat vario tempore consilium.* Et Lucanus poeta veteranus, Cæsaris & Pompeii prælia descripturus ita incipit, *Bella per Æmathios plusquam ciuilia campos, Iusque datum sceleri canimus, populumque potentem, In sua victrici conuersum viscera dextra. Cumque superba foret Babylon spolianda tropheis Ausoniis, vmbraque erraret Crassus inulta, Bella geri placuit nullos habitura triumphos.*

De Scansionibus, siue Cæsuris versus Heroici.

Scansionum autem in versibus sunt species quatuor, cōiuncta, disiuncta, mixta, diuisa. Coniuncta, quæ cæteris laudabilior habetur, illa est, vbi nūquam pes cum verbo finitur, *Immortale nihil mundi compage tenetur.* Disiūcta, vbi verba cum pedibus terminantur, vt est, *Hæc tua sunt, bona sunt, quia tu bonus omnia condis.* Quam versificationis speciē rarissime inuenies; nā etsi non post duos, vel tres pedes syllaba superfuerit, quod Pentimemerim, & Heptimemerim vocant, rarus haberi versus nequit, sic vt hic post duos pedes, *sunt*, post tres, *tu* superest. Mixta scansio, quę vtrunq; in se habet, vt in quibusdā coniūctus, in quibusdā vero separatus sit versus, vt *Nobis certa fides æternæ in sæcula laudis, Pacificus Deus in numerum sibi prolis adoptat.* Diuisa est, vbi primi tres pedes concatenati inter se a reliquis pedibus separati sunt, *Inde Dei genitrix pia virgo Maria coruscat.* & Prosper, *Corde patris genitū creat, & regit omnia verbū.* Nec minus cęsurarū intuendus est status, quæ & ipsę sunt quatuor, Pentimemeris, Heptimemeris, Catatritontrochæum, Bucolice tome. Pentimemeris, vbi post duos pedes inuenitur semipes qui versū diuidat, & partem terminet orationis, vt *Cum sua gentile.* Heptimemeris, vbi post tres

tres pedes inuenitur syllaba, vt *Cum sua gentiles studeant*. Dicta autem Penthemimeris, & Heptimemeris græce, quasi Semiquinaria, & Semiseptenaria, Quia cũ per Spondæos fiunt, hæc quinq; syllabis; illa constat sep tem: & in hac quinta syllaba Semipedem; in illa tenet septima. Catatricõtrochæũ, vbi tertio loco inuenitur trochæus, non quod in medio versu esse possit trochæus, sed sublata de dactylo syllaba remanet trochæus, *Grãdisonis põpare modis*. Bucolice tome vbi post quatuor pedes nõ aliquid remanet. *Sẽper principiũ, sceptrũ iuge, gloria cõsors, Christus erat p tnis, Christus petra, Christ⁹ in vndis*. Quæ cæsura inde nomen habet, quod in Bucolicis sæpe inueniatur. Item, vbi post duos pedes superest syllaba, Cõma dicitur; vbi post duos pedes nihil remanet, Colõ vocatur. Quę tamen nomina apud oratores indifferenter ponũtur, qui integrã sentẽtiam Periodon appellant, partẽ autẽ Cola, & Commata dicunt, vt puta, *Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit*, Colon est: *Si quis deuorat*: Colon est: *Si quis accipit*. Colon est: *Si quis extollitur*, & cætera vsq; ad plenam sententiam Cola sunt & Commata, Plena autẽ sententia Periodus est. Interpretatur autẽ Colon membrum, Comma incisio, Periodus clausula, siue circuitus.

De Synalipha.

Synaliphatum quoque cõmemoranda ratio est, quia nonnunquam vltima breuis syllaba, vel particula syllabæ videtur absumi, vnde Synalipha græce dicitur, quasi quodam saltu transmittẽs. Fit autem duobus modis, quod cum aliqua pars orationis aut in vocalem literã, aut in m consonantem desinit, incipiente a vocali sequente parte orationis, illa quæ sequitur pars orationis præcedentem, vel literam vocalem vel syllabam, quæ in m desierat, sua vocali absumit. Quod dico huiusmodi est: *Arta via est vere, quæ ducit ad atria vitæ*, scanditur enim ita: *Arta vi*, Dactylus, *est ve*, spondeus; intercepta a syllaba per synaliphã absumitur. Et particula syllabæ, vt cum dicit Prosper, *Sumite quæ magna adposuit sapientia mensa*. scanditur enim ita: *Sumite*, Dactylus, *quæ mag*, spondeus, *nadposu*, dactylus; absumpta parte syllabæ per synaliphant. Item pars syllabę, quæ in m desierat, synalipha intercipitur, cũ dicit, *Nullus enim est insonesale formidine pœna, Qui sanctum & iustum non amat imperium*. scanditur enim ita: *Nullu e*, dactylus, *nestin*, spondeus; absorpta m per synaliphain. item, *Qui sanc*, spondeus, *tetiu*, spondeus; absumente synalipha particulã syllabę *um*. Item tetrasyllaba, quæ in M terminata est, per synaliphan interiit, cum dicit, *Magnum præsidium est sacro libamine pasci, Si cor participis crimina nulla premunt*. scãditur enim sic: *Magnum*, spondeus, *præsidi*, dactylus, *est sa*, spondeus; intercepta *um* syllaba per synaliphan. Quęcunq; ergo verba in m terminantur iuxta positionem consonantis alicuius defendantur synalipha irrumpente, syllabam vltimam aut perdunt semper, aut minuunt. Excepto cũ ab h litera sequens sermo inchoauerit. Tunc etenim in arbitrio poetarum est, vtrum hæc instar fortium consonantium synaliphan arceat; an pro modo suę fragilitatis. Est enim longa naturaliter in illo Paulini, *Vt citharis modulans vnius verbere plectri*. Est breuis licenter in illo Sedulii, *Vnius ob meritum cuncti periere minores*. Item natura est longa in hoc Paulini, *Discutiebat ouans galeas, scutoque fidei*. Licentia breuis in hoc Prosperi, *Diuitias iam nunc promissi concipe regni, Virtute & Fidei quod cupis esse tene*. Et hoc (vt supra retulimus) inter communes syllabas computatur. Vbi autem in metris prendo pro prehendo, vel secla pro secula legitur, vel aliquid huiusmodi, nõ est Synalipha, sed Syncope, quæ species est Metaplasmi, quia non syllaba, vel litera scripta scandendo aufertur, sed nunquam scriberetur libertate poetica pro-

uisum est, vnde illum Maronis versiculũ, *Nec tota tamen ille prior praeeũte carina*, ita scandendum esse ratio probat, vt primus sit, *Nec to*, spondeus, deinde, *ta tamen*, dactylus, *ille pri*, dactylus, *or prae*, dactylus, adbreuiat. n. diphthongon propter vocalem, quae sequitur, *unde carina*, dactylus, & spondeus, qui terminent. Quis. n. audiat Victorinum docẽtem, vt scandamus, *ente carina*; facientes synalipham in media parte orationis, quod nunquã fecere priores. Fit autem synalipha in omni parte versus, etiã in extrema, vt Prosper, *sed rerum auctori nullus cognitus ordo est*. Fit & post versum synalipha, quae ad sequentis versus caput intendat, vt Paulinus, *Quae decus omne operum perimebant improba, foedaque. Obice prospectum caecãtia*. Sunt namq; vltimi versus illius pedes, *improba*, dactylus, *foeda*, spõdeus, & prima sequentis per synalipham, *quobice*, dactylus. *prospec*, spondeus.

De Episynalipha, vel Diaeresi.

CONiunctionem etiam, Solutionẽque syllabarum, quam graeci Episynalipham, & Diaeresin vocant, vbi necesse est, licitam scire metri, cum decet, coniunctionem, videlicet, quae duae de trib. solutiones, quae duae de vna syllaba efficiuntur coniunctiones. *Aedificant, sectaque intexunt abiete costas*. &, *custodes sufferre valent; labat ariete crebro Ianua*. & *Tenuia nec lana per caelum vellera ferri*. *Abiete*, quatuor syllabas habet breues, stringe illud, & fit *ab* positione longa, quia a vocalis desinit in bi excipitur ab i loco consonantis posita. sic & *Ariete* naturaliter breuis est a, iunge r ad ipsam, i & e sibimet, & fit, *ar*, syllaba positione longa, quia sequitur i loco consonantis posita. item *Tenuia*, stringe *ten*, & v, consonantem, & sic de tetrasyllabo facis dactylum trisyllabum. Tale est, &, *Fluuiorum rex Eridanus*. *Fluuio*, anapaestus est; sed si facis stringendo vnam syllabam, *Fluu*, alteram, *io*, efficis de anapaesto spondeum. Haec coniunctio, siue solutio saepius in I, vel in V literis fit. Quarum & in nostratibus poetis multa habes exẽpla, vt Paulinus, *Sim profugus mundi tanquam benedictus Iacob*. Fortunatus, *Dirigit & Iacob terra beata sacros*. Hic i & a discindit; ille conglutinat. Item Paulinus, *Parietibus nouitas latet intus operta vetustas*. *Parieti*, dactylum fecit de Proceleusmatico, conglutinatis contra naturam a, & r in vnam syllabam, i & e in alteram. Item Sedulius distinctis u & a, *Cuius onus leue est, cuius iuga ferre suaue est*. Item Prosper coniunctis, *Nec Christi, e templo suauior exit odor*. Item Paulinus diuisis u & i iuxta naturam, *Conscia seruitii quid gesseris, & cui tandem*. Fortunatus, connexis iuxta licentiam poeticam, *Cui tamen hoc opus est cum virginitatis honore, Vt placeat sponso mens moderata suo*. Item disiunctis in alio pronomine Paulinus, *Cum subito aut illis corda hostibus, aut huic ora*. Prosper conglutinatis, *Huic homo si recte famulatur proximus haeret*. Maro e & i coniunctis, *Tityre pascentes a flumine reice capellas*. Item alibi seiunctis iuxta naturam, *Reice ne maculis infuscet vellera pullis*. Iungit (ni fallor) & Paulinus easdem, vbi ait, *Ast aliis pictis accedũt lumina cereis*. nisi forte dactylũ in vltima versus regione contra morem posuisse dicendus est. Recipit & R litera solutionẽ quamuis ordine dissimili. Ibi enim discissis, siue conglutinatis vocalibus, syllaba contra naturã, aut adcrescit, aut interit. Hic aũt ea vocali, quae nequaquam adscripta est, in sono vocis adsumpta, superadcrescere tamen syllaba consueuit, vt illa, *continuo statuunt ter dena argenti*. & Paulinus, *Et spacii coepere, & culminis incremẽta*. & rursus, *Sic prope, sic longe, sic culmina respergebat*. Et Prudens in Psychomachia, *Dixerat, & laeta libidinis interfecta*. & idem in eadem, *Palpitat, atq; aditu spiraminis intercepto*. Neque enim in quinta regione versus Heroici spondeũ ponere moris erat. Sed ita tamẽ versus huiusmodi illos scandere voluisse reor, vt addita in sono vocali quam scribebant dactylus potius quã existeret spondeus, verbi gratia, *intercepto*.

tericepto, incerementa, interefecta, resperigebat, & per synalipham, *denarigenti*. Quod ideo magis R litera, quam cæteræ consonantes patiuntur. Quia quæ dure naturaliter sonat, durior efficitur, cum ab aliis consonantibus excipitur; atq; ideo sonus ei vocalis apponitur, cuius temperamento eius leuigetur asperitas. Quod etiam in cantilenis, & ecclesiasticis sæpe in eadem R litera facere consueuerunt, qui antiphonas, vel Responsoria, vel cætera huiusmodi, quæ cum melodia dicũtur, rite dicere norunt. Sed & hoc commemorandum, quia cum nomina, quæ in ius, vel quæ in ium terminantur, duo I genitiuo habere debeant casu, duarum æque syllabarum, Metrici nonnunquam in eodẽ genitiuo casu vnam syllabã ponũt pro duobus, vel ablata, videlicet vna i de duabus, vel ambabus in vnã syllabam geminatis, quamuis id fieri posse (Donato restante) plurimi negẽt. Dicit enim Paulinus, *Oblectãs inopem sensu fructuque peculii*. Quod si quis dixerit hic eum more antiquorũ Dactylũ in fine posuisse versiculi, legat quod idem alibi dicit, *Excoluit biiugis laquearum, & marmore flabri*. *Excolu*, dactylus, *it biiu*, dactylus, *gislaq;*, dactylus; qui est enim pes quartus *aruet*; habet enim quatuor syllabas, longã, breuem; & duas longas; Epitritus in Heroico versu esse non potest. forte ergo spõdeus est absumente synalipha duas vocales superuentu vnius, quod non facile, vel a grammaticis permissum, vel a poetis vsurpatum inuenies, tametsi dixerit Fortunatus, *Vincenti Hispania surgit ab arce decus*. Cuius scansio versus pars est præfati, nisi forte regulã Lucilii secuti sunt, qui Luciliũ & Æmiliũ, &c. nomina, quę i ante u habent, non solum in vocatiuo, sed & in genitiuo casu per vnum I scribi posse existimant.

Quod & auctoritas sæpe, & necessitas metrum violet.

ATtamen intuendum est nobis, quia & auctoritas nonnunquam, & necessitas metricæ disciplinæ regulas licite contemnit. Necessitas quidem in verbis, quæ non aliter in versu poni possunt, vt sunt ea, quæ quatuor syllabas breues habent, *Basilica, Italia, religio*; vel tres primas breues, vt *reliquia*; vel vnam in medio breuem, vt *veritas, Trinitas*, quæ neq; dactylum consuetum, neque spondeum facere possunt; quæ propriis nominibus maxime solent euenire. huius exemplũ. *Italiam sequimur*, longã posuit, quia non aliter *Italiam*, quam sæpius erat nominaturus, appellare valebat, nisi aut syllabam, quæ natura breuis erat, produceret, aut tribrachum loco dactyli poneret. Sic cum de apibus loquens *aluearia* nominare vellet, posuit necessitate antibacchium in versu dactylico, *Seu lento fuerint aluearia vimine texta*. & Paulinus, *Qui simul hac sancti pro religione coistis*. *Re* contra naturam pro longa posuit, quia non aliter hoc nomen versus Hexameter recipere valebat. Tale est, & illud eiusdem, *Basilica hec iuncta tribus patet area cũctis*. Namq; alibi pro breui ponitur eadẽ syllaba, dicente Fortunato, *Hic Paulina, Hagnes, Basilissa, Eugenia regnant*. His & aliis huiusmodi necessitatibus credo factum, quod de libro beati Iob loquens Hieronymus cum dixisset, eum maxima ex parte versibus Hexametris apud Hebræos esse descriptum, addidit, *Qui dactylo, spondeoq; decurrentes propter idioma linguæ crebro recipiunt & alios pedes, eorundem quidẽ temporũ, sed non earundem syllabarum*. Auctoritate autẽ contemnitur regula grammaticorũ, vt Sedulius in clausula carminis, cui⁹ supra memini, cum dixisset, *Gloria magna patri, semper tibi gloria nate*, subdidit, *Cum Sancto Spiritu, gloria magna patri*. *Spiritus* enim primã syllabam habet longã, vnde vera scansio versus istius hæc est: *Cum sanc*, spondeus, *to spiri*, antibacchius, nõ dactylus. Sed poeta, vt gloriam sanctę, & indiuiduæ Trinitatis clara voce decãtaret, neglexit regulã grãmaticę dispositionis. Idem ipse in carmine pascali, *Sic ait ipse docens ego in patre, & pater in me est*. *Sic ait*, dactylus, *ipse dõ*, dactylus, *cens e*, trochæus, *gin pa*, spõdeus, ablata o per synalipham. si scandere vis.

censeo, & facere dactylum contra morem ipsius Sedulii, quem per omnia seruauit, & agis vt immunis ster vocalis altera superueniente vocali de foris. Idem in eodem opere, *Clarifica dixit nomen, cuius magnaque cælo*. In quo vt veritatem dominici sermonis apertius commendaret, postposuit ordinem disciplinæ sæcularis. Idem iterum, *Scribitur & titulus, hic est rex Iudæorum.* Quod quomodo scandendum iudicauerit, videat, qui potest, vtrum *Iudæorum* duos spondeos, quinta & sexta regione contra morem; an solutis syllabis, iuxta quod supra monstrauimus, dactylum fieri voluerit, & spondeum.

Vt prisci poetæ quædam aliter quam moderni posuerunt.

NAm & in exemplis antiquorum inueniuntur aliquoties duo spondei in fine versus, sicut & duo dactyli nonnunquam, vt sunt illa Maronis, *At tuba terribilem sonitum procul excitat horrida*, &, *Aut leues ocreas lento ducunt argento.* Quãuis hoc rarissime inueniatur, nisi ita ordinatum, vt & dactyli qui in fine est, vltima syllaba per synalipham sequenti versui iungatur, & spõdeus, qui in quinta regione est r literã habeat alteri cõsonanti vel præpositã, vel subiectam, cuius duritia per adiectam vocalẽ leuigata, dactylus reddatur in sono, cum pateat spõdeus in scripto. Quod vtrunque vt fiat, exemplis supra monstrauimus. Antiqui & aliis in metrico opere regulis multum libere vtebantur, quas moderni poetæ distinctius ad certæ normam diffinitionis obseruare maluerunt. Nam & vocalem breuem, quæ q & v & vocali qualibet exciperetur, voluere esse communẽ, vt Lucretius, *Quæ calidum faciunt aquæ tactum, atq; vaporem.* Et vocalem in fine verbi breuem, quę exciperetur a cõsonante & liquida inter communes syllabas deputauere, vt Virgilius, *Æstusq;, pluuiasq; & agẽtes frigora ventos, Si tibi lanicium curæ, primum aspera silua, Lappæque tribulique absint, fuge pabula læta.* Quod nunc poetæ in eadem parte orationis (vt supra docuimus) magis fieri oportere decernunt. Idem vocalem in fine verbi correptam, quæ excipitur a litera z inter communes syllabas deputauit, vt *Euriq; Zephyriq; tonat domus.* Qui eadem libertate synalipha vtebatur. Siquidem & I vbi voluit in fine verbi positam a superuenientis vocalis assumptione reseruauit, vt *Sit pecori, apibus quanta experientia parcis.* Et longam cum voluit, breuiauit, vt, *Et longum formose vale, vale inquit Iolla*, &, *Credimus an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt*; & diphthongo reseruauit, vt *Vlla moram fecere, neq; Aoniæ Aganippæ*; & eandem breuiauit, vt *Insulæ Ionio in magno.* Quæ cuncta posteriores poetas (vt dixi) distinctius obseruare reperies.

De metro Phaleucio.

VErum de Metro Heroico, quæ videbantur tractauimus. Liber & aliorum genera metrorum ea duntaxat, quæ magis vsui habere reperimus, parumper commemorare. Est igitur Dactylicum metrum, Phaleucium Pentametrum, quod constat ex spondeo, dactylo, & tribus trochæis. Huius exemplum,

Cantemus domino, deoq; nostro,
Cui gloria cum honore pollens,
Sese magnificis decorat actis,
Dum currus celeres Ægyptiorum
Iunctis equitibus, graniq; turba,
Rubri marmoris enecat fluentis.
Adiutor validus meæ salutis,
Plebem de medio tulit profundo.
Custos & genitor, salusq; vera,
Hic est, hic dominus meus, & altor,
Ipsum conspicua sacrabo laude,
Qui est progenitor mei parentis.
Ipsum arduis vocibus fatebor,
Qui bellum tulit, obruitq; fortes,
Dignus nomine, quod Deus vocatur.

De

De metro Dactylico Sapphico.

METrum Dactylicum Sapphicum Pentametrum, constat ex trochæo, spondeo, dactylo, duobus trochæis, cui metro post tres versus additur semis heroici versus. Hoc metro sanctus antistes Paulinus sextum beati Felicis confessoris librum cōposuit. Cuius principium est,

Iamne abiis, & nos properam relinquis,
Quos tamen sola regione linquis,
Semper adnisa sine fine tecum
Mente futuris.

Et paulo post dicit,

Sicut Ægypto pereunte quondam,
Noctis & densæ tenebris operta,
Qua dei viui sacra gens agebat,
Luxerat orbi.
Qua modo in toto species probatur
Orbe, cum sancta pia pars fidei
Fulgeat Christo, reliquos tenebris
Obruat error.
Sic meo qua se foret actus ora
Cunctam tete dominus secundet
Donec optata patria vehatur.
Lætus ad vrbem.

De metro Tetrametro Catalectico.

METrum Dactylicum Tetrametrum Catalecticum constat ex spondeo, dactylo, catalecto, dactylo, spōdeo. Quo vsus est sanctus Ambrosius in precatione pluuiæ, cuius exordium hoc est.

Squallent arua soli puluere multo,
Pallet siccus ager, terra fatiscit,
Nullus roris honos, nulla venustas,
Quando nulla viret gratia florum.
Tellus dura sitit nescia roris,
Fons nescit aquas, flumina cursus.

Cuius finis hic.

Iam cælos reseres, aruaq́ laxes
Fœcundo placidus imbre rogamus.
Habraam meritis impia sæcla
Donasti pluuiam, nos quoq́ dones.

Idem versus est eodem metro in postulatione serenitatis, quod ita incipit:

Obduxere polum nubila cæli,
Absconduntq́ diem Sole fugato.

& ita finit:

Iesu parce tua morte redemptis.
Prior diluuium pertulit ætas,
Vt mundaret aqua crimina terræ.
Sed mundata tuo sanguine terra est.
Iam nunc immissa ferens ore columba.
Ramum pacifera munus oliuæ,
Exutas liquido flumine terras
Læto significet lapsa volatu.

De metro Iambico Hexametro.

METrum Iambicum senarium recipit Iambum locis omnibus, tribrachium locis omnibus, præter nouissimum, spondeum, dactylum, & anapæstū locis tantum imparibus, pyrrhichium loco tantum vltimo, quo nobilissimus Hispaniarum scholasticus Aurelius Prudens Clemens scripsit proemiū Psychomachiæ, id est, libri quem de virtutum vitiorumque pugna heroico carmine composuit. Ita enim inchoat.

Senex fidelis prima credendi via
Abram beati seminis serus pater,
Adiecta cuius nomen auxit syllaba,
Abram parenti dictus, Abraam deo.

De metro Iambico Tetrametro.

METrum Iambicum Tetrametrum recipit iambum locis omnibus, spondeum locis tantum imparibus, quo scriptus est Hymnus Sedulii,

A solis ortu cardine,
Et vsq́ terræ limitem.

Sed & Ambrosiani hoc maxime currunt;

Deus creator omnium
Iam surgit hora tertia.
Splendor paternæ gloriæ,
Æterne rerum conditor. & cęteri perplures in quibus pulcherrimo est decore compositus Hymnus beatorum martyrum. cuius loca cuncta imparia spondeum, iambum tenent paria. Cuius principium est,

Aeterna Christi munera,
Et martyrum victorias,
Laudes ferentes debitas,
Letis canamus vocibus.

Recipit hoc metrum aliquoties, vt scripsit Mallius Theodorus, etiam tribrachum locis omnibus præter nouissimũ, dactylum, & anapæstum locis tantum imparibus, vnde est,

Geryoneæ gigas substantia,
Alacris vt currat viam.

Cæterorum rara habes exempla.

De metro Anacreontio.

METrum Iambicum Tetrametron Colobon, quod Anacreontion dicitur, recipit anapæstum, duos iambos, & semipedem, quo vsus est Prosper Tyro in principio exhortationis ad coniugem ita dicens:

Age iam precor mearum
Comes in remota rerum,
Trepidam, breuemq́ vitam
Domino deo dicemus,
Celeri vides rotatu
Rapidos dies meare,
Fragilisq́ membra mundi
Minui perire, labi.
Fugit hora nec hodie nemus,
Neq́ fluxa habent recursum,
Cupidaq́ vana mentes
Spe trahunt inani.
Vbi nunc imago rerum est?
Vbi sunt opes potentum,
Quibus occupare captas
Animas fuit voluptas?

De metro Trochaico Tetrametro.

METrum Trochaicum Tetrametrũ, quod a poetis græcis, & latinis frequentissime ponitur, recipit locis omnibus trochæum, spondeum omnibus præter tertium. Currit autem alternis versiculis, ita vt prior habeat pedes quatuor, posterior pedes tres, & syllabam. Huius exemplum totus est hymnus ille pulcherrimus,

Hymnum dicat turba fratrum,
Hymnum cantus personet,
Christo regi concinentes,
Laudes demus debitas.

In quo aliquando, & tertio loco prioris versiculi spondeum reperies, vt *Factor celi, terræ factor*, & *orbis, purga lepra morbos.*

De Rhythmo.

HÆc de metris eminẽtioribus commemorasse sufficiat, quorum exempla copiosiora apud scriptores inuenimꝰ. Præterea sunt metrorum genera perplura, quæ in libris Centimetrorum simplicibus monstrata exemplis, quisque cupit, reperiet. Reperiuntur quædam, & in insigni volumine Porphyrii poetæ, quo ad Constantinum Augustum misso, meruit de exilio liberari. Quæ, quia pagana erant, nos tangere non libuit. Videtur autem Rhythmus metris esse consimilis, qui est verborum modulata compositio, non metrica ratione, sed numero syllabarum ad iudicium aurium examinata, vt sunt carmina vulgarium poetarum. Et quod Rhythmus per se sine metro esse potest: Metrũ vero sine Rhythmo esse nõ potest, quod liquidius ita diffinitur. Metrum est ratio cũ modulatione, Rhythmꝰ est modulatio sine ratione. Plerunq; tamen casu quodam inuenies etiam rationem in Rhythmo non artificii moderatione seruatã, sed sono, & ipsa modulatione ducente, quem vulgares poetæ necesse est rustice, docti faciant docte. Quomodo ad instar Iambici metri pulcherrime factus est hymnus ille præclarus.

Rex æterne domine,
Rerum creator omnium,
Qui eras ante sæcula,
Semper cum patre filius. & alii Ambrosiani non pauci. Item ad formam metri Trochaici canunt Hymnum de die in diem per alphabetum,

Appa-

Apparebit repentina,
Dies magna domini,
In obscura velut nocte,
Improuiso occupans,
In tremendo die iudicii.

Quod tria sunt genera Poematum.

SAne quia multa disputauimus de Poematibus, & metris, commemorandum in calce, quod Poematis genera sunt tria. Aut enim actiuum, quod græci Dramaticon, vel imitatiuum, quod illi Mimiticon appellant. Aut enarratiuum, quod Exegematicon, vel Apangelticum nuncupant Aut commune vel mixtum, quod græci Cœnon, vel Micton, vocant. Dramaticum est, vel actiuum, in quo personæ loquentes introducuntur sine poetæ interlocutione, vt se habent Tragœdiæ, & fabulæ. Drama enim latine fabula dicitur. quo genere scripta est, *Quò te Mœri pedes? an quo via ducit in vrbem.* quo apud nos gemina Cantica Canticorum scripta sunt, vbi vox alternans Christi, & ecclesiæ, tametsi non in hoc interloquente scriptore manifesta reperitur. Exegematicum est enarratiuum, in quo poeta ipse loquitur sine vllius interpositione personæ, vt se habent tres libri Georgici toti, & prima pars quarti, item Lucretii carmina, & his similia. Quo genere apud nos scriptæ sunt Parabolæ Salomonis. & Ecclesiastes, quæ in sua lingua, sicut & Psalterium metro constat esse conscripta. Cœnon est, vel Micton, in quo poeta ipse loquitur, & personæ loquentes introducuntur, vt suprascripta, Iliades, & Odyssea Homeri, & Æneis Virgilii & apud nos historia beati Iob. Quamuis hæc in sua lingua non tota poetica, sed partim rhetorico, partim sit metrico, vel rhythmico scripta sermone. Hæc tibi dulcissime fili, & conleuita Guthberte diligenter ex antiquorum opusculis scriptorum excerpere curaui, & quæ sparsim scripta ipse diurno labore collegeram, tibi collecta obtuli, vt quemadmodum te in diuinis literis, statutisque ecclesiasticis imbuere studui, ita & in metrica arte, quæ diuinis non est incognita libris, te solerter instruerem. Cui etiam de figuris, vel modis locutionum, quæ a græcis Schemata, vel Tropi dicuntur, paruum subiicere libellum, non incongruum duxi, tuamq; dilectionem sedulus exoro, vt lectioni operam impendas illarum maxime literarum, in quibus nos vitam habere credimus sempiternam.

Vale.

TEREN-

TERENTIANI MAVRI
DE LITERIS, SYLLABIS, PE-dibus & Metris.

PRÆFATIO.

Carmen Glyconicum - - - ∪ ∪ - ∪ ∪

vel Choriambicum - ∪ - ∪ ∪ - ∪ -

Vdivi veterem virum
Vulgo dicere fabulam,
Quendam qui ter Olympia
Vicisset Ioue præside,
Postquã accedere liuidum
Virtutis senium videt,
Dum victor cluet omnium,
Maturasse resoluere
Legem pulueris & cibi.
Sed ne corpoream repens
Labem accerseret otium,
Tale exercitii genus
Commentum sibi dixerat,
Quod solus gereret domi:
Neruis mollibus inuicem
Iunctis in teretem struem,
Ceu Parthus solet aut Scythes
Arcus cornibus extimis
Leuem nectere lineam;
Talem assidue ligat,
Dum sit funiculi modus
Aptus qui puteo foret.
Haustos hinc igitur cados
Imis ab tenebris, aquæ,
Tam filo tenui trahens,
Quod stringi nequeat vola,
Nisus vndique corporis
Summos in digitos agit:
Angustoque tenaculo,
Donec lubrica sarcina
Tanti per spatium caui
In lucem superam exeat,
Alterna vice pollicum
Certat vincere ponderis
In præceps facilem fugam.
Nil magnum gerere hunc putes,
Et tantum in digitis opus:
Cunctis visceribus tamen
Occultus trepidat labor:
Totum cernere nec palam,
Quo totum geritur, queas.
Cæcis flatibus intimi
Tenduntur laterum sinus:
Et poples tremit, & genu:
Nec plantæ stabiles manent.
Nil immune relinquitur,
Et parua est via viribus,
Mos certaminis, & modus,
Sudor dum solitus cadit
Nulla mole palæstrica.
Sic nostrum senium quoque,
Quia iam dicere grandia
Maturum ingenium negat,
Nec spirant animas fibræ:
Angustam studii viam
Et callem tenuem terit:
Tantum ne male desidi
Suescant ora silentio,

Quid

Quid sit litera, quid duæ
Iunctæ, quid sibi syllabæ,
Dumos inter, & aspera
Scrupusis sequimur vadis.
Fronte exile negotium,
Et dignum pueris putes:
Aggressus labor arduus,
Nec tractabile pondus est.
At mens tenditur acrius,
Ne contenta sit obuiis,
Rimantemve recondita
Subtiles fugiant notæ:
Neu discretio falsa sit
Rerum, tam gracili modo
Instat callida cautio:
Ne sermo ambiguum sonet,
Ne priscum nimis aut leue:
Vocum ne series hiet,
Neu compago fragosa sit:
Vel sit quod male luceat,
Dum certo gradimur pede,
Ipsi neu trepident pedes,
Par examinis æstus est.
Ceu sublimia differas,
Par est iudicii mora:
Pompæ gloria vilis est.

TERENTIANI MAVRI
DE LITERIS.

Carmen Sotadeum, seu Ionicum a maiore.

--uu --uu --uu --
uu-uu uu-uu uu-uu -u
-uuuu -uuuu -uuuu
-u-u -u-u -u-u
uuu-u uuu-u uuu-u

LEMENTA *rudes quæ pueros docent magistri,*
Vocalia quædam memorant, Consona quædam.
Hæc reddere vocem quoniam valent seorsa,
Nullumq; sine illis potis est coire verbum.
At consona quæ sunt, nisi vocalibus aptes,
Pars dimidium vocis opus proferet ex se,
Pars muta soni comprimet ora molientum:
Illis sonus obscurior, impeditiorque,
Vtcunque tamen promitur ore semicluso,
Vocalibus atque est minor, auctiorque mutis:
His cæca soni vis penitus subest, latetque,
Vt non labiis hiscere, non sonare lingua,
Vllumue meatum queat explicare nisus,
Vocalia rictum nisi iuncta distulerint.
Res quum tenuis, difficile est probare verbis:
Exempla solent sensibus admouere lucem.
B quum volo, vel C tibi, vel dicere D, G,

Quid sit litera, quid duæ
Iunctæ, quid sibi syllabæ,
Dumos inter, & aspera
Scruposis sequimur vadis.
Fronte exile negotium,
Et dignum pueris putes:
Aggressus labor arduus,
Nec tractabile pondus est.
At mens tenditur acrius,
Ne contenta sit obuiis,
Rimantemve recondita
Subtiles fugiant notæ:
Neu discretio falsa sit
Rerum, tam gracili modo
Instat callida cautio:
Ne sermo ambiguum sonet,
Ne priscum nimis aut leue:
Vocum ne seties hiet,
Neu compago fragosa sit:
Vel sit quod male luceat,
Dum certo gradimur pede,
Ipsi neu trepident pedes,
Par examinis æstus est.
Ceu sublimia dissetas,
Par est iudicii mora:
Pompæ gloria vilis est.

TERENTIANI MAVRI
DE LITERIS.

Carmen Sotadeum, seu Ionicum a maiore.

– – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – –
∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪
– ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ ∪
– ∪ – ∪ – ∪ – ∪ – ∪ – ∪
∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪

LEMENTA *rudes que pueros docent magistri,*
Vocalia quedam memorant, Consona quedam.
Hec reddere vocem quoniam valent seorsa,
Nullumq; sine illis potis est coire verbum.
At consona que sunt, nisi vocalibus aptes,
Pars dimidium vocis opus proferet ex se,
Pars muta soni comprimet ora molientum:
Illis sonus obscurior, impeditiorque,
Vtcunque tamen promitur ore semicluso,
Vocalibus atque est minor, auctiorque mutis:
His ceca soni vis penitus subest, latetque,
Vt non labiis hiscere, non sonare lingua,
Vllumue meatum queat explicare nisus,
Vocalia rictum nisi iuncta differarint.
Res quum tenuis, difficile est probare verbis:
Exempla solent sensibus admouere lucem.
B quum volo, vel C tibi, vel dicere D, G,

Sed si qua erit his altera vocalis adhærens,
Vis hæc manet illis, quasi quum simul iugantur.
Nam si Iugaquis nominet, I consona fiet,
V qualis erat permanet in loco sequenti:
Et quum Iaculum, aut dico Iecur, Iouem, Iuuencum,
Niterdo secundis tribuit, prior iuuatur.
Versa vice si sit prior V, sequatur illa,
Cum dico Vide, contulit I sonum priori,
Ast ipsa manet tempore quo sonabat ante;
Vocalibus hoc & reliquis prædita seruat:
Vt Vade, Veni, Vota refer, teneto Vultum,
Creuisse sonum perspicis, & coisse crassum,
Vnde Aeolis litera fingitur digammos,
Quæ de numero sit magis vna consonantum,
Vocalis in istum mage quam versa sit vsum.
Sed vt altera quo referat alteram sciamus:
I, cum medio nomine sic erit locata,
Vocalis vt illam latere ex vtroque coartet,
Baiana velut, Peior, item Troia, vel Huius,
Ipsa (vt docui) consona fiet a sequenti;
Et si breuis est, quæ posita est loco priore,
Longam faciet non minus hanc consona sola:
Ceu longa fit olim quotiens duæ sequuntur.
Aut si nimium est hoc dare, vocalis vt vna,
Fiat similis tempore consonis duabus;
Atque i geminum scribere nos iubent magistri;
I consona fiet, simul & sequens priorem:
Et quom prior, est auxilio posterioris.
Hoc V, simili si fuerit loco, nequibit:
Quum dico Lauor, dico Niues, Pluuia, Nouales,
Sola consonans ipsa fit, vt prius notasti;
Perstat breuitas quæ fuit ante collocatis.
Iam cætera non ordine quo solent, loquemur:
Verum vt cuique est proximitas loci, sonive;
Ne dicta prius me subigat referre rursum
Vicinia vocum, modico dirempta puncto.
B litera, vel P, quasi syllabæ videntur,
Iunguntque sonos de gemina sede profectos:
Nam muta iubet portio comprimi labella,
Vocalis at intus locus exitum ministrat.
Compressio porro est in vtraque dissonora:
Nam prima per oras etiam labella figit,
Velut intus agatur sonus: ast altera contra,
Pellit sonitum de mediis foras labellis.
Vtrunque latus dentibus applicare linguam
Cpressius vrget, sed & hinc hincque remittit:
Quo vocis adhærens sonus explicetur ore.

G porro retrorsum coit, & sonum prioris
Obtusius ipsi prope sufficit palato:
At portio dentes quotiens suprema linguæ
Pulsauerit imos, modiceque curua summos,
Tunc D sonitum perficit, explicatque vocem.
T qua superis dentibus intima est origo,
Summa satis est ad sonitum ferire linguæ.
K perspicuum est litera quod vacare possit:
Et Q similis, namque eadem vis in vtraque est,
Quia qui locus est primitus vnde exoritur c:
Quascunque deinceps libeat iugare voces,
Mutare necesse est sonitum quidem supremum:
Refert nihili K prior, an Q fiet, an C,
Aut G quoque, vel C similis parique lege
Addi (quasi desit) numero potest priorum.
Nulli dubium est faucibus emicet quod ipsis
H litera, siue est nota quæ spiret anhelum.
Quin hanc etiam grammatici volunt vacare:
Quia non adicit literulis nouum sonorem,
Sed græcula quædam scholicæ nitela vocis:
Vocalibus apte sed & anteposta cunctis,
Hastas, Hederas quum loquor, Hister, Hospes, Huius.
Solum patitur quatuor ante consonantes,
Græcis quoties nominibus latina forma est,
Si quando Chores, Phyllida, Rhamnes, Thyma, dico.
Septem reliquas hinc tibi voce semiplenas,
Vix lege solutus poterit ponere sermo:
Has versibus apte quoniam loqui negatur,
Instar tituli fulgidula notabo milto.
Vt quamque loquemur, datus indicabit ordo.

F. L. M. N. R. S. X.

Imum superis dentibus adprimens labellum,
Spiramine leni (velut hirta Graia vites)
Hanc ore sonabis, modo quæ locata prima est, F.
Aduersa palati supera premendo parte,
Obstansque sono quem ciet ipsa lingua nitens,
Validum penitus nescio quid cogit inire.
Quo litera ad aures veniat secunda nostras, L.
Ex ordine fulgens cui dat locum sinopis.
At tertia clauso quasi mugit intus ore. M.
Quartæ sonitus figitur vsque sub palato, N.
Quo spiritus anceps coeat naris & oris.
Vibrat tremulis ictibus aridum sonorem, R.
Has quæ sequitur litera. Mox duæ supremæ S. X.
Vicina quidem sibila dentibus repressis
Miscere videntur: tamen ictus vt priori

Prom-

Promptus in ore est, agiturq́ pone dentes s.
Sic leuis, & vnum ciet auribus susurrum.
Mixtura secunda geminum parat sonorem, x.
Quia (simul & que prior est iugando nisum, cs.
Retrorsus adactam solidant premuntque vocem. x.
Nihil Ausoniis esse opus Y sonare dixi,
Et ζῆτα supremum, nisi Graia verba cogent.
Sed quorsum (ais) hoc discere, vel docere refert?
Tradunt homines secta quibus Pythagorea est,
Arcana secuti physicis remota causis,
Summas numeri non ita literis valere,
Gracus pueros vt docet insonans magister;
Cum tollere cunctos iubet altius sinistras:
Vnum sit vt ἄλφα, & duo βῆτα, & tria γάμμα.
Diuersa valent, alia docent, ordine nullo
Referre putant, quæ cui sit suo ore sedes,
Vt nos modo tentauimus expedire raptim.
Aiunt aliquas faucibus exilire ab imis:
Γάμμα, penitus κάππα sonat: ξῖ simul & χῖ
Illam grauius vocis opus fingere linguam.
Si ζῆτα loquor, βῆτα ve, νῦ, vel hispidum ῥῶ,
Et σῖγμα (quod istis parili sede vibratur)
Dentes sonitum fingere: δέλτα, θῆτα, tum ταῦ
Iisdem parili sede sequi: φῖ quoque tum πῖ.
Hinc & numeri non similes habere summas:
Et nomina tradunt ita literis peracta,
Hec vt numeris pluribus, illa sint minutis,
Quandoque subibunt dubie pericla pugne.
Maior numerus qua steterit, fauere palmam:
Presagia lethi, minima patere summa:
Sic Patroclon olim Hectorea manu perisse,
Sic Hectora tradunt cecidisse mox Achilli.
Hec sunt quoniam viribus altiora nostris,
Si tam tenues res, tibi sic dissero versu,
Vitem vt tenebras, quas solet & soluta versu
Oratio paruis minus explicare rebus,
Sat duco meas hactenus occupasse nugas.

De Syllabis.

Carmen trochaicum quadratum catalecticum.

-∪ -∪ -∪ -∪ -∪ -∪ -∪ -
∪∪∪ ∪∪∪ ∪∪∪ ∪∪∪ ∪∪∪ ∪∪∪ ∪∪∪ ∪∪
-- -- --
∪∪- ∪∪- ∪∪-
-∪∪ -∪∪ -∪∪

Syllabas que rite metro congruunt heroico,
Captus vt meus ferebat disputatas attuli

Versibus, sane modorum quo sonora leuitas
Addita, styli sublenaret ficcioris tadium.
Hac prius Bassine fili, & tu gener Nouate mi,
Perpolite, quam potestis, crebriore limula.
Non pater tanquam, socerq;, sed velut sim extrarius
Intueri vos oportet, an satis sit literis
Singulis discreta recte, qua cuique est, natiuitas:
Syllabarum (quas duabus iungimus vocalibus)
Num minus sit scrupulose vis reperta, & prodita:
Consonans si prælocutur vna, quantum differat:
Vna vocalis duabus prædita est si consonis:
Ne parum vel diligenter, lucideue expresserim,
Quanta sit qua comparatur pedibus hinc diuersitas.
Sermo si planus pedestri se tenet modestia,
Disputandi quem tenorem doctiores imperant:
Verba si non adpetita, nec remota plurimis,
Sed fere communis vsus & tamen non obuia,
Carminis seruant honorem, non iacentis cantici,
Quo super sedens trapeto, signa gyris temperat.
Sufficit vitare labes, & carere sordibus:
Pro statu rerum domare lineam fandi parem,
Liberam schola nitore, vatis exutam stola,
Quæ tropos omnes relinquat, & superba schemata;
Negligens vt semet, ipsa laudem ab incultu ferat.
Dum tamen rebus minutis (quas pedum liber quoque
Vix queat proferre sermo noster offensa sine,)
Labili versu ministret in retusos exitus,
Regulam seruans vbique finis vt quarti pedis,
Nominis verbiue fine comma primum terminet:
Hæc enim tome probatur metron hoc trochaicum.
Hunc modum si competenti pertulit ductu stilus;
Siue prouiso tenore cessit affectus labor,
Acrius vos pendite ista, quam malignis moris est.
Hoc domi clausum manebit, nec sinam nosci prius,
Scrupulum quam vestra demat hunc mihi sententia
Opera nobis hæc inanis, aut in vsum impensa sit.
Sed labor vobis ferendus in legendo est maximus:
Non enim cursim aut remisse tam minuta acumina
Adsequi quicunque poterit, sed morosa intentio
Tam legentis debet esse, quam fuit nobis quoque,
Qui laborem prouocando, perdomando tadium,
Forsitan nec lecta multis, e latebris scalpsimus,
Ardui laudem expetentes, non fauorem ex obuiis.
Corrigenda si qua sane visa vobis hinc erunt,
Non ero stulte repugnans, aut amans praue mea,
Quin statim culpanda delens, præbeam rectis locum:
Literis aut in latinis græca quibus est formula,
[illegible]

Indices supra locaui nominum, primas notas:
Quando græce γαμμα, supra sua latinis litera est:
K vel Q, ac cum putetur ne an latinum: E vel O
Nec vicissim quæ latina proficias græco sono:
Hæc erunt utrinque bina, quæ parent caliginem:
Quia pari forma notantur, & soni sunt simplicis.
Ceterum ἦτα, & υ, & ω latinis a figuris discrepant:
Alatine, sæpe ut ἄλφα sæpe λάμβδα scribitur,
Isimiliter ἰῶτα credi. & C potest quod σῖγμα sit.
Versibus sed quum loquamur, quando græca ponimus
ἄλφα, ἰῶτα, λάμβδα, σῖγμα, legem metri cogimur
Syllabis præscriptitare, non figuris singulis:
Ne quis hoc culpet, latina si notata non erunt.
Artium parens & altrix græca diligentia est:
Literarum porro curam nulla gens attentius
Repperit, poliuit usque finem ad unguis extimum.
Quod Latinus æmulando, nec satis fidens sui
(Exitus nam nostra lingua non capit tam plurimos)
Attamen, fandi parauit non secundam copiam.
Congruens idcirco duxi in hoc opus de syllabis,
(Quod recepi nunc loquendum) literarum origines
Inde deductas locare, quo probarem planius
Et simul quam multa Græcis nostra non respondeant,
Quæque respondent, ab ipsis esse nobis tradita:
Artis inde origo manat, lingua non tantum patet.
Ergo Græcis esse septem scimus e vocalibus
H & ω, quæ bina pedibus subministrant tempora:
E & o breues vocari singularis temporis:
Ceteras tres quæ supersunt δίχρονα cognominant,
Corripi quod sæpe, eadem sæpe produci valent:
Ἄλφα primum est, inde ἰῶτα, tertium quod υ vocant.
Porro cunctas nostra lingua quinque vocales suas,
Corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,
Utitur longis, & isdem breuibus æque fungitur;
Nec breuem semper requirit, semper aut quæ longa sit
Omnibus, sed quinque semper vtitur ceu dichronis:
Inde multa syllabarum nascitur diuersitas.
Quia nec tria δίχρονα tres, græca quas vox nuncupat,
Literis nostris eosdem semper exhibent sonos.
Ἄλφα, nos A nominamus, ἰῶτα sic I dicimus.
Tertium Romana lingua (quam vocant Y) non habet:
Huius in locum videtur V latina subdita,
Quæ vicem nobis rependit interim vacantis Y:
Quando communem latino reddit, & græco sonum.
Interim vocalem, & ipsum sumpta propter quod tamen
Non tuendo, syllabarum sæpe mutat regulam:
Scilicet non consonantem quando vocalis ligat
Syllabam, sed cum duabus edimus vocalibus:

Si prior locetur, ipsa consonans tunc redditur.
Porro vocalem secuta, vim tenet vocalium,
Et sonos utrosque iungit, unde Diphthongos eas
Graecia dicunt magistri, quod duae iunctae simul
Syllabam sonant in unam, uique gemina praeditae
Semper effectum duorum temporum custodiunt,
Siue producto efferantur, siue correpto sono.
Fronte quod prima uideri forsitan mirum potest,
Esse correptam duorum temporum quod dixerim:
Sed pedum exequendo formam, res erit probabilis.
Non minus nanque & Latinas saepe correpto sono
Promimus, quanquam duabus editas vocalibus,
Quae pedibus aeque ministrant bina & ipsa tempora.
Plautius quo fiat istud, ante diphthongos loquar,
Graeca lingua quas frequenter, quasque raro interserat:
Ita patebit nostra Graecis cum sonis diuersitas.
ἄλφα, & E, & O priores, ἰῶτα diphthongos creat
AI & EI & OI, parentur ut duabus literis:
Sic & Y sequens easdem reddit Aυ & Eυ & Oυ:
Ἰῶτα tantum & Y videmus subditas vocalibus:
His enim solis duabus, quinque praeponi solent.
Neutra porro de duabus, ante tres istas, data
ἄλφα, & E, & O, valebit esse diphthongi soni,
Syllabam nec edet unam, sed duae voces erunt.
Esse diphthongos & alias rariores diximus,
Y sibi tantum iugantes ἰῶτα queis non subditur:
Ωυτὶς ut tradunt magistri, sic & νῦδα copulant:
Esse sed longas utrasque literas primas palam est:
Nec fuit longis iuganda vel breuis vocalium
Syllaba, ut diphthongos ulla temporum fieret trium:
Non ita est: nec prima longis Y dedit natiuitas
Vtriusque, uerum origo iure diphthongos fuit:
Tempore instanti quod αὐδᾶ, νῦδα perfecto facit:
Sic ὁ αὐτὸς separatim, ὠυτὸς immistum sonat:
Ergo diphthongo creata, Y sibi adnexam tenent:
Det licet longam priorem flexa declinatio:
Vel duas partes in unam contrahat confusio.
Quin & Y loco priore ἰῶτα si subiunxeris,
Effici diphthongon unam posse, nec plures reor:
Υιὸς ut dicunt, ἁρπυῖα, μυῖα, & talia.
Porro diphthongos Latini quatuor fixas habent,
Quatuor ideo separaui, quinta quod sit rarior:
Ex quibus statim uidebis non ut in Graecis sonis
Ἰῶτα subiungi, necesse est alteram vel V dari:
Semper E vel V Latinas posse subdi caeteris:
ἄλφα semper atque ἰῶτα quem parant Graecis sonum,
A & E nobis ministrant: sic enim nos scribimus:
OI similiter O & E fit, ἰῶτα quod Graecum fuit.

Au &

Au & Eu quum copulamus, V secundam iungimus,
In vicem Graecae: quod υ ψιλὸν subdita est vocalis V.
Graeca diphthongus ΟΥ literis tamen nostris vacat:
Sola vocalis quod V complet hunc satis sonum.
E, deinde ἰῶτα, Graeca quod diphthongos Ei sonat
Non erit semper necesse copulatas scribere,
Seu latina: seu iugetur graeca longa syllaba:
Ἰῶτα solum quod videmus saepe produci, vel I:
Illum nam sic iubemur scribere, & producere.
Dico siue Fido, longae sunt priores syllabae:
Nec tamen nos E necesse est, post I subnectere:
Nec potest diphthongus aliter e duabus literis
Ista componi, nisi ante principali in corpore
E subesse ratio monstret, atque origo nominis.
Δεῖνος inde sic notamus, quia δεῖνος reprehenditur:
Inde μηδείαν oportet scribere isdem literis,
Quia δεῖ non minus & istic (vt videre propalam est)
Ipsa demonstrat subesse compositio nominis.
Scribimus si quando νῖκας, ἰῶτα solum sufficit:
Nulla praecedens origo quia subesse monstrat E:
Porro diphthongon notamus quando νεικεῖν scribimus.
Ητα quod compago ficti comprehendit nominis:
Νὴ & εἴκειν nanque iunctis, conditum est vocabulum:
Quippe non cedendo, semper quaeritur victoria:
Literam nanque E videmus esse ad ἦτα proximam,
Sicut ο & ω videntur esse vicinae sibi:
Temporum momenta distant, non soni natiuitas:
Inde vertunt hanc in ἦτα saepe diphthongon Graii:
Quando quos ἱππεῦς solebant, aut ἀχαιοὺς dicere:
Lauigant, ἱππῆες potius, aut ἀχαιῆς nominant,
Nosque Medaam latine sic in vsum vertimus:
Nomen & regina gessit quod furens Amazonum:
Sic ἀχαιΐαν Achaeis, noster Aenean vocat:
Sic erit nobis & ista rarior diphthongos EI.
E videmus quando fixum principali in nomine.
EItur in fluuam, necesse est E & I connectere.
Principali nanque verbo nascitur, quod est EO.
Sic Oueis, Plureis, Omneis, scribimus pluraliter,
Non enim nunc addis E, sed permanet sicut fuit.
Lector & non singularem nominatiuum sciet,
Vel sequentem, qui prioris saepe similis editur.
AV & EV quas sic habemus cum Graiis communiter,
Corripi plerunque possunt temporum saluo modo,
Sine graecis seu latinis inserantur versibus.
Aut age, inquit ille vates, saepe dixit, Aut vbi:
Dixit Aurunci, quod aeque barbarum est producere:
Pes vbique lege constat, prima cum correpta sit,
Consonans & vna plenum non q . . t tempus dare.

Et Lupi ceu, dixit idem, finis est versus quidem:
Pes tamen non est trochaeu quia diphthongos extima est:
Dactylus nam pes & ille est, Nube nati ceu duo:
Αὐέρυσαν inquit poeta, sic & αὐτὰρ corripit:
Εὔπνοιν, πόνων & εὖνουν, aut poetam εὐεπίδων:
Syllabas primas necesse est ore raptim promere:
Tempus ad duplum manebit, nihil obest correptio.
AV tamen capere videtur saepe productum sonum,
Auspices quum dico, & aurum, sine graecus αὖρον.
Mira nec putanda nobis talis alternatio est:
Dichronon quod ἄλφα, notum est, sicut a nostratibus
Inde communem ministrat sola diphthongos sonum:
Eu manet correpta, semper est quod E graecum, breue:
Literis E latinis saepe quum sit dichronos,
Facta diphthongos nequibit esse producti soni:
Nec pedes idcirco fraudat temporum iusto modo:
Hanc enim si protrahamus, A sonabit, E, & V:
Syllabam nec inuenimus ex tribus vocalibus,
Sic Aristaeum notamus quatuor per syllabas,
Quod sibi diphthongos a iam tertiam non iungit V.
His ita exceptis duabus Au & Eu quas rettuli:
I & O duae super sunt quinque de vocalibus,
Ante vocales locari litera O tres non potest,
A vel I, vel V, cohaerens duplicem vt reddat sonum
Caeterum quod e secundo copulata cum loco est,
Reddat oe, diphthongon esse, traditum supra tenes.
Diximus rarum esse Graecis ἰῶτα post Y subdere.
Verum enim nec praelocari sic apud Graios potest,
Aedat vt diphthongon vnam de duabus vocalibus:
Literae nam nomen ipsum, ἰῶτα quod graius vocat,
Siquis in metro locabit syllabae vt fiant duae:
Non potest diphthongos esse in duabus literis.
Consonans prior locata quin sit & Graios apud:
Quod tibi exemplo probare versus herous potest:
Οὐπω ἰῶτα γράφει versus si principium sit:
Pes erit primus trochaeus, sed facit spondion hunc
Prima vocalis notari ἰῶτα qua graium incipit:
Syllabas licet videri potius has Graeci velint
Esse communes, easque dictitent κοινὰς magis.
Quaeque vocalis sequetur quando supremam breuem.
I magis Romana lingua non potest permittere,
Aedat vt diphthongon nulli nexilis vocalium:
Consonans quod semper haec fit ante vocales data:
Quippe iacula quando dico, vel iecur, Iouem, aut iubam:
Consonans effecta vbique est, quae fuit vocalis I.
Quae sequuntur vim tenebunt (quam prius) vocalium.
Quin & ipsae quom iunguntur I, & V, quo differant
Vt prior quaeque est locata, proderit distinguere.

I prior si collocetur, V sequens correpta sit,
An soni prolixioris, nulla differentia est,
Consonans quia semper ista iuncta sit vocalibus:
Iuno quum dico, aut iuuencus, nulla differentia est:
Quippe IV diphthongos esse graeca nequaquam potest,
Quod soni tres implicentur & tribus vocalibus:
Quando sic graece notatur OY, vt sit O & Y simul:
Iota quetis si praelocetur, tres videmus voculas,
E quibus constare supra syllabam negauimus.
Sic ἰοῦ ἰοῦ tragoedus, graius & ceryx sonat:
Sic io matres latinae, sic Iulum dicimus:
Quia duas adat necesse syllabas quum praedita est,
Quas videmus separatas esse vocales duas:
Vim vel amittat priorem, quom fit vna syllaba:
Consonans nanque inuenitur quando dico Iulius,
Siue Iuno, siue iustus: Porro quom praecedet V,
Consonantis vim ministret: (omnibus vocalibus
Nexa) semper haec necesse est, syllabam nec diuidat,
Et sonum mutet priorem, vade quando dicimus,
Vel venito, vel videto tot volatus vulturum,
Ante consonam V reperta sola, siue in syllaba,
Vnus, aut vbi, vel vnde, & vmbo quando dicimus,
Obtinet vocalis vsum, sicut I quom praedita est.
Quanta vero sit potestas singulis iunctis sibi,
Scandimus si quando versum quolibet metro datum,
Vt prior quaecunque curret, hoc pedes discriminant:
Nanque si momenta quae sint literarum examines,
Consonantem aut quas necesse est consonantes effici,
Tempus vnum iam tenemus esse correptis datum:
Bina productas habere nec minus compertum est:
Tempus autem consonantes diuidunt vnum duae,
Inde quae duplex habetur, tempus integrum dabit:
Ergo correpta iugatur vna quando consonans,
Siue vocalis referri quae potest in consonam,
Sescuplum tempus necesse est adere istam syllabam,
Quae duplex habere posset ab duabus consonis,
Ac per hoc, producta per se, quae duorum temporum est.
Consonae quom subiugatur vel relata in consonam,
Temporis parte atque duplo sit, necesse est, praedita:
Hoc sub exemplis videbis esse planum nominum,
Syllabas ex his duabus quae parant vocalibus,
Iuno, vita quando longas, vel iuba, aut vigor, vetus.
Consonas fieri necesse est hic priores literas,
Quae sequuntur vt fuerunt esse vocalis soni.
Temporis momenta longae possident partem & duo:
Sescuplum breues habere partem & vnum conuenit:
Pars enim ista non sequenti prorogat tempus suum,

Sed priori, pleniore si indigebit tempore.
Syllabam nam iam peractam quom sequetur I vel V,
Illa porro breuis quæ in vnam consonantem desinet,
I, sequens partem rependet quam ministrant consonæ:
Hoc & V præstare poterit, quom tenebit hunc locum:
Rursus exemplis agendum est ergo, quo sit planius,
Syllabam breuem anteponam desinentem in consonam:
At in bam pes vt paretur, sit vel alter, at vigor,
Sic enim partem videbis huc redire temporis:
A breuis dum consonanti T propinquæ iungitur,
Tempori suo ab eadem consona partem trahet,
Sesculum quod dico sic fit: plena quo sint tempora,
I dabit partem residuam, quam ministrant consonæ:
Hoc & V pedem locare si velimus, at vigor:
Longa fit sic prima positu tunc duorum temporum:
Et breues ambæ manebunt insequentes syllabæ,
Quatuor pedem peractum cernis esse temporum.
Iuno porro, siue vita quum pedem primum occupat:
Consonans effecta quum sit quæ prior locatur I,
Et sequens producta, quippe bina præstet tempora,
Parte censeri videmus atque duplo syllabam,
Hinc pedem si cœperimus edere iterum dactylum,
Quia breuis vocalis extat in sequenti syllaba,
Tertiam addamus necesse est vtique correpti soni:
Pes quidem reddetur ipse, non tamen pars temporis
Consonæ factæ prioris, cernimus quo cesserit.
Ergo vt effectus probetur, consonans quom fiet I,
Non erit locanda prima, quando versus nascitur:
Syllaba sed in secunda, quæ breuis cum consona
Esse potuerit, priores quæ pedes adiunimus:
Sesculum quæ sola præstat, temporis parte indiget,
Vt sit at in. pes, & inde versus ortum sumpserit:
Ergo in quia nunc secundo collocatur in loco,
I sua (quam consonantem non negamus redditam)
At faeit longam, tenebat sesculum quæ temporis:
Nec secus partem retrorsus T dabit quom consona est.
Sic at vi pes absolutus fiet at in par ei,
Syllabas longas habebunt hi pedes binas ita,
Dum situ prior iuuatur, & sequens producitur.
Porro quom producta prima est, si sequatur consonans,
Efficit duplum atque partem, non (vt illic diximus
Ante) partem & inde duplum prima quod non sit breuis,
Sol tibi, velut poeta signa quom dicit, dabit,
Sufficit productam primam temporis duplum dare:
Pars residua consonantis vnius vel proximæ
Ita vacabit, vt vacabunt quando plures consonæ
Sponte productam sequentur, non egent subsidii.
Transmeare, atque insignis Auster, si in pedem conuenerint,

Est ad-

Est adhuc quo separata I & V dissentiant:
I media quum locatur hinc & hinc vocalium,
Troia,siue Maia dicas,peior, aut ieiunium,
Nominum primas videmus esse vocales breues:
I tamen sola sequente, duplum habere temporis:
Ergo vel loco duarum consonantum fungitur:
Vel gemella si locanda est,vt videtur pluribus,
Bis tibi vocalis eadem prabet vsum consona.
Ante vocalem sequendo cum priore syllaba,
Pradita & mox in sequenti, iure quo fit consonans:
Hoc in his tantum inuenimus nominum vocalibus,
I secundo conlocata, consona vt valeat loco,
Ante vocales quod alias quum locatur, exhibet.
V similiter si conlocetur,vt fauor quum scribimus,
Nil iuuabit A priorem media facta consonans:
Temporis quia parte tantum fungitur, quom vt pradita est:
Vel licet ponas gemellas, sicut in verbo iuuo;.
Ante,qua locatur I,fiet ab V sequenti consonans:
Ipsa vocalis manebit V breuis sicut fuit:
V secundam in consonantem transfert vocalis O,
Sic prior vocalis V qua tempore vno pradita est,
Temporis parte adiuuatur sequenti consona:.
Sesculum tempus videmus, longa quum poscat duo:
Proderit nil ergo gemina sicut I bis profuit,.
Quom facit longam priorem Troiia, Maiia,& talia.
Perdere V quia sic videtur vsque vocalem sonum,
Alteri quom pralocatur:nam facit vita,& valens
Sordidum quiddam, videmus absonumque excludere:
Aeolica gens tunc digammon denique illam scriptitat,
Mutet vt situm figura,quando mutabit sonum:.
Nominum multa inchoata literis vocalibus
Aeolicus vsus reformat,& digammon praficit:
Aeolica etiam dialectos fere est mista Italia.
Hesperum quem dico grace, vesperum cognominat,.
Εστία sic Vesta facta, vestis ἐσθὴς dicitur,
Ἰσα quam grace vocamus,vim iubet me dicere:
Ἔαρ est multis in vsu, & magis poeticum est,
Ἦρ enim natiua vox est,ille ver hoc dictitat::
Quos Homerus dixit ἐνετοὺς,ille Venetos autumat:
Viola flos qui nuncupatur, hunc Graii vocant ἴον:
Et Iolaus, violeus fit,crede Marco Tullio.
Quanquam ἴτυν dicunt Achai,hanc βίτυν gens Aeolis:
Plura Sappho comprobauit Aeolis,& cateri..
V latina sic obesa,sordet a vocalibus,
Prorsus segregandas sic vt has vtrasque existimem:
Nomen I quod consonantis, V vicem solam gerat:
Hanc enim sensu per artem tradito dignoscimus,
Illius conuersionem & vox, & aures arguunt.

Hac erit lex his duabus I & V quas retuli,
Syllabam per semet ipsa quando nudam copulant:
Consonans nec vlla iunctis quadam praponitur.
Nam media post consonantem cum datur vocalis I,
V dein si consequatur, syllaba vna non erit,
Vt pius quum dico, dius, ocius, vel Calius,
Nulla diphthongos quod ante iam permitti sinit:
Media porro si locetur V, fit vna syllaba.
Ecce rursum discrepare literas istas vides:
Namq; cui si quando dico, non erit dissyllabon:
Nec tamen diphthongos ista consonante pradita
Poterit esse, qua videri non potest quum libera est:
Hoc enim solum adsequetur, quod digammos non erit,
Anteposita quum sit ipsa, tum sequens vocalis I:
Nam nisi insequatur aliqua consonantum litera,
Cui breuis manebit, atque longa fiet addita:
Cui super non digna dixit hyemis, & solis mala,
Dixit &, cui tu fauos, pes hinc mihi primus sat est:
Sic enim vel prima longa, vel prior fit syllaba:
Dactylus nam, cui super: cui tu, sequens, spondeus est:
Consonant quia post sequuta tempus adiuuit breue:
Hanc breuem sed ante nobis peruidendum est syllabam,
Vna consonans secuta, quatenus longam creet,
Ipsa nam vel secum habere consonantem debuit,
Vel duarum post sequentum subleuari tempore:
Ante quod nobis liquere non potest, si non prius
Consonans qua prima in ista syllaba cui scribitur,
C magis, vel Q notari debeat, dispexeris.
Sapius quia C locare plurimis iam moris est,
Sic enim constare poterit, e duabus qua magis
Nunc locum vocalis habeat, V prior, vel I sequens:
Nanque si cu praferatur, syllaba fient dua,
Tertia his quod implicari nulla vocalis potest:
Sed dua fient seorsa syllaba per se breues:
Cui super sic inueniri dactylus iam non potest:
Syllabas sed pes habebit quatuor totas breues.
Principale sed videmus esse quis quo nascitur,
Cui datiuum quando casum ratio sermonis petet.
Casus & secundus ante, qui facit quius probat,
Q duarum praditam esse syllaba vocalium:
Quartus & casus priori non repugnat regula,
Nec minus Q perseuerat quum loquor pluraliter,
Casibus cunctis ingamus quando vocales duas,
Qui facit quorum, deinde mox quibus, quos, a quibus:
Vsque Q nunquam reuelli propalam est pronomini.
Dubius autem quia videri numerus, & casus potest,
Quom datiuo singulari prima Q praescribitur,

Et potest

Et potest plurale qui lector aliquis credere facile,
Ac simul nutante casu tardius sensum sequi:
Visus, ut solet, reliquit veritatis regulam:
Literam & dedit propinquam, dum studet compendio.
Ergo per C iam videmus cui notandum literam:
Hanc enim V post insecuta praeditam docet sibi:
Et cohaerens i, secundo quando connexa est loco:
Quippe Q non constat aliter, quam duabus C & V:
B velut, vel K, quod esse Q vides muti soni:
Q velut sit C & V quoque plenius quod postmodum.
Sic in unam Q redacta congruerunt literam,
Portio ut nunc consonantis V videri, rectius,
Litera vocalis habitum quam tenere debeat.
Nanque Q praemissa, semper V simul iungit sibi,
Syllabam non editura ni comes sit tertia
Qualibet vocalis: illis hoc & exemplis proba,
Nanque equos, vel aequor, quaestus, aut aquam quom scribimus,
Et queo, & querela, quercus, & quater, Q praedita est:
Et vides qui quoque, similiter esse vocales duas:
Vnde si dematur I, & sola sit vocalis V,
Non erit iam Q necesse syllabae praeponere:
Sicut illic, quom querela, aut aequor, aut aquam notas:
Sed magis C, sola nanque subditur vocalis V:
Curo quom dicis, cupido, curro, vel custodio:
Vnde nomen qui sequondi rectius scribi putant,
Si prius Q conlocarint, V & O subiunxerint,
Quia sequor easdem habebat, unde nomen nascitur:
Non videntur obtinere veritatis regulam:
Quia sequor duas videmus esse vocales simul:
Et locamus iure tunc Q, exigente syllaba:
At secundus ut sit, una ponitur vocalis V.
C locari debet ergo, quando solam copulat:
Quippe origo prima verbi non manet iam nomini.
Caeterum vocalis illis si iugetur tertia,
Q necesse est prima detur, & sit una syllaba:
Nomina ut supra relata iam satis nobis probant.
Non tamen prior V videri facta consonans potest,
Consonans quia de duabus effici prior solet:
Nuda sed prior: quae quando nec subacta est consone,
Quando non digammi sumit neque figuram, neque sonum,
Tunc sonus vocalis illi, qui solet quum libera est:
Praedita est vel consonanti, tunc enim est vocalis V.
Sed tamen videmus illam consonae vim sumere,
Tenuia ut dixit poeta nubis ire vellera,
Longa fit nam ten nunc, quom sequatur V & I:
Nec minus vocalis una si sequatur hanc, potest
Consonae praebere vires: & digammos effici,

Genua cum labant Daretis, eger est anhelitus.
Nec potest & hoc liquere, an I putemus consonam,
Longa cui super paretur ceu duabus consonis:
Alterum quia consequendo, semper I vocalis est:
Tertiam & casus sequentes esse vocalem docent:
Imo si nunc V putamus esse vocalis soni,
I magis vocalis esse indicanda est subsequens.
Nunc quod hanc diphthongon ergo ex V & ? fit, dicimus:
Non vt V nunc sit latina, sed magis graecum sit υ,
τυῖα quum dicunt, & υἱας tale quid cui vt sonet:
Temporum & per se duorum non requirat consonam:
Cui super, sed tale fiat, quale dudum trans mare,
Longa, quom reddit vacantes qua simul sunt consona:
An magis cuii nos oportet per duas ii scribere?
Quia sequens casus videtur hoc sonare, qui facit
Cu ius, vt Troia atque Maia de tribus vocalibus:
Cui super nil vt iuuetur a propinqua consona:
Quando quiius longa prior est, facta cum sit consonans.
Hac putaui colligenda, tu sequere quod voles.
Nec minus natura varia est consonis in literis:
Digerunt quidem magistri quando pueros imbuunt,
Sed rudes ne pragrauentur, parcius discriminant.
Nam nouem mutas vocarunt, semiuocales item
Esse septem tradiderunt: ordo vterq; notus est.
De nouem tres (vt vacantes) separandas conuenit:
Vna nam spiramen addit omnibus vocalibus,
Hasta quando, & hedera dicis, Hister, hospes, atq; humus: H.
Quatuor solis adhaeret consonantum literis.
Inserit siquando graeca sermo noster nomina,
Quom choros, rhamnum, necesse est, Phyllidem, thimum loqui:
Sola nec vocalis vsum, nec tuetur consona,
Tempus aut ministrat vllum breuibus vsquam syllabis:
Et tamen vim consonantis adimit vna in syllaba,
Pradita est quoties duabus v & i vocalibus,
Huius, aut huic: solemus nam frequenter dicere
V digammon esse, nunc iam non sinit, nec consonam
Esse, quia semper necesse est, quom carens spiramine
Ante vocalem locatur, vt vigor, valens, vetus.
K similiter otiosa cateris sermonibus, K.
Tunc in vsu est quom Kalendas adnotamus, aut Kaput:
Sape Kasones notabant hac vetusti litera.
Q vacare prorsus omni diceremus syllaba, Q.
(C quod eius inuenitur posse subdi pro sono)
Casus vnus ni probaret rectius poni semel,
Syllaba iunctis duabus quum facit vocalibus,
Vt satis sumus locuti iam priore pagina.
Nunc loquar natura quae sit omnibus, qua & singulis:
Nulla nam mutis facultas ad sonum edendum data est

Labra

Labra fixa, vincta lingua est, exitus nullus patet,
Nexa (si non adiunetur) cuilibet vocalium.
Nanque b vel e sonat, porro d g & ceteras
Quisque, at si non resignet labra vocalis comes
Syllabam singas vt ante, literam qui proferas?
Semiuocales videmus oris exprimi sono
Posse vel solas, adhaerens nulla vocalis licet
Exitum plenum ministret nuncupandae literae.
Verum enim binae ligari non queunt muta simul,
Syllabae si quando binas postulabunt consonas,
Nominis verbiue cuius quae tenent primordia:
C modo, aut P copulare subditam T sic solent
Non priores, sed secunda dum latina in syllaba,
Nactus vt dicas vel aptus, sanctus aut Neptunius:
Ceteris natura non est, vt duae iungi queant:
Semiuocales oportet segregare audentius:
Quas quidem, quia nominatim versus indi non sinit,
Ordinis signabo numero, quae sit haec quam differam
Titulus praescribet iste discolor sinopide.

F. L. M. N. R. S. X.

Prima mutas nec sequetur, nec potest praecedere, F.
Ipsa gemina nec locari simplici in verbo potest:
Suffice, & suffer, vel offer est quidem duplex sonus,
Partibus sed ex duabus verba coniungi vides:
Et prior non hac eadem terminatur litera:
Sed sonum confundit ipsa partium conlisio,
Quatuor post hanc locatas graecus vdas nominat,
Lubrica est natura in illis namq; & alternus vigor,
Nunc enim vocalis vsum, nunc ministrant consonae:
Et pedum vel hinc, vel inde subleuant discrimina:
Hinc sibi primam atq; quartam semiuocalis potest L.R.
Subdere ista quam loquebar, quando flabra & flosculos.
Fratrem item frugem, atq; frondem, fraudemq; atq; talia
Non item potest secundam copulare & tertiam. M.N.
Quia secunda mugit intus abditum & caecum sonum:
Tertiam nec vllus illis sermo Romanus ligat. N.L.R.
Nec sinas errare puerum, quando daphnin scripserit,
Semiuocalem locandam primam vt istam existimet:
Quippe nos si quando graecum φ necesse est exprimi,
P & h simul solemus, non latinam hanc ponere, F.
Cuius a graeca recedit lenis atq; hebes sonus, Φ.
Phosphoron, Phrygasq; nam, vel dysphilon sic scribimus.
Consonas autem per omnes, quae quibus iungi queant,
Quas vetet natura iunctas conuenire in syllabam,
Ire iam nunc ideo nobis visum est consultius,
In breue vt redacta sylua demeret caliginem:

Hhhh

Neu subesse præter istos (quos loquar) casus alios,
Qui pedum turbare normam, lædere aut metrum queant.
Præter vdas ergo supra, iam duas quas retuli,
Hæc sibi nullam ligare semiuocalis potest. F.
Quatuor posthac loquemur ordine vdas debito:
Quas priores ante nullam consonam præponimus,
Vt caput verbi inchoare condita simul, queant:
Subdimus mutis earum plurimis tantum duas,
Primam atq; quartam, exemplis palam quod nunc erit. L.R.
Nanque b, c, g, deinde p priores ponere
Singulas possis, vt vda prima sic subiecta sit, L.
Blandior quom dico, cludo gleba, plebs, aut Plinius.
D cum hac nunquam coibit, q magis nunquam potest:
T potest si quando græca mista sunt vocabula,
Tlepolemus, Atlas nam solemus inuenire in versibus.
Vda quarta præter istas quattuor quas retuli, R.B.C.G.P.
Amplius D T priores subsequetur, vtputa,
Brutus, & Crassus fuere, Drusus, & Gracchus, Procas,
Trossulus. Iam sex habemus ante mutas aditas:
Cætera quia tres in vsum syllabarum non cadunt. H.K.Q.
Semiuocalis quod vna præfici possit, tenes. F.
Vda quarta præter istas, cæteris non subditur. R.B.C.G.D.T.P.
Et secunda pene solis conuenit vocalibus M.
Seu loco prior locetur, seu iungetur alteri:
Mane quom dicis, vel vmbra, mensis, ambo, & talia.
Tertiam vdam sibi videtur posse solam iungere, N.
Sic tamen non in priore, sed sequenti syllaba,
Omnis vt dicas, vel amnis: vda quæque quum sequi
Alteram non possit vdam, dum sit vna syllaba:
Omnis vda quum gemella, rite coniungi queat,
Gallus vt, vel Ammianus, annus, & Tyrrhenius.
Nec secus mutas videmus posse geminas currere,
Obba, & ecce, redde, & agger, Attiusq;, & Appius.
Hanc tamen græcus secundam tertiæ sic præficit: M.N.
Syllaba prima latine quod nequire diximus:
Quando μνήμων atque μνᾶσθαι, dictitatque μνεῖα.
Interim compellis illam δέλτα nunc, nunc ταῦ, sequi: M.
Δμῶας *&* τμῶλον *videmus nanque græca nomina.*
Tertia vda sic videtur posse g mutam sequi, N.
Graia verba quando in vsum sermo noster suscipit,
Gnosios si dicere arcus, insulam aut Gnidum velis,
Scribimus prænomen vnum, & C quidem præponimus.
G tamen sonabit illic, quando Cneum enuntio:
Asperum quia vox sonorem lauiore interpolat.
Vel priores g Latini nondum ab apice finxerant:
Caius prænomen, proinde c notatur, g sonat.
Sic amurca quæ vetuste sæpe per C scribitur,
Esse per g proferenda crediderunt plurimi,

Quando

Quando ἀμοργὴ graeca vox est, γάμμα origo praeferat.
Ille contra discat, unde C notare debeat.
G tamen mox tertia uda rarius componitur, N.
Quando gnatum nominare, dicere aut gnarum voles:
Namque magnus, dignus, agnus, signa, pugna, & talia
Syllabae quum sint secundae, non ita impugnant pedes,
Queis iugatis impediri (quum caput verbi tenent) G.N.
Saepius pedes videmus, ut suo promam loco.
Admonet nunc ordo sextam semivocalem loqui, S.
Quae sonum nobis ministrat, σίγμα quod Graecis solet.
Vivida est haec inter omnes, atq; densa litera:
Ἀρκτικὸ· Graeci vocarunt, adseruntq; exordiis:
Et probant mutis eandem pene cunctis praefici:
Quom, σθένειν σθένοσq; dicunt σκῆπτρον, & quando σπάθας:
Στέμμα dicunt, σφίγγας, atq; σχήματα. atq; uda quoque
Posse praeponi secundae, sic apud Graios vides, M.
Σμῆγμα si quando, aut σμάραγδον, σμήνιον vel nominant:
M enim solum videtur posse subdi, quia loco
Intimo fauces prope ipsas litera haec excluditur:
Dentibus σίγμα atque labris proximam sedem tenet.
Σίγμα quis possit negare quod det adiunctum sonum,
Quom sonis utrisq; constet ζ quod est graecum duplex?
Nomen etsi non videbor tradere exempli loco.
Syllabis sedet secundis quando prosa oratio est,
Versus ut quadre resistat, nec propaget terminum,
Nestoris si forte nomen dividendum incurrerit
N & E versus prioris obtinebunt extimum:
Σίγμα versus insequentis atque ταῦ exordium.
Nos tribus mutis eandem possumus praeponere,
Nulli quom sic possit ante semivocalis dari,
Scuta nanque, spatia dico, stamina atq; hoc genus:
Et duas simul ligare sola consonans potest,
Scrinium, struemue quando, splendidumue dicimus,
Tres tamen nunquam coibunt (uda nisi tertia)
Semivocales. Suprema duplicis restat soni,
Praefici verbis latinis ista nec vocalibus
Poterit unquam, tantum abest ut praelocetur consonis:
Ipsa quum constet duabus comparata consonis.
Syllaba quacunque sane subditur vocalibus,
Quando rex, calixue dicis pax, latex, apex, senex.
Ante vocales locatur, ut in sequenti syllaba,
Faxo, si dicas, vel axis, nexus, uxor, noxia.
Tantum apud Graecos videmus inchoantem nomina:
Qui ξένον, ξανθὸν loquuntur, ξυστὸν & ξείνια.
Consonis praefertur autem si dirempta syllaba est
Nominis verbiue, cuius cum Latinis sermo sit,
Expuli quom dico, & exta, seu quis excussam comam
Dicat, aut exlex, & illud, hoc sine exquiram prius.

Adde & exortem, vel istis simile si quid finxeris:
Muto vel partem prioris si sit hirtum syllaba,
Effer vt dicam, vel illud, hoc tibi effectum dabo.
Verba contra separata quando sic connectimus,
Hanc vt ante desinentem subsequatur consonans,
E sat est solum locare, quia duplex est consona:
Tres videntur syllabam vnam consonantes adere,
Hispidum quod porro ne sit, dico & e bello viros,
Dico & e pago reuersos, dico & e foro domum.
Ast enim graius locabit quandocumque hanc vltimam x.
Siue in vno comprehensam, siue in verbo pari,
Consonam non x iugabit, quia sono leui studet,
Nam nisi vocalis adsit, vertit hanc in simplicem:
Κάππα enim solum sonabit, σῖγμα vero excluditur:
Sic & ἐκπλῆξαι loquuntur, sic & ἐκπέρσαι πόλιν,
Sic & illud, ἐκ στόματος ἐκκεκώφηται ξίφη,
Sic & ἐκ παίτων solute, sic & ἐκ νήσου facit.
Literas autem receptant sæpe ternas syllabæ,
Nec minus sæpe & quaternas: porro quinas parcius,
Esse quia vocalis vna debet vna in syllaba,
Vel duæ, diphthongos ædit quando vocalem sonum:
Inde rarum est consonantes addere vni quatuor,
Quia vetat natura mutas iungere vna in syllaba:
Semiuocales iugari sæpius deprendimus:
In quibus scimus vdas computari quatuor.
Syllaba ergo quando quinque literis componitur,
Consonans duas necesse est, & tot vdas copulet,
Possit vt vocalis vna syllabam talem dare.
Ergo frons & glans, videmus esse quinas literas.
Consonans nam prima, & vda post, modo vda & consonans
O tenent vtrinque iunctam: sic & A cum glans erit.
Est & vda quando sola, dantur & tres alteræ,
Consonans quum sit bis vna, sitve duplex tertia:
Stant enim quum dico verbum: t secunda & vltima est: /
Strixue si dicam, supremam duplicem esse perspicis.
Porro quum diphthongos inerit, fraus velut scribi solet:
Et tribus videmus vnam (quæ est vda) consonis.
Nos monemur literarum syllabam sex posse dari:
Græca quom duplex duabus soluitur nostratibus,
Dixerit si forte quidam scrobis abunda quod fossa est,
Stirps velut dixit disertus Gracchus alter, Caius:
Græcus hoc casu nequibit syllabam talem dare,
Nec dabit per se: seorsam & residuam nominis
Atque diphthongo coactam promet, pluraliter:
Nanque declinare Græci sæpe sic αἰσχρὺς solent,
At prior si separetur, sex erunt superstites:
Αικπιὼν nam cernis esse σῖγμα primum, & vltimum:
Alteram diphthongus auxit copulando literam.

Consonans

Consonans & vda complent syllabam senariam.
Nunc per ipsas ire pergam syllabas, quæ versibus
Scrupulum solent mouere, ratio si non cernitur.

Carmen heroicum.

Sed quoniam exemplis heroi carminis vti
Res monet, vt pedibus sistat sua regula iustis:
Seu vitium incessit, metri ratione probemus:
Aptius est nobis simili decurrere norma,
Discolor alternos referat ne pagina versus.
Spectandis pedibus quæ sunt nimis obuia, mittam,
Natura longas quid enim tractare necesse est?
Aut facili positu, & plana ratione patentes?
Quæ pueris etiam promptum est occurrere paruis.
Nec mihi Græcorum ratio est attingere μακὰς
Quarum rarus inest nostris in versibus vsus:
Nec tanta in pedibus venia conceditur vti.
E breuibus quoties longæ redduntur, oportet
Versificatorum quid litera quæque ministret
Dispicere, atque aptas natura iungere secum,
Vel discordantes mutatis vincere verbis.
Consona sed sane gemina est quom prædita verbo,
Seu medio in pede sunt, siue has pes proximus infert,
Quam dubias pedibus soleant adferre figuras,
Vt possum paucis nitar decernere verbis.
Syllaba prima breuis quæcunque pedem generabit,
Longa fit a geminis quibus indita consona vis est,
Seu pariter iunctæ subeuntue in parte sequenti:
Seu sunt diuisæ, finemq́, caputq́ tenentes.
Exemplis manifesta magis reddenda videntur:
Post quam res prior est iunctis adiuta duabus:
Subiectis æque fiet, quom dicimus agros:
At tu sume pedum, diuisas cernis vtrasque.
Dactylon hæc eadem poterit toties dare forma,
Quando breuem mediam, breuis æque tertia claudet:
Nunc age, nescio quis, necnon & belgica collo.
Vda etiam quocunq́ loco, seu subdita detur,
Libera seu, verbo quasi consona curret in vno,
Arma, virumque cano, duris agrestibus arma:
Si sit longa prior, mox hanc correpta sequatur
Vocalis verbi pariter cum fine resistens,
Syllabaq́ adiaceat geminis exorta sonoris,
Non semper videas spondeum posse creari,
Quia mutas ita coniungi natura recusat,
Vt pariter poni possint in parte sequenti:
Vdas nec possis vnquam præponere mutis,
Nec tempus præstant vdæ: quom subiiciuntur

Nominis in capite, aut verbi, superest igitur quid?
Vt sint diuisæ, subduntur quando trochæo,
Vnam detineat, sequitur quæ syllaba primam,
Atque ita vocalis superet non sola trochæo:
Altera succedat, qua proximus exoritur pes,
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ:
Postquam res Asiæ, geminum hoc exemplar habebis:
Ergo vt vocalis remanens in fine trochæi,
Et verbi finem faciat, spondeon & adat,
Vnicus efficiet casus, si qui sequitur pes,
Nascatur certis (quas debet habere) sonoris:
Dum caput obtineat fortissima litera verbi:
Hæc quæ sit iam scire potes, si prima tenebis,
Quæ tibi quom loquerer septem quoq; semisonantes,
Discreui titulo, & numero signante notaui.
Hæreat ergo animo sexta hæc tibi viuida parque
Litera de numero (quam dixi) semisonantum:
Quæ sibi tres tantum poterit subiungere mutas,
(Si quando scutum, spumas, vel stamina dico)
Hæc sola efficiet nudo vt remanente trochæo,
Spondeum geminæ possint firmare sonora:
Exemplis an praua sequar, vel recta, probabo.
Quisq; scire cupit, vel quisq; scribere curat,
Ante stare decet, quum dico: & separo verbum,
Ante Stesichorum vatem natura creauit:
Vltima vocalis remanens, finisq; trochæi,
Excipitur geminis queis proximus exoritur pes,
Quæ quanquam capite alterius verbi teneantur,
Sufficiant retro vires, & tempus, oportet:
Consona quod debet geminata referre priori.
Nam cur spondeo credas non reddere tempus,
Quæ tali positu (quom dactylus incidit) obstant?
Incipe si dicas, & scire, aut scribere iungas,
Creticus efficitur, quis viribus ergo nocebit
Subdita præterita cur isdem viribus æque,
Tempora non præstet, quum sit subiecta priori?
Quin mirum magis inuenias, vt tempore duplo,
Semisonans istæc, pariterq; & muta cohærens,
Correptam retro nequeant augere trochæi:
Nam nisi vocalis producta sequatur vtrasque
Tertia, quas dixi, nullum poterunt dare tempus:
Scire etenim quom dico, & stare spumeus amnis,
Tertia vocalis producta adiungitur illis,
Atque inde accipiunt vires, prosuntque priori.
Si fuerit correpta, nihil præstare valebunt,
Quom scapulam spatium stimulum, subiungo trochæo:
Quippe pedem primum, nisi pes commutabitur alter,
Desinit esse caput versus, & prosa loquela:

Pes

Pes etenim speciem metri nunquam facit unus:
Quia variis pedibus loquimur sermone soluto:
Nec metrum facimus, quia fingimur ordine nullo.
Adde quod hic primum cernis nutare trochæum,
(Quem tantum in fine sumunt heroica metra.)
Cui si dactylici generis subiungitur alter
A geminis ortus, cui sit quoq; tertia longa,
Quom fit dactylus ipse simul quoq; reddat oportet
Spondeum, pleno qui tempore solus egebat.
Quom correpta ideo vocalis tertia curret,
Si positu longa efficitur, pedis efficit orsum,
Dactylicumq; parat iam rite effingere metrum,
Suggerit & tempus, quantum producta solebat:
Quod nos exemplis æque firmare decebit.
Vnde scissa coma est, aut unde spissa corona,
Ecce stagna madent: triplici sic syllaba pacto
Temporis accessu non tantum est reddita longa,
Sed dedit & vires geminis augere trochæum.
Dactylus in breuibus vocales quando supremas
Seruabit, verbiq; simul cum fine resistet,
Si pedis alterius primo duæ consonæ & vda
Subnectent, pes incolumis, vegetusq; manebit:
Consona si geminata est, qua proximus incipiet pes,
Cuius principium sexta hæc (quam dico) tenebit,
Dactylus ille prior (quamuis sermone peracto
Discretus, liberq; pedis compage secundi)
Sentiet accessum momenti, & temporis auctum:
Exemplo versus unius vtrunque probabis.
Ante sepinatas Aquiloni ostendere glebas,
Stendere quom verbi finem simul & pedis explet,
Nil obstat pedis alterius modo consona, & vda:
Syllabæ si contra veniat, qualem modo dixi,
Temporibus vitiatus erit pes integer ante,
Ante sepinatas aquilon ostendere strages.
Tertia sic longa efficitur pes creticus exit,
Vel tu finge aliud, dum talis syllaba detur:
Sed nullam inuenies, nisi litera sit prior ista
Quæ sexto præscripta loco est, atq; ordine earum,
Dimidium vocis quas adere diximus ante.
Syllaba difficilis, quoties correpta secunda
Indiget auxilio, quod tempora bina ministrat:
Dactylus inde magis, spondeus rarior exit:
Nam quom finitur vocali sermo trochæum
Destituens, iam pes in dactylon ire videtur,
Inq; breues geminas longam laxare secundam:
Spondeus quo more soles dare dactylon ex se:
Quippe vbi sola manet verbi vocalis in imo
Et breuis hæc abscissa, aliam, comitemq; requirens.

Nil atque consona iuncta parat dare temporis auctum,
Nil iam spondeo videas superesse relictum:
Vel tu ruricula primum decurre Maronis:
Liber & ălmă Ceres, & fertĕ simul Dryadesque,
Munera vĕstră cano, tuque ŏ cui prīmă frementem
Fudit equum magno tellus percŭssă tridenti:
Ipsĕ nemus Tegeaeĕ fauens, oleaquĕ Minerua:
Diquĕ deaeque omnes, studium quibus ărua tueri,
Quīquĕ nouas, & quīquĕ satis, & queque sibi mox.
Nec tibi regnandi veniat tam dīră cupido,
Annĕ nouum: nunc ipsĕ tibi plus părtĕ relinquit:
Vĕrĕ nouo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & zephyro putris se glĕbă resoluit.
Et quid quaequĕ ferat regio, & quid quāquĕ recuset.
Bis decies, vnumque supra, nisi fallimur, ecce
Dactylon efficiet talis (quem dico) trochaeus:
Spondeum & nullum potuit dare versibus isdem.
Nanque etiam duplex, quae nobis vna relicta est,
Principium verbi quoniam proferre latini
Non valet, & tantum vocali subdita currit:
Quum graecum inciderit nomen quo possumus vti,
Si post dactylon accedat, nil tempora duplex,
Officiet gemini poterunt quod pandere versus:
Pontibus instratis coniunxit litora Xerxes,
Sanguine turbatus miscebat litora Xanthus:
Litora pes, longa constat breuibusque duabus,
Tempora nec laedit duplex, quin dactylus extet.
Pro duplici contra, gemina est si consona, laedit:
Pontibus instratis coniunxit littora Sciron:
In tantum vegeta est, & viuida litera sexta
Quom prior est, & muta loco subiecta secundo.
Arcticon idcirco stoechion Graecia dixit.
Sed non principium nunc nominis inchoat ipsa,
Quom duplicem reddit, sequitur sed pone priorem,
Quom Xanthum, Xerxem, aut Xuthum & talia pono.
Nam ξ quod Graecis commune videmur habere,
Κάππα & σῖγμα facit, non σῖγμα & κάππα secundo,
Nec sonus ex illis idem, nec litera prima:
Quae quom mutatur, mutatur origo sonandi.
Sic ξέρξης duplicem praestat: σκῆπον aliquid plus
Vt supra ostendi, quum scire, & scribere curat,
Vel scutum, sputum, spumas, aut stamina dixi.
Imo velim spectes quam multa occasio detur,
Quom remanet nutans etiam, dubiusque trochaeus:
Dactylus vt crebro, spondeus rarior extet.
Syllaba vocali quando est finita secunda,
Tertia vocalem si subiicit, bis cere credas.
Est tamen exemplum vocalis consona si fit,

Anĕ

Antē Iouem nulli subigebant arua coloni.
Vocalem mediam, si consona suscipit vna,
Dactylus incolumi constabit lege, sonoque:
Ante tibi eoæ Atlantides abscondantur.
Consona si mediam determinat, altera porro
Vocalem adnectit, simili pes lege probatur:
Venit et vpilio, tardi venere bubulci.
Si mediam vocalis habet, quam consona & vda
Excipiunt, nequeunt geminæ vexare priorem:
Vndĕ trĕmor terris, aut hoc percussă tridenti,
Dactylus efficitur: nam longa est reddita prima,
Et mediam nil vda iuuat, quæ subdita currit:
Sic manet vndĕ breuis, sic & percussă tridenti:
Syllaba si contra, fortisque & viuida detur,
Vndē scire potes, percussă spumat arena:
Reddet spondeos iusta ratione locatos.
Nec modo quia verbo finem facit vnde, putato
Sic cecidisse, magis sermone notabis in vno
Congruere, vt cassè pariter sint consona & vda:
Et solem geminum, et duplices se ostendere Thebas,
Et duplices mediam non possint reddere longam
Perspicis, vdarum quam vis modo fiat inanis,
Subiectæ quoties & iuris sunt alieni.
Hoc & diuersa melius ratione patebit,
Vocalis mediæ nam quando resides in vdam,
Tertiaque accedens similem geminauerit vdam,
Spondeus plenus reddetur temporibus pes:
Attōllitque animos Pœnorum, qualis in aruis.
Et tyrrhena pedum circundat vincula plantis.
Nec non vocalis prima si quamlibet vdam
Contineat, veniensque aliam subiecerit vdam,
Præpositam longæ, spondeon cernimus edi:
Pāllēnen, hunc & nymphæ veneramur, & ipsa:
Tyrrhēnas isterne acies, tege pace Latinos.
Si fuerit correpta sequens & tertia talis
Iungenda est, pes sic geminis fit dactylus vdis,
Spondeum qualem geminæ fecere priores:
Pāllădia gaudet silua viuacis oliuæ:
Părrhăsio dictum Panos de more Lycæi.
Cur tantum valeant vdæ, modo reddita causa est,
Consona quia vis est illis nunc libera, nanque
Vtraque complexu alterius, nec subdita currit, L.R
Inter vocales positas nam cernimus ambas.
Quatuor vdarum primă quartamq́, videmus. L.R
In pedibus varias effingere posse figuras:
Vda secunda sed his, & tertia dissimiles sunt: M.N
Consona nulla potest quoniam sociare secundam
Sermone in nostro, sicut positum ante tenemus.

Tertia non aliter muta subiungitur vni,
Quam quotiens Gneum, Gnarum, Gnatumque loquemur,
Syllaba dum primas habeat, geminisque creetur.
Has etiam geminas pedibus similes dare formas
Inuenies, geminæ quod prima & quarta dedere:
Talia flāmmāto secum dea corde volutans:
Non ānnī domuere decem non mille carinæ.
Tām mūlta in tectis: vna cum gente tot ānnōs.
Dactylus hinc etiam reddetur talis, vt illic,
Quēm mĕā carminibus meruisset fistula caprum?
Annŭŭs exactis completur mensibus orbis.
Nec non & mutas geminas componere possis,
Obba, & tucca velut, muris velut additur agger,
Oppius aduenit, comes est quoque Tettius illi:
Vda igitur nunquam præbebit subdita tempus,
Præbebit verbo deprensa, aut nomine eodem:
Rēplēt quom dico, subiecta est vuida muta,
Atlas vt græca, sic profero voce latina.
Vda secunda vtinam nostra sic voce sederet, M.
Exemplo sat erit, qui dixit membra Pyrācmōn
Tertia tūm cygnus: sed quarta frequentior his est. N. R.
Nam mutis docui subiectam hanc omnibus esse: R.
Fābrĭcĭum dixit, Sācrūm, qui limite quādrēt,
Agricŏla, & vēprēs, dixit saltere per ūtrēis:
Tempora sic præbent vdæ quom subiiciuntur.
Si pars sermonis perstat, nec fine trochæi
Finitur, geminæ præbebunt tempora mutæ,
Quæ secum iungi possunt, vt diximus ante.
Si qua prior, seu posterior correpta locatur,
Sermonis dixi, non hanc pedis esse priorem,
Quom prior est: duplici exemplo contentus abito:
Et genus inuisum, & rāpti, prior hic breuis est ra,
Longa fit a geminis, quas proxima syllaba præbet:
Eiusdem verbi, nam p sequitur, simul & t.
Quam facile accipiter sāxō sacer ales ab alto,
Pro geminis duplicem recte subiungere possis,
Sic reddunt longas, quod dudum posse negaui.
Finitur quoniam pleno tunc sermo trochæo.
Nunc sermo incolumis sibi vires ipse ministrat,
Viuida nec presto est totiens tibi, litera nota:
At quotiens correpta sequens est syllaba, posse
Spondeum fieri, si syllaba tertia tales
Substituat geminas, exempla tibi totidem do:
Effici ōbiēctu laterum quibus omnis ab alto:
Nunc illa ēxcēptum: correptas cernimus ambas
Sermonum voces positas in parte sequenti:
Sed tamen has etiam reddet tibi syllaba longas
Tertia, quæ geminis constat subiecta sonoris:

Quia

Quia sermo ipse manet, nulloque est sine recisus.
Forsitan hunc aliquis vel bosu u dicere librum
Non dubitet: forsan multo præstantior alter:
Pauca reperta putet, quum plura inuenerit ipse.
Deses & impatiens nimis hæc obscura putabit:
Pro captu lectoris habent sua fata libelli.
Sed me iudicii non pœnitet: hæc bene vobis
Commisi, quibus est amor & prudentia iuxta:
Et labor in studiis semper celebratus inhæret:
Vos sequar, in vestro satis est examine cautum.
Hæc ego conscripsi bis quinis mensibus æger:
Pendebam ambiguum trutina sub iudice corpus,
Alterutrum nutans, & neutro pondere fidens:
Nam neque mors auida nigros pandebat hiatus:
Nec vitam forti retinebant stamine Parcæ.
Sic varios tam longa dies renouando dolores
Duxit ad hoc tempus, semper sine fine minando.
Quom potui tamen obrepens incœpta peregi:
Quo vita dubius, vel sic vixisse viderer.

Carmen trochaicum catalecticum quadratum.
De voce.

Nulla vox humana constat absque septem literis,
Rite vocales vocauit quas magistra Græcia:
Quicquid audis præter istas, pars soni, non vox erit.
Quinque contenta est figuris Romuli latinitas:
H & ω longas enim nos non habemus literas,
Nec breues semper vocamus his duas contrarias.
Cæteris tres quæ supersunt dichronas cognominant:
Corripi quod sæpe eadem, sæpe produci valent.
Porro cunctas noster vsus quinque vocales suas
Corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,
Vtitur longis, & isdem breuibus æque fungitur:
Nec breuem semper requirit, sæpe aut quæ longa sit:
Omnibus sed quinque semper vtitur ceu dichronis:
In breui sed tempus vnum est: bina longa possident.

De syllabis.

Vna vocalis iugata consonanti, aut pluribus,
Syllabam reddat necesse est: syllabam Græci vocant,
Ore quod simul profecta copulant vnum sonum:
Vinculum nam signat ista congregale dictio.
Et tamen vocalis vna quando pars sermonis est,
Syllabam dici necesse est, quom sit vna litera.

De positione, & diphthongo longis.

Quom breuis duas habebit adiacentes consonas,

Siue secum, vel sequenti copulatas syllabæ,
Singulæ vel diuidentur, longa fiet e breui,
Non secus, producta quam si temporis dupli foret.
Nec minus longam probamus, vna quom duplex erit,
Quia duarum consonantum vim suo prebet sono.
Vel gemellis cum iugamus syllabam vocalibus,
Misceant sonum necesse est, iure distant temporum.
E & V simul iuncta, vel cum alterutra singula
Quæ solent coire diphthongo, creabunt longulam.
I & V non hoc valebunt, siue præsint alteri,
Vel sibi quom copulantur: quia prior fit consonans,
Illa quæ remansit inde, tempus vnius tenet,
Siue duplum: quantum & omnis quando producta est habet.
O cum E tantum iugata, longa semper syllaba est:
Quom duas sermonis vsus comprehendit syllabas.
Hoc vt exemplis probemus, resque vt omnis clara sit,
Ante quæ natura, queque ratio sit dicam pedum.
Sed prius niter docere simplices quos nominant:
Vna vis quod syllabarum est, quando binos scandimus.
Ergo quum duas videbis esse vinctas syllabas,
Effici pedem necesse est, sint breues ambæ licet.
Vna longa non valebit edere ex sese pedem:
Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.
Breuis vtrinque sit, licebit: bis feriri conuenit:
Parte nam attollit sonorem, parte reliqua deprimit.

De Arsi & Thesi.

ἄρσιν hanc Græci vocarunt, alteram contra θέσιν
Vna porro bis feriri quando poterit syllaba:
Temporum momenta sane lege certa diuidunt,
Seu duas pes quisque iunget, siue plures syllabas.
Aut enim quantum est in ἄρσει, tantum erit tempus θέσει.
Altera aut simplo vicissim temporis duplum dabit:
Sesquplo vel vna vincet alterius singulum:
Quicquid istis discrepabit, absonum reddet melos.
Latius tractant magistri Rhythmici, vel Musici:
Nos viam metri studemus parte ab aliqua pandere.
Ergo quom reddenda rursus hæc erit distinctio,
Quæ pedum natura poscet, satis habeo attingere.
Nunc pedes accedo primos, quos vocant dissyllabos.

De pedibus dissyllabis.

Primus ille est iure primus, ἡγεμὼν qui dictus est,
Author & ductor melorum, qui duas breues habet:
Ante enim breue est creatum, redditum longum dein:
Sicut vnum numerus ante, quam secundum prodidit.
Ergo princeps iure natura repertus dicitur

Aut

Ante quem non est creatus: quem sequuntur cæteri.
Δίβραχυν dixere Græci, quod sit ambabus breuis,
Πυρρίχιος idem vocatur, quippe & aptus pyrrhichæ:
Tam cito motu recursat, quam breues, hi sunt soni:
Tertium deirecto nomen, lege nam metri vetor:
Παρίαμβος nanque dicunt, si probaris ἐκτείνειν·
Ars vetat prima negare spatia bina syllabæ.
Reddere autem pedibus isdem plura cogor nomina:
Ne quis erret si quando nomen aliud alibi inuenerit:
Ac putet pigrum, vel artis vsque ad ista nescium:
Huius exemplum videbis esse quom dices hŏnŏr.
Est huic aduersus ille, qui duas longas habet:
Syllabis compar priori, temporis duplum merens.
Qui quod in templis canorus, a sono vocis malæ
Auribus libantis obstat, & fauet, σπονδεῖος est.
Hunc sonabis, siue rēgēs, siue cīuēs dixeris.
Verum vterque quantum in ἄρσει, tantum habebit in θέσει·
Temporum mensura dispar, lex soni communis est.
Qui breuem primam tenebit, deinde longam syllabam,
Erit ἴαμβος pes virilis, acer, & raptim citus.
Nec minus currit τροχαῖος lege versa temporum:
Syllaba longus priore, parcior nouissima.
Χόρειος idem nuncupatur a magistris plurimis:
Ternarite partientur ambo vicibus tempora:
Ἄρσις vnum possidebit, quando ἴαμβον partior:
Fiat alternum necesse est, quom τροχαῖον diuides:
Vis ἴαμβον? dic părēns. Vis tu τροχαῖον? Rōmă dic.
Hactenus vicissitudo vertitur δισυλλάβων·
Nam quater reciprocantur numerus & tempus duplex.

De octo pedibus trisyllabis.

Octo porro procreantur, quos vocant τρισυλλάβους.
Τρίβραχυν primo loquemur, tunc sequentur cæteri,
Vt pedes sibi recursent temporum aduersi vice:
Nanque huic aduersus ibit, qui tribus longis patet,
Hunc μολοσσὸν nominarunt, hunc & ἱππεῖον vocant:
Temporum tria ille habebit, iste duplo tenditur:
Quæ tamen quom partieris simpla duplis reddito.
Forma talis est minoris, ănĭmă quando dicimus.
Hic trilongus tunc sonabit, quando Rōmānōs loquor.
Qui breueis primas habebit, atque longam tertiam,
Is erit ἀνάπαιστος, vides quot iste pes sit temporum.
Versus hic nusquam vacillat: hoc suo reddam loco.
Huius exemplum tenebis, quando pŏpŭlōs nominas.
Δάκτυλον post hunc loquemur, nam priori aduersus est:
Ordinis situ repugnans, temporum consors modo.
Nam breues longam sequuntur, quando dico Rōmŭlŭs.

Horum vtrunque tempus æquum librat ἄρσιν cum θέσει.
Quom duas longas sequetur vna breuior syllaba,
Pes erit βακχεῖος, ἀντίβακχος autem tunc erit
Quom breuem primam locabis, & duas longas dein:
Nomina aut vertes vicissim, quum priorem dixeris
ἀντίβακχον, nominato qui redit contrarius.
Temporum mensura par est, bina ternis appara,
Vt pedum natura poscet ante, vel retro breuem.
Forma vt est Rōmānūs illi, sic Cătōnēs alteri.
Septimum pedem loquemur, quem vocant ἀμφίβραχυν,
Quom duæ breues vtrinque media longa ponitur:
Quale si velis ămōēnūs, aut ămīcūs dicere.
ἄρσις hinc sumat necesse est tria priora tempora,
Et θέσει relinquat vnum: vel licet vertas retro,
ἄρσις vno subleuetur, deprimat θέσις tria,
Par pari figura non est, pugnat vnum cum tribus:
Nec modum dupli rependit, nec tenetur sesquiplo.
Exigunt idcirco talem qui sequuntur musicam.
Pes adest supremus vnus octo de trisyllabis
ἀμφίμακρος, hunc priori perspicis contrarium:
Nam duæ longæ receptam continent intus breuem:
Rōmŭlōs si nominemus, āppŭlōs, aut dōrĭcōs:
Sesquiplo metimur istum, quinque nam sunt tempora:
Nunc duo ante, tria sequuntur, nunc tribus reddes duo,
Italum si quando mutat graius accentus sonum:
Appŭlōs nam quando dico, tunc in ἄρσει sunt duo,
Σωκράτην graius loquendo reddet in θέσει duo:
Creticum appellant eundem, forte cretieum genus
Quomodo ludos sub armis congruenteis sueeinat.
Primus iste pes loeatur his vbique in versibus:
Optimus pes & melodis, & pedestri gloriæ:
Plurimum oranteis decebit, quando pene in vltimo
Obtinet sedem, beatam terminet si clausulam
Δάκτυλος, σπονδεῖος, imam, nec τροχαῖον respuo.
Bacchicos vtrosque fugito, nec repellas τρίβραχυν.
Nam solet longam τροχαῖος soluere in duas breueis:
Vnde & appellant τροχαῖον, quem vocamus τρίβραχυν.
Plenius tractatur istud arte prosa rhetorum:
Nec minus frequens ἴαμβος τρίβραχυν ex se procreat:
Soluit & σπονδεῖος vnam quom propagat δάκτυλον
Quom prior soluetur, ædet dactylo contrarium.
ἀμφίμακρος sæpe primam, sæpe soluit tertiam:
Quin & ambas sæpe soluens, quinque eomponit breueis.
Versus est vt ille noster, quem probare debeo:
Regulam reddemus omnem debito metri loco.
Nulla enim non longa solui per duas breueis potest:
Dum suo pedi reseruet præstituta tempora,
Syllabarum nil nocebit longior progressio.

Carmen

Carmen ſotadicum ſeu ionicum a maiore
de duplicibus pedibus.

Nunc incipiam bis geminos pedes referre,
Quaſi ſi repetam (quos docui) διασυνάξεις iam:
Vnum vt faciant duo pariter pedes iugati.
Προκελευσματικὸς *primus erit, breueis habebit*
Hic quatuor omneis: duo quia ſunt pariambi:
Hunc efficiet mĭnŭtĭŭs vt quis vocitetur.
Verſum dabo, quo regula nota fiat omnis.

Anapæſticus verſus catalecticus.

Perit abit auipedis animula leporis.
Hunc nos pedibus ſcandere conuenit iugatis:
Et trimeter erit, τρίβραχυς *in fine reſiſtet:*
Παρίαμβον *habebit ſimul & ſemipedem imum:*
Κατάληξις *enim dicitur ea clauſula verſus,*
Detracta ſit vt quarta pedi ſyllaba quarto,
Quam ſyllaba, vel pes numeri datus minoris
Ita terminat, vt diſcrepet id quod inde praſtat.
Aduerſus huic, tempora bis quaterna ſumet,
Διισπόνδειος *hic dicitur, ecce nomine ipſo*
Debent duplici tempora ſinguli quaterna.
Rhythmis magis hic iugiter inuenitur aptus:
Anapæſtica nec non variantur inde metra:
Quaſi ſi duo ſint tempora, quia quaterna reddunt.
Quom prima breuis, longa dein, tertia longa,
Poſt quarta breuis ſyllaba continebit omnes,
Hunc promit ἴαμβος, *geminum facit* τροχαῖος,
Pes nomen habebit, quod in hoc referre metro
Longæ prohibent ordine tres ſimul locatæ:

Carmen heroicum.

Ἀντίσπαστον *enim mage lex heroica promet.*

Ionicum a maiore.

Eſt forma tărēntīnă velut mœnia dicas.
Claudunt medias quando breueis vtrinque longæ,
Eſt ante τροχαῖος, *ſequitur dehinc* ἴαμβος,
Idcirco gemellum vocitarunt χορίαμβον·
Nam qui χόριος *dicitur, &* τροχαῖος *idem eſt.*
Exemplar in iſto facile eſt locare verſu,
Si Rōmŭlĭdās dicere quis velit Quirites.
Sin prima breuis, longa ſequens, itemque rurſus
Sibi conſimiles ordine quo duas locaui,
Hunc rite vocant (quia geminatur) δίίαμβον.
Duplicemque τροχαῖον, διτρόχαιον·
Eſt forma prioris, quaſi ſi Cōrīnthĭōs quis,

Itidemque sequentis, quasi g.illicānē dicat,
Nunc reddo duos nomine quos ἰωνας ambos
Discrimine signant, dedit ordo quod locorum.
Longas siquidem quando prius locamus ambas,
Ac deinde breueis subdimus, ut putes priorem
Σπονδεῖον oriri, comitem mox πυρρίχιον,
Ἀπὸ μείζονος illum memorant ionicorum.
At qui breuibus praepositis, deinde longas
Acceperit ἀπ' ἐλάσσονος hunc iubent vocari:
Nomen tibi quid deligo, quo notes priorem,
Cum versibus istis totiens recurrat hic pes,
Longas geminat qui prius, & iugat minores?
Lāuiniā quom dicimus, haec tamen figura est:
Metrumque facit σωτάδιον quod vocitarunt.
Qui multa ferunt hoc pene σωτάδην locutum.
Ἀπ' ἐλάσσονος autem cui nomen indiderunt,
In nomine sic est Διομήδης. μέτρον autem
Non versibus istud, numero aut pedum coarctant,
Sed continuo carmine quia pedes gemelli
Urgent breuibus (tot numero iugando) longas,
Idcirco vocari voluerunt συνάφειαν.
Anapaestica fiunt itidem per συνάφειαν
Versus tamen & non minus inde comparatur,
Qui saepe pedes treis habeat: vel ille plureis,
Καταληκτικὰ quos syllaba terminat: frequenter
Solet integer anapaestus & in fine locari.
Ἀπ' ἐλάσσονος unquam numero non cohibetur,
Sensum quotiens terminat, aut carmina finit.
Longas ratio est ponere, non breueis in imo,
Pes integer ut sit geminus, simulq; in aure
Dulcem sonitum tempora longiora linquant.
Ἀπὸ μείζονος autem breuior quod est secundis,
Versus male ne desinat, adhibentur in imo
Quas prima pedis portio longas habet ambas:
Ita versus erit de tribus, & semipede uno:
Treis dico iugatos fieri, & semipedem unum.
Ut paeonici nominis ambo sint quaterni,
Is primus erit, longa cui locata prima est,
Quam continuo tres aliae breues sequuntur:
Tu pone τροχαῖον prius, & mox πυρρίχιον.
Cǣcĭlĭŭs erit consimilis pedis figura.
Παίωνα secundum faciet secunda longa,
Hinc fiet ἴαμβος prior, & δίβραχυς alter,
Dicat quasi si quis magis hunc Hŏrātĭŭs vult.
Hoc ordine fit tertius, ut sit πυρρίχιος
Prior, & socium post sibi copulet τροχαῖον.
Mĕnĕlāŭs ei nomen erit simile locatum.
Quartum quoniam quarta facit syllaba longa,

Subiun-

Subiungit ἴαμβον prior hic pes περίαμβος·
Apto similes nomine pelopide sonabunt.
Et ἐπίτριτος æque genus est peonicorum,
Totidem pedibus quia varius, tempore differt:
Septena etenim tempora singuli tenebunt:
Quem peonici possideant quina priores.
Quom prima breuis syllaba, longæ veniunt tres,
Hic primus habetur, pedibusque post secutis
Ex ordine sunt nomina, quem breues tenebunt.
Σπονδεῖος ἴαμβον sequitur quando priorem,
Si prima breuis, ἐπίτριτος hic primus habetur.
Migrante breui consequitur pedem τροχαῖον·
Idcirco secundus vocitatur alter hic pes,
Vt tertius ille est, breuis vbi tertia currit:
Σπονδεῖος in hoc fit prior, est sequens ἴαμβος.
Idemque manet, quom faciet quarto τροχαῖον,
Quartum quoniam perspicis hunc ἐπίτριτον esse.
Versus similes non sinit hic dari figuras,
Vt quibo tamen dispari li notabo metro.

Carmen ex bucolica cæsura & parte phalecii,
Acron archilocum vocat.

–vv –– –– –vv –v –v –v
–– –vv –vv –– ––

Primus ἀγῖλλινōs pes efficit, alter ἀρχιμήδων·
Iambicum trimetrum acatalecticum.
Δημοσθένης fit tertius: quarto loco
Heroicum.
Qui currit poterit quasi Δωδωναῖος haberi.
Ἄρσιν quoties in geminis θέσιν ve quæres,
Sex æqua pedes tempora diuidant oportet:
Binas pariles qui sibi syllabas habebunt:
Γένος ἰσομερικὸν bina dabit, sequens quaterna.
Quinena tenent tempora, terna partientur.
At quando genus funditur hoc ionicorum,
Longis dare nos tempora conuenit quaterna:
Et bina duabus breuibus dari necesse est.
Seruare vices admonet ordo longiorum:
Impar numerus pæonicis vtrisque coget
Aptare duobus tria, vel quaterna ternis:
Sesquata fere quod numeros pars secat istos.
Perspecta pedum regula si satis videtur,
Iam possumus ipsis animum applicare metris.

DE METRIS.

Carmen heroium & iambicum trimetrum alterna.

Hexametros tradit genitos duo prima vetustas,

Herous ille est, hunc vocant iambicum:
Nam pedibus senis constare videmus vtrunque:
Diuersa quanquam lex sit ambobus pedum.
Additur hec gemino non absona fabula metro:
Seu vera res est, spectet authorem fides.
Quum puer infestus premeret Pythona sagittis
Apollo, Delphici feruntur adcolæ
Hortantes acuisse animum bellantis: vt illos
Metus habebat, aut propinqua adorea,
Tendebat geminas pauida exclamatio voces,
Ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν.
Spondeis illum primo natum cernis sex.
Ex parte voces concitus læti dabant,
Ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν·
Et hinc pedum tot ortus est iambicus.
Hæc sibi quæque prius distinguere metra paramus:
Heroa primo, mox adire iambica,
Alterna ne quem impediat confusio silua.
Quæ lex sit ipsis, quæ sit his, quæ procreant,
Partibus adiectis, detractis, quæ varientur
Post hinc: deinde quanta compages nouos
Alternet, varietque modos: mutatio quantum
Commendet. etsi non valebo plurima,
Attingam vel pauca tamen: nam pandere prima
Prodest frequenter artium vestigia.
Vim propriam pedibus fida cito reddito mente,
Ne dum requiris, tarda sit despectio.
Spondeus (versum quo primum diximus ortum
Heroon) hexametris tuetur vim suam.
Nomine nunc proprio, nunc debita tempora reddens
Sub alterius consonat vocabulo.
E geminis longam soluet si quando sequentem,
Fit dactylus, trisyllabis tempus manet.
Si prior in geminas soluetur longa minores,
Tum pes recurret dactylo contrarius:
Tempora sed quanquam totidem defendat vterque,
Heroa fiunt pulchriora dactylo.
Hæc contra vitiant incurrentes anapæsti,
Post dactylum ne quatuor iungas breueis,
Post spondeum autem veniens, sic mutet oportet,
Vt iste versus iam docet legem metri.
Ergo spondeus plerunque in dactylon ibit,
Nec interest vel quo loco, vel quam frequens:
Nam sæpe alterni, gemini nunc, sæpius alter,
Species reformant plurimas in versibus,
Quas longum credo perscribere, quum sibi cunctas
Legendo possit adnotare quilibet.
Hoc sat erit monuisse, locis quod quinque frequenter

Iugem videmus inueniri dactylum.
Sed non & sextum pes hic sibi vendicat vnquam,
Nisi quando rhythmum, non metrum componimus.
Nanque metrum certiq; pedes, numerusq; coercent:
Dimensa rhythmum continet lex temporum.
Spondeus partem semper sibi vendicat imam:
Dat & trochæo qua dissyllabo locum.
Nec damnum importat, tria qui sua tempora subdit,
Quæ quatuor spondeus impleret magis:
Debita nam spatis recipit quasi tempora versus,
Dum iungit imis consequens exordium.
Omnibus in metris hoc iam retinere memento,
In fine non obesse pro longa breuem.
Præterea pes nullus erit quin rite locetur,
Laudem mereri si voles poeticam.
Hexametron dicunt, sed non heroicon omnem:
Nam sex pedes inesse non erit satis.
Leges quippe datas heroica carmina poscunt,
Queis acta Homerus heroum quom scriberet,
Versibus ostendit: quas æque sermo latinus
Custodit omnes, & pedes solos probat,
Quos supra posui: græcis & creticus aptus,
Bacchius etiam ponitur pro dactylo.
Creticus in nostris, si læuia carmina pangas,
Raro inuenitur: qualis hic Maronis est,
Insulæ Ionio in magno quas dira Celæno.
Creticus offendit pes primus, & asperat aures.
Dabo & latentem, sed notandum creticum,
Solus hicc inflexit sensus, nam primus & istic
Pes longiorem tertiam dat syllabam:
Cc geminum quoniam sermonis regula poscit,
Vt fiat: hicce plena vox (excluditur
Vocalis) dabitur: nec consona pellitur vlla:
Nisi quæ duabus obstat vna vocibus,
Quum venit in medium, vocesq; oblimat adhærens:
Bissenus istam literam monstrat locus.
Aut geminum in tali pronomine si fugimus cc,
Spondeus ille non erit, qui talis est:
Hoc illud germana fuit: sed &, hoc erat alma:
Iambus ille fiet, iste tribrachus.
His autem leges heroicus omnis habebit:
Quom post duos pedes relicta syllaba est,
Si plenum absoluet verbi, vel nominis instar,
Orationis ista vel quæ pars erit:
Hoc πενθημιμερὴς medium de quinque vocatur:
Hanc & tomen dixere: forma talis est,
Tityre tu patula, concludit syllaba nomen,
Duos pedes secta, quæ fit semipes.

Talis in heroo laudatur regula versu,
Locumq́; primum posi. det, quia prima fit.
Nec minus hanc laudant quæ dat mensura secundam,
Post tres pedes vt vna nomen terminet:
Hanc ἑφθημιμερῆ, numeri de parte vocarunt:
Quia tres pedes & vna, septem diuidunt:
Inde toro pater Æneas, exemplar habebis:
Post tres pedes reperta, nomen integrat.
Horum si nihil est, specta ne forte trochæus
Sit tertius, finemque det vocabulo:
Infandum regina, datur locus ecce trochæo,
Quem post duos pedes, videmus tertium.
Nec vitium medio in versu deprensus habebit,
Quem dactylum secuta faciet syllaba:
Nam sequitur regina iubes: prior inde trochæum
IV breuis secuta reddit dactylum.
Bes hinc quæ remanet, connectit cætera versus
Membra: at trochæus tantum erit nouissimus.
Et quartum tradunt simili ratione trochæum:
Exemplum at eius vix sed ipsi conlocant:
Nanq; ex prædictis pene est, vt regula quæuis
Inuenta versum comprobet: quem (si vacet)
Quandoq; vt quartum contingat habere trochæum.
Exemplar eius tale confici potest:
Quæ pax longa remiserat, arma nouare parabant:
Quartus trochæus arma fit, rarum est tamen.
Harum si nulla est species deprensa, magistri
Versum recusant, nec vocant heroicum.
Sed fortasse putes nullum contingere versum,
Quin vllam earum in regulam non incidat:
Rarum concedam, fieri non posse, negabo.
Apud Maronem talis incurrit mihi,
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile:
Species in istum nulla prædicta incidit.
Magnanimi Iouis, est etenim tantum geminus pes:
Sequiturque nullus qui probatur semipes:
Inde duas longas pes tertius efficit ingra,
Orationis plena nec pars additur.
Et quartus t' ascen, nec portio plena relicta est:
Et de sequens longam priorem perficit.
Quintum nulla iubet lex obseruare trochæum:
Nec est notandus vnus in tot millibus.
Hæ faciunt formæ variari plurima metra:
Quæ potero tangam, tu mihi leges tene.

De pentametro versu, qui & elegiacus dicitur.

Pentametrum dubitant quis primus finxerit author:

Qui-

Quidam non dubitant dicere Callinoum.
Hexametro quom quinque pedum subiungitur iste,
Partes heros dupliciter recipit,
Quas πενθημιμερὴς possit disiungere forma:
Has si quis geminet, pentametrum faciet.
Sed refert duo sint, an dactylus unus in illa:
Quom duo sunt, e idem bis repeti poterit.
Subiungam exemplum quo fiat planius istud:
Desine menalios, desine menalios.
Dactylus vt duplex, non bis sententia currat:
Desine menalios, Musa referre iocos:
Hoc nec prepositum peccat, nec parte sequenti:
Talis vtrique loco conuenit vna tome.
Si primo spondeus erit, tum dactylus alter
Stabit, comma prius non poterit repeti.
Talis erit versus hac portio, quam modo tracto:
Postquam res Asie, claudicat vt repetis.
Vt stet comma sequens, bis dactylus adsit oportet,
Postquam res Asia, desine menalios.
Dactylus in primo positus, spondeus adharens
Non oberit primis, officiet reliquis.
Exemplum ponam parti quod congruat isti:
Musa mihi causas, discrepat hoc iterum.
Dactylus ergo duplex redeat mihi parte sequenti:
Musa mihi causas, desine menalios.
Spondeum duplicem qua pars prior est bene sumet:
Peccat enim tantum posteriore tome.
Spondeos ante ergo dabis, pars catera curret:
O fortunati, desine menalios.
Pars prior ergo pedum admittet quencunque duorum,
Dactylus in reliqua bis repetendus erit.
Scandunt pentametrum, duo sint quasi commata, quidam,
Vt pedibus binis semipedes superent:
Hos sibi coniunctos spondeum reddere quintum:
Postquam res Asia, desine menalios.
At quidam in medio spondeum reddere malunt,
Semipedem & primum cum capite alterius
Iungunt, dactylico qua fit de commate, longa:
Inde duas promptum est sic remanere breues:
His longam adnectunt, qua dactylus incipit alter:
Cernis & hinc alias tot remanere breues:
Has ad semipedem iungunt in fine relictum,
Vltima nec refert longa sit, an ne breuis.
Sic spondeus erit medius, duo post anapæsti:
Postquam res Asia, desine menalios.
Idcirco primo curabis commate semper,
Ne breuis incurrens syllaba semipedis,
Spondeum mediis nequeat coniungere longis:

Et fiat talis, incipe menalios:
Nam lis quæ breuis est, iungat sibi siue supremam
Os, vel quæ prima est, ius caput hoc etenim est.
Quia nec producta est, geminat nec consona vires:
Spondeus minime pes, sed iambus erit.
Exemplum idcirco vocali a parte locaui,
Longa foret, ne lis incipe menalios.
Quidam (quia gemino constat de commate versus)
Cludere comma prius non timuere breui:
Vt sit pentameter talis, qualem modo fingo,
Hoc mihi tam grande munus habere datur:
Aut qualis supra versus peccare videtur,
Si fiet talis incipe menalios.
Nam referre nihil, sit qualis syllaba fini,
Commataque hoc ipsum iuris habere volunt:
Idcirco & verbo nunquam vno cola ligari,
Vt constet parti finis vtrique suus.
Nam vitiosus erit sic pentameter generatus,
Inter nostros gentilis oberrat equus:
Spondei duo sunt, quos dixi commate primo
Posse dari: verum syllaba quæ sequitur
Nec πενθημιμερῆ verbi cum fine relinquit:
Quæ data pentametris regula prima sonis:
Nec post, dactylico debet quæ commate iungi,
Esse caput versus dactylici patitur.
Hoc ipsum melius mutata parte coibit,
Gentilis nostros inter oberrat equus.
Tantam nostra nequit mensura absoluere litem:
Malo tamen longa cludere comma prius.
Hos elegos dixere, solet quod clausula talis,
Tristibus (vt tradunt) aptior esse modis.

De epodo, qui & semielegiacus.

Nec tantum hexametris geminam subiungere partem
Dactylicam mos est: sæpe semel posita,
Præmisso hexametro dulcem subnectit epodon:
Talis epodus erit.
Tibia docta precor tandem mihi dicere versus
Desine menalios.
Hoc doctum Archilochum tradunt genuisse magistri:
Tu mihi Flacce sat es,
Diffugere niues, redeunt iam gramina campis:
Arboribusque coma.

De anapæstico versu catalectico ex secunda parte heroici.

Cætera pars superest: Mea tibia dicere versus.
Hæc iuncta frequentius ædes

Ana-

Anapæstica dulcia metra.
Cuicunque libebit ita istos
Triplices dare sit anapæstos,
Atque ille poeta phaliscus,
Quom ludicra carmina pangit:
Vna vna sum, & vna phalerna:
Et ter feror, & quater anno.
Libro quoque dixit eodem:
Vnde vnde colonus eoa
A flumine venit oronti.
Erit vltima syllaba post tres,
Catalectica quæ perhibetur.
Necnon alias quoque binas,
Et tres superare solere.
Pes sit licet integer ipse,
Si non hunc regula poscet:
Catalecticon hoc genus omne,
Et semepedem vocitari,
Supra quoque iam meministi.
Mirum tibi nec videatur.
Spondeon inesse anapæstis:
Rex, & dominus, prior, ipse est:
Hic aduena sumptus, & hospes:
De fœdere temporis æqui
Quotiens locus expetet, vltro
Reddet sua iura priori.
Alias tamen hac eadem pars
Quotiens ithyphallicon addit,
Metrum sibi tale fit vnum.
Mea tibia dicere versus *Destitit latinos.*
Iamdudum saucia cura, *Deserit pudorem.*
Priamique euertere gentem, *Fata iam parabant.*
Ithyphallica porro dicarunt, *Musici poetæ:*
Qui ludicra carmina Baccho, *Versibus petulcis,*
Graio cum cortice phallo, *Tres dabant trochæos:*
Vt nomine sit sonus ipso, *Bacche, Bacche, Bacche.*

Anapæsticum de hexametro.
Hexametrum.

Hexametrum quotiens ita totum dactylus explet,
Vt nusquam in medio, sed sit spondeus in imo,
Siue trochæus erit: quom dempta est syllaba prima
Quæ demi poterit, reliqui fient anapæsti:
Vltimaque ex illis catalectica, quæ remanebit.
Dactylico tali facile est hoc noscere versu:
At tuba terribilem sonitum procul ære recuruo.
At coniunctio quæ solida est quom demitur inde,

Anapæsticum.

Ea formula fiet vt est anapæsticus iste:
Tuba terribilem sonitum procul ære recuruo:

Hexametrum.

Vltima no remanet, quia dempta est syllaba prima:
Dactylon in primo reddens, spondeon in imo.

Choriambicum phalæcium ex pentametro Hexametrū.

Nec non dactylico qui commate constat vtroque
Pentameter, metrum quod erit choriambicon edet:
Exemplum ponam, tunc fiat quatenus addam.

Pentametrum.

Nulla meo sedeat turba profana loco.
Dactylicon colis esse vides geminis,
Primum vt semipedem post, detur syllaba longa,
Siue est natura, seu fit ab adpositis,
Et quæ nunc breuis est, fiat penultima longa
Tempore productto, cætera permaneant?
Insere nulla meo, iam, produc pene supremam,
Qui locus ante fuit, lucus vt esse queat:
Efficies metrum nomen cui dant choriambo.
Nūllă mĕō iām sĕdĕāt tūrbă prŏfānă lūcō.
Præmonui chorion dici, quem sæpe trochæum

Pentametrum.

Dicimus: hic prior est, alter iambon habet:

Hexametrum.

Nulla meo pes efficitur geminatus vtroque:
Iam sedeat choriambos item: mox, turba profa, pes
Tertius accedit similis: pars illa, na luco,
Bacchius aduersus fiet pes nam breuis ante est,
Et gemina longa: fit catalexis in istum;
Quia non eiusdem generis deprensus in imo est,
Vt docui: nec enim cludit choriambus honeste.
Hoc Cereri metro cantasse Phalæcius hymnos
Dicitur: hinc metron dixere Phalæcion istud.
Nec non & memini pedibus quater his repetitis,
Hymnum Battiadem Phœbo cantasse, Iouiq;
Pastorem Branchum: quom captus amore pudico,
Fatidicas sortes docuit depromere Pæan.
Qui multos legere, negant hoc corpore metri
Romanos aliquid veteres scripsisse poetas.
Dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper,
Ancipitem tali cantauit carmine Ianum:

Choriambicum phalæcium.

Iane pater, Iane tuens, diue, biceps, biformis,
O cate rerum sator, o principium deorum,
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,

Cui

Cui reserata mugiunt aurea claustra mundi.
Ecce vides ta mugiunt esse duos iambos:
Temporibus nanque pares sæpe sibi vicissim
Cedere, vel tribrachyn admittere sæpe possunt.
Tibi vetus ara caluit ab o rigineo sacello:
Hic quoq; succedere sic tribrachyn adnotabis.
Longa quod est in geminas prima breues soluta.
Tibi similis nec minus alter a pede consequenti
Ra ca: monui iam satis has sæpe solere solui:
Pro chorio tribrachys hic bis datus inuenitur.
Nec minus hoc, ra caluit ab o rigineo sacello
Vt chorius soluitur, & tribrachys est iambus.

Anapæsticus archebulicus.

Anapæstus item quater, aditus hexametro,
Ita clauditur vt choriambicus antibaccho.
Faciet tibi perspicuum cito versus idem.

Hexametrum.

Dactylicus, modo qui potuit dare quinq; anapæstos.
At tuba terribilem sonitum dedit are recuruo.

Anapæsticus.

Anapæstus inest quater, vltimus antibacchos.
Similem dabo versiculum magis vt probetur.
Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit hœdus.

Hexametron.

Prima reponatur, redeat quoq; tertia fini:
Dactylicus tibi qui fuerat modo, iam referetur:
Nam tibi nascitur omne pecus , tibi crescit & hœdus.

Anapæsticus.

Generi datur author huic vetus Archebulus.

De carmine miuro: hexametrum illibatum.

Dactylici finem versus si cludat Iambus,
Hoc est pro longa breuis vt penultima fiat.

Miurum.

Auribus acciderit nouitas inopina, melius
Versus vt hic resonare potest, ita si cecineris:
Ite domum satura, venit hesperus, ite satura:
Nile pater propera, sitiunt sata, Nile propera.
Heus puer vt mea sint tibi vilia carmina, vides.
Si nusquam hoc aliquis lectum putat, ecce dabitur
Versus homericus ausonio resonans ita modo:
Quem μαίῳν achaica gens vocitare solita est:
Attoniti Troes viso serpente pauitant.
Liuius ille vetus graio cognomine, suæ
Inserit Inonis versu puto tale docimen:

Hexametrum illibatum, miuro præditum.

Præmisso heroo subiungit nanq; μύουρον
Hymnum quando chorus festo canit ore triuia:
Et iam purpureo suras include coturno,
Balteus & reuocet volucres in pectore sinus:
Pressaq; iam grauida crepitent tibi terga pharetra:
Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.
Dactylicum tamen hoc melius resonare poterit,

Hexametrum illibatum.

Si πενθημιμερὴς talis præmissa tome sit,
Quæ primo spondeon habet, mox dactylon addit:
Tum post semipedem veniant duo sine reuulsi
Incolumi sermone pedes, sine parte priorum:
Postquam res Asiæ veluti, tunc primus ab oris,

De carmine Hendecasyllabo ex penthemimeri & dipodia dactylica.

Fiet hendecasyllabos, sed alter:
Nanque hic de genere est phalæciorum,
Cuius mox tibi regulam loquemur.
Nunc hic talis erit versus, vt hic est:

Carmen ex penthemimeri & dipodia dactylica.

Postquam res Asiæ primus ab oris:
At regina graui saucia cura:
Sic fatur lachrymans, mittit habenas:
Et tandem Euboicis, labitur oris.
Istum semipedem prima sequentis
Spondeum medium reddit vtrinque:
Quartus dibrachys est, quintus in imo
Spondeum faciet siue trochæum.

De carmine ex dactylica hephthemimeri. Hexametrum.

Quum autem hephthemimeres fuerit diuisio versus,
In tragicis plerunq; choris deprenditur vnus
Insertus multis non vna lege creatis.
Fabula sic Euripidis inclyta monstrat Orestes:
Nam tali versu, (cunctis trepidantibus intus)
Argiuum fugiens eunuchus flagitat ensem.
Cætera non simili componit lege: sed aptos
Continuo trepidos plures connectit iambos.
Inserit hoc æque Pomponius in choricis sic,
Rhœtæis procul a terris: mox dispare versu
Subiecto, Priamique aras damnare pias: tum,
Obrue nos Danaosque simul: parilem dedit illi.

Non

Non equidem possum tot priscos nosse poetas,
Vt veterum exemplis valeam quæ tracto probare.
Maurus item quantos potui cognoscere Graios?
Quorum præcipue studiis pars musica constat.
Nemo tamen culpet si sumo exempla nouella:
Nam melius nostri seruarunt metra minores.
Septimius (docuit quo ruris opuscula libro)

Carmen ex dactylica hepthemimeri.

Hoc genere assidue cecinit.
Ponere pauca mihi sat erit.
Inquit amicus ager domino,
Si bene mi facias, memini.
Pinea brachia cum trepidant,
Audio canticulum zephyri.
Sic hephthemimeres seruauit carmine vtroque.
Hexametros facies ipsos si cætera reddas:
Inquit amicus ager domino, fere, plurima reddam.
Si bene mi facias, memini tibi soluere grates.
Pinea brachia quom trepidant stridentia flabris,
Audio canticulum zephyri modulante susurro.
Syllaba præterea numero superadditur isti:
Non refert qualis, quum sit suprema futura:
Hoc refert sane, breuis vt penultima fiat:
Vltima quæ metro fuit hoc inuenta Sereni.

Carmen phaliscum dactylicum tetrametrum.

Nam lyrici quotiens sua volunt
Carmina per varios dare sonos:
Pluribus illa modis ita nouant.
Dactylicum hoc fieri magis amat:
Vel si ponitur vnus alius
Pes, modo tertius hunc retineat.
Talia docta phalisca legimus:
Nam tibi notius hoc genus erit,
Carmine si quid ab hoc posuero.
Quando flagella iugas, ita iuga,
Vitis & vlmus vti simul eant:
Nam nisi sint paribus fruticibus,
Vmbra necat teneras amineas.
Quod tamen ex isto remanebit commate, tale est:
Arma virumq; cano Troiæ   Qui primus ab oris,
Multa quoque & bello passus   Dum conderet vrbem
Inde toro pater Aeneas   Sic orsus ab alto.

Carmen ionicum a maiore qui fiat Hexametrum.

Comma ad posterius versus si do pariambum,
Ipsum & rursus comma loco, ac sic expleo versum:
Fiet ionicon hoc ἀπὸ μείζονος, vt modo cernes,

Si pariambus ego aut modo vel puto (quem dabimus) fit,

Ionicum a maiore.

Qui primus ab oris, ego qui primus ab oris:
Dum conderet vrbem, modo dum conderet vrbem:
Sic orsus ab alto, puto sic orsus ab alto.
Iam porro tenes quod tibi dico bis locandum,
Non verba eadem dicere, sed pedes eosdem.
Tres ergo pedes perspicis in commate primo,
Spondeon enim subsequitur pes pariambus,
Spondeos item clausula fit commatis huius.
Hæc si repetens, talia cola copulabis,
Spondeus erit tertius, idem quoque quartus.
Dum conderet vrbem, dum conderet vrbem:
Cernis pariter quatuor adsonare longas:
Has si veniens in medium pes pariambus
Discriminet ipsas, (licet ex se tamen ambas)
Non hic erit extrinsecus intersitus illis:
Sed qui medius iam sedet in commate primo,
Dum conderet vrbem, medius fit pariambus:
Fiatque necesse est, iterum commate iuncto.
Ergo in medium rite datus cola ligabit:
Nanque efficit vt quæ modo cola dissidebant,
Alterna simul tempora dent bina quaternis.
Nunc redde mihi quod volo te tenere semper:
Longam in geminas sæpe breues solere solui.
Nam sæpe cadit dactylus hic, sæpe anapæstus:
Vt posterior syllaba, vel prior soluta est.
Cedit quoq; vel longa breui, breuisq; longæ:
Nam quæ vicibus tempora commodant, resumunt:
Miscentque trochæos sine fraude sæpe plures:
Spondeon enim duo faciunt, & pariambon
Versoque dabunt ordine & hi duos trochæos.
Nec tres modo, sed quinque etiam videbis esse.
Dabo versiculos quo tibi res magis probetur:
Vrbem tenuem fouent opum benignitate:
Hostem tegere est paratus, & stat ipse nudus:
Est vnus Ion hic datus, & quinque trochæi,
Vel quatuor insunt: quoniam suprema semper
Et longa breui sufficitur breuisque longæ.
Nil autem officiet temporibus vicissitudo.
Nec enim numero pendere metra syllabarum,
Sua sed pedibus tempora sufficit referre.
Sic tribrachus interuenit in locum trochæi:
Nam quo fuerint crebrius hi pedes minuti,
Vibrare sonum versiculos magis videmus.
Ἀπ' ἐλάσσονος autem ratione qua regatur,
Cum de pedibus dissererem satis probaui.

Ionicum

Ionicum a minore qui fiat.

Ionicum a maiore.

Sed quale metrum continuet, nunc referemus.
Dixi Diomedem pedis huius esse formam:
In carmine sic est Diomedem modo magnum.

Ionicum a minore tetrametrum.

Dea fecit dea belli dominatrix Phrygas omneis
Vt in armis superares, patulis agmina campis
Iacuerunt data leto: pauidi tergaque dantes.

A minore trimetrum.

Petierunt trepida mœnia Troiæ.

A minore pentametrum:

Simili lege sonantes numeros & Neobolæ dedit vno

A minore trimetrum:

Modulatus lepide carmine Flaccus:
Miserarum est neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lauere aut ex-

Ionicum a minore tetrametrum.

animari metuentes patruæ verbera linguæ.

A minore trimetrum.

Ita bine variantur, neque cedunt

A minore tetrametrum.

Repetita vice longa breuibus per synaphiam.

Ionicum a maiore.

Spondeus autem metron hoc locatus ante
Permutat, & ex hoc facit ἀπὸ μείζονος adi:
Duntaxat vt ipsum referat clausula versus,
Idemque caput præditus occupet sequentis:
Metron pedibus nanque tribus, semipedem aptat:
Ita si capiti demptus erit subinde solus:
Quem fecimus ex hoc ἀπὸ μείζονος videri:
ἀπ' ἐλάσσονος illam reuocabit synaphiam,
Binis breuibus quæ totidem iugare longas
Ex ordine semper solet, & tenere legem:
Non versus vt vllo numero pedum regatur,
Sed carminis orsum peragat debita finis.
Exemplar vtrunque ex facili sumere possis:
Sic additur, o quam miserarum est neque amori.
Quom demitur autem, miserarum est neque amori,
Ex hoc iterum (nos dare si breues volemus)
ἀπὸ μείζονος idem modo qui fuit, redibit.
Rarum est neque amori dare ludum neque dulci.
Spondeus erit terminus huius tibi versus:
Spondeus & alter caput occupat sequentis.
ἀπ' ἐλάσσονος immobilis omnis synaphia est.

Tetrametrus versus ex heroico qui fiat.

Hexametro duo quando pedes primi retrahuntur,
Ut sermo expletus, partes non occupet ambas,
Tetrametrus remanet versus, seu subditus hic est:
Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Aegon.
Cantabunt mihi quom dempsi, pars caetera restat,
Damœtas & Lyctius Aegon.
Talis carminibus Flacci reperitur epodos:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala tempe.
Nanque pedes primos versu si reddo secundo,
Integer hexametrus stabit, nec fiet epodus:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Si proficisceris aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apollini Delphos
Aspicies magis insignes, aut Thessala tempe.
Sic etiam ex versu partem quom demo Maronis:
Nosces vnde tibi tales geminentur epodi:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Damœtas & Lyctius Aegon.
At si quando pedes fini duo deminuentur,
Dum ne discidium verbi quarto pede fiat,
Hic quoque tetrameter similis remanere videtur:
Sed refert illo, versus quo portio prima est:
Ille sequens, aliaque simul quod lege tenetur:
Nanque hac sola potest carmen componere plenum:
Et subiecta aliis dulces absoluit epodos,
Vt mox ostendam: prior apta videtur epodis,
Vt dixi modo: Damœtas & Lyctius Aegon.

Carmen bucolicum.

Pastorale volet quom quis componere carmen,
Tetrametrum absoluat, cui portio demitur ima,
Quæ solido a verbo poterit connectere versum:
Bucolicum siquidem talem voluere vocari.
Plurimus hoc pollet Siculæ telluris alumnus:
Ne græcum immittam versum, mutabo latinum:
Dulce tibi pinus submurmurat, en tibi pastor
Proxima fonticulis, & tu quoque dulcia pangis.
Iugiter hanc legem toto prope carmine seruat.
Noster rarus eo pastor Maro, sed tamen, inquit,
Dic mihi, Damœta, cuium pecus? an Melibœi?
Non, verum Aegonis nuper mihi tradidit Aegon.
In tragicis iunxere choris hunc sæpe diserti,
Annaus Seneca, & Pomponius ante secundus.

Tetrametrum ex bucolico.

Tale dedit nobis Pomponius:

Pendeat ex humeris dulcis chelys,
Et numeros edat varios, quibus
Adsonet omne virens late nemus:
Et tortis errans qui flexibus.
Reddo pedes binos (qui nunc desunt) tetrametro:
Rursus de mutilo redit integer.
Pendeat ex humeris dulcis chelys apta choreis,
Et numeros edat varios quibus ecce propinquum
Adsonet omne virens late nemus, arvaque iuxta
Et tortis errans qui flexibus effugit amnis.

Aeolicum carmen sapphicum pentametrum qui fiat.

Hexametrum.

Aeolicum ex isto genuit doctissima Sappho,

Aeolicum.

Quod sit quinque pedum velut hos modo perspicis:
Nam addit primum illa dissyllabon vt libet:
Spondeum nec enim capiti locat omnium:
Sed quia mobilis hic locus, & chorion solet
Admiscere, dein quater addere dactylon:
Cordi quando fuisse sibi canit atthida
Paruam, florea virginitas sua quum foret,
Ille tetrametro datur ante, dissyllabus.
Caetera pars versus pedibus finita duobus,
Tale solet colon subiungere, Primus ab oris,
Continuasse pedes istos in carmine solos
Dicitur haec eadem praeclara poetria Sappho.

Carmen sapphicum, alias adonicum.

Fingere nobis
Tale licebit:
Primus ab oris
Troius heros,
Perdita flammis
Pergama linquens,
Exul in altum
Vela resoluit.
Saepe repulsus
Ausone terra
Moenia fessis
Sera locauit.
Vnde latinum
Post genus ortum,
Altaque magnae
Moenia Romae.

Hexametrum.

Pluribus idcirco paruis (vt notius esset)
Versiculis carmen condi potuisse peractum.
Caetera tetrametris reddemus, quando duobus
Conserta heroo pariterque loquemur iambo.

De carmine iambico.
Trochaicum.
Nunc seorsa iambi si qua possim colligam.
Iambicum.
Adesto iambe prepes, & tui tenax
Vigoris: adde concitum celer pedem:
Nec alterius indigens opis veni:
Sed ipse verus, integerque, gestiens,
Adusta felle qualis ante carmina
Dabas amarus, vltor impotens tui.
Vides vt icta verba rapiet impetus:
Breuemque crebra consequendo longula
Citum subinde voluat arctius sonum
Iambus, ipse sex enim locis manet,
Et inde nomen inditum est senario:
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quod pedes coniungimus:
Quae causa cogat, non morabor edere.
Nam mox poeta (ne nimis secans breuis
Lex haec iambi verba pauca admitteret,
Dum parua longam semper alterno gradu
Vrget, nec aptus exprimi verbis sinit
Sensus aperte dissidente regula)
Spondeon, & quos iste pes ex se creat,
Admiscuerunt, impari tamen loco.
Pedemque primum, tertium, quintum quoque
Iuuere paulo syllabis maioribus.
At qui cothurnis regios actus leuant,
Vt sermo pompa regiae capax foret,
Magis magisque latioribus sonis
Pedes frequentant, lege seruata tamen,
Dum pes secundus, quartus, & nouissimus,
Semper dicatus vni iambo seruiat:
Nam nullus alius ponitur, tantum solet
Temporibus aequus non repelli tribrachys.
Quid? non trochaeus temporum est aeque trium?
Est: sed trocheo longa prior syllaba,
Breuis autem iambo, longa post, cui non potest
Longam trochaeus subdere, & breuem suam
Breuis sequentis, qua fit hoc iambicum:
En cur iambo non trochaeus seruiat:
Qui metron ipse copulat trochaicum:
Praebetque nomen, vt loquemur postmodum.
Habetque & ipse subdititium tribrachyn:
Qui iure vtrique seruit, & subiunctus est.
Ecquis creatur, qui creare non potest?
Nam non ita, vt est longa dissolubilis,
Breues vicissim contrahi in longam valent.

Quia

Quia solida, findi magnitudo non vetat:
Diuisa iungi rursum in vnum non queunt.
Culpatur autem versus in tragœdiis,
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Vt ille contra qui secundo & talibus,
Spondeon, aut quem comparem receperit.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quæ loquuntur sumpta de vita putes,
Vitiant iambon tractibus spondaicis:
Et in secundo & cæteris æque locis.
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia:
Ne sint sonora verba consuetudinis,
Paulumque rursus a solutis differant.
Magis ista nostri (nam fere Græcis tenax
Cura est iambi, vel nouellis comicis)
Vel qui in vetusta præcluent comœdia.
Aristophanis ingens micat solertia,
Qui sæpe metris multiformibus nouis
Archilochon arte est æmulatus musica.
Sed paulo abimus longius: nunc hanc magis,
Heroicus quare pedes per singulos,
At iste binos scanditur, causam loquar.
Spondeon etenim quia recipit impari
Tantum loco, vel dactylum, aut contrarium:
Secundo iambum nos necesse est reddere,
Qui sedis huius iura semper obtinet:
Scandendo & illic ponere adsuetam moram:
Quam pollicis sonore, vel plausu pedis
Discriminare, qui docent artem, solent.
Si primus ergo pes eam sumet moram:
Vbi iam receptum est subdere heroos pedes,
Versum videbor non tenere iambicum.
Sed quia secundo nunquam iambus pellitur,
Moram necesse est in secundo reddere,
Et cæteris qui sunt secundo compares:
Vbi non timebo ne quis herous cadat:
Sic fit trimetrus qui fuit sexarius.
Nunc ipsa metra, quæ redegi, prosequar.
Iugi trimetro Flaccus vsus est semel,
Vt non epodum subderet, vel demeret,
Aut adderet, quo legem iambi verteret:
Sed simplici carmen per omne euectus est:
Quod esse notum versibus primis potest:
Iamiam efficaci do manus scientiæ:
Supplex & oro regna per Proserpinæ,
Vnumque carmen lege tali pertulit.

Quadratus iambicus qui fiat.

Sed hic trimetrus quando duplicem pedem
A capite sumet: tunc quadratus dicitur.
Idemque dictus est & octonarius.
Ergo ante versum collocabo iambicum.
Phaselus ille quem videtis hospites:
Quadratus iste talis effici potest,
Adest celer phaselus ille quem videtis hospites.

Trochaicus catalecticus qui fiat.

Si dempta prima syllaba adiecto pedi est,
Quem de duobus esse iambis perspicis:
Quod hinc remansit, creticum reddit pedem:
Est celer phaselus ille quem videtis hospites.
Quia prima quum sit dempta iambo duplici,
Longam relinqui conuenit post alterum
Manere iambum, qui breuem & longam suas
Iungens priori perficit dictum pedem.
Sic creticum si quis velit disiungere,
Fiet trochaeus, longa & vna syllaba.
Praecedet ergo quando cres iambicum,
Habet trochaeum, longam & vnam: quae sibi
Primam ex iambo dum sequenti copulat
Breuem, trochaeos esse iam duos vides,
Et longam iambi sic trochaei caeteri
Fient subinde longa dum breuem sibi
Trahit ex iambo, longa & alia linquitur:
Quae sibi vicissim copulans iungat breuem:
Voluendo totum cogat ordinem pedum:
Donec trochaeis restet vna in extimo,
Catalexis in quam fiet, vt iam diximus.
Nam cretici tres syllaba primo loco,
Bis sex iambi quindecim fiunt simul:
Sic numerus impar post trochaeos septiens
Habeat necesse est extimam superstitem.
Sed quia trochaeos tanquam iambos scandimus,
Vt sit trimetrum, tres erunt bini pedes.
Finem tenebit dactylus, vel creticus:
Trochaicum autem permanebit liberum,
Dum erit trimetrus ex iambis omnibus:

Trochaicus.

Est celer phaselus ille quem videtis hospites.

Iambicus.

Spondeos autem si sequetur creticum,
Habere primum quem potest iambicus,
(Nam primus ipse est separato cretico)
Vel tertio locetur, aut quinto pede:
Seriem trochaei iam labare perspicis:
Quia post trochaeum longa superant cretici,

Dum

Dum ex sequenti copulat longam sibi,
Vetat trochaeos ire iunctos ordine.
Sed qui retrecepit lex iambi dactylum,
Spondeon, aut qui dactylo est contrarius,
(Vt iam tenemus) imparis tamen loco:
Nunc, versu iambi qui pedum primus fuit,
Erit secundus anteeunte cretico:
Ex quo trochaeus tertium quia separat,
Hic de sequenti copulat longam alteram:
Spondeon esse post trochaeum propalam est,
Qui sic secundus trochaicis datur,
Iambicis vt impari solet loco.
Nec culpa metri est, si vel hoc vel talibus
Pes inseratur temporum est qui quatuor:
Dum prius ipse qui trochaicum facit,
Et tertio locetur & quinto pede.
Nam pes vterque quia sibi est contrarius,
Gaudet locorum dispari custodia.
Trochaeus ergo semper impari loco:
Parique iambus rite conlocabitur:
Nihil nocebit quisque curret caeteris,
Vt quodque metron lege condatur sua.
Ergo qui versus paratur integer trochaicus,
Cretico fiet remoto rectius idem iambicus.
Porro si talis locetur, qualis hic noster modo est,
Ter tibi spondeum hic semper secundum suggeret:
Cretico dabit remoto iam tibi hunc, sed imparem:
Talis locetur, qualis hic noster modo est:
Simulque iambos nunc suis reddet locis,
Quos in trochaeos retrouertit creticus.
Verum a magistris versus iste dicitur
Acephalus, idem qui trochaicus quoque:
Archilochus author traditur talis metri:
Sed iam pedum quum regulam distinguerem,
Longam resolui per duas dixi breues:
Ipsumque posse quinque totas creticum
Breues habere, quando longas solueris:
Est ergo & ille versus integer meus,
Quo quinque feci syllabarum creticum:
Is erit anapaestus, quinque post spondeus est.
Exempla ponam quae locasse Caesium
Libro notaui, quem dedit metris super.
Beatus ille qui procul negotiis.
Est creticus pes Sōcrătēs, & versus hic,
Sōcrătēs beatus ille qui procul negotiis:
Hinc soluo primam, tale fit, nec pes labat.
Dĭŏgĕnēs beatus ille qui procul negotiis.
Quom tertiam, ne tum quidem quicquam perit,

Dimōphile beatus ille qui procul negotiis.
Vtrasque qu[illegible]d sol[illegible]tus ne[illegible]ditur,
Quid igis agē, beatus ille qui procul negotiis.
Ambo hic tanto credo me tutum fore,
Et pro iambo nemo culpet tribrachyn.
Archilochus autem creticum sicut dedit:

Iambicus hipponacteus claudicans, qui fiat.

Aeque & trimetro iunxit Hipponax pedem
Nouissimum trisyllabum ex prima breui,
Longis duabus: antibacchio nomen est.
Exemplar eius tale possis fingere:
Phaselus ille quem videtis hospites sabinus:
Quadratus vt sit, parte ab ima claudicat:
Erit quadratus reddita nouissima:
Phaselus ille quem videtis hospites sabinus est.
Phaselus ergo quem videtis hospites sabinus,
Aeque est & ipse syllabarum quindecim,
Vt ille prima parte qui mulctatus est:
Sed iambicus manebit vnde & natus est:
Ille enim (quia prima pars ex cretico
Gignit trochaeum) transit in trochaicum:
Hic ex iambis natus ad finem quoque
Manebit idem, veniat externus licet
Pes antibacchus, non erit dispar tamen:
Nanque est iambus tertiam longam trahens.
Sic ergo versus ex iambis prosatus,
Suis iambis iungit inde septimum:
Et hunc & illum terminabit semipes:
Vel quia est trimetrus, antibaccho desinet.
Frequens in vsu est tale metron comicis vetustis:
Atella, vel queis fabulis actus dedit petulcos,
Quia fine molli, labile, atque deferens vigorem,
Sonum ministrat congruentem motibus iocosis.

Alius iambicus Hipponacteus claudicans.

Claudum trimetrum fecit aliter Hipponax,
Ad hunc modum, quo claudicant & hi versus:
Idcirco graece nuncupatus est σκάζων.
Hic non iambum reddidit pedem sextum,
Penultimam sed pro breui trahit longam,
Nouitate ductus, non vt inscius legis.
Sed quia iugatos scandimus pedes istos,
Paona fieri perspicis pedem in fine:
Epitritos nam primus implet hanc partem:
Breuis locata cum sit ante tres longas.
Quare cauendum est ne licentia sueta

Spondeon,

Atque iambicon hoc, struunt sorores.
Complere poterunt vtroque metro,
Carmen Pierides pangunt memorabile Musæ,
Struunt sorores Attica dirum nefas.
Hæc diuisio prima computetur.

De secunda tome hendecasyllabi.

Atque nunc pedibus duobus orta
Sermonem cohibet, nec exit vltra,
Sicut semipedem prior trahebat:
Coniungit sibi phalæcos trochæos,
Vt dixi modo, Bacche, Bacche, Bacche.
Tum versum videas senare talem,
Pangunt carmina iam nouem sorores.
Nam si quatuor his pedes duobus
Adest, hexameter profecto fiet,
Pangunt carmina tergemina memoranda sorores:
Post hoc phalæca de tribus trochæis
Pars est cætera, iam nouem sorores.

De tertia tome hendecasyllabi.

Exin tertia melius patescit:
Carmen Pierides dabunt sorores:
Nam quum dempsero versui, sorores,
Carmen Pierides dabunt, manebit:
Carmen Pierides dabunt,
Hoc metrum choriambicum est,
Quod pars bacchiacum vocant.
Hinc primas capiti duas,
Nec non & totidem vltimas,
Excrementa magis putant,
Nec ducunt numero pedum:
Sunt hæc, carmen, itidem dabunt.
Solum Pierides manet,
Quod reddit geminum pedem,
Dicunt quem choriambicon:
Quia longam sequitur breuis,
Claudit longa breuem alteram:
Nam dei longa sit, altera
Iuncta post sibi consona.
Sic ponunt medium pedem
Primas inter & vltimas,
Carmen Pierides dabunt.
Pars prima hic variè solet
Spondeum modo sumere:
Idem sæpe & iambus est:
Hoc de Septimii potes
Iunctis noscere versibus:
Geritque intus in oppidum
Anhelos Panope greges.

Si pariambus ego aut modo vel puto (quem dabimus) sit,

Ionicum a maiore.

Qui primus ab oris, ego qui primus ab oris:
Dum conderet vrbem, modo dum conderet vrbem:
Sic orsus ab alto, puto sic orsus ab alto.
Iam porro tenes quod tibi dico bis locandum,
Non verba eadem dicere, sed pedes eosdem.
Tres ergo pedes perspicis in commate primo,
Spondeon enim subsequitur pes pariambus,
Spondeos item clausula fit commatis huius.
Hæc si repetens, talia cola copulabis,
Spondeus erit tertius, idem quoque quartus.
Dum conderet vrbem, dum conderet vrbem:
Cernis pariter quatuor adsonare longas:
Has si veniens in medium pes pariambus
Discriminet ipsas, (licet ex se tamen ambas)
Non hic erit extrinsecus interfitus illis:
Sed qui medius iam sedet in commate primo,
Dum conderet vrbem, medius fit pariambus:
Fiatque necesse est, iterum commate iuncto.
Ergo in medium rite datus cola ligabit:
Nanque efficit vt quæ modo cola dissidebant,
Alterna simul tempora dent bina quaternis.
Nunc redde mihi quod volo te tenere semper:
Longam in geminas sæpe breues solere solui.
Nam sæpe cadit dactylus hic, sæpe anapestus:
Vt posterior syllaba, vel prior soluta est.
Cedit quoq; vel longa breui, breuisq; longæ:
Nam quæ vicibus tempora commodant, resumunt:
Miscentque trochæos sine fraude sæpe plures:
Spondeon enim duo faciunt, & pariambon
Versoque dabunt ordine & hi duos trochæos.
Nec tres modo, sed quinque etiam videbis esse.
Dibo versiculos quo tibi res magis probetur.
Vrbem tenuem fouent opum benignitate:
Hostem tegere est paratus, & stat ipse nudus:
Est vnus Ion hic datus, & quinque trochæi,
Vel quatuor insunt: quoniam suprema semper
Et longa breui sufficitur breuisque longa.
Nil autem officiet temporibus vicissitudo.
Nec enim numero pendere metra syllabarum,
Sua sed pedibus tempora sufficit referre.
Sic tribrachus interuenit in locum trochæi:
Nam quo fuerint crebrius hi pedes minuti,
Vibrare sonum versiculos magis videmus.
Ἀπ' ἐλάσσονος autem ratione qua regatur,
Cuum de pedibus differerem satis probaui.

Ionicum

Ionicum a minore qui fiat.
Ionicum a maiore.

Sed quale metrum continuet, nunc referemus.
Dixi Diomedem pedis huius esse formam:
In carmine sic est Diomedem modo magnum.

Ionicum a minore tetrametrum.

Dea fecit dea belli dominatrix Phrygas omneis
Vt in armis superaret, patulis agmina campis
Iacuerunt data leto: pauidi tergaque dantes.

A minore trimetrum.

Petierunt trepida mœnia Troiæ.

A minore pentametrum.

Simili lege sonantes numeros & Neobolæ dedit vno

A minore trimetrum.

Modulatus lepide carmine Flaccus:
Miserarum est neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lauere aut ex-

Ionicum a minore tetrametrum.

animari metuentes patruæ verbera linguæ.

A minore trimetrum.

Ita bine variantur, neque cedunt

A minore tetrametrum.

Repetita vice longa breuibus per synaphiam.

Ionicum a maiore.

Spondeus autem metron hoc locatus ante
Permutat, & ex hoc facit ἀπὸ μείζονος adi:
Duntaxat vt ipsum referat clausula versus,
Idemque caput preditus occupet sequentis:
Metron pedibus nanque tribus, semipedem aptat:
Ita si capiti demptus erit subinde solus:
Quem fecimus ex hoc ἀπὸ μείζονος videri:
ἀπ' ἐλάσσονος illam renocabit synaphiam,
Binis breuibus quæ totidem iugare longas
Ex ordine semper solet, & tenere legem:
Non versus vt vllo numero pedum regatur,
Sed carminis orsum peragat debita finis.
Exemplar vtranque ex facili sumere possis:
Sic additur, o quam miserarum est neque amori.
Quom demitur autem, miserarum est neque amori,
Ex hoc iterum (nos dare si breues volemus)
ἀπὸ μείζονος idem modo qui fuit, redibit.
Rarum est neque amori dare ludum neque dulci.
Spondeus erit terminus huius tibi versus:
Spondeus & alter caput occupat sequentis.
ἀπ' ἐλάσσονος immobilis omnis synaphia est.

Tetrametrus versus ex heroico qui fiat.

Hexametro duo quando pedes primi retrahuntur,
Ut sermo expletus, partes non occupet ambas,
Tetrametrus remanet versus, seu subditus hic est:
Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Aegon.
Cantabunt mihi quom dempsi, pars caterarestat,
Damœtas & Lyctius Aegon.
Talis carminibus Placci reperitur epodos:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala tempe.
Nanque pedes primos versu si reddo secundo,
Integer hexametrus stabit, nec fiet epodus:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Si proficiscaris aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apollini Delphos
Aspicies magis insignes, aut Thessala tempe.
Sic etiam ex versu partem quom demo Maronis:
Nosces unde tibi tales geminentur epodi:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Damœtas & Lyctius Aegon.
At si quando pedes fini duo deminuentur,
Dum ne discidium verbi quarto pede fiat,
Hic quoque tetrameter similis remanere videtur:
Sed refert illo, versus quo portio prima est:
Ille sequens, aliaque simul quod lege tenetur:
Nanque hac sola potest carmen componere plenum:
Et subiecta aliis dulces absoluit epodos,
Vt mox ostendam: prior apta videtur epodis,
Vt dixi modo: Damœtas & Lyctius Aegon.

Carmen bucolicum.

Pastorale volet quom quis componere carmen,
Tetrametrum absoluat, cui portio demitur ima,
Quæ solido a verbo poterit connectere versum:
Bucolicum siquidem talem voluere vocari.
Plurimus hoc pollet Sicula telluris alumnus:
Ne gracum immittam versum, mutabo latinum:
Dulce tibi pinus submurmurat, en tibi pastor
Proxima fonticulis, & tu quoque dulcia pangis.
Iugiter hanc legem toto prope carmine seruat.
Noster rarus eo pastor Maro, sed tamen, inquit,
Dic mihi, Damœta, cuium pecus? an Melibœi?
Non, verum Aegonis nuper mihi tradidit Aegon.
In tragicis iunxere choris hunc sæpe diserti,
Annæus Seneca, & Pomponius ante secundus.

Tetrametrum ex bucolico.

Tale dedit nobis Pomponius:

Pendeat

Pendeat ex humeris dulcis chelys,
Et numeros edat varios, quibus
Adsonet omne virens late nemus:
Et tortis errans qui flexibus.
Reddo pedes binos (qui nunc desunt) tetrametro:
Rursus de mutilo redit integer.
Pendeat ex humeris dulcis chelys apta choreis,
Et numeros edat varios quibus ecce propinquum
Adsonet omne virens late nemus, arvaque iuxta
Et tortis errans qui flexibus effugit amnis.

Aeolicum carmen sapphicum pentametrum qui fiat.

Hexametrum.

Aeolicum ex isto genuit doctissima Sappho,

Aeolicum.

Quod fit quinque pedum velut hos modo perspicis:
Nam addit primum illa dissyllabon ut libet:
Spondeum nec enim capiti locat omnium:
Sed quia mobilis hic locus, & chorion solet
Admiscere, dein quater addere dactylon:
Cordi quando fuisse sibi canit atthida
Parvam, florea virginitas sua quum foret,
Ille tetrametro datur ante, dissyllabus.
Caetera pars versus pedibus finita duobus,
Tale solet colon subiungere, Primus ab oris,
Continuasse pedes istos in carmine solos
Dicitur hac eadem praeclara poetria Sappho.

Carmen sapphicum, alias adonicum.

Fingere nobis
Tale licebit:
Primus ab oris
Troius heros,
Perdita flammis
Pergama linquens,
Exul in altum
Vela resoluit.
Saepe repulsus
Ausone terra
Moenia fessis
Sera locavit.
Unde latinum
Post genus ortum,
Altaque magna
Moenia Romae.

Hexametrum.

Pluribus idcirco parvis (ut notius esset)
Versiculis carmen condi potuisse peractum.
Caetera tetrametris reddemus, quando duobus
Conserta heroo pariterque loquemur iambo.

De carmine iambico.

Trochaicum.

Nunc seorsa iambi si qua possam colligam.

Iambicum.

Adesto iambe prepes, & tui tenax
Vigoris: adde concitum celer pedem:
Nec alterius indigens opis veni:
Sed ipse verus, integerque, gestiens,
Adusta felle qualis ante carmina
Dabas amarus, vltor impotens tui.
Vides vt ista verba rapiet impetus:
Breuemque crebra consequendo longula
Citum subinde voluat arctius sonum
Iambus, ipse sex enim locis manet,
Et inde nomen inditum est senario:
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quod pedes coniungimus:
Quæ causa cogat, non morabor edere.
Nam mox poetæ (ne nimis secans breuis
Lex hæc iambi verba pauca admitteret,
Dum parua longam semper alterno gradu
Vrget, nec aptus exprimi verbis fiat
Sensus aperte diffidente regula)
Spondeon, & quos iste pes ex se creat,
Admiscuerunt, impari tamen loco.
Pedemque primum, tertium, quintum quoque
Iuuere paulo syllabis maioribus.
At qui cothurnis regios actus leuant,
Vt sermo pompæ regiæ capax foret,
Magis magisque latioribus sonis
Pedes frequentant, lege seruata tamen,
Dum pes secundus, quartus, & nouissimus,
Semper dicatus vni iambo seruiat:
Nam nullus alius ponitur, tantum solet
Temporibus æquus non repelli tribrachys.
Quid? non trochæus temporum est æque trium?
Est: sed trochæo longa prior syllaba,
Breuis autem iambo, longa post, cui non potest
Longam trochæus subdere, & breuem suam
Breuis sequentis, qua fit hoc iambicum:
En cur iambo non trochæus seruiat:
Qui metron ipse copulat trochaicum:
Præbetque nomen, vt loquemur postmodum.
Habetque & ipse subdititium tribrachyn:
Qui iure vtrique seruit, & subiunctus est.
Ecquis creatur, qui creare non potest?
Nam non ita, vt est longa dissolubilis,
Breues vicissim contrahi in longam valent.

Quia

Quia solida, findi magnitudo non vetat:
Diuisa iungi rursum in unum non queunt.
Culpatur autem versus in tragœdiis,
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Vt ille contra qui secundo & talibus,
Spondeon, aut quem comparem receperit.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quæ loquuntur sumpta de vita putes,
Vitiant iambon tractibus spondaicis:
Et in secundo & ceteris æque locis.
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia:
Ne sint sonora verba consuetudinis,
Paulumque rursus a solutis different.
Magis ista nostri (nam fere Græcis tenax
Cura est iambi, vel nouellis comicis)
Vel qui in vetusta præcluent comœdia.
Aristophanis ingens micat solertia,
Qui sæpe metris multiformibus nouis
Archilochon arte est æmulatus musica.
Sed paulo abimus longius: nunc hanc magis,
Heroicus quare pedes per singulos,
At iste binos scanditur, causam loquar.
Spondeon etenim quia recipit impari
Tantum loco, vel dactylum, aut contrarium:
Secundo iambum nos necesse est reddere,
Qui sedis huius iura semper obtinet:
Scandendo & illic ponere adsuetam moram:
Quam pollicis sonore, vel plausu pedis
Discriminare, qui docent artem, solent.
Si primus ergo iis eam sumet moram:
Vbi iam receptum est subdere heroos pedes,
Versum videbor non tenere iambicum.
Sed quia secundo nunquam iambus pellitur,
Moram necesse est in secundo reddere,
Et ceteris qui sunt secundo compares:
Vbi non timebo ne quis herous cadat:
Sic fit trimetrus qui fuit senarius.
Nunc ipsa metra, quæ redegi, prosequar.
Iugi trimetro Flaccus vsus est semel,
Vt non epodum subderet, vel demeret,
Aut adderet, quo legem iambi verteret:
Sed simplici carmen per omne euectus est:
Quod esse notum versibus primis potest:
Iamiam efficaci do manus scientiæ:
Supplex & oro regna per Proserpinæ,
Vnumque carmen lege tali pertulit.

Anapæsticum.

Ea formula fiet vt est anapæsticus iste:
Tuba terribilem sonitum procul ære recuruo:

Hexametrum.

Vltima uo remanet, quia dempta est syllaba prima:
Dactylon in primo reddens, spondeon in imo.

Choriambicum phalæcium ex pentametro Hexametrũ.

Nec non dactylico qui commate constat vtroque
Pentameter, metrum quod erit choriambicon edet:
Exemplum ponam, tunc fiat quatenus addam.

Pentametrum.

Nulla meo sedeat turba profana loco.
Dactylicon colis esse vides geminis,
Primum vt semipedem post, detur syllaba longa,
Siue est natura, seu fit ab adpositis,
Et quæ nunc breuis est, fiat penultima longa
Tempore productio, cætera permaneant?
Insere nulla meo, iam produc pene supremam,
Qui locus ante fuit, lucus vt esse queat:
Efficies metrum nomen cui dant choriambo.
Nūllă mĕō iăm sĕdĕāt tŭrbă prŏfānă lūcō.
Præmonui chorion dici, quem sæpe trochæum

Pentametrum.

Dicimus: hic prior est, alter iambon habet:

Hexametrum.

Nulla meo pes efficitur geminatus vtroque:
Iam sedeat choriambos item: mox, turba profa, pes
Tertius accedit similis: pars illa, na luco,
Bacchius aduersus fiet pes nam breuis ante est,
Et gemina longa: fit catalexis in istum,
Quia non eiusdem generis deprensus in imo est,
Vt docui: nec enim cludit choriambus honeste.
Hoc Cereri metro cantasse Phalæcius hymnos
Dicitur: hinc metron dixere Phalæcion istud.
Nec non & memini pedibus quater his repetitis,
Hymnum Battiadem Phœbo cantasse, Iouiq;
Pastorem Branchum: quom captus amore pudico,
Fatidicas sortes docuit depromere Pæan.
Qui multos legere, negant hoc corpore metri
Romanos aliquid veteres scripsisse poetas.
Dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper,
Ancipitem tali cantauit carmine Ianum:

Choriambicum phalæcium.

Iane pater, Iane tuens, diue, biceps, biformis,
O cate rerum sator, o principium deorum,
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,

Cui

Cui reſerata mugiunt aurea clauſtra mundi.
Ecce vides ta mugiunt eſſe duos iambos:
Temporibus nanque pares ſæpe ſibi viciſſim
Cedere, vel tribrachyn admittere ſæpe poſſunt.
Tibi vetus ara caluit ab origineo ſacello:
Hic quoq; ſuccedere ſic tribrachyn adnotabis,
Longa quod eſt in geminas prima breues ſoluta.
Tibi ſimilis nec minus alter a pede conſequenti
Ra carmonui iam ſatis has ſæpe ſolere ſolui:
Pro chorio tribrachys hic bis datus inuenitur.
Nec minus hoc, ra caluit ab origineo ſacello
Vt chorius ſoluitur, & tribrachys eſt iambus.

Anapæſticus archebulicus.

Anapæſtus item quater, aditus hexametro,
Ita clauditur vt choriambicus antibaccho.
Faciet tibi perſpicuum cito verſiu idem.

Hexametrum.

Dactylicus, modo qui potuit dare quinq; anapæſtos.
At tuba terribilem ſonitum dedit ære recuruo.

Anapæſticus.

Anapæſtus ineſt quater, vltimus antibacchos.
Similem dabo verſiculum magis vt probetur.
Tibi naſcitur omne pecus, tibi creſcit hœdus.

Hexametron.

Prima reponatur, redeat quoq; tertia fini:
Dactylicus tibi qui fuerat modo, iam referetur:
Nam tibi naſcitur omne pecus, tibi creſcit & hœdus.

Anapæſticus.

Generi datur author huic vetus Archebulus.

De carmine miuro: hexametrum illibatum.

Dactylici finem verſus ſi cludat Iambus,
Hoc eſt pro longa breuis vt penultima fiat.

Miurum.

Auribus acciderit nouitas inopina, melius
Verſus vt hic reſonare poteſt, ita ſi cecineris:
Ite domum ſaturæ, venit heſperus, ite ſaturæ:
Nile pater propera, ſitiunt ſata, Nile propera.
Heus puer vt mea ſint tibi vilia carmina, vides.
Si nuſquam hoc aliquis lectum putat, ecce dabitur
Verſus homericus auſonio reſonans ita modo:
Quem μείουρον achaica gens vocitare ſolita eſt:
Attoniti Troes viſo ſerpente pauitant.
Liuius ille vetus graio cognomine, ſuæ
Inſerit Inonis verſu puto tale docimen:

Hexametrum illibatum, miuro præditum.

Præmisso heroo subiungit nanq; μύουρον
Hymnum quando chorus festo canit ore triuiæ:
Et iam purpureo suras include coturno,
Balteus & reuocet volucres in pectore sinus:
Pressaq; iam grauida crepitent tibi terga pharetra:
Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.
Dactylicum tamen hoc melius resonare poterit,

Hexametrum illibatum.

Si πενθημιμερὴς talis præmissa tome sit,
Quæ primo spondeon habet, mox dactylon addit:
Tum post semipedem veniant duo sine reuulsi
Incolumi sermone pedes, sine parte priorum:
Postquam res Asiæ veluti, tunc primus ab oris,

De carmine Hendecasyllabo ex penthemimeri & dipodia dactylica.

Fiet hendecasyllabos, sed alter:
Nanque hic de genere est phalaeciorum,
Cuius mox tibi regulam loquemur.
Nunc hic talis erit versus, vt hic est:

Carmen ex penthemimeri & dipodia dactylica.

Postquam res Asiæ primus ab oris
At regina graui saucia cura:
Sic fatur lachrymans, mittit habenas:
Et tandem Euboicis labitur oris.
Istum semipedem prima sequentis
Spondeum medium reddit vtrinque:
Quartus dibrachys est, quintus in imo
Spondeum faciet siue trochæum.

De carmine ex dactylica hephthemimeri. Hexametrum.

Quum autem hephthemimeres fuerit diuisio versus,
In tragicis plerunq; choris deprenditur vnus
Insertus multis non vna lege creatis.
Fabula sic Euripidis inclyta monstrat Orestes:
Nam tali versu (cunctis trepidantibus intus)
Argiuum fugiens eunuchus flagitat ensem.
Cætera non simili componit lege: sed aptos
Continuo trepidos plures connectit iambos.
Inserit hoc æque Pomponius in choricis sic,
Rhœteis procul a terris: mox dispare versu
Subiecto, Priamique aras damnare pias: tum,
Obrue nos Danaosque simul: parilem dedit illi.

Non

Non equidem possum tot priscos nosse poetas,
Ut veterum exemplis valeam quæ tracto probare.
Maurus item quantos potui cognoscere Graios?
Quorum præcipue studiis pars musica constat.
Nemo tamen culpet si sumo exempla nouella:
Nam melius nostri seruarunt metra minores.
Septimius (docuit quo ruris opuscula libro)

Carmen ex dactylica hepthemimeri.

Hoc genere assidue cecinit.
Ponere pauca mihi sat erit.
Inquit amicus ager domino,
Si bene mi facias, memini.
Pinea brachia cum trepidant,
Audio canticulum zephyri.
Sic hephthemimeres seruauit carmine vtroque.
Hexametros facies ipsos si cætera reddas:
Inquit amicus ager domino, fere, plurima reddam.
Si bene mi facias, memini tibi soluere grates.
Pinea brachia quom trepidant stridentia flabris,
Audio canticulum zephyri modulante susurro.
Syllaba præterea numero superadditur istis:
Non refert qualis, quum sit suprema futura:
Hoc refert sane, breuis vt penultima fiat:
Vltima quæ metro fuit hoc inuenta Sereni.

Carmen phaliscum dactylicum tetrametrum.

Nam lyrici quotiens sua volunt
Carmina per varios dare sonos:
Pluribus illa modis ita nouant.
Dactylicum hoc fieri magis amat:
Vel si ponitur vnus alius
Pes, modo tertius hunc retineat.
Talia docta phalisca legimus:
Nam tibi notius hoc genus erit,
Carmine si quid ab hoc posuero.
Quando flagella iugas, ita iuga,
Vitis & vlmus uti simul eant:
Nam nisi sint paribus fruticibus,
Vmbra necat teneras amineas.
Quod tamen ex isto remanebit commate, tale est:
Arma virumque cano Troiæ   Qui primus ab oris,
Multa quoque & bello passus   Dum conderet vrbem
Inde toro pater Aeneas   Sic orsus ab alto.

Carmen ionicum a maiore qui fiat Hexametrum.

Comma ad posterius versus si do pariambum,
Ipsum & rursus comma loco, ac sic expleo versum:
Fiet ionicon hoc ἀπὸ μείζονος, vt modo cernes,

Si pariambus ego aut modo vel puto (quem dabimus) sit,

Ionicum a maiore.

Qui primus ab oris, ego qui primus ab oris:
Dum conderet vrbem, modo dum conderet vrbem:
Sic orsus ab alto, puto sic orsus ab alto.
Iam porro tenes quod tibi dico bis locandum,
Non verba eadem dicere, sed pedes eosdem.
Tres ergo pedes perspicis in commate primo,
Spondeon enim subsequitur pes pariambus,
Spondeos item clausula fit commatis huius.
Hæc si repetens, talia cola copulabis,
Spondeus erit tertius, idem quoque quartus.
Dum conderet vrbem, dum conderet vrbem:
Cernis pariter quatuor adsonare longas:
Has si veniens in medium pes pariambus
Discriminet ipsas, (licet ex se tamen ambas)
Non hic erit extrinsecus interstitus illis:
Sed qui medius iam sedet in commate primo,
Dum conderet vrbem, medius fit pariambus:
Fiatque necesse est, iterum commate iuncto.
Ergo in medium rite datus cola ligabit:
Nanque efficit vt quæ modo cola dissidebant,
Alterna simul tempora dent bina quaternis.
Nunc redde mihi quod volo te tenere semper:
Longam in geminas sæpe breues solere solui.
Nam sæpe cadit dactylus hic, sæpe anapæstus:
Vt posterior syllaba, vel prior soluta est.
Cedit quoq; vel longa breui, breuisq; longæ:
Nam quæ vicibus tempora commodant, resumunt:
Miscentque trochæos sine fraude sæpe plures:
Spondeon enim duo faciunt, & pariambon
Versoque dabunt ordine & hi duos trochæos.
Nec tres modo, sed quinque etiam videbis esse.
Dabo versiculos quo tibi res magis probetur:
Vrbem tenuem fouent opum benignitate:
Hostem tegere est paratus, & stat ipse nudus:
Est vnus Ion hic datus, & quinque trochæi,
Vel quatuor insunt: quoniam suprema semper
Et longa breui sufficitur breuisque longa.
Nil autem officiet temporibus vicissitudo.
Nec enim numero pendere metra syllabarum,
Sua sed pedibus tempora sufficit referre.
Sic tribrachys interuenit in locum trochæi:
Nam quo fuerint crebrius hi pedes minuti,
Vibrare sonum versiculos magis videmus.
Ἀπ' ἐλάσσονος autem ratione qua regatur,
Cum de pedibus dißererem satis probaui.

Ionicum

Ionicum a minore qui fiat.
Ionicum a maiore.

Sed quale metrum continuet, nunc referemus.
Dixi Diomedem pedis huius esse formam:
In carmine sic est Diomedem modo magnum.

Ionicum a minore tetrametrum.
Deafecit dea belli dominatrix Phrygas omneis
Vt in armis superaret, patulis agmina campis
Iacuerunt data leto: pavidi tergaque dantes.

A minore trimetrum.
Petierunt trepida mœnia Troie.

A minore pentametrum:
Simili lege sonantes numeros & Neoboie dedit vno

A minore trimetrum.
Modulatus lepide carmine Flaccus:
Miserarum est neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lauere aut ex-

Ionicum a minore tetrametrum.
animari metuentes patrue verbera lingue.

A minore trimetrum.
Ita bine variantur, neque cedunt

A minore tetrametrum.
Repetita vice longa breuibus per synaphiam.

Ionicum a maiore.
Spondeus autem metron hoc locatus ante
Permutat, & ex hoc facit ἀπὸ μείζονος adi:
Duntaxat vt ipsum referat clausula versus,
Idemque caput praditus occupet sequentis:
Metron pedibus nanque tribus, semipedem aptat:
Ita si capiti demptus erit subinde solus.
Quem fecimus ex hoc ἀπὸ μείζονος videri:
ἀπ' ἐλάσσονος illam reuocabit synaphiam,
Binis breuibus qua totidem iugare longas
Ex ordine semper solet, & tenere legem:
Non versus vt vllo numero pedum regatur,
Sed carminis orsum peragat debita finis.
Exemplar vtrunque ex facili sumere possis:
Sic additur, o quam miserarum est neque amori.
Quom demitur autem, miserarum est neque amori,
Ex hoc iterum (nos dare si breues volemus)
ἀπὸ μείζονος idem modo qui fuit, redibit.
Rarum est neque amori dare ludum neque dulci.
Spondeus erit terminus huius tibi versus:
Spondeus & alter caput occupat sequentis.
ἀπ' ἐλάσσονος tum nobilis omnis synaphia est.

Tetrametrus versus ex heroico qui fiat.

Hexametro duo quando pedes primi retrahuntur,
Ut sermo expletus, partes non occupet ambas,
Tetrametrus remanet versus, seu subditus hic est:
Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Aegon.
Cantabunt mihi quom dempsi, pars catera restat,
Damœtas & Lyctius Aegon.
Talis carminibus Flacci reperitur epodos:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala tempe.
Nanque pedes primos versu si reddo secundo,
Integer hexametrus stabit, nec fiet epodus:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Si proficisceris aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Aspicies magis insignes, aut Thessala tempe.
Sic etiam ex versu partem quom demo Maronis:
Nosces vnde tibi tales gemmentur epodi:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Damœtas & Lyctius Aegon.
At si quando pedes fini duo deminuentur,
Dum ne discidium verbi quarto pede fiat,
Hic quoque tetrameter similis remanere videtur:
Sed refert illo, versus quo portio prima est:
Ille sequens, aliaque simul quod lege tenetur:
Nanque hac sola potest carmen componere plenum:
Et subiecta aliis dulces absoluit epodos,
Vt mox ostendam: prior apta videtur epodis,
Vt dixi modo: Damœtas & Lyctius Aegon.

Carmen bucolicum.

Pastorale volet quom quis componere carmen,
Tetrametrum absoluat, cui portio demitur ima,
Qua solido a verbo poterit connectere versum:
Bucolicum siquidem talem voluere vocari.
Plurimus hoc pollet Sicula telluris alumnus:
Ne gracum immittam versum, mutabo latinum:
Dulce tibi pinus submurmurat, en tibi pastor
Proxima fonticulis, & tu quoque dulcia pangis.
Iugiter hanc legem toto prope carmine seruat.
Noster rarus eo pastor Maro, sed tamen, inquit,
Dic mihi, Damœta, cuium pecus? an Melibœi?
Non, verum Aegonis nuper mihi tradidit Aegon.
In tragicis iunxere choris hunc sæpe diserti,
Annæus Seneca, & Pomponius ante secundus.

Tetrametrum ex bucolico.

Tale dedit nobis Pomponius:

Pendeat

Pendeat ex humeris dulcis chelys,
Et numeros edat varios, quibus
Adsonet omne virens late nemus:
Et tortis errans qui flexibus.
Reddo pedes binos (qui nunc desunt) tetrametro:
Rursus de mutilo redit integer.
Pendeat ex humeris dulcis chelys apta choreis,
Et numeros edat varios quibus ecce propinquum
Adsonet omne virens late nemus, arvaque iuxta
Et tortis errans qui flexibus effugit amnis.

Aeolicum carmen sapphicum pentametrum qui fiat.

Hexametrum.

Aeolicum ex isto genuit doctissima Sappho,

Aeolicum.

Quod sit quinque pedum velut hos modo perspicis:
Nam addit primum illa dissyllabon vt libet:
Spondeum nec enim capiti locat omnium:
Sed quia mobilis hic locus, & chorion solet
Admiscere, dein quater addere dactylon:
Cordi quando fuisse sibi canit atthida
Parvam, florea virginitas sua quum foret,
Ille tetrametro datur ante, dissyllabus.
Caetera pars versus pedibus finita duobus,
Tale solet colon subiungere, Primus ab oris,
Continuasse pedes istos in carmine solos
Dicitur hac eadem praeclara poetria Sappho.

Carmen sapphicum, alias adonicum.

Fingere nobis
Tale licebit:
Primus ab oris
Troius heros,
Perdita flammis
Pergama linquens,
Exul in altum
Vela resoluit.
Saepe repulsus
Ausone terra
Moenia fessis
Sera locavit.
Unde latinum
Post genus ortum,
Altaque magnae
Moenia Romae.

Hexametrum.

Pluribus idcirco parvis (vt notius esset)
Versiculis carmen condi potuisse peractum.
Caetera tetrametris reddemus, quando duobus
Conserta heroo pariterque loquemur iambo.

Quia solida, findi magnitudo non vetat:
Diuisa iungi rursum in vnum non queunt.
Culpatur autem versus in tragœdiis,
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Vt ille contra qui secundo & talibus,
Spondeon, aut quem comparem receperit.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quæ loquuntur sumpta de vita putes,
Vitiant iambon tractibus spondaicis:
Et in secundo & cæteris æque locis.
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia:
Ne sint sonora verba consuetudinis,
Paulumque rursus a solutis differant.
Magis ista nostri (nam fere Græcis tenax
Cura est iambi, vel nouellis comicis)
Vel qui in vetusta præcluent comœdia.
Aristophanis ingens micat solertia,
Qui sæpe metris multiformibus nouis
Archilochon arte est æmulatus musica.
Sed paulo abimus longius: nunc hanc magis,
Heroicus quare pedes per singulos,
At iste binos scanditur, causam loquar.
Spondeon etenim quia recipit impari
Tantum loco, vel dactylum, aut contrarium:
Secundo iambum nos necesse est reddere,
Qui sedis huius iura semper obtinet:
Scandendo & illic ponere adsuetam moram:
Quam pollicis sonore, vel plausu pedis
Discriminare, qui docent artem, solent.
Si primus ergo pes eam sumet moram:
Vbi iam receptum est subdere heroos pedes,
Versum videbor non tenere iambicum.
Sed quia secundo nunquam iambus pellitur,
Moram necesse est in secundo reddere,
Et cæteris qui sunt secundo compares:
Vbi non timebo ne quis herous cadat:
Sic fit trimetrus qui fuit senarius.
Nunc ipsa metra, quæ redegi, prosequar.
Iugi trimetro Flaccus vsus est semel,
Vt non epodum subderet, vel demeret,
Aut adderet, quo legem iambi verteret:
Sed simplici carmen per omne euectus est:
Quod esse notum versibus primis potest:
Iamiam efficaci do manus scientiæ:
Supplex & oro regna per Proserpinæ,
Vnumque carmen lege tali pertulit.

Quadratus iambicus qui fiat.

Sed hic trimetrus quando duplicem pedem
A capite sumet: tunc quadratus dicitur.
Idemque dictus est & octonarius.
Ergo ante versum collocabo iambicum.
Phaselus ille quem videtis hospites:
Quadratus iste talis effici potest,
Adest celer phaselus ille quem videtis hospites.

Trochaicus catalecticus qui fiat.

Si dempta prima syllaba adiecto pedi est,
Quem de duobus esse iambis perspicis:
Quod hinc remansit, creticum reddit pedem:
Est celer phaselus ille quem videtis hospites.
Quia prima quum sit dempta iambo duplici,
Longam relinqui conuenit post alterum
Manere iambum, qui breuem & longam suas
Iungens priori perficit dictum pedem.
Sic creticum si quis velit disiungere,
Fiet trochaeus, longa & vna syllaba.
Praecedet ergo quando cres iambicum,
Habet trochaeum, longam & vnam: quae sibi
Primam ex iambo dum sequenti copulat
Breuem, trochaeos esse iam duos vides,
Et longam iambi: sic trochaei caeteri
Fient subinde longa dum breuem sibi
Trahit ex iambo, longa & alia linquitur:
Quae sibi vicissim copulans iungat breuem:
Voluendo totum cogat ordinem pedum:
Donec trochaeis restet vna in extimo,
Catalexis in quam fiet, vt iam diximus.
Nam cretici tres syllabae primo loco,
Bis sex iambi, quindecim fiunt simul:
Sic numerus impar post trochaeos septiens
Habeat necesse est extimam superstitem.
Sed quia trochaeos tanquam iambos scandimus,
Vt sit trimetrum, tres erunt bini pedes.
Finem tenebit dactylus, vel creticus:
Trochaicum autem permanebit liberum,
Dum erit trimetrus ex iambis omnibus:

Trochaicus.

Est celer phaselus ille quem videtis hospites.

Iambicus.

Spondeos autem si sequetur creticum,
Habere primum quem potest iambicus;
(Nam primus ipse est separato cretico)
Vel tertio locetur, aut quinto pede:
Seriem trochaei iam labare perspicis:
Quia post trochaeum longa superant cretici,

Dum

Dum ex sequenti copulat longam sibi,
Vetat trochaeos ire iunctos ordine.
Sed quo recepit lex iambi dactylum,
Spondeon, aut qui dactylo est contrarius,
(Vt tamen tenentur impari tamen loco:
Nunc, versu iambi qui pedum primus fuit,
Erit secundus anteeunte cretico:
Ex quo trochaeus tertium quia separat,
Hic de sequenti copulat longam alteram:
Spondeon esse post trochaeum propalam est,
Qui sic secundus trochaicis datur,
Iambicis vt impari solet loco.
Nec culpa metri est, si vel hoc vel talibus
Pes inseratur temporum est qui quatuor:
Dum prius ipse qui trochaicum facit,
Et tertio locetur & quinto pede.
Nam pes vterque quia sibi est contrarius,
Gaudet locorum dispari custodia.
Trochaeus ergo semper impari loco:
Parique iambus rite conlocabitur:
Nihil nocebit quisque curret caeteris,
Vt quodque metron lege condatur sua.
Ergo qui versus paratur integer trochaicus,
Cretico fiet remoto rectius idem iambicus.
Porro si talis locetur, qualis hic noster modo est,
Ter tibi spondeum hic semper secundum suggeret:
Cretico dabit remoto iam tibi hunc, sed imparem:
Talis locetur, qualis hic noster modo est:
Simulque iambos nunc suis reddet locis,
Quos in trochaeos retrouertit creticus.
Verum a magistris versus iste dicitur
Acephalus, idem qui trochaicus quoque:
Archilochus author traditur talis metri:
Sed iam pedum quum regulam distinguerem,
Longam resolui per duas dixi breues:
Ipsumque posse quinque totas creticum
Breues habere, quando longas solueris:
Est ergo & ille versus integer meus,
Quo quinque feci syllabarum creticum:
Is erit anapaestus, quinque post spondeus est.
Exempla ponam quae locasse Caesium
Libro notaui, quem dedit metris super.
Beatus ille qui procul negotiis.
Est creticus pes Sōcrătēs, & versus hic,
Sōcrătēs beatus ille qui procul negotiis:
Hinc soluo primam, tale fit, nec pes labat.
Dĭŏgĕnēs beatus ille qui procul negotiis.
Quom tertiam, ne tum quidem quicquam perit,

Atque iambicon hoc, struunt sorores.
Compleri poterunt utroque metro,
Carmen Pierides pangunt memorabile Musæ,
Struunt sorores Attica dirum nefas.
Hæc diuisio prima computetur.

De secunda tome hendecasyllabi.

Atque nunc pedibus duobus orta
Sermonem cohibet, nec exit ultra,
Sicut semipedem prior trahebat:
Coniungit sibi phalecos trochæos,
Vt dixi modo, Bacche, Bacche, Bacche:
Tum versum videas sonare talem,
Pangunt carmina iam nouem sorores.
Nam si quatuor his pedes duobus
Adest, hexameter profecto fiet,
Pangunt carmina tergemina memoranda sorores:
Post hoc phaleca de tribus trocheis
Pars est cætera, iam nouem sorores.

De tertia tome hendecasyllabi.

Exin tertia melius patescit:
Carmen Pierides dabunt sorores:
Nam quum dempsero versui, sorores,
Carmen Pierides dabunt, manebit:
Carmen Pierides dabunt,
Hoc metrum choriambicum est,
Quod pars bacchiacum vocant.
Hinc primas capiti duas,
Nec non & totidem vltimas,
Excrementa magis putant,
Nec ducunt numero pedum:
Sunt hæc, carmen, itidem dabunt.
Solum Pierides manet,
Quod reddit geminum pedem,
Dicunt quem choriambicon:
Quia longam sequitur breuis,
Claudit longa breuem alteram:
Nam dux longa fit, altera
Iuncta post sibi consona.
Sic ponunt medium pedem
Primas inter & vltimas,
Carmen Pierides dabunt.
Pars prima hic varie solet
Spondeum modo sumere:
Idem sæpe & iambus est:
Hoc de Septimis potes
Iunctis noscere versibus:
Geritque intus in oppidum
Anhelos Panope greges.

Alter consimiles dedit:
Opima adposui senex
Amori arma feretrio.
Trocheum quoque sic locat:
Purpurae leguli senes
Intus hic vbi consitum est.
Vtque est mobilis hic locus,
Immotus manet vltimus:
Nanque hic semper iambus est.
Tendunt latius hoc genus,
Duos vt choriambicos
Includant medios pedes:
Et sit versus ad hunc modum:
Carmen Pierides dulcisonum dabunt:
Duplex hic choriambus est,
Primus, Pierides, dulcisonum, sequens:
Sic carmen, prius est: finis item, dabunt.
Vt pes hac habuit prior,
Sunt qui tradiderint vltima versui
Tanquam pentametro syllaba dempta sit:
Quam si restituas pentametrum fore
Carmen, Pierides dulcisonum dabunt,
Carmen Pierides dulcisonum debitis,
Vt versus quoque sic constet Horatii:
Mecenas atauis edite regibus,
Mecenas atauis edite remigibus.
Vsque autem videas hoc procul a fide,
Vt metri genus hoc vatibus inclytis
Non vno, aut gemino constiterit pede,
Verum in tres etiam consimiles eas
Clausos in medio partibus exteris,
Quod iam pentametri non patitur modus:
Nam sic tres videas esse pedes datos,
Carmen Pierides dulcisonum si merear dabunt.
His est omnibus in suis
Libris vsus Horatius.
Quo dicam, & quotiens modo.
Nam primum minime suo
Solum carmine protulit,
Vt vates alii solent.
Exemplum Senecae dabo:
Thebis laeta dies adest,
Aram tangite supplices:
Pingues caedite victimas.
Tales continuos legis.
Hunc praeponit Horatius
Epodum ex geminis subiicit alterum:
Exemplum sat erit semel

Nos hoc ponere: caeterum
B.. in carminibus suis
Hunc seruat stabilem modum,
Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenae, lucida sidera.
Sic te diua potens Cypri,
Hic vnus choriambus est:
Sic fratres Helenae, lucida sidera,
Hic interpositi duo.
Talem quem geminis perspicis effici,
Seruat carminibus perpetuum tribus:
Quorum exordia quum praedita videris,
Stabit continuum consimili modo,
Maecenas atauis edite regibus.
Exegi monumentum aere perennius.
Donarem pateras grataque commodus.
Necnon continuos tres pariles dedit
Versus, & cecinit post alium breuem,
Ex vno simili pede:
Vsusque est genere hoc carminibus nouem,
Quae sunt talia, quale est modo quod dabo:
Scriberis Vario fortis, & hostium
Victor, maeonii carminis alite,
Quam rem cunque ferox nauibus aut equis
Miles te duce gesserit.
Tres binis pedibus cernimus editos:
Vnum quartus habet pedem:
Hanc docti tetracolon vocitant strophen:
Nam post quatuor hos altera vertitur
Ad legem similem consimilis strophe:
In qua sunt alii quatuor hoc genus
Versus, ex quibus hi sunt sibi tres pares.
Praemissi, binos qui capiant pedes,
Vnum quartus in omnibus.
Iam quem perficiunt tres medii sic choriambicum,
Tales continuos carminibus composui tribus.
Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.
Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem.
O crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens.
Binas hic capiti, totque itidem deme nouissimas:
Fient in medio perspicui tres choriambici.
At versus meus est quem similem composui ex tribus:
Carmen Pierides dulcisonum si merear dabunt.
Et supra positi sic quoque sunt duo,
Carmen Pierides dulcisonum dabunt,
Ex vno quoque sic fuit,
Carmen Pierides dabunt,
Sic te diua potens Cypri.

Forsan longula visa sit
Hæc divisio tertia
Versus hendecasyllabi:
Sed tot nos docuit metra:
Et sunt quæ deceat magis
Nunc connectere, dum recens
Hæc est regula, quæ dedit
Ex se tam varios modos:
Quam disiungere si velim,
Cogar (dum paro singulis
Certas reddere origines)
Iam tractata retexere.

Carmen hexametrum ex duabus tomis,
seu priapeum, qui fiat.

Ergo hinc nascitur altera
Metri regula, ceu duas
Partes hexametri secans,
Quæ ternos dirimit pedes,
Quos si reddideris sibi,
Hexametrum pedibus cernes constare receptis:
Qui tamen heroon factus indignus habetur.
Nanque tome media est, versu non apta severo:
Fitque soluta magis, quotiens spondeus inest pes
Tertius, & quartus: nolunt hunc incolumem ergo,
Sed de commatibus tradunt constare duobus:
Ipse etenim sonus indicat esse hoc lusibus aptum:
Et ferme modus hic datur a plerisque Priapo:
Inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus:

Priapeum carmen.

Hunc lucum tibi dedico, consecroque Priape:
Qua domus tua Lampsaci sita est, quaque Priape:
Nam te præcipue in suis urbibus hac colit ora
Hellespontia, cæteris ostreosior oris.
Et similes plures sic conscripsisse Catullum
Scimus. Usqueadeo hoc genus lex heroica pellit.
Ut sit utraque portio cepta sæpe trochæis:
Nam discrimine nullo ponit hunc, vel iambum.
Nec mirabere syllabæ finem commate primo
Tanquam de pede dactylo fiat tertia longa:
Nam te præcipue in suis, talis versus & alter,
Hellespontia cæteris, æque est ultima longa:
Nam quia commata bina sunt, sumunt ambo supremas.
Versus ergo magistri vocant hos Priapeos:
Et Maro dat tales: sed quia distinctio verba
Dissociat, nectitue aliter, nec partibus æquis
Distingui patitur pedes, sonus effugit aurem:
Fronde super viridi sunt nobis mitia poma,

Casta-

Spondeon, aut qui procreantur ex illo
Dari putemus posse nunc loco quinto:
Ne deprehensa quatuor simul longa
Parum sonoro fine destruant versum.
Nam dactylum paremve quid tibi dicam?
Quum tantum iambus hoc loco probe poni,
Aliusque nullus rite possit admitti.
Hoc mimiambos Mattius dedit metro:
Nam vatem eundem est attico thymo tinctum
Pari lepore consequutus, & metro.

Iambicus trimetrus acephalus qui fiat.

Sed & trimetrus, (vt quadratus) hic potest
Acephalos esse prima quando demitur:
Fierique primus pes & istic creticus.
Nam sicut ille redditur trochaicus,
Sic versus ante qui videtur integer,
Adest celer phaselus ille quem vides:
Quom demo primam, quod relinquo tale fit:
Est celer phaselus ille quem vides:
Acephalus ergo, sed trimetrus factus est.
Archilochus idem est vsus & tali metro.

Iambicus trimetrus claudicans qui fiat.

Vicissim & ille qui quadratus claudicat,
Et in trimetro claudicare sic potest:
Phaselus ille quem vides sabinus est:
Phaselus ille quem vides sabinus.
Similem locauit Flaccus vno in carmine:
Sed quia videtur alius ante praeditus,
Vt versus hic, epodus illius foret:
Ratione quem iam competenti distuli:
Simul hos loquemur, quando de vinctis metris
Et hinc & inde veniet aptior locus.

Iambicus dimeter qui fiat.

Nec non dimetrus ex trimetro redditur,
Quacunque partem tertiam si detrahas.
Stabitque versus octo tantum syllabis,
Nisi quando sumet dactylum aut contrarium:
Loco vel iambi qui probatur tribrachys:
Talisque versus hic erit:
Phaselus ille quem vides.
Plerunque nec carmen modo,
Sed & volumen explicat:
Vt pridem Auitus Alphius
Libros poeta plusculos
(Vsus dimetro perpeti)
Conscripsit Excellentium.
Tales trimetris subdidit Flaccus suis,

Vt carmina ostendunt decem.
Ibis Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula.
Archilochus isto sauit iratus metro
Contra Lycamben & filias.

Iambicus dimetrus acephalus qui fiat.

Et hic dimetrus non minus
Vt ille acephalus esse, vel claudus potest.
Adest celer phaselus est:
Quum prima dempta est, redditur,
Est celer phaselus est.

Iambicus dimetrus claudus qui fiat.

At quum suprema claudicat,
Adest celer phaselus.
Flaccus priorem sic dedit,
Esset ut versus prior
Est celer phaselus est:
Post hunc veniret talis hic epodus:
Phaselus ille quem vides sabinus.
Sunt tales hoc vno in carmine,
Ad vsque finem permanent compares epodi.
Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.
Non ebur, pes creticus,
Longa nam fit tertia
Consonante ex altera.
Neque aureum. prima ex trimetro portio est.
Mea renidet in domo, dimetrus est:
Et vt sabinus, claudicat lacunar.
Pedem hinc iambum duplicem,
Mea reni, si dempseris, relinquitur
Det in domo lacunar:
Adest celer phaselus.
Et condere inde carmen
Multi solent poeta.
Horatium videmus
Versus tenoris huius
Nusquam locasse inges.
At Arbiter disertus
Libris suis frequentat.
Agnoscere hâc potestis
Cantare qua solemus,
Memphitides puella
Sacris deum parata
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci,

De

De Saturnio carmine.

Aptum videtur esse
Nunc hoc loco monere,
Quæ sit figura versus,
Quem credidit vetustas
(Tanquam Italis repertum)
Saturnium vocandum.
Sed est origo græca,
Illique metron istud
Certo modo dederunt:
Nostrique mox poetæ
Rudem sonum secuti,
Vt quæque res ferebat,
Sic dispari figura
Versus vagos locabant:
Post rectius probatum est,
Vt tale colon esset
Iunctum tribus trochæis:
Vt si vocet camœnas
Et Nævio poetæ
Cum sæpe læderentur
Dabunt malum Metelli
Dabunt malum Metelli
Quis nouem sorores,
Sic ferunt Metellos
Esse comminatos:
Nævio poetæ.
Clauda pars dimetri.
Adest celer phaselus,
Memphitides puellæ,
Tinctus colore noctis.
Post, Nævio poetæ tres vides trochæos:
Nam nihil obstat trochæo longa quod suprema est,

Carmen anacreontium choriambicum.

At choriambus vnus
Præditus antibaccho
Claudicat vt priores:
Videro si nouelli
Versus erit poetæ:
Lex tamen vna metri est.
Tīnctūs cŏlōrĕ nōctīs.
Dăbūnt mălūm Mĕtēlli.
Inăchiă pŭēllæ.
Seū bŏnŭs īllĕ cūstōs.
Colon & hoc in vsu
Carminis est Horati.
Tu genus hoc memento
Reddere quom reposcam.

De confusione seu mistura heroici & iambici in aliis generibus.

Hexametron cui iambicon comes.

Nunc quia quæ potui videor tractasse seorsa

Heroico profecta quæque iambico:
Cætera quæ mistis variantur partibus horum
(Vt quibo) metro nitar hinc attingere.
Sed quoniam ex vno possunt adiuncta referri,
Amplectar vltro quod datur compendium.

De versu phalæcio hendecasyllabo.

Hendecasyllabum.

Quem nos hendecasyllabon solemus
Tanquam de numero vocare versum,
Tradunt Sapphicon esse nuncupandum:
Nanque & iugiter vsa sæpe Sappho:
Dispersosque dedit subinde plures
Inter carmina disparis figura.
Sed primi pedis ante lex tenenda est:
Spondeon siquidem videmus istic
Tanquam legitimum solere poni:
Post hunc, dactylon, atque tres trochæos.
Cui nomen quoque phalæco dederunt.
Verum mobilis hic locus frequenter
Non solum recipit pedem (vt loquebar)
Spondeum: sed & aptus est trochæo:
Nec peccat pede natus ex iambo.
Exemplis tribus hoc statim probabis,
Docti carmine quæ legis Catulli,
Cui dono lepidum nouum libellum,
Arido modo pumice expolitum.
Meas esse aliquid putare nugas.
Quot dixi modo iam pedes, videmus
Diuersos capiti trium locatos:
Spondeum cui do, trochæum ari:
Meas, quis neget hunc iambon esse?
Hic per commata septies feritur,
Quales hexametron tomas habere
Iamdudum tibi differens probaui:
Ex queis nunc duo metra copulari
In vnum solidum videbis artum,

De prima tome hendecasyllabi.

Quom componitur ex vtroque metro.
Pars heroica tum prior, duobus
Spondeo, pede, dactyloque constat:
Et quem semipedem est necesse linqui,
Vt sit penthemimeres tome locata:
Exin cætera portio est iambi:
Quod non difficile est statim notare,
Quum talis fuerit figura versus:
Carmen Pierides struunt sorores.
Hæc exordia versuum duorum,
Carmen Pierides, quod hexametri est:

Atque

Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
Turbabat cælo, nunc terras ordine longo,
Aut capere, aut captas iam despectare videntur.
Si distinctio separes, nobis mitia poma,
Pressi copia lactis, terras ordine longo,
Despectare videntur, fient sic resonantes
Vt versus sonat alter, quem distinctio nudat:
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos
Si quis sic quoque findat primum commatis instar,
Ex vno choriambico.
(De quo disserui modo)
Versus stare videbitur:
Cui non dictus Hylas puer:
Thebis læta dies adest:
Carmen Pierides dabunt.
Vsque autem duo commata
Possis credere rectius,
Hec ipsa vt videas dari.
Non hoc, quo modo sunt, situ,
Versa sed vice pristina.
Nanque his commatibus Flaccus Horatius
Metrum composuit, sed choriambicos
Ex binis pedibus præposuit duos:
Tunc hos iungit epodos, partes (vt modo) duas.
Ipso carmine iam tibi fiet regula plana:
Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha sub antro?
Cui flauam religas comam?
Pergunt cætera post consimili strophe.
Versus hic igitur sunt pariles duo:
Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus.
Post hos quæ veniunt, commata perspicis
Grato Pyrrha sub antro,
Cui flauam religas comam,
Cui flauam religas comam, prima parte locetur:
Fiat comma secundum, grato Pyrrha sub antro:
Versum non dubium est fore quem dicunt Priapeum,
Cui flauam religas comam, grato Pyrrha sub antro.
Nec quod desinit in comam si sit tertia longa
Dum G consona iungitur grato Pyrrha sub antro.
Peccat dactylus iste. quum, sicut modo dixi,
Primi commatis vltima fiat libera legis.
Sunt hæc alia Flacci vatis carmina quinque.

De quarta tome, hendecasyllabi.

Iam diuisio quarta non morosa:
Qualem suggerimus tomen habebit.

Tetrametrus versus ex heroico qui fiat.

Hexametro duo quando pedes primi retrahuntur,
Vt sermo expletus, partes non occupet ambas,
Tetrametrus remanet versus, seu subditus hic est:
Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Aegon.
Cantabunt mihi quom dempsi, pars cætera restat,
Damœtas & Lyctius Aegon.
Talis carminibus Flacci reperitur epodos:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala tempe.
Nanque pedes primos versu si reddo secundo,
Integer hexametrus stabit, nec fiet epodus:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Si proficisceris aut Ephesum, bimarisue Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apollini Delphos
Aspicies magis insignes, aut Thessala tempe.
Sic etiam ex versu partem quom demo Maronis:
Nosces vnde tibi tales geminentur epodi:
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Damœtas & Lyctius Aegon.
At si quando pedes fini duo deminuentur,
Dum ne discidium verbi quarto pede fiat,
Hic quoque tetrameter similis remanere videtur:
Sed refert illo, versus quo portio prima est:
Ille sequens, aliaque simul quod lege tenetur:
Nanque hac sola potest carmen componere plenum:
Et subiecta aliis dulces absoluit epodos,
Vt mox ostendam: prior apta videtur epodis,
Vt dixi modo: Damœtas & Lyctius Aegon.

Carmen bucolicum.

Pastorale volet quom quis componere carmen,
Tetrametrum absoluat, cui portio demitur ima,
Quæ solido a verbo poterit connectere versum:
Bucolicum siquidem talem voluere vocari.
Plurimus hoc pollet Siculæ telluris alumnus:
Ne græcum immittam versum, mutabo latinum:
Dulce tibi pinus submurmurat, en tibi pastor
Proxima fonticulis, & tu quoque dulcia pangis.
Iugiter hanc legem toto prope carmine seruat.
Noster rarus eo pastor Maro, sed tamen, inquit,
Dic mihi, Damœta, cuium pecus? an Melibœi?
Non, verum Aegonis nuper mihi tradidit Aegon.
In tragicis iunxere choris hunc sæpe diserti,
Annæus Seneca, & Pomponius ante secundus.

Tetrametrum ex bucolico.

Tale dedit nobis Pomponius:

Pendeat

Pendeat ex humeris dulcis chelys,
Et numeros edat varios, quibus
Adsonet omne virens late nemus:
Et tortis errans qui flexibus.
Reddo pedes binos (qui nunc desunt) tetrametro:
Rursus de mutilo redit integer.
Pendeat ex humeris dulcis chelys apta choreis,
Et numeros edat varios quibus ecce propinquum
Adsonet omne virens late nemus, aruaque iuxta
Et tortis errans qui flexibus effugit amnis.

Aeolicum carmen sapphicum pentametrum qui fiat.

Hexametrum.

Aeolicum ex isto genuit doctissima Sappho,

Aeolicum.

Quod sit quinque pedum velut hos modo perspicis:
Nam addit primum illa dissyllabon vt libet:
Spondeum nec enim capitis locat omnium:
Sed quia mobilis hic locus, & chorion solet
Admiscere, dein quater addere dactylon:
Cordi quando fuisse sibi canit atthida
Paruam, florea virginitas sua quum foret,
Ille tetrametro datur ante, dissyllabus.
Catera pars versus pedibus finita duobus,
Tale solet colon subiungere, Primus ab oris,
Continuasse pedes istos in carmine solos
Dicitur hac eadem praeclara poetria Sappho.

Carmen sapphicum, alias adonicum.

Fingere nobis
Tale licebit:
Primus ab oris
Troius heros,
Perdita flammis
Pergama linquens,
Exul in altum
Vela resoluit.
Sape repulsus
Ausone terra
Mœnia fessis
Sera locauit.
Vnde latinum
Post genus ortum,
Altaque magnæ
Mœnia Romæ.

Hexametrum.

Pluribus idcirco paruis (vt notius esset)
Versiculis carmen condi potuisse peractum.
Catera tetrametris reddemus, quando duobus
Conserta heroo pariterque loquemur iambo.

Quia solida, findi magnitudo non vetat:
Diuisa iungi rursum in unum non queunt.
Culpatur autem versus in tragœdiis,
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Vt ille contra qui secundo & talibus,
Spondeon, aut quem comparem receperit.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quæ loquuntur sumpta de vita putes,
Vitiant iambon tractibus spondaicis:
Et in secundo & ceteris æque locis.
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia:
Ne sint sonora verba consuetudinis,
Paulumque rursus a solutis differant.
Magis ista nostri (nam fere Græcis tenax
Cura est iambi, vel nouellis comicis)
Vel qui in vetusta præcluent comœdia.
Aristophanis ingens micat solertia,
Qui sæpe metris multiformibus nouis
Archilochon arte est æmulatus musica.
Sed paulo abiimus longius: nunc hanc magis,
Heroicus quare pedes per singulos,
At iste binos scanditur, causam loquar.
Spondeon etenim quia recipit impari
Tantum loco, vel dactylum, aut contrarium:
Secundo iambum nos necesse est reddere,
Qui sedis huius iura semper obtinet:
Scandendo & illic ponere adsuetam moram:
Quam pollicis sonore, vel plausu pedis
Discriminare, qui docent artem, solent.
Si primus ergo pes eam sumet moram:
Vbi iam receptum est subdere heroos pedes,
Versum videbor non tenere iambicum.
Sed quia secundo nunquam iambus pellitur,
Moram necesse est in secundo reddere,
Et ceteris qui sunt secundo compares:
Vbi non timebo ne quis herous cadat:
Sic fit trimetrus qui fuit senarius.
Nunc ipsa metra, quæ redegi, prosequar.
Iugi trimetro Flaccus vsus est semel,
Vt non epodum subderet, vel demeret,
Aut adderet, quo legem iambi verteret:
Sed simplici carmen per omne euectus est:
Quod esse notum versibus primis potest:
Iam iam efficaci do manus scientiæ:
Supplex & oro regna per Proserpinæ,
Vnumque carmen lege tali pertulit.

Quadratus iambicus qui fiat.

Sed hic trimetrus quando duplicem pedem
A capite ſumet: tunc quadratus diſitur.
Idemque dictus eſt & oclonarius.
Ergo ante verſum collocabo iambicum.
Phaſelus ille quem videtis hoſpites:
Quadratus iſte talis effici poteſt,
Adeſt celer phaſelus ille quem videtis hoſpites.

Trochaicus catalecticus qui fiat.

Si dempta prima ſyllaba adiecto pedi eſt,
Quem de duobus eſſe iambis perſpicis:
Quod hinc remanſit, creticum reddit pedem:
Eſt celer phaſelus ille quem videtis hoſpites.
Quia prima quum ſit dempta iambo duplici,
Longam relinqui conuenit poſt alterum
Manere iambum, qui breuem & longam ſuas
Iungens priori perficit dictum pedem.
Sic creticum ſi quis velit diſiungere,
Fiet trochæus, longa & vna ſyllaba.
Precedet ergo quando cres iambicum,
Habet trochæum, longam & vnam: quæ ſibi
Primam ex iambo dum ſequenti copulat
Breuem, trochæos eſſe iam duos vides,
Et longam iambi ſic trochæi cæteri
Fient ſubinde longa dum breuem ſibi
Trahit ex iambo, longa & alia linquitur:
Quæ ſibi viciſſim copulans iungat breuem:
Voluendo totum cogat ordinem pedum:
Donec trochæis reſtet vna in extimo,
Catalexis in quam fiet, vt iam diximus.
Nam cretici tres ſyllaba primo loco,
Bis ſex iambi, quindecim fiunt ſimul:
Sic numerus impar poſt trochæos ſeptiens
Habeat neceſſe eſt extimam ſuperſtitem.
Sed quia trochæos tanquam iambos ſcandimus,
Vt ſit trimetrum, tres erunt bini pedes.
Finem tenebit dactylus, vel creticus:
Trochaicum autem permanebit liberum,
Dum erit trimetrus ex iambis omnibus:

Trochaicus.

Eſt celer phaſelus ille quem videtis hoſpites.

Iambicus.

Spondeos autem ſi ſequetur creticum,
Habere primum quem poteſt iambicus;
(Nam primus ipſe eſt ſeparato cretico)
Vel tertio locetur, aut quinto pede:
Seriem trochæ? iam labare perſpicis:
Quia poſt trochæum longa ſuperans cretici,

Dum

Dum ex sequenti copulat longam sibi,
Vetat trochaeos ire iunctos ordine.
Sed quia recepit lex iambi dactylum,
Spondeon, aut qui dactylo est contrarius,
(Vt iam tenemus) impari tamen loco:
Nunc, versu iambi qui pedum primus fuit,
Erit secundus anteeunte cretico:
Ex quo trocheus tertium quia separat,
Hic de sequenti copulat longam alteram:
Spondeon esse post trochaeum propalam est,
Qui sic secundus trochaicis datur,
Iambicis vt impari solet loco.
Nec culpa metri est, si vel hoc vel talibus
Pes inseratur temporum est qui quatuor:
Dum prius ipse qui trochaicum facit,
Et tertio locetur & quinto pede.
Nam pes vterque quia sibi est contrarius,
Gaudet locorum dispari custodia.
Trochaeus ergo semper impari loco:
Parique iambus rite conlocabitur:
Nihil nocebit quisque curret caeteris,
Vt quodque metron lege condatur sua.
Ergo qui versus paratur integer trochaicus,
Cretico fiet remoto rectius idem iambicus.
Porro si talis locetur, qualis hic noster modo est,
Tertibi spondeum hic semper secundum suggeret:
Cretico dabit remoto iam tibi hunc, sed imparem:
Talis locetur qualis hic noster modo est:
Simulque iambos nunc suis reddet locis,
Quos in trochaeos retrouertit creticus.
Verum a magistris versus iste dicitur
Acephalus, idem qui trochaicus quoque:
Archilochus author traditur talis metri:
Sed iam pedum quum regulam distinguerem,
Longam resolui per duas dixi breues:
Ipsumque posse quinque totas creticum
Breues habere, quando longas solueris:
Est ergo & ille versus integer meus,
Quo quinque feci syllabarum creticum:
Is erit anapaestus, quinque post spondeus est.
Exempla ponam quae locasse Caesium
Libro notaui, quem dedit metris super.
Beatus ille qui procul negotiis.
Est creticus pes Sŏcrătēs, & versus hic,
Sŏcrătēs beatus ille qui procul negotiis:
Hinc soluo primam, tale fit, nec pes labat.
Dĭŏgĕnēs beatus ille qui procul negotiis.
Quom tertiam, ne tum quidem quicquam perit,

Atque iambicon hoc, struunt sorores.
Complens poterunt utroque metro,
Carmen Pierides pangunt memorabile Musæ,
Struunt sorores Attica dirum nefas.
Hæc diuisio prima computetur.

De secunda tome hendecasyllabi.

Atque nunc pedibus duobus orta
Sermonem cohibet, nec exit ultra,
Sicut semipedem prior trahebat:
Coniungit sibi phalæcos trochæos,
Vt dixi modo, Bacche, Bacche, Bacche:
Tum versum videas sonare talem,
Pangunt carmina iam nouem sorores.
Nam si quatuor his pedes duobus
Adest, hexameter profecto fiet,
Pangunt carmina tergemina memoranda sorores:
Post hoc phaleca de tribus trocheis
Pars est cætera, iam nouem sorores.

De tertia tome hendecasyllabi.

Exin tertia melius patescit:
Carmen Pierides dabunt sorores:
Nam quum dempsero versui, sorores,
Carmen Pierides dabunt, manebit:
Carmen Pierides dabunt,
Hoc metrum choriambicum est,
Quod pars bacchiacum vocant.
Hinc primas capiti duas,
Nec non & totidem ultimas,
Excrementa magis putant,
Nec ducunt numero pedum:
Sunt hæc, carmen, itidem dabunt.
Solum Pierides manet,
Quod reddit geminum pedem,
Dicunt quem choriambicon:
Quia longam sequitur breuis,
Claudit longa breuem alteram:
Nam dis longa fit, altera
Iuncta post sibi consona.
Sic ponunt medium pedem
Primas inter & ultimas,
Carmen Pierides dabunt.
Pars prima hic variè solet
Spondeum modo sumere:
Idem sæpe & iambus est:
Hoc de Septimii potes
Iunctis noscere versibus:
Geritque intus in oppidum
Anhelos Panope greges.

Alter consimiles dedit:
Opima adposui senex
Amori arma feretrio.
Trocheum quoque sic locat:
Purpuræ leguli senes
Intus hic vbi consitum est.
Vtque est mobilis hic locus,
Immotus manet vltimus:
Nanque hic semper iambus est.
Tendunt latius hoc genus,
Duos vt choriambicos
Includant medios pedes:
Et fit versus ad hunc modum:
Carmen Pierides dulcisonum dabunt:
Duplex hic choriambus est,
Primus, Pierides, dulcisonum, sequens:
Sic carmen, prius est: finis item, dabunt.
Vt pes hac habuit prior,
Sunt qui tradiderint vltima versui
Tanquam pentametro syllaba dempta sit:
Quam si restituas pentametrum fore
Carmen, Pierides dulcisonum dabunt,
Carmen Pierides dulcisonum dabitis,
Vt versus quoque sic constet Horatii:
Mæcenas atauis edite regibus,
Mæcenas atauis edite remigibus.
Vsque autem videas hoc procul a fide,
Vt metri genus hoc vatibus inclytis
Non vno, aut gemino constiterit pede,
Verum in tres etiam consimiles eat
Clausos in medio partibus exteris,
Quod iam pentametri non patitur modus:
Nam sic tres videas esse pedes datos,
Carmen Pierides dulcisonum si mereor dabunt.
His est omnibus in suis
Libris vsus Horatius.
Quo dicam, & quotiens modo.
Nam primum minime suo
Solum carmine protulit,
Ut vates alii solent.
Exemplum Senecæ dabo:
Thebis læta dies adest,
Aram tangite supplices:
Pingues cædite victimas.
Tales continuos legis.
Hunc præponit Horatius
Epodum ex geminis subiicit alterum:
Exemplum sat erit, semel

Nos

Nos hoc ponere: cæterum
Bis in carminibus suis
Hunc seruat stabilem modum,
Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida sidera.
Sic te diua potens Cypri,
Hic vnus choriambus est:
Sic fratres Helenæ, lucida sidera,
Hic interpositi duo.
Talem quem geminis perspicis effici,
Seruat carminibus perpetuum tribus:
Quorum exordia quum prædita videris,
Stabit continuum consimili modo,
Mæcenas atauis edite regibus.
Exegi monumentum ære perennius.
Donarem pateras grataque commodus.
Necnon continuos tres pariles dedit
Versus, & cecinit post alium breuem,
Ex vno simili pede:
Vsusque est genere hoc carminibus nouem,
Quæ sunt talia, quale est modo quod dabo:
Scriberis Vario fortis, & hostium
Victor, mæonii carminis alite,
Quam rem cunque ferox nauibus aut equis
Miles te duce gesserit.
Tres binis pedibus cernimus editos:
Vnum quartus habet pedem:
Hanc docti tetracolon vocitant strophen:
Nam post quatuor hos altera vertitur
Ad legem similem consimilis strophe:
In qua sunt alii quatuor hoc genus
Versus, ex quibus hi sunt sibi tres pares.
Præmissi, binos qui capiant pedes,
Vnum quartus in omnibus.
Iam quem perficiunt tres medii sic choriambicum;
Tales continuos carminibus composui tribus.
Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.
Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem.
O crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens.
Binos hic capiti, totque itidem deme nouissimos:
Fient in medio perspicui tres choriambici.
At versus meus est quem similem composui ex tribus.
Carmen Pierides dulcisonum si merear dabunt.
Et supra positis sic quoque sunt duo,
Carmen Pierides dulcisonum dabunt,
Ex vno quoque sic fuit,
Carmen Pierides dabunt,
Sic te diua potens Cypri.

Forsan longula visa sit
Hac dimisio tertia
Versus hendecasyllabi:
Sed tot nos docuit metra:
Et sunt quæ deceat magis
Nunc connectere, dum recens
Hæc est regula, quæ dedit
Ex se tam varios modos:
Quam disiungere si velim,
Cogar (dum paro singulis
Certas reddere origines)
Iam tractata retexere.

Carmen hexametrum ex duabus tomis, seu priapeum, qui fiat.

Ergo hinc nascitur altera
Metri regula, ceu duas
Partes hexametri secans,
Quæ ternos dirimit pedes,
Quos si reddideris sibi,
Hexametrum pedibus cernes constare receptis:
Qui tamen heroon factis indignus habetur.
Nanque tome media est, versu non apta seuero:
Fitque soluta magis, quotiens spondeus inest pes
Tertius, & quartus: nolunt hunc incolumem ergo,
Sed de commatibus tradunt constare duobus:
Ipse etenim sonus indicat esse hoc lusibus aptum:
Et ferme modus hic datur a plerisque Priapo:
Inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus:

Priapeum carmen.

Hunc lucum tibi dedico, consecroque Priape:
Qua domus tua Lampsaci sita est, quaque Priape:
Nam te præcipue in suis vrbibus hac colit ora
Hellespontia, cæteris ostreosior oris.
Et similes plures sic conscripsisse Catullum
Scimus. Vsqueadeo hoc genus lex heroica pellit.
Vt sit vtraque portio capta sæpe trochæis:
Nam discrimine nullo ponit hunc, vel iambum.
Nec mirabere syllaba finem commate primo
Tanquam de pede dactylo fiat tertia longa:
Nam te præcipue in suis, talis versus & alter,
Hellespontia cæteris, æque est vltima longa:
Nam quia commata bina sunt, sumunt ambo supremas.
Versus ergo magistri vocant hos Priapeos:
Et Maro dat tales: sed quia distinctio verba
Dissociat, nectitque aliter, nec partibus æquis
Distingui patitur pedes, sonus effugit aurem:
Fronde super viridi, sunt nobis mitia poma,

Spondeon, aut qui procreantur ex illo
Dari putemus posse nunc loco quinto:
Ne deprehensa quatuor simul longa
Parum sonoro fine destruant versum.
Nam dactylum parem ve quid tibi dicam?
Quum tantum iambus hoc loco probe poni,
Aliusque nullus rite posset admitti.
Hoc mimiambos Mattius dedit metro:
Nam vatem eundem est attico thymo tinctum
Pari lepore consequutus, & metro.

Iambicus trimetrus acephalus qui fiat.

Sed & trimetrus, (vt quadratus) hic potest
Acephalos esse prima quando demitur:
Fietque primus pes & iste creticus.
Nam sicut ille redditur trochaicus,
Sic versus ante qui videtur integer,
Adest celer phaselus ille quem vides:
Quom demo primam, quod relinquo tale fit:
Est celer phaselus ille quem vides:
Acephalus ergo, sed trimetrus factus est.
Archilochus idem est vsus & tali metro.

Iambicus trimetrus claudicans qui fiat.

Vicissim & ille qui quadratus claudicat,
Et in trimetro claudicare sic potest:
Phaselus ille quem vides sabinus est:
Phaselus ille quem vides sabinus.
Similem locauit Flaccus vno in carmine:
Sed quia videtur alius ante praditus,
Vt versus hic, epodus illius foret:
Ratione quem iam competenti distuli:
Simul hos loquemur, quando de vinctis metris
Et hunc & inde veniet aptior locus.

Iambicus dimeter qui fiat.

Nec non dimetrus ex trimetro redditur,
Quacunque partem tertiam si detrahas.
Stabitque versus octo tantum syllabis,
Nisi quando sumet dactylum aut contrarium:
Loco vel iambi qui probatur tribrachys:
Talisque versus hic erit:
Phaselus ille quem vides.
Plerunque nec carmen modo,
Sed & volumen explicat:
Vt pridem Auitus Alphius
Libros poeta plusculos
(Vsus dimetro perpeti)
Conscripsit Excellentium.
Tales trimetris subdidit Flaccus suis,

Vt carmina ostendunt decem.
Ibis Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula.
Archilochus isto saeuit iratus metro
Contra Lycamben & filias.

Iambicus dimetrus acephalus qui fiat.

Et hic dimetrus non minus
Vt ille acephalus esse, vel claudus potest.
Adest celer phaselus est:
Quom prima dempta est, redditur,
Est celer phaselus est.

Iambicus dimetrus claudus qui fiat.

At quum suprema claudicat,
Adest celer phaselus.
Flaccus priorem sic dedit,
Esset vt versus prior
Est celer phaselus est:
Post hunc veniret talis hic epodus:
Phaselus ille quem vides sabinus.
Sunt tales hoc vno in carmine,
Ad vsque finem permanent compares epodi.
Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.
Non ebur, pes creticus,
Longa nam fit tertia
Consonante ex altera.
Neque aureum prima ex trimetro portio est.
Mea renidet in domo, dimetrus est:
Et vt sabinus, claudicat lacunar.
Pedem hinc iambum duplicem,
Mea reni, si dempseris, relinquitur
Det in domo lacunar:
Adest celer phaselus.
Et condere inde carmen
Multi solent poetae.
Horatium videmus
Versus tenoris huius
Nusquam locasse iuges.
At Arbiter disertus
Libris suis frequentat.
Agnoscere haec potestis
Cantare quae solemus,
Memphitides puellae
Sacris deum paratae
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci,

De

De Saturnio carmine.

Aptum videtur esse
Nunc hoc loco monere,
Quæ sit figura versus,
Quem credidit vetustas
(Tanquam Italis repertum)
Saturnium vocandum.
Sed est origo græca,
Illique metron istud
Certo modo dederunt:
Nostrique mox poetæ
Rudem Ionum secuti,
Vt quæque res ferebat,
Sic dispari figura
Versus vagos locabant:
Post rectius probatum est,
Vt tale colon esset
Iunctum tribus trochæis:
Vt si vocet camœnas — *Quis nouem sorores,*
Et Næuio poetæ — *Sic ferunt Metellos*
Cum sæpe læderentur — *Esse comminatos:*
Dabunt malum Metelli — *Næuio poetæ.*
Dabunt malum Metelli — *Clauda pars dimetri.*
Adest celer phaselus,
Memphitides puellæ,
Tinctus colore noctis.
Post, Næuio poetæ tres vides trochæos:
Nam nihil obstat trochæo longa quod suprema est,

Carmen anacreontium choriambicum.

At choriambus vnus
Præditus antibaccho
Claudicat vt priores:
Videro si nouelli
Versus erit poetæ:
Lex tamen vna metri est.
Tīnctŭs cŏlōrĕ nōctis.
Dăbūnt mălūm Mĕtēlli.
Inăchiă pŭēllæ.
Seū bŏuīs īllĕ cŭstōs.
Colon & hoc in vsu
Carminis est Horati.
Tu genus hoc memento
Reddere quom reposcam.

De confusione seu mistura heroici & iambici in aliis generibus.

Hexametron cui iambicon comes.

Nunc quia quæ potui videor tractasse seorsa

Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
Turbabat cælo, nunc terras ordine longo,
Aut capere, aut captas iam despectare videntur.
Si distinctio separet, nobis mitia poma,
Pressi copia lactis, terras ordine longo,
Despectare videntur, fient sic resonantes
Vt versus sonat, alter, quem distinctio nudat:
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos
Si quis sic quoque findat primum commatis instar,
Ex vno choriambico.
(De quo differui modo)
Versus stare videbitur:
Cui non dictus Hylas puer:
Thebis læta dies adest:
Carmen Pierides dabunt.
Vsque autem duo commata
Possis credere rectius,
Hæc ipsa vt videas dari.
Non hoc, quo modo sunt, situ,
Versa sed vice pristina.
Nanque his commatibus Flaccus Horatius
Metrum composuit, sed choriambicos
Ex binis pedibus præposuit duos:
Tunc hos iungit epodes, partes (vt modo) duas.
Ipso carmine iam tibi fiet regula plana:
Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha sub antro?
Cui flauam religas comam?
Pergunt cætera post consimili strophe.
Versus hic igitur sunt pariles duo:
Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus.
Post hos quæ veniunt, commata perspicis
Grato Pyrrha sub antro,
Cui flauam religas comam,
Cui flauam religas comam, prima parte locetur:
Fiat comma secundum, grato Pyrrha sub antro:
Versum non dubium est fore quem dicunt Priapeum,
Cui flauam religas comam, grato Pyrrha sub antro.
Nec quod desinit in comam si sit tertia longa
Dum G consona iungitur grato Pyrrha sub antro.
Peccat dactylus ist ic. quum, sicut modo dixi,
Primi commatis vltima fiat libera legis.
Sunt hæc alia Flacci vatis carmina quinque.

De quarta tome, hendecasyllabi.

Iam diuisio quarta non morosa:
Qualem suggerimus tomen habebit.

Carmen suaue dedistis o Camœnæ.
Nam quum sustulerimus o Camœnæ,
Pars heroica fiet hæc relicta,
Quæ post hos geminos pedes habebit
Clausum nomine tertium trochæum:
Carmen suaue dedistis.
Hæc heroica iam tome probata est,
Infandum regina:
Nam versus sibi parte restituta,
Illæsum reuocabit hexametrum:
Carmen suaue dedistis Olympiades mihi musæ:
Infandum regina iubes renouare dolorem.

De quinta tome, hendecasyllabi.

Et quintam breuiter tomen loquemur:
Spondeum siquidem inter, & secundum
Quem scis dactylon hic solere poni,
Si trudas anapæstum, inseraisque,
Iungas cætera, iam videbis ipsum
Consueto pede Sotadem loquutum:
Carmen Pierides dabunt sorores.
Si dicam lepidæ palam est profecto
Quod sit pes anapæstus: insero ergo
Spondeo medium atque consequenti
Hoc nomen lepidæ, fit omne tale.
Carmen lepidæ Pierides dabunt sorores.
Idcirco genus phalæciorum
Vir doctissimus vndecunque Varro
Ad legem redigens ionicorum,
Hinc natos ait esse, sed minores.

De sexta tome, hendecasyllabi.

Nunc diuisio quam loquemur, ædet
Metrum, quo memorant Anacreonta
Dulces composuisse cantilenas.
Hoc Petronius inuenitur vsus:
Musicum lyricum refert eundem
Consonantia verba cantitasse.
Et plures alii: sed iste versus
Quali compositus tome sit, ædam:
Iuuerunt segetes meum laborem:
Iuuerunt caput est id hexametri:
Si cures reliquos pedes referre:
Iuuerunt animum versus ex carmine Flacci,
Quod restat, segetes meum laborem,
Tale est ceu triplici vides vt ortu
Triuia rotetur ignis,
Volucrique Phœbus axe
Rapidum percurret orbem.

Non-

Nonnulli metron hoc magis putarunt
Quod sit postera pars ionicorum,
Quos dicunt ἀπὸ μείζονος vocandos,
Vt versus reparetur inde plenus:
Segetes meum laborem,
O quam releuarunt segetes meum laborem.
Triuia rotetur ignis,
Cernis quotiens hic Triuia rotetur ignis.
Nec pars haec anapæston, atque iambos,
Nec non & catalecticam supremam,
Sed sumat pariambon, & trochæos
Sĕgĕtēs mĕūm lăbōrēm:
Quod metron soleant pedes Ione,
Hunc (longis breuibus, breuesque contra
Alterna vice commodando longis)
Versum claudere sæpe de trochæis.
Nec mirum puto quando Varro versus
Hos, vt diximus, & Ione natos
Distinguat numero pedum minores.

Galliambus versus qui fiat.

Hoc si sic repetamus, vt secundo
Supremam dare syllabam negemus,
Iuncto commate Galliambos exit:
Segetes meum laborem, Segetes meum labo.
Sonat hoc subinde metro Cybeleium nemus:
Nomenque Galliambis memoratur hinc datum,
Tremulos quod esse gallis habiles putant modos:
Adeo vt frequenter illum prope ab vltimo pedem,
Mage quo sonus vibretur, studeant dare tribrachyn:
Anapæstus esse primus. spondeus & solet:
Duo post erunt iambi, tribrachysve subicitur:
Linquitque comma primum catalecticam breuem.
Pariambus, & trochæi duo comma posterum,
Tribrachysve continebunt, superatque semipes:
Seruasseque Catullum probat ipse tibi liber,
Super alta vectus Atys celeri rate maria,
Phrygium vt nemus citato cupide pede tetigit.

De septima tome, hendecasyllabi.

At quæ septima sit tome, videtur
Hipponactis habere claudicantem,
Quem supra posui: quod ipsa iam nos
Versus formula post a perdocebit:
Carmen nemo facit meo Sabino:
Carmen nemo, potest heroum reddere versum:
Carmen nemo dabit magno quod par sit Homero.
Claudum est porro: facit meo Sabino.
Nam redde partes, vt quadratus claudicet, priores,
Partemque & istam versu hic ad hunc modum sonabit:

Leuis crepante lympha dissilit pede:
Vtrunque apertum est, immorari desinam.
Et dimetrum heroo talem subiunxit epodum:
Bis vsus hoc, nec amplius:
Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem sensibus.
Nox erat & cælo fulgebat luna sereno
Inter minora sidera.
Necnon trimetro talem epodum comparat,
Pentametri partem dactylicam subicit.
Atq; dimetron ad hoc, vnumq; versum reddidit:
Pecti nihil me sicut antea iuuat
Scribere versiculos, amore perculsum graui:
Prior trimetrus est, tamen qui non habet:
Pentametri pars est, scribere versiculos:
Ad hoc dimetron perspicis, amore perculsum graui.
Semelque & istud functus est.
Itemque epodum non trimetrum adidit,
Sed versum heroum voluit præmittere totum,
Dein dimetrum conlocat, commaque dactylicum,
Et hic, vt ante, versus vnus vt foret:
Horrida tempestas cœlum contraxit, & imbres,
Niuesq; deducunt Iouem: nunc mare nunc siluæ
Threicio Aquilone sonant: rapiamus amici
Occasionem de die, dumque virent genua,
Et decet, obducta soluatur fronte senectus.

ARS GRAMMATICA

MARII VICTORINI DE ORTHOgraphia & ratione metrorum.

ARTIVM Grammaticarũ scriptores quidam ab arte inceperunt, quidã a Grammatica, quidam a definitione, quidam a voce, quidam a litera. Ars, vt placet Aristoni, collectio est ex perceptionibus, & exercitationibus ad aliquem finem vitæ pertinens: id est, generaliter omne quod certis præceptis ad vtilitatem nostram format animos. Aristoteles quomodo? τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρὸς τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ συντεινουσῶν. Nos qualiter? Ars est summa rerum dictio comprehensarum atq; exercitatarum ad aliquẽ vitæ finem tendentium. Huic arti quot contraria opponuntur? Tria. Quæ? κακοτεχνία, ψευδοτεχνία, ματαιοτεχνία. Grammatica autem ars quæ est? Spectatiua orationis & poematis. Hæc quot modis discernuntur? Tribus. Quibus? Intellectu poe-

bus absque sola v, remotis, latinæ linguæ reliquas decem & septé posse satisfacere. Nam pro h, aspirationis nota, vt Græci faciunt, poni posset f, & p, & eadem aspiratione compleretur. Nihilominus pro k, & q, c, litera facillime haberetur. x, autem per c & s, possem' scribere: sic & z, si modo Latino sermoni necessaria esset, per d, & s, literas faceremus, sed vt omnes, quæ vsui traditæ sunt recipiamus, sunt viginti tres. Ex his aliæ sunt vocales vt supra diximus; aliæ consonantes, aliæ mutę. Vocales sunt quæ plenam vocem proferunt, per quas etiam separatas syllabas fieri contingit. Consonantes quæ nunc præpositæ nunc subiunctæ vocalibus consonant. Mutæ, quæ neque proferri per se possunt, neque syllabam facere.

DE ENVNCIATIONE Literarum.

PLacuit autem, ante quam de natura syllabarũ quæ nunc longæ, nunc breues in metris assetuntur, dicere incipiam, prius de enunciatione singularũ literarũ, & sono, qui in ore nostro vario quodam vocis ictu, nisuq; formatur, exordium sumere. Nõ solũ auté vox sonusue icto acre, vt audimus, exprimitur, sed & omne corpus verberatũ & impulsum, sonũ cõfusæ vocis dabit, & quidé variũ ac multiplicé pro qualitate plagarũ. Diximus igitur literas in duas species. i. vocales consonátesq; discerni. quarũ alias, sine quib' syllaba coire vix potest, vocales. alias quæ coniũctæ superiorib' vocis sonum adiuuent, & sensum auribus ex vtriusq, coniunctione, velut geminũ afferant, consonátes adpellati: Eas quoq; in duas partes, .i semiuocales, mutasq, digeri, e queis semiuocales in enuntiatione propria, ore semicluso strepunt. Mutæ auté nec ictu oris, nec linguę nisu sonum edere nisi cõiunctę vocalibus queunt: igitur singulę qua oris nostri sede conceptæ, quo spiritu nisuve formatæ, vocis suæ vim, potestatéq; exprimant, vt potero, explicabo.

A, litera rictu patulo, suspensa neque impressa dentibus lingua enunciatur.

E, quæ sequitur, reprehenso modice rictu oris, reductisq; introrsum labiis effertur.

I, semicluso ore, impressaque sensim lingua dentibus, vocem dabit.

O, vt e, geminũ vocis sonum, pro conditione temporis, promit, vnde inter nostras vocales, ο & ω, Græcorum, vt superuacuæ prætermissæ sunt: igitur o qui correptum enunciat, nec magno hiatu labra reserabit, & retrorsum actam linguã tenebit: longum autem productis labiis, rictu tereti, lingua arcu oris pendula sonũ tragicum dabit, cuius obseruationis & in e litera similis pene ratio est.

V, literam quotiens enunciamus, productis & coeuntibus labris efferemus. Et ne y, connexam Gręcis vocalibus prętermiserim, cuius frequentem vsum quędã verba seu nomina desiderare noscuntur: ipsam quidem Græcis vocabulis, cum inciderint, reseruabimus, loco autem huius v literam, aptam nostris vocibus finxim', quam nisi per ου coniunctam Græci scribere ac pronunciare non possunt.

Nunc de consonantibus quæ sibi vocis sonore, atq; ipsa oris expressione sunt proximę, vt sese obtulerint enarrabimus: ex quib. B & P literæ coniũctione vocalium quasi syllabæ (nã muta portio penit' latet, neq; .n labiis hiscere, vllumve meatũ vocis exprimere nisus valet, nisi vocales exitum dederint, atq; ora reserarint) dispari inter se oris officio exprimuntur: nã prima exploso e mediis labiis sono, sequens cõpresso ore, velut introrsum attracto vocis ictu explicatur. C. etiã & G. vt supra sono proximę oris molimine nisuq; dissentiũt: nam c, reducta introrsum lingua, hinc atq, hinc inter molares surgens, hærenté intra os sonũ vocis excludit: g, vim prioris, pari linguę lapsu palato suggerés, lenius reddit. D. tamé & T. quibus, vt ita dixerim, vocis vicinitas quædã est, linguæ sublatione ac positione distinguuntur, nã cũ summos atq; imos cõiunctim dentes suprema sui parte pulsauerit

d literam exprimit: quotiens autem sublimata partem qua superius dentibus est origo, continget t sonore vocis explicabit. K & Q superuacuo numero literarũ inseri doctorum pleriq; contendunt, scilicet quod c litera harum officium possit implere: Nam muta & otiosa parte, qua c incipit, pro qualitate coniunctę sibi vocis supremum exprimit sonum. Nonnihil tamen est, vtra earum prior sit c seu q siue k, quarum vtramq; exprimi faucibus, alteram distento, alteram producto rictu manifestum est. H quoque inter literas otiosam Grammatici tradiderunt, eamq; aspirationis notam coniũctis vocalibus præfici, ipsi autẽ cõsonantes tantum quatuor præponi, quotiens Græcis nominib. Latina forma est, persuaserunt, id est, c, t, r, p, vt Chori, Thymos, Phyllis, Rhombus, quæ profundo spiritu, anhelis faucibus, exploso ore fundetur. Superest vt septẽ reliquas semisonas, spiritu quoque instrepentes, ordine quodam persequamur, e queis f literam imum labium supremis imprimentes dentibus, reflexa ad palati fastigium lingua, leni spiramine proferemus. Sequetur L quæ validum nescio quid per partem palati, qua primordiũ dentibus superis est, lingua trudente, diducto ore personabit. At M impressis inuicem labiis, mugitum quendã intra oris specum attractis narib. dabit. N vero sub conuexo palati lingua inhęrente, gemino naris & oris spiritu explicabitur. Sequetur R quæ vibratione vocis in palato, linguę fastigio fragorem tremulis ictibus reddit. Dehinc duæ supremæ S & X iure iungentur, nam vicino inter se sono, attracto sibilant rictu, ita tamen, si prioris ictus pone dentes excitati ad medium lenis agitetur: sequentis autẽ, crasso spiritu hispidum sonet, qui per cõiunctionem c & s, quarum & locũ implet, & vim exprimit, vt sensu auriũ ducamur, efficitur. Z apud nos vltima, in qua nõ son⁹ literę sed vocabulũ, & duplex syllaba est, Græcis tantum, cum in vsum venerint, apta vocibus, vt y superius propter peregrina vocabula recipiemus.

DE ORTHOGRAPHIA.

NVnc quoniam res admonuit, nõ absurdum videtur de Orthographia paucis scribere, vel Analogia. Est itaq; in principio dicendũ, quemadmodum antiqui scripserint, dehinc quid nunc debeamus obseruare. Consonantes literas non geminabant, vt in his, Annius, Lucullus, Memmius, & cętera his similia, sed supra literam, quã geminari oportebat scilicet, Sicilicum imponebant, cuius figura hæc est, quod erat signum geminandi, sicut apparet in multis adhuc veteribus ita scriptis libris. iidem voces, quæ pressiore sono eduntur, ausus, causa, fusus, odiosus, per duo s scribebant, aussus, &c. Iuxta autem non ponebant c m. deinde nec Alcmenam dicebant, nec Tecmesam sed Alcumenam, inde Alcumeon & Alcumena, tragœdiæ, donec Iul. Cęsar qui Vopiscus; & Strabo, qui & Sesquiculus dictus est, primus de Tecmesa scripsit tragœdiam suã, & in scena pronunciari iussit. Accius vero cum scriberet anguis, angueis imponebat. Item nec z literam, nec Y in libro suo retulit, quia quæ ante fecerant Næuius & Liuius, cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebãt, præterquam quæ in I literam inciderant, hanc enim per E & I scribebant: Gneius Pompeius Magnus & scribebant & dicebant: Kadamitatem pro Kalamitatem. Nigidius Figulus in Cõmentariis suis nec K posuit pro Q, nec X. Idem H non esse literã, sed notã aspirationis tradidit. Licinius Caluus q litera non est vsus: Consultum senati ipse scripsit: & ad Caium Cæsarẽ, senatus consultũ. Idẽ, Optimus Maximus scripsit, non vt nos per V literã. Diuus Augustus genitiuo casu huius domos meę, per o, nõ vt nos per u literã scripsit. Messala, Brutus, Agrippa, pro sumus, sim⁹. Nos pauciorib. literis scribimus, quã antiqui scribebãt, vt, nar⁹, nauus, nat⁹, nosco: & illi has voces, & similes istis g antepositã scribebant: cuius cõsuetudinis nos vesti-

vestigia retinemus, cum scribimus ignarus, cognatus, ignauus, cognosco: Nec solum literas eximimus, sed voces quoq; ipsas commutamus, vt cum dicatur nemo & nullus, ex quibus prior vox ad homines solos pertinet nemo, quorum genitiuum casum aliter quam nos veteres extulerunt: nemini enim & nulli, dixerunt: Item, bonę frugis quoq., nos bonæ frugi, quamuis nullum nomen singulare Latinũ per omnia genera, numerosq; omnes, & per casus i litera terminetur, tãtum omissa parte eius, solũ frugi scribimus. sed nos nunc, & aduentum, & apud, per d potius, quam per t scribamus, aduetum & aput: & linguam per l potius, quam per, d: præsidium per d potius, quam per l. Hactenus autẽ & hodie, nõ vt antiqui, haccetenus, hoccedie. Et illuc, potius. quam illo. Et pro lauabro, labrum: simul, non semel: & Alcmenam, quam Alcumenam: Alcmeonem, quam Alcumeonem: Tecmessam potius, quam interposita u Tecumessam. Et vbi duarum consonantium sonus percutiet aures, vt in sabbatis, saccis, effert, effugit, fallit, gallus, vallus, macellum, nullus, pallium, Pallas, per duo l. sicut per duo n. annum, Cynnam, & similia. Sic & per duo p. apparatum, Iappam: Per duo r. Arruntium, Varrum, currit, ferrum. Item per duo s. assiduum, Cassium, fessum: Et per duo t. Attius, Vattius, & similia. Nam vt color oculorum iudicio, sapor palati, odor narium dinoscitur, ita sonus aurium arbitrio subiectus est. Clarorum autem virorum, quos supra nominaui, consuetudinem in libris repperire possumus eorum. Sacratum debet scribi, non secratum: Sacratum autem in compositione consecratum facit, per s & e. non per s & a. Sic & castus, facit incestum, non incastum: Promiscua etiam promiscue facit, non promisce. u enim perduci debet sicut assiduus, assidue facit. Quotiens numerum significamus, per t. non per d scribendum erit, vt tot, quot: sic & quotiens præpositio erit ad, vt, *Ad mertem si te fort*. Et, *Ad quem sic roseo*, &c. Si erit autem coniunctio per t. vt, *At regina graui*. &c. Antiqui pro sed, sedũ scribebant, sed cum nostra ætas partem literarum in eo reseruarit, partem, breuitatis gratia, ex eo detraxerit, nonnullam immutarit: & nos per sed, quam per set scribamus. Nomina quæ singulari nominatiuo casu in us literis terminantur, vt Atticus, Brutus, & similia, genitiuo casu vna recepta i. declinabuntur & scribentur, non per duo i. vt Attici, Bruti. Quæ autẽ nominatiuo i literam habuerint, vt, Gellius, Furnius, genitiuo geminare debent i. vt Gellii, Furnii. Voster, vortit, & similia per e. nõ per o. scribere debemus. Has voces & similes istis: itemq; agendum, cedẽdum, capiendum, faciẽdum, per e potius quam per u: sicut acerrimus, existimat, extimus, intimus, maximus, minim⁹, manibus, precium, sonipes, per. i. quã per. u. Quæ voces z literæ sonum exigunt, eas per z sine vlla hæsitatione debemus scribere, & quæ per y, potius, sicut exigit ratio, per y quã per u. vt, Eutychus, Hylas. Degressus autem per e. quã per i. Degredi. n. ex superiore loco descẽdere: digredi ex aliquo loco discedere. Nostri Latini cũ literis vterentur, quas a Græcis acceperãt: a. b c. d. e. i. k. l. m. n. o p q. r. s. t. & Græci vocales haberent totidem, quot & nos, a. e i. o. u. (nam. η. & ω. postea sunt ab his repertę) ε & o ternas habebant apud eos potestates, vt e esset breue & productum. I autem longũ quodammodo sonat, cũ & e & i iunctum est. Et o similiter quoq; cum esset vnũ, breuem, & idẽ faceret longam syllabam, prętereaexprimeret vocẽ, q̃ apud eos per. ο. &, υ. scribitur ω, sic apud nos quoque. e. &. o. totidem potestates habebunt, & easdem, quas apud Græcos. Græci in datiuo, tam. η. literæ, quã. ω. adiiciebant. ι. iuxta: ita nostri, vt apparet ex libris antiquis fœderum & ex legum, qui etiã si ex frequẽti transcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem: Nam o non solum pro breui & longa; sed etiam pro u poni, vt pro populus, ibi popolus: & vbi piaculum, ibi piacolum: Sic

& pro huic hoic: pro funus, fonus. item alia multa. Apud Græcos autem fuisse Cio cum i & o, non dubito. E autē duarum obtinet vicem. breuis & productæ. O vero & pro breui & pro longa & pro n posita est. Eidemque literæ in datiuo casu adiecta est i. Y quoque & suo sono posita est, & subiuncta literæ h, vt est apud nos quoque: item adiecta literis a & e facit syllabam: posita est & pro breui & longa, cum Græce per υ scribimus. V similiter & pro breui & pro longa, quoties consonantib subiecta est pro ο & υ. Græci sequebantur sonum tantummodo literarum θ φ χ priusquam a Simonide inuenirentur, exprimebant iuxta τ, & iuxta π & κ, adspirationis notam H ponendo. Ξ autem varie nunc per κ & σ, nunc per γ & ς. Item ψ nunc per ζ, nunc per πς. Quibus nostri Z acceptam in fine suarum posuerūt: reliquas autem ita scribunt, vt a Græcis sunt traditæ. Y vero eodem ordine scriptum habemus, quo illi, recisa tantum virgula iuxta: sic u quod apud illos iunctum ο literæ υ facit syllabam, nostri etiam quoties eiusdem soni longa syllaba scribenda esset & ipsa adiungebant o literæ Inde scriptum legitis Loucerios, nountios & loumen &c. sed nec g quidē nec q. Latinus sermo introduxit: ex quib. q & fuisse apud Græcos: & quare desiderat fungi vice literæ cognoscere potestis, si pontificū libros legeritis: Nūc enim apud Græcos iuxta π est posita. ς autē apud Græcos obtinet notam numeri sex, pro quo apud antiquos c poni solitū, vt pro agro Gabino Cabino: ꝑ lege, lece: acna, pro agna: auctio certe ab augendo dicta est: & numeri cum habeant c. vt ducenti, trecenti, sexcenti, g reliqui habēt, vt quadringenti, nongenti, cum g tertio quoq; ordine, vt apud Græcos quoq; positū est c pro g, & suo loco k post receptum c superuacuum cœpit esse. CVM, aduerbium temporis, antiqui quatuor literis scribebant: tam his, quum apud Catonē, quam rursus quom, sed antiqui cū ita scriberēt, pronunciabāt tamē perinde, ac si per, cū, scriptum esset. Illa quidem scriptura confusa, quod u pro consonante, & pro o vocali correpta accipiebāt: Sicut apud Græcos trinni valebat vice, vt esset o breue, idem longū: & vt ante dixi, ου. in quib. peccabant, quod aliis literis scribebant, quā quib. enunciabāt. & aliter legebāt, quam scribebant. Item Cuius per quoius literas scribebant. De quib. ne plura scribā, hoc custodire: vt cum fuerit aduerbiū temporis, per qu siue vnū u. siue duo scribatis, vt qum primū quum hoc facerem. At si erit coniunctio, vt, cum Caio, cū Lucio, per c scribi debeat, ne quicquā deperdat ex significatu: non enim aliud per quom scripta, aliud per c u m sonat. Sed vbi aliquando fit aut soni iactura, & tandē pene literæ scribuntur, dandum est aliquid antiquitati. Reliquas voces, quę ante vocalem habuerint u pro consonante positum, vt quando, quæritur, quispiā, quoddam, per q potius quam per c, scribetis. At cum locutus, secutus per c quum quidam præcipiant ad originē debere referri: quia est locutus a loquendo, secutus a sequendo, per q potius quam per c hæc scribenda: nam concussus, quāuis a quatio habet originem, & cocus a coquendo, & cotidie, a quoto die, & incola ab inquilino: attamen per c potius quā per q scribuntur. Quicquam & quicquid & quocquod prima syllaba quoties habuerit d id vos præcidite, & superponite c. Nam cū sint hæc cōposita & confusa, si vtramque vocē suis literis scriptā relinquatis, duas partes orationis separatas relinquetis: quicquam n. ductū est a quidquam. Æ syllabā quidam more Græcorum per αι. scribunt, ne illud quidem custodientes, quia oēs fere qui de orthographia aliquid scriptū reliquerunt, præcipiūt nomina feminina casu nominatiuo a finita, numero plurali in æ exire. vt Aeliæ: eadē per a & i scripta, numerū singularē ostendere, vt hui⁹ Æliai: inducti a poetis, qui *pictai vestis* scripsere: & quod Græci per i potissimum hanc syllabam scribūt propter exilitatem literę υ autem propter naturalem produ-ctio-

ctione iungere vocali alteri non possunt. Iota vero quæ est breuis, eademq; longa, aptior ad hanc structuram visa est. Quam potestatem apud nos habet &. i. quæ est longa & breuis. Vos igitur ne cõtrouersia ambiguitatis, & plur lem nominatiuum, & singularem genitiuũ per. æ. scribite: nam qui non potest dinoscere supra scriptarum vocũ numeros & casum, valde est hebes. Quatinus sæpe cũ sit recte scriptum, vos e producitis, & facitis Quatenus: & sæpe. i. literam cõmutatis in e. De qua re plura loquendo videar vobis exprobrare imperitiam, contentus sum, quid inter vtranq; vocem intersit, significare. Igitur Quatin⁹ est vt quoniã: Quatenus autem significat finem loci cuiusdam, velut qua fine. Nihil est, quod non vultis consulere de his, quæ ignoratis: nã vt aliquid nescire turpe non est, sic in deterius scribere, vel emendare, turpissimũ est. Per termine dicitur auspiciũ, quia fit, cum de fine Romano in agrum peregrinum transgrediũtur. Sed scribam voces, quas alii numero singulari & plurali indifferenter per. u. & o. scripserunt, vt auus, coruus, nouus & cætera. Vos nominatiuo singulari per duo u. quorum vice consonantis fungitur alterũ, alterũ accipitur pro vocali: nam per. vos. scriptæ, significant pluralem numerum, & casum accusatiuum, auos, flauos, coruos, & horum similia: nec enim mihi superest ociũ, qui possim singula exequi, nec sufficit memoria cũ vix hæc quæ scribo, implere possim. Attamen has etiam voces quæ. u. potius quam, o. sonant per duo. u. scribite, vt, vulua, vultus, & similia. sicuti sine vlla dubitatione per. vo. quæ sonant ita, vti voluit voluo, volutus, conuolutus: nã litera u vocalis est, sicut. a. e. i. o sed eadé vicem obtinet consonantis: cuius potestatis notam Græci habent, F. nostri vau vocant, & alii digamma: ea per se scripta non facit syllabã, anteposita aũt vocali, facit vt Fάμαξα, Fιχηδόνα & Fελένη. Nos vero, qui non habemus huius vocis nomen aut notã, in eius locũ quoties vna vocalis pluresue iunctæ vnã syllabã faciunt, substituimus. u. literã: nam vocalis nulla bis eadé posita facit vnã syllabam, assiduus, exiguus, Laocoon, tribuunt, statnunt, & similia. At cũ præponitur vocali, tunc accipitur pro consonante, vt est anguis, extinguit lin... ...uis: in uvido enim, prior u vocalis est, sequens cui subiecta est, consonans. Est præterea eiusdé potestatis u ... aliquis antepositã cõsonantis habet vicem, & subiecta alteri consonanti, vocalis est. Hesternũ producte dici debere nemo, n. est, qui Latine modo sciat loqui, qui aliter quã producta syllaba hesternũ dixerit. Deus est, inquã, vt Reus; & facit genitiuo casu Dei, vt rei. Nominatiuo igitur plurali hii Dei potius quam dii. In fascia sine caussa adiecistis apicé. qui fascia dicitur, quod voluẽdo fit fascia. Haud aduerbiũ negandi, & significat idem q̃ apud Græcos ... sed ab antiquis cũ aspiratione, vt alia quoq; verba, dictũ est, adiecta d litera, quam plerisq; verbis adiiciebant. D. tamen literã conseruat, si sequẽs verbũ incipiat a vocali, vt, *haud alter muros* &, *haud equidẽ*. At cum verbũ a cõsonante incipit, d. perdit, vt, *haut dudum*, & *haut multũ*, & *haut placita ra refert*: & inducit. t. Et huiusce. & huiusq;, recte scribuntur, sed suo loco vtraq;: nã ab hocce, & ab hacce fit huiusce: huiusq; aũt aliud significat, idẽ vniuscuiusq;. Has voces nõ nunquam, nũquam, nẽ quid, quanquam, vnquam sæpe recte scriptas relinquitis: aliquando n in m cõmutatis, non numquam pro n. facitis m. Quid igitur in posterũ debeatis obseruare, attendite. Clari in studiis viri, q̃ aliquid de orthographia scripsere, omnes fere aiunt, inter m. n literas mediam vocem, q̃ non abhorret ab vtraq; litera, sed neutrã propric exprimat, tam nobis deesse quã Græcis, cũ illi Sambyx scribãt nec m. exprimere, nec. n. Sed hæc ambiguitas in his fortasse vocabulis, sicut in Ampelo, Lycambe: nã in nostris supradictis non est: quia non inter. m. & n mediũ sonat, vnquam & nõnunquam & similia, sed inter, n. & g. nã & Græci cũ

scribunt ἄγγελος, ἄγγος, ἄγκος, & similia, si syllabam an sequatur syllaba quæ initium habet a g & a c. conuertunt n literam in g. & pro n. g scribunt, vt ἄγγελος, ἄγχεα, ἄγκυρα: cum inter n. g. medium sonet vocis productæ: non, vt aliis videtur, inter. m. & n. quoniã in copulatione syllabarum familiariũ & nobis habenda ratio est n. quam. m. potius scribetis, nonnunquam, quanquam, & similia: Nam si inter. m. &. n. esset disputatio nobis, quæ in aliis quidem verbis, in supradictis autem non est, commodius credo acturos fuisse receptæ auctoritatis viros, si hanc potius redderent rationem, ne duæ partes orationis. quæ iunctæ, voces confundunt, integræ scribantur tam. d. inde, quam. n. vnde, inde, & similia, etiã quod in iis vocibus, quæ vltimam habent m. si sequatur n mutatur m in, n vt cum Hannibal, Hiempsal. Iam aliud est sciit, aliud sciuit: scite enim facit sciscere, id est, iubere, præbere. Non omnia rotunda tata sunt cum l & r, geminari solent, quoties ratio non repugnat aurium sono, vt in nullo, in Verre: Camelus vero & loquela, querela & suadela & tutela vno l, scribenda sunt, vno r. norat. narus. Orthographia Græcorum ex parte maxima in iota litera consistit: nam & pro breui, & pro longa, velut ἰδίων & ἀνίκ: & in quibusdam mediis interponitur verbis, vt ᾄδη. & in extremis, vt ψυχῇ, πηγῇ: & casibus datiuis adiungitur: quum. n. enuncietur & eadem subiecta. ι. literæ, facit longam syllabam ω, quod antea seruabatur apud nos quoque: nam & pro breui & pro lõga nunc etiam valet. datiuis autem casib. apud nos iuxta apponebatur, vt antea vobis dixisse memini, cum populoi Romanoi, pro, populo, solitos priores scribere ostenderem. Cum vero eadem i. e literæ iuncta esset, non solum pro longa syllaba accipiebatur, sed nominatiuum pluralem ita scriptũ significabat, vt amicei, bonei, doctei, Romanei, & similia: at si per solũ i scripta esset, eadem genitiuum singularem faciebat, vt huius amici, & cætera.

Denique omniũ qui de orthographia scripserũt, de nulla scriptura tã diu, quam de hac quærunt, quæ per i literam, singularẽ genitiuũ, & quæ per ei literas nominatiuum pluralem faciunt, locuti partim acute, vt mihi quidẽ videtur; inepte illud atq; etiam ridicule, nã mihi quædam succurrunt: Pilũ aiunt militare, & vinea; si sit supra quam milites aggerem instituunt, & sicam & silicem quę secet, per e & scribenda: at si pilum sit, quo pinsitores vtũtur, & vinca quæ ruri colitur, & fistula, per i. A quib. libẽter quærerẽ, quo modo scripturi essent ædificii pila, & quomodo singularem dicerẽt, aut pluralẽ in his, res, species, & his similia Samnitẽ licet per omnes casus i longã custodiat, tamẽ nominatiuo correpta i. sanguis, puluis est. Hoc femur, quãuis nomiuatiuo per literam. r. dicamus, tamen genitiuo feminis, datiuo femini, ablatiuo femine, scribite. Cognatæ quædã vocantur in se vocales, vt scitis, & in declinationib. inuicem succedunt. Itẽ consonantes inter se. sed proprie sunt cognatæ, quæ simili figuratione oris dicuntur, vt est. b. f. m p. quibus Cicero adiicit. v non eam, quæ accipitur pro vocali, sed eã q̃ consonantis obtinet vicẽ, & antepo sita vocali fit vt aliæ quæque consonantes. Quoties igitur præpositiones in consequetur vox, cuius prima litera incipit a supradictis literis, id est, b. f. m. p. u. quæ vox coniuncta præpositioni significationem eius confundat, vos quoq; prępositionis literam mutate, vt est, combibit, comburit, comfert, comfundit, commemorat, comminuit, comparat, cõpellit, comualescit, comuellit, comuocat: nõ conbibit, conburit & similia Sic etiam in præpositio iuncta vocibus quæ incipiũt a supradictis literis. n. commutant in. m. imbibit, imbuit, imfert, inficit, immemor, impius, immitis, impotens. At, sub, ob, quæ finiuntur in, b. literam, id est, vnam ex quinque supradictis cognatis, quoties verbũ sequetur, quod initiũ habeat a supradictis, in eam. b. mutabunt, a qua vox incipit, vt, suffert, sufficit, suffundit: non subfert, subficit: sic & supparat, sup-

suppessus, sic suuoluit, suuertit: Ob, autem, mutatur in cognatas easdem, vt, offert, officit, & ommouet, ommutescit, & oppãdit, opperitur, & ouuertit, ouui⁹. Et tamen quoties verbum sequens incipit ab l, aut r, n, suam commutat in eam, a qua sequens vox incipit, vt, collatum, collectum illinit, illectus, collinit illudit. In r, autem, vt, corradit, corripit, corrodit, corrumpit, vt irrepit, irrogat, irruit: perdit vero n, literam, cum sequens verbum a vocali incipit, coemit, coęquat, coit, cooritur. Anceps, ancilla, ancilia, angustũ, anquirit: nõ iudico per an, sed more gręcorum per ag, solitum scribi. Nunc adiicio, sicut inter m & n literam vox media tam Græcis desit, quam nobis, ita inter n quoque & g deesse: Neque enim vt illi ἄγγελον & ἀγκύλην & similia, siue per c siue per g scripserint, alterutram in pronunciando literam exprimunt: nec nos supradictas voces, siue per c siue per g scribamus, proprie aut c exprimimus in dicendo, aut g; quę vox, quoniam ordini literarum nostrarũ deest, & familiarior est auribus nostris n potius quam g; vt anceps, & ancilla, & angina, & angustum, & anquirit & ançora, & similia, per n potius quam per g scribite. Sicut per duo g quoties duorũ g sonum aures exigẽt, vt aggerem, suggillat, suggerendũ, suggestũ, & similia. Sunt, qui inter u quoq; & i literas, supputant deesse nobis voces, sed piguius quã i exilius quam u: sed (pace eorũ dixerim) nõ vident y literam desiderari, sic n. gylã, myserum, syllabã, proximũ dicebãt antiqui. Sed nunc cõsuetudo paucorum hominũ ita loquentium euanuit: Ideoq; voces istas per i scribite. Si memores esseris dixisse me vobis, pręposiitionis literam n quoties verbũ sequeretur, aliter in his dumtaxat quę ex hac pręposiitione verba composita sunt, mutari solere in m non scripsissetis inprolẽ n quod per m debuistis, improlẽ scribere: Improles enim est, qui nondũ vir est. Igitur, quę Græce scribitis p ψ literã, scribetis Latine p ps. Græci priusquã reciperent in ordinẽ literarũ suarũ ξ & ψ eas quidem voces in quibus apparebat g. vt αἶξ, αἰγός: φλὸξ, φλογός: & similia scribebãt per γς, in quibus vero incidebat x, vt ἄναξ, ἄνακτος: δόναξ, δόνακος: & similia, per κ & σ. In quorũ declinatione inerat b, vt ἄραψ, ἄραβος, per β & σ. Et in quib. π, κύκλωψ, κύκλωπος, per π & σ: Similiter nostri, voces quæ in x literam incidũt, si in declinatione earũ apparebat g scribebãt g & s, vt, cõiugs, legs; & similia per g & s. At quæ voces ψ literã habẽt, hæ per b & s scribebantur, si in declinatione acciperent b; vt cœlebs, cœlibis: plebs, plebis. Posteaquã a Græcis ξ, & a nobis x recepta est, abiit & illorũ & nostra perplexa ratio, & in primis obseruatio Nigidii, qui in libris suis & x literã non est vsus, antiquitatem sequens. Sed libenter quærerẽ, quibus literis scripturi essent eas voces, quæ in declinatione nec g & s exeunt, vt, nix niuis, senex senis, sexus sexus: & oppidũ in Hispania Austruxi; quod est ab attraho, & vexi. Voces igitur quæ x literam incidũt, relicta antiqua obseruatione, per x scribite, quæ vero per ψ, ea per ps, poti⁹ quã bs, σ enim nec in nostris, nec in Græcorum libris inuenitur subiecta b literæ. Ea vero quæ ψ sonant, & non declinãtur, vt supra dicta, per bs scribite, vt abscedit, abscidit; abscõdit & abstrahit, obstat, obstipuit, absynthium, gypsum. Nam hyems & sumsit & insumsit, demsit, sine dubio, per m s scribetis. Et quando in harũ vocum mentionem incidimus, nec consumptũ, nec emptũ, nec redemptũ, nec temptat, attemptat, & similia istis per pt scribetis vitiose, sed vt ego scripsi iuxta me, poneris; & lucrifacietis literam, quæ detracta nihil de significatu vocis deminuit & scribitur expeditius. Credo quod ignoretis nomen priuilegium quod dicitur, lex enim priuilegii in vnũ hominem est dicta. Video vos sæpe & orco & vlcano, h literam relinquere, sed credo vos antiquitatem sequi, sed cum asperitas vetus illa, paulatim ad elegantioris vitæ sermonisq; est limã perpolita, sic vos quoq; has voces sine h secundum cõsuetudinẽ nostri seculi scribite. Item corona, ancora,

sepulcrum, sicut quæ h in disputatione desiderant, vt, brachium, cohors, harena, pulcher, sed ea quatenus debeatis obseruare, ignoratis: inducti fortasse eo, quod legistis præceptũ antiquorũ, qui aiũt scribi quidẽ omnibus literis oportere, in enunciando autem quasdam literas elidere. In quo, vt idem sæpius dicam, bis peccatis, quod aliud scribitis, & aliud legitis, quam scriptum est: quid enim facietis in his, quæ velitis nolitis, & scribenda sunt, & legenda vt scripta sunt, vt exẽpli gratia, existimo, non exæstimo, & conquinat, non coinquinat, & similia. Eliduntur autẽ vocales singulę, cum duo cõcurrerint, vt,

Men' incepto desistere victam? Non, mene. Et,

T en' inquit, miserande puer. Non tene. T. quoque ex cõsonantibus eliditur, Vt,

Posquam res Asiæ: non postquam.

M. autem, vt, *Mult' ille & terris.*

Vocalis & consonans pariter,

Non equidẽ inuideo. Et breuiter Troiæ.

Cum fuerit autem scriptum, audiendus'r, & scribendus't, & mutandus't, & similia generis masculini, primam vocem integram relinquetis: ex nouissima autẽ e, &, s, detrahetis, idem facietis in femininis, vt prima vox, cuius generis sit, appareat. Idemq; in neutris. At hicce & hocce pronominibus, si vox sequẽs a vocali incipiat, e. nouissimam detrahetis, vt,

Hicc' alienus oues custos bis mulget in hora. &,

Manibusq; meis Mezentius hicc' est. &,

Hocc' erat alma parens. &,

Hocc' Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ. Non idẽ sunt Tria, quod Trina: tria enim sunt singularia, trina autem multiplicia, sic trinos calceos, & trina vestimenta nõ tria; & terni dicũtur, vt bini, quini, septeni, deni. Quãdo distinguitis, cũ erit perfecta oratio & sensus cõcluderur, inter nouissimã verbi literã & primã insequentis in superiore parte versus pũctũ ponite aliud quã librarius inter duo verba posuit: quoties autẽ ante distinctũ mora fuerit necessaria, similiter inter duas literas ἀνω, auersam, id est, Sicilicũ ponite: si vero fuerit Hyperbaton, & lõgior sensus, at vos in ima parte vers' inter duas similiter, vt supra, literas punctũ clarũ ponite, & si prius quã distinctum concludatur, mora iterũ fuerit necessaria, ἀνω auersam .i. Sicilicũ similiter in ima parte versus ponite. PR. quoties prætorẽ significare vultis, nolite interpungere, ne fiat, populus Romanus: nec cõposita, qualia sunt, leuianima, biduancula, tardigrada: hæc .n. fiunt specie & significatione vnũ. Sed ne ea quidẽ, quæcũq; cũ præpositione dicũtur circũpungetis, vt, circũduci, & circũueniri, & circumplecti, & nõnulli & paulopost: nec hæc vt in Galliã, in Italiã: nec hoc, necillud, quia infinite dicuntur.

Repertores literarũ Cadmus ex Phœnice in Gręciam, & Euander ad nos transtulerunt a, b, c, d, e, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, literas numero XVI. postea quasdam a Palamede, & alias a Simonide adiectas implesse numerũ XXIIII. In Comœdia scriptum erat, ellum nõ recte vos fecistis, illum: est enim, en illum. Grãmatici præterea Demetrius Phalareus, Hermocrates, ex nostris autẽ Cincius, Fabius, Gellius, tradiderunt, ex quibus Cincius, paucis, inquit, cõmutatis, vt ad linguã nostrã peruenirent, eas namq; Cadm' ex Phœnice in Græciam, vnde ad nos Euander transtulerat. Scripseram autẽ vobis, quãtũ repeto, & alia plura, inter quæ nostros antea, sicut Gręcos quoq;. XVI. literis vsos: ex quibus fuisse vocales apud vtrosq; his postea quasdam a Palamede, & alias a Simonide adiectas implesse numerum XXIIII. Ex adiectis autem nostros solã x, recepisse: F vero g, & q, in Græcis etiam literis fuisse & nunc esse, sed G, numero VI, q, nonaginta significare. F, autẽ Aeolis dumtaxat idem valere, quod apud nos v, cum pro consonanti scribitur, vocariq; ϐαῦ, & digamma. Et significaueram prius quam Græcis inter vocales repertæ sunt η, & ω, vicem earum tam apud illos, quam apud nos explesse e, & o: o. etiam scribi solitã pro syllaba ου. E autem pro ι. & iota, easdem-

easdemque & o, & e, quoties accepissent in finem i ota, datiui casum apud vtrosq; significare, & harum scriptionum exempla non solū ex libris veteribus, sed etiam ex peritorum quorundam scriptionibus: vt Canelot, caprot. nam nostri eruditi vno ore h, quidē &, k supervacuas esse dixerunt, nec indagarunt a, apud Græcos prius quam reciperetur in ordinē vocalium tunc cum e, & pro breui & pro longa scriberetur, ac ita quæ nunc a nobis scribitur adspirandi vocem obtinuisse, & a nostris retentam propter peregrina nomina, nunc poni & ante vocales & iuxta c, & t, & p. C, autem & nomen habuisse. G. & vsum præstitisse, quod nunc Caius per c, & Cneius per cn, quamuis vtriusq; syllabæ sonus g, exprimat, scribitur. Ita & alia præterea ad has literas pertinentia. In defrudo apicem secundæ syllabæ, imponere debetis, nam a deferuendo & decoquendo fit tale quod defrudetur. i. fraudetur coctura & minuatur. Vocalē literam I. pro cōsonanti accedere, manifestū est in his nominibus, Iane iecore, Ioui, iucundo. Pro vocali autem valet subiecta consonantibus, & facit nunc breuē syllabam nunc longam, vt, bibit, biga: & citat, ciuis: dies, dicit. Sibi autem ipsa subiungitur in his, vt, aio, Troiia, Gaii, Aiiax. Aduerbia cum. n. scribenda, quotiens, deciens, totiens, & similia per numerum, Athenienses, Mediolanenses, Carthaginēses, & similia: at aquosum, harenosum, & similia sine. n. Coma incisa non cæsaries sed cesaries est a coma cesa. Et in eo quod est amans adiicienda est i, litera in genitiuo plurali, si quando sunt participia, aut ex participiis figurata: ex nominibus autem nusquam, vt, ętas, & similia. Internūdium scribendū. vt interlunium, & trinoctium: ita internundinium, quod nouem dies inter se continuos habeat, non quod nono die sit. Non est cloaca, vt putatis, sed cluaca, quasi conluaca. Contagio apud omnes fere veteres scripta est nominatiuo casu, vt obsidio quoq; & obliuio: sed Poetarū licentia primo fecit contagia & obliuia: postea dici cœpit, & obliuium, & obsidium, & contagium. Cum antiquitatem igitur posterior consuetudo vincat, vos vtro modo scriptam vocem hanc inueneritis, ita relinquite, dum nō ignoretis, ab antiquis nominatiuo hæc contagio dictum. Non est, vt emēdastis porca præcidanea, sed præcidaria, quæ frugū caussa immolatur, qui iusta defuncto non fecerunt, aut in faciendo peccarunt, his porca cōtraliitur, quā omnibus annis immolari oporteat, antequā nouā quasi dapē metreat de se capere: præcidaria dicta, quod ante cæditur quā frugē capiat: ad illa quæ & in re, & in præsente mortuo quem cōdituri sunt, immolatur: quia ex ea capere nō possint ad quod iusta faciant, pręsentanea vocatur. Parilia dicuntur non Palilia non a Pale dea, sed quod eo tempore omnia sata, arboresq; & herbæ parturiāt, pariantq;. Nouensiles siue per l, siue per d scribendū: cōmunionem. n. habuerunt literæ hæ apud antiquos, vt, dinguam & linguam, & dacrimis & lacrimis, & Capitodium & Capitolium, & sella a sede, olere ab odore. Est & communio cum Græcis: nos lacrimæ, illi, δάκρυα: olere ὀδώδειν: meditari μελετᾶν. Nouensiles autem, quos Græci πανίνια, post nouendii a considēdo, id est, eadem sede præditi. Sorix aut Saurix, auis tributa Saturno ab auguribus: quia tarditati, & vetustati, & senectuti conuenit: nam & in veteranis maxime versatur locis, & noctium est & noctis maxime primæ, & quia tempestatis nuntius atque index parui laris. Forcipes quod formum capiant, id est calidum vt fornaces: aut de foro capiant, vt foricipes. Forus autem, status tam in foro, quam in naui & torculari, id est, ἀλωή.

DE SYLLABIS.

Syllaba est coniunctio literarum, cum vocali vel vocalibus sub vno accentu, & spiritu continuata. nam per solam vocalē abusiue syllaba dicitur. minima etiā

est syllaba vnius literæ, vt ea maxima est, quæ ex pluribus constat, vt, stirps. Syllabarum in pedibus differentiæ sunt tres: sunt enim longæ; breues; & mediæ, quæ & communes dicuntur. Ex his breues vno modo sunt, id est, cum vocalis corripitur, quam non sequuntur duæ consonantes. Longarum autem syllabarũ duæ species sunt, nam aut naturaliter longæ sunt, aut positione fiũt. Ex his natura lõgæ duobus modis constant: vno si vocalis producta sit, non sequente alia vocali, vt, *primus ab oris*: nam & *pri.* &. *o.* & *ris*, productis vocalibus sunt natura longæ. Item modo sunt longæ naturaliter syllabæ, cũ duæ vocales iunguntur, quas syllabas Græci diphthongos vocãt, vt ae. oe. au. eu. ei: nã illæ diphthõgi non sunt quæ fiunt per vocales loco consonantium positæ, vt ia. ie. ii. io. iu. va. ve. vi. vo. vu. Aliæ vero fiunt positione longæ modis octo. Primo si correpta vocalis desinat in duas consonantes, vt ars. Secundo, si excipitur a duabus consonantibus, vt *Acrisioneis Danae.* Tertio, si desinit in consonantẽ, & excipitur ab alia, vel ab eadem consonante, vt, arma, Anna. Quarto, si desinit in duplicem literam, vt, nox. Quinto, si excipitur a duplici, vt, axis. Sexto, si desinit in consonantem, quæ duarum sonum præbeat, vt *hoc erat.* Septimo, si desinit in consonantem & excipitur a vocali loco consonantis posita, vt, atuum. Octauo, si excipitur ab i, litera duplicata, vt Troiia, aiio, Graiius, Aiiax. Mediæ autem siue communes syllabæ fiunt modis quatuor. Primo si correpta vocalis desinat in consonantem, quę orationis finiat partem, & excipiatur a principali litera vocali. Est.n breuis sic, *Te Coridon o Alexi*, &c. Et item cum vocalẽ seu productã, seu breuem, aut diphthõgon, & est breuis, vt, *Insulæ Ionio in magno*: & longa est autẽ sic, *Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.* Et itẽ, *Neq; Aoniæ Aganippæ.* Tertio modo, si correpta vocalis excipiatur, a duabus cõsonãtibus, quarũ prior sit muta, sequens liquida. etenim breuis est sic, *Vastosque ab rupe Cyclopas*: & alibi sic, *sese effudere quadrigæ.* Itẽ longa est sic, *Infãdi Cyclopes.* Itẽ, *Centũ quadriiugos.* Quarto modo, si correpta vocalis desinit in cõsonantem & excipitur a principali litera h est enim breuis sic, *Hic amor, hec patria.* Item alibi, *Hic vir hic est, tibi quẽ promitti sæpius audis.* Item longa est sic, *Terga fatigamus hasta.* Videtur plurimis esse quintus communiũ syllabarum modus, qui apud Lucillium, & veteres multos est frequentatus, vt correpta vocalis desinat in s. & excipiatur ab alia consonanti, vel vocali loco consonantis posita, vt est illud, *Quare etiam atque etiam dico est cõmunis voluptas.* Et item, *efflantq; elatis naribus lucem.* Hæ syllabæ pro breuibus apud veteres, pro longis vero apud omnes ponuntur. Potest & hic modus sextus communium syllabarum videri, qui apud omnes veteres semper, & apud Virgilium plerũque pro longa syllaba est. Nam pro breui apud nouos poetas frequenter, quod est sic, cum verbum siue nomen o, habet vltimam correptam, non sequentibus duabus consonantibus: vt, *Canto quæ solitus*, &c. Et, *mœnia prima loco fatis.* Itẽ, *Cui Iuno submissa.* & alibi. *Heu nimiũ virgo nimium.* In his enim omnibus o, litera correpta, pro longa accipitur. Nam pro breui non noui tantum posuere, vt Martialis, *Non amo te Sabidi.* Et apud Virgilium inuenitur, vt est, *Nunc scio, quid sit amor.* sed qui hanc syllabam longam esse voluerũt, semper elidunt inde i, literam, vt sic, *nunc sco.* quanquã caussa est super hoc verbo, quare necesse est, literam corripi. In his enim verbis quæ nominũ speciẽ gerunt, eadẽ corripi oportet propter discretionẽ. Nã scio, si corripias o, literã, verbũ est; si producas, nomẽ singularis datiui vel ablatiui, vt huic, & ab hoc scio. Itẽ tale est, monstro, & ostento, & frequẽtatiua verba multa, vt lecto, facto, scripto, dicto. Nã pronomen, ego, pro breui habere vltimã o, deprehenditur: vt est, *Non ego Myrmidonũ*, &c. Itẽ, *Ast ego quæ diuũ.* Item, ergo, coniunctio pro longa habet vltimã literã o, vt

o, vt est, illud, *ergo iussa parat*, &c. Propter quod talis syllaba finalis tamen tantum cõmunis esse multis generibus probatur. O. autem litera pro duabus Græcis habetur, id est, pro. ο. &. ω. sicut etiã e. pro. η. &. ι. & istæ apud Græcos poetas inuicem pro contrariis sibi literis ponũtur, & vocantur ἀντίστοιχα: vnde & nostri hanc cõsuetudinem Græcorum propter metri necessitatem sequuntur. Nam illo versu Virgilius. o. productæ longitudinem seruat: *Armatumq́, auro circumspicit Oriona*. Item in eodem nomine eandem literam corripit, sic: *Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion*. Itaq; & in hoc, & in huic similibus. e. &. o. putandum est esse communes syllabas, sed per ἀντιστοιχίαν Græcam recipi posse. Nam etiam. e. naturaliter productam; per eandem ἀντιστοιχίαν Virgilius corripit, vt, *gener aduersis instructus Eois*. & alibi, *primo surgebat Eoo*. atque e contrario autem in eodem producta est, sic, *Eoasq́, acies*. & alibi, *ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur*. In breui syllaba tempus est vnum, quia nihil morarum illic vox facit: in longa autem duo sunt, quibus tantum quantum in breui ea vox detinetur, breues autem correpta vocalis efficit, longas producta. Syllabæ aut natura longę sunt, aut positione fiũt. Natura, cum vocalis producitur. Positione, cũ correpta vocalis sequentes habet duas consonantes. Hæc aut in eadẽ syllaba solet esse, vt ars: aut in proxima, vt amnis: aut in duas syllabas diuisa, vt arma. Sed & duplex litera. x. duarũ consonantium loco fungitur. Hęc quoq; aut in eadẽ syllaba solet esse, vt vox: aut in proxima, vt axis. Præstant idẽ & vocales literæ loco consonantium positæ. i &. u. vt, setuus, iniustus: sed hæc in metris facilius deprehenduntur.

Syllabæ positione longæ fiũt his modis: si correpta vocalis desinat in vnã cõsonantẽ, & excipiatur ab altera cõsonanti, vt, *Arma virumq́, cano*. Itẽ si desinat in duas consonantes, vt, *Est in secessu longo locus*. &c. Si excipiatur a duab. cõsonantibus, vt, *Acrisioneis Danae*, &c. Si desinat in duplicẽ literã. x. vt, *Nox erat*, &c. si excipiatur a duplici litera, vt, *Axe sub æthereo*. Idem hoc & in z, vt, *Mezenti ducis exuuias*, quæ apud Græcos duplex est. Itẽ si desinat in consonantem, & excipiatur a vocali vice consonantis posita, vt, *Inueni germana viam*. Si desinat in consonantem, qua pars orationis finitur, vt, *Omnia vincit amor, & nos cedamus amori*. Si correpta vocalis per se partem orationis impleuerit, vt, *Horresco referẽs*, &c. *Liminaque laurusq́, Dei*. Hæc syllaba & inter cõmunes haberi potest. Si vocalẽ breuẽ sequatur, i. litera vice cõsonantis posita, vt *Harpyieq́, colunt*. Si post breuẽ vocalem subiuncta sit consonanti vocalis, & vocalem correptã habeant consequentem, vt, *Parietibus textum cæcis iter*.

Itẽ cõmunes syllabę sunt & ex his quę natura lõgę sunt, & ex his quæ positione.

Natura, si producta vocalis excipiatur a vocali. est. n. longa in hoc. *Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ*. Fit autẽ in hoc breuis, *Te Corydon o Alexi, trahit sua quẽque voluptas*. Item natura, cum geminæ vocales, quas Græci diphthongos vocãt, a vocali excipiunrur. Est enim longa syllaba in hoc, *Vlla moram fecere neque Aoniæ Aganippe*. Fit autem in hoc breuis, *Insulæ Ionio in magno quas dira Celeno*, &c.

His vero quæ positione longæ fiunt cõmunis est, quæ excipitur a duab. cõsonantibus, vt prior sit muta quã liquida. Est. n. longa in hoc, *Immemores socii vasto Cyclopis in antro*. At in hoc breuis est, *Lustra domosq́, trabo vastosq́, ab rupe Cyclopas*. Potest præterea communis videri ea syllaba, quæ apud Virgilium & pro longa & pro breui posita est, hic vel hoc, si a vocali excipiatur, est enim pro longa, *Omnib. hic erit vnus honos, tres præmia primi*, &c. Pro breui autem, *Hic vir hic est*. Sed pro breuibus fere tantum. Nam vt longa sit, & ipsi & omnibus vsitatum est. Considerandaergo est in his duntaxat pronominib. natura. c. literæ, quod crassum

quodammodo, & quasi geminum sonum reddat, Hic & hoc. Si autem nec coniunctionem aspiciamus, licet eadem litera finitam, diuersum tamen sonabit, quod facilius diiudicabitur, sed quando alterum habemus, etiam alterum tenemus. In versu est ergo. *Hoc erat alma parens*, &c. Et, *Pro Iuppiter ibit Hic, ait, & nostris illuserit aduena regnis*. Sin autem feceris: *Nec erat alma parens: Nec ait*: speciem suam versus amittit, cum æque & hanc & illam syllabam constet esse correptas. Ergo illę non ideo lõgæ fiunt, quod pars orationis finitur, vt putãt plurimi, nam idem & in hac effici posset, sed, vt dixi, in pronominib. c litera sonum efficit crassiotẽ, & naturam i literæ inter vocales positæ, ac per hoc sonum geminantis imitatur, quibus primæ potestatis quinq; vocales existunt a, e, i, o, u, quæ gemina virtute temporũ prædítæ dum corripiuntur aut acuuntur longas & breues syllabas metris pstant. Vnde eas haud immerito nostri auctores Dichronos pronunciarunt, eoque fit, vt Græcis vocalibus, quamuis numero inferiores, potestate tamen ex æquo respondeant. Omnis autem syllaba cũ correpta in se vocalis est vnius temporis, cũ producta duorum accipit potestatẽ. Tempus autem est spacium moræ, per quod syllaba longa extenditur, breuis vero cõtrahitur. Ipsa pręterea vocalis per se, id est sine societate, atq; adminiculo cõsonantis, vocis orationisve qualibet parte completa, abusiue syllaba nuncupatur.

In a litera. *A virgo infelix.*

In e. *E terra magnum alterius spectare laborem*

In i. *I nunc ingratis offer te irrise periclis.*

In o. *O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.*

Affectus ingemiscentis seu eiulantis personę plerunq; apud tragicos seu comicos reperiuntur. Vel si ex composito accipias, *Vuidus hiberna venit de glande Menalcas*. Rursus duæ inter se vocales iugatæ, ac sub vnius vocis enuntiatione prolatæ, syllabam faciunt natura longam, quam Græci diphthongon vocãt, veluti geminæ vocis vnum sonum, vt ae, oe, au. His seu simplicibus, seu coniunctis, connexæ reliquæ literæ, quod sonum vocis augeant, crassiotesque efficiant, consonantes vocãtur, quæ in duas partes dirempte, semiuocales quidem VII. dabunt, id est, f, l, m, n, r, s, x, ex quibus liquidæ, quas ἀμετάβολα, siue ὑγρὰ Græci vocant, sunt quatuor, l, m, n, r, ideoq; subiectæ mutis literis, quę in tertio habentur tam ordine quam potestate, quæ sunt, b, c, d g, h, k, p, q t, in declinatione verborum seu nominum nunquam a proprio tenore, ac legitimo positionis suæ ordine diuulsæ, atq; in alteram, literarum commigratione, translatæ speciẽ, vt alia deflectantur atq; mutentur, qua conditione, etiam in metris communes syllabas faciunt.

DE SYLLABARVM *natura & connexione.*

Sed vt ad propositum nobis redeam, discussa literarum tam enuntiatione quam potestate quod cumulo plenissimę eruditionis aptum ac necessariũ præterire absurdum foret, consequẽs erit de Syllabarum natura & connexione tractare. Nam ideo dicta est syllaba, quod a vocalibus, sine quibus eadem coire nõ potest, reliquæ literæ (vt fides Græci sermonis indicat) comprehendantur: id est, παρὰ τὸ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα. quarum tripartita species est, namq; aliæ earum breues, aliæ longæ, aliæ communes, appellantur; scilicet, quod nunc pro breuibus, nũc pro longis, vt necessitas metri, aut producentis aut corripientis easdem, postulauerit, accipiantur. Positio autem consonantiũ literarum breues syllabas, secundũ disciplinam legemq; metricæ artis, efficit longas. Nam, parente natura, omnis vox sub duorum accentuum sono, ore mortaliũ promitur, producto scilicet aut correpto: ex quibus alter extenditur, alter cõtrahitur. Igitur cũ in metris longa syllaba opus esset, vt ea quæ breuis lege naturæ prolata videbatur, longa efficeretur, a principib. Musicæ artis auctoribus positio, id est, dua-

est, duarum consonantium copulatio reperta atq; inducta est. Hæc deinceps obseruatio consensione poetarum legē dedit, quæ auctoritas item de vetustate tēporis trahēs disciplinam, veluti sacrosanctæ in metris obseruationis, cæteris sanxit. Igitur syllaba breuis tempus vnū, longa duo, neq; amplius recipit, ex qua euenit plerumq;, metri necessitate cogente, vt, pro syllaba longa, duæ breues; aut pro duabus breuibus, vna longa ponatur. Id quod in trimetris Anapæstico, iambo, & cæteris huiusmodi versib. datur cognoscere. neq; enim hæc cōmutatio numero metrorum officit, congruentib. sub vtraque lege temporum spaciis atq; momentis. Positione vero octo modis, vt supra relatum est, fiunt, ex quibus sex videntur aperti: de septimo etiam nūc tractemus. Si correpta per se vocalis litera sequētem i habeat inter duas vocales constitutā, vt, *Troiaq; nunc stares*. Hic enim o literæ, vocali correptæ, infertur i litera pro duabus cōsonantibus accipienda, quanquam & geminata i scribere iubeam', vt, *Proiecit fluuio, penitusq; in nubila fugit*. Alii oi diphthongon volunt esse, vt sit pes dactylus, prima syllaba natura longa *Tro*. sequentibus duab. breuibus *ia*. æque hoc u literam facere, nequiuit, eodem quotiens fuerit loco. nam ita ponuntur hæ duæ literæ in syllabis, vt exigente ratione interdū sint vocales pro suapte natura, interdum cōsonantes, quia & prolatæ, & subiectæ aliis vocalibus coeunt & syllabam reddunt. quod reliquæ facere non possunt, vt eædem & cōsonantes sint & vocales. Nam cum & inter se geminātur, & cum aliis iunguntur; prima earum, quę in syllaba fuerit, euidenti ratione cōsonans erit, quippe cum vocis sonus in subiecta tantum vocali audiatur, vt iaculum, Iuno, vota, vultus, & his similia. Octauo, si correpta vocalis definit in cōsonantem, qua pars orationis finiatur, & sequēs sylla ba a vocali incipiat, vt, *hoc erat* & *hic ait*.

Nunc de communibus plenissime tractemus, vnde sumus digressi: quarum in metris triplex ratio & caussa reperitur, siquidem vna eademq; syllaba, nūc longa, nunc breuis, nunc vtriusq; temporis lege fungitur. Sciscitantib. autē, cur tres modi cōmunium syllabarū sint; dicemus, longam syllabam aut natura fieri aut positione. Hæc sub vtraq; specie cōmunem in metris syllabā dabit, id est, aut natura cū vltima pedis dactyli lōga reperitur: vt, *Insulæ Ionio in magno*, &c. aut positione, cum ingeruntur breui syllabæ duæ cōsonantes, quarū prior semper muta, sequēs liquida est. Superest natura breuis, cuius vnus modus: id est cum correpta vocalis definit in cōsonantem, ea dumtaxat lege, vt sequēs syllaba incipiat a vocali tanquā, *Hic ait, & nostris*, &c. ita efficiūtur modi, vt supradictum est, tres. Igitur prima species erit, quæ dactyli pedis tertiam breuē seu productā vocalem, seu duarū cōiunctione, id est, diphthōgo longam efficiens contra legē Hexametri heroi amphimacrum inducit, qui pro dactylo lege communium syllabarū accipietur, ita tamen vt sequēs a vocali pes inchoet. Cuius exemplum apud Homer. *αἰδοῖός μοι ἐσσι φίλε* [illegible]: apud nostrum, *Insula Ionio in magno*, &c. Nam subtili coniunctione longę quę sunt, huiusmodi vtriusq; vocalis nomen incurrunt, & in collisione spacium temporis ipsa pronuntiandi celeritate consumitur: quāquam nonnulli quasi finalem syllabam propter indifferentiam quæ in metris omnib. cōpetit, tradant, super quo pleriq; ambigunt, in isto dumtaxat syllabarū communium priuilegio. Harū altera est, cū eiusdē pedis secunda syllaba, natura semp breuis: vt pote, sequēti loco in dactylo pede cōiunctis duab. consonātibus, quarum prior muta, sequens liquida sit, lōgā efficit positione: vt est, *Vidit thuricremis*, in r: &, *Ni palmas ponto tendens vtrasq;*, *Cloanthus*, in l. Itē. *Brontesq; Steropesq; & nudus mēbra Pyracmon*, in. m. Itē, *Nescio qs teneros oculus mihi fascinat agnos*, in n. Habes exēpla quatuor liquidarum, quas ametabolas diximus, nā breuis syllaba est loco posita, positione longa vim

figurarũ repertæ sunt. & Græci maxime schematibus his vtuntur, quibus maior ac speciosior licentia est corrũpendi sermonis.

DE MENSVRA LONGArum & breuium Syllabarum.

INterMetricos & Musicos propter spacia temporũ quæ syllabis comprehenduntur, non parua dissensio est. nam Musici non omnes inter se longas aut breues pari mensura consistere, siquidẽ & breui breuiorem, & longa longiorem dicant posse syllabam fieri: Metrici autem, prout cuiusq; syllabæ longitudo ac breuitas fuerit, ita temporum spacia definiri, neque breui breuiorem, aut longa longiorem, quam natura in syllabarum enũtiatione protulit, posse aliquam reperiri. Ad hæc, Musici, qui temporũ arbitrio syllabas cõmittũt in Rhythmicis modulationibus, aut Lyricis cãtionib⁹, per circuitũ lõgius extentæ pronuntiationis, tam longis lõgiores, quam rursus per correptionẽ breuiores breuibus proferunt. Afferunt etiam exempla, quæ in Metricis pedib. secum faciant, asserentes accessione consonantium momenta temporum crescere: tanquam Thersandrus constat duab⁹ positione longis, & breui vltima, qui fit pes Palimbacchius. Huius primam positione longam correpta, e, litera esse manifestum est, quã si produxeris, vt interdum etiã Metrici faciunt, vt pro e, η, Græca litera audiatur, quæ semper natura lõga est, fit, vt etiam accedentibus duabus consonantibus, longior prolixiorq; videatur. Quippe cum trium temporum spacio aucta sit, quæ duum fuerat, cũ esset per e correptã, nomen elatum. Item ἀμφιεσμένοι, ἠμφιεσμένος. Quod in metro apud Græcos frequẽter inuenimus, habet enim & de natura & de positione longioris syllabæ incrementũ. Breuẽ aũt breui longiorẽ sic intelligi volunt, vt in eodem nomine, Thersandrus: Drus enim syllaba quũ vnam vocalem natura breuẽ habeat, tres tamen aliæ consonantes cũ eadem elatæ, non parum temporis in mora pronuntiationis occupabunt. Erit ergo hæc breuis ab ea lõgior, in qua sola u, quã cum aliis enuntiata literis drus: auctiorẽ enim vberioremq; autib. sensum reddit. Sed hæc scrupulositas Musicis & Rhythmicis relinquatur. nã quia ad nos attinet, notem⁹ plerasq; syllabas ratione pares esse, spatio autem seu sono impares, vt dicimus omnes Germanos lõgos esse, quãuis non sint omnes eiusdem staturæ: sic dicemus etiam has syllabas in genere esse, non in spatio longarũ seu breuiũ syllabarũ. Igitur cũ metris nihil mai⁹ minusue afferat huiusmodi ratio, nec præfiniti sibi temporis modum adiectio consonãtis excedat, Musicis potius quam Metricis id auscultandum esse dicemus.

DE ARSI ET THESI.

DEcursis syllabarum modis (quæ per vocales & consonantes literas velut quibusdã elementis coalitæ, connexæq; formantur, certisq; secundum aut naturam, aut positionem legib. positæ pedes, cũ inter se geminantur, per Arsin & Thesin gradientes procreant, quibus metrorum omnis ratio inter se præfinita subsistat) cõsequẽs reor prius de Arsi ac Thesi, id est, de alterna syllabarũ sublatione ac positione, quib. pedes in metris nituntur atq; formantur, dicere: ac deinceps pedũ rationem paucis exponere. Arsis igitur ac Thesis quas Græci dicunt, id est, sublatio & positio, significant pedis motũ. est enim Arsis sublatio pedis sine sono. Thesis positio pedis cum sono. Itẽ Arsis est elatio tẽporis, soni, vocis: Thesis depositio & quædam contractio syllabarum. Nã in Pyrrhichio tollitur altera breuis, altera ponitur: in Spõdeo quoq; vicissim longa tollitur ac ponitur syllaba. Trochæo autem & Iambo contraria inter se ratio est. Alterius n. prius longa tollitur, dehinc breuis ponitur: alterius secundũ suam legem sicut supra dicti ordinis immutatur. In Dactylo vero tollitur vna

cus ἀπὸ μείζονος, incipit a duabus longis & in duas desinit breues: Ionicus autem ἀπ' ἐλάσσονος, a breuibus incipiēs in longas desinit Erit itaq; inter hos disemos ad tetrasemon Arsis ad Thesin. Quia vnam partem in sublatione habet, duas in positione, seu contra. Ergo Iambica & Trochaica metra, quæ in duplici ratione sunt posita, facta coniugatione binum pedū mad legem quadrupli vocabitur. Tertius autē Rhythmus, qui Pęonic⁹ a Musicis dicitur, hemiolia subsistit, quæ est sesquipli ratio. Hemioliū dicunt numerū qui tantundem habeat, quantum alius & dimidiū amplius, vt si compares tres & duo. nam in tribus, & duo & eorum dimidiū continetur, quod cum euenit Trisemos Arsis ad Disemon thesin accipitur. i. tres partes in sublatione habent, duas in positione, seu contra: quā rationem maxime incurrunt Pœonici versus & Bacchii. i. a nobis metra gradientibus, vt Pæonicus seruetur Rhythm⁹. Hę sunt tres partitiones quæ continuam ῥυθμοποιίαν faciunt. Aristoxenus autem ait non omni modo inter se composita tempora Rhythmum facere. nam coitus temporū cōmunis est Rhythmo & Arrythmię vnde si apte coëant spacia, Rhythmum faciūt: si contra, Atrhythmiā: vt intelligamus & in ipsa concursione temporum non fortuitam sed certam esse disciplinam.

DE PEDIBVS.

PEs est certus modus syllabarum, quo cognoscimus totius metri speciem, compositus in sublatione & positione: fiunt. n. ex syllabis pedes ordine incrementorum, quē Græci Syllabicen parauxesin vocant: itē temporum, quā Græci chronicen, parauxesin nominät. Syllabarum autem incrementa fiunt quinque, incipientia a dissyllabis vsq; ad hexasyllabum Tēporum vero incrementa a duobus ad duodecim procedunt, id est, a disemo ad duodecasemum. Et n. cognationis & cuiusdam ad augmentum propagationis, qua pedes multiplicati noscuntur orti a disyllabis quatuor, ratio talis est. Syllaba, quæ ad incremētum pedum adiicitur, aut longa est, aut breuis. huius adiectione ita numerus propagabitur. Sic Pyrrichius e duabus breuibus, hunc breuis Tribrachum, longa Dactylum aut Anapęstum facit. Sic Spondeus e duabus lōgis, hūc breuis Palimbacchium seu Bacchium, in prima sede posita longa Molossum reddit. Quo genere trisyllabi & tetrasyllabi vsq; ad hexasyllabos, additamēto temporum processerunt, vt dictū est a disemo ad duodecasemū, seu a dichrono ad duodecachronum. σημεῖον autem, veteres χρόνον. i. tempus non absurde dixerunt, ex eo, quod signa quædā accētuum, quæ Græci προσῳδίας vocant, syllabis ad declaranda tēporum spacia superponuntur, vnde tēpora signa Græci dixerāt. Sed & hoc, loco suggerente, non prætermiserim, eosdem figuras pedum secundū spacia tēporum per literas ita designasse, vt breuis syllabę loco quæ sit vnius temporis ponatur. B longæ autem loco, quę sit temporum duum. M: hoc ideo, vt per literas regula pedum facile intelligatur. Pes autē dictus est siue quædā pars mensuræ & modus quidā Similiter pes vocatur, siue qa in percussione metrica pedis pulsus ponitur, tolliturq;: seu quia, vt nos pedibus ingredimur, atq; progredimur, ita & versus per hos pedes metricos procedit, & scādit. Inter pedē autē & Rhythmum hoc interest, quod pes sine Rhythmo esse non potest, Rhythmus autem sine pede decurrit, non enim gradiuntur Mele pedum mēsionibus, sed Rhythmis fiunt. Pedes igitur simplices sunt duodecim, qui procedunt accrescuntque a duabus syllabis ad tres: Item duobus temporibus ad sex, ex quibus dissyllabi, quod quatuor temporum existunt. Quorum princeps & author Pyrrichius, qui & Pariambus & Dibrachus appellatur, sed Pariambus ideo, quod minus habeat vnum tempus ab Iambo: παρὰ enim Græci minus dicunt, subsistens e duabus

breuibus; vt, de a temporum dinumerata e nim ratio exposcit, vt a breui origo temporum cœperit. quippe cum eiusdem geminatio longum fecerit tempus, haud aliter quam in numeris: etenim ex vno multiplicato, veluti primordio ac semine, reliqui gignuntur. Nec immerito a Græcis hic pes, vt auctor & parens reliquorũ, ἡγεμὼν dicitur. Pyrrichius autem a celeri motu ac recursu qui in Pyrricha habetur, nuncupatus est. Huic contrarius est Spondeus e duabus longis, vt, reges, temporum quatuor, dictus a tractu cantus eius qui per lõgas tibias in templis supplicantibus, editur. (Vnde & Spondulæ appellantur, qui huiusmodi tibias inflare assueuerunt) quorum vterq; quantum in Arsi, tantũ retinet in Thesi. At qui e breui prima, sequẽte syllaba longa digeritur, erit Iambus, temporum trium, vt, parẽs, ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, id est maledicere quod in Iambicis plerumq; versibus reperimus, vel ἀπὸ τοῦ ἰὸν βάζειν: a breui enim ꝓfectus per longum porrigitur. Huic contrarius Trochæus, dictus a cursu & celeritate. Nam τροχὸς ἀπὸ τοῦ τρέχειν vocabulũ sumsit: idem & Chorius ἀπὸ τῆς χορείας sumsit, e longa & breui temporum totidem, vt Roma. Horũ Arsis & Thesis alterna mutatione variatur. Siquidem in Iambo Arsis primam breuem, in Trochæo autem longam habeat: in Thesi vero contraria superioribus sumat. Trisyllabi autem pedes octo, in quibus mensura temporum a trisemo siue trichtono ad hexasemon siue hexachtonon vsq; porrigitur. Primũ habebunt pedem Tribrachyn, sicut dissyllabi dibrachyn, dictum a temporũ substantia. Idem & χορεῖος a quibusdã, ne vos prætereat, vocatur. Subsistit autem e tribus breuibus, vt, anima, temporum triũ. Contrarium huic Molossum dictum a Molossis, qui in Thessalia degunt, e trib9 longis, vt, Eumedes. hi temporum inter se breuitate & extentione discrepant. Nam prior trium, sequens sex temporum spacio prolatatur, quod in dissyllabis in Pyrrichio & Spondeo docuimus. At qui prima longa duabus breuibus subiectis ordinatur, Dactylus dicitur, temporum quatuor, vt, Virbius: qui & a situ & similitudine digitorum, qui in manibus habentur, vocabulum traxit. nam ex vtraq; parte breuiores longiori iungũtur. Huic contrarius mutata temporum vice, pari autem magnitudine, erit Anapæstus, qui & Antidactyl9 vocatur, vt, scopulos. Horum in Arsi & Thesi tempus cõgruit, etiamsi in percussione discrepent syllabæ. Anapæstus autem a situ contrario & repercussione Dactyli, quod est ἀναπαίεσθαι, dictus: ideoq; Antidactylus nuncupatur. Cum vero lõgis duabus pręponitur breuis, fit Bacchius, temporum quinque, vt Catones: quia a Bacchi carminibus seu cantilenis, quæ aptissime hoc metro cõponuntur, nomen accepit: vel quia familiariter hic Rhythmus Bacchãtibus aptus sit. cui, mutato temporum ordine, mensura autem permanente, Palimbacchius contrarius dabitur, siue Pompicus, temporum totidem, vt Romanus. Horũ Arsis & Thesis eadem est, quæ Anapæsto & Dactylo. Superest Amphibrachus contrario sibi Amphimacro, siue Cretico. Prior pes e breui, longa, & breui, temporum quatuor erit, vt, Homerus: sequens duabus vtrinq; longis media breui temporum quinq; scribitur, quæ Græci κρητικὸ vocant, vt Eumenes. Vterq; autẽ a cõpositione temporum vocabulum traxit. Horum Arsis ac Thesis longe inter se discrepant. Nam Amphibrachus in triplo, Creticus, cui de gente inuentoris nomen est, in sesquiplo pensatur. De qua re in superioribus plenissime dictum est. hoc pede ὑπορχήματα constabant. Inter hæc ne quispiã nos aut ignoratione aut incuria præteriisse forsitã putet, qđ per diuisionem & coniunctionẽ inter se tẽporum & dissyllabi pedes in metris extendantur, trisyllabi vel tetrasyllabi cõtrahantur, qđ supra cursim attigi, repetendũ hoc nobis existimaui. Nã Trochæi seu Iambi longa in duas breues diuisa Tribrachũ pedẽ efficiẽt. Adæq; in Spõdeo, soluta in breues prior

prior longa Anapæstum, sequẽs Dactylum procreabit. Vtraq; nũc dimissa tetrasyllabũ e quatuor breuibus, id est, Proceleusmaticum pedẽ dabunt. qui rursus contra consociatis inter se breuibus ad originem reuertetur, id est, Spondeum reformabit. quod æque Dactylus & Anapæstus breuibus suis in longam copulatis, efficient Molossum. Eum quoque trium tetrasyllaborum parentem pedũ, promptum est cernere. Nam diuisa prima eius longa Ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος: tertia Ionicum ἀπὸ μείζονος: media Choriambum gignit. Hoc idem & pedes cæteri, quos superuacuum est persequi, facere poterunt. Vnde orta progenies pedum, ausim dicere, merito credatur. Nec tamen syllabarũ accrescentium in metris terreat numerus cum vnicuiq pedum præstituta legitime tẽpora custodiantur, quod frequenter in Iambicis & Trochæis & cæteris metrorũ generibus, excepto Heroico, reperies. Memineris sane trisyllabos pedes temporũ duntaxat quinq; vel sex, vt est Bacchius & Molossus, cum in quibusdam metris, sicut in Galliambico, longæ eorũ soluuntur in breues vim tetrasyllaborum obtinere. Idem hoc & tetrasyllabis per dissyllabos aut trisyllabos coniunctione temporum fieri. Nã Pæones primus & quartus, coeuntibus in vnã longã duabus suis breuibus, Amphimacrum vel Palumbacchiũ gignũt. Id Græci κατ᾽ ἀφαίρεσιν, & συναίρεσιν siue ἕνωσιν, cũ metri necessitas postularit, fieri memorant, quod necessario insinuandũ credidi, ne syllabarum numero inducti, aut simplices aut compositos pedes proprii status vim semper cum vocabulo obtinere catholice pronũciaretis. Nunc de dissyllabis coniunctis, qui & duplices & tetrasyllabi pedes appellantur: quos etiã quidam Sotadios vocant, referemus, quorũ coniunctio Basis appellatur. Nam Græco sermone duorum pedum copulatio Basis dicitur, veluti quidã gressus pedũ, qui, si eiusdẽ generis, id est, pares iugati fuerint, dipodiam, aut vt quidam, tautopodiam: sin dispares, vt, Trochæus cum Iambo, syzygian efficiunt: in qua Arsis vnum, alterũ Thesis pedẽ obtinebit. quãquam in his nonnunquã syllaba pro integro pede, in vltima dũtaxat versus parte accepta propriam impleat Thesin. Igitur tetrasyllabi pedes erunt omnes sedecim. Vt geminato nnmero ea taxatione trisyllabos qua illi dissyllabos, antecedãt. In quibus spatia temporũ a tetrachrono ad octachronũ, id est, a quatuor temporibus ad octo producuntur: quorũ origo Proceleusmaticus e quatuor breuibus subsistens, vt, Minutius, habebit cõtrarium Dispondeũ e quatuor longis, scilicet vt cõpositũ a Spondeo nomen ostendit, qui solus in tetrasyllabis octachronos, siue octasemos, inuenitur, cuius exemplũ, Calliclides, haud alias quã Spondeus inter dissyllabos tetrachronos est. Sequetur Antispastus, cuius prima & vltima breuis, mediæ duæ lõgæ, id est, Iambo & Trochæo cõpositus, vt, Aristippus. Huic contrarius est Choriambus ex longa, & duabus mediis breuibus, & lõga, scilicet ex Trochæo & Iambo copulatus, vt, Penelope. Quorum mẽsura mutato tantũ inter se temporum ordine apud eos cõgruit. At cum prior breuis subiecta longa, rursus breuis longa terminante cõponitur, erit Diiambus pes, id est, duobus Iambis annexus, vt, Simonides. Rursus cum præcedentẽ longã sequitur breuis, geminatum hoc, facit Ditrochæum, vt, Zenodorus. cõsimilis ferme his & illa Ionicorum ordinatio est. nã præeuntib. duabus longis subiectæ duæ breues veluti Spondeo Pyrrhichius annexus, Ionicum ἀπὸ μείζονος procreabũt, vt, Demetrius. Rursus mutato temporũ situ, cum breues in prima sede, secunda autem lõgæ cõstituuntur, id est, Pyrrhichio Spõdeo iugatus Ionicũ ἀπὸ ἐλάσσονος gignit, vt, Diomedes. Sequuntur Pæonici pedes, numero quatuor, qui sunt pentasemi, sesquipli enim ratione cõsistunt: ideoq; metris minime inutiles æstimantur. sed Epitriti dicti ob adiectionẽ tertiæ partis,

quam sunt Pæones, meritoque a Græcis ita dicti ἐπίτριτοι: nam sunt heptasemi, vnde tetrasyllabis, qui sunt numero decē & sex, quatuor tantum asseruntur, id est, Choriambus & Antispastus æqualitatis ratione constantes, sed & Ionici duo. cæteris decem non adeo necessariis: nā Ditrochęum & Diiambum inter dissyllabos magis aptos haberi volunt. Igitur Pæon primus erit, cui prima longa, tres continue breues adhærēt, ex Trochęo & Pyrrichio copulatus, vt, Cæcilius. Secundus Pæon præcedente breui, sequente longa, cui subiiciuntur duæ breues ex Iambo & Pyrrichio formabitur, vt, Canephorus. Tertius e duabus breuibus, longa tertia, quarta breui syllaba compositus, ex Pyrrichio & Trochæo, vt, Epicurus. Quartū autem quarta longa, tribus breuib. syllabis in prima regione positis, ex Pyrrichio & Iambo connexum accipiemus, vt Diogenes. Supersunt Epitriti qui & Hippii, adæque numero quatuor, quodque est veluti genus Pæonicorū, præsertim cum sine spacio temporū dispares forma consimiles sunt: etenim heptasemi, id est, tēporum VII. quorum primus priore syllaba breui, sequētib. longis tribus, ex Iambo & Spondeo constabit, vt, Aristocles. secundus e longa & breui, subiunctis ei duabus longis, erit ex Trochæo & Spondeo copulatus, vt, Archimedes. Tertius, in quo primæ duæ longæ, tertia breuis, longa vltima, ex Spondeo & Iambo concretus videbitur, vt, Demosthenes. Restat complendo tetrasyllaborum pedum numero Epitritus quartus quem primæ tres lōgæ, quarta in vltimo breuis ex Spō deo & Trochæo connexum esse demonstrant, vt, Irenæus. Hac inspectione conjicere poteris, quemadmodum ex dissyllabis & trisyllabis pentasyllabi, sed & geminatis trisyllabis hexasyllabi pedes formati videantur, quorum syllabatim per tempora species comprehendi poterunt. nam etiam si propriis nominibus, vt alii pedes, minime exprimuntur, tamen situ syllabarum & substantia temporum manifesti sunt: qui rursus soluti, exigente vsu, ad proprium statum conditionemq; reuocabuntur. igitur cognatio, & quędā ad incrementum propagatio, qua pedes a primordio multiplicati noscūtur, talis est, nam ex primigeniis duobus Pyrrichio & Spondeo acquisitis, facta temporū permixtione, Iambo & Trochæo quatuor dissyllabi pedes effecti sunt. Quorū status adiectione syllabarum simul ac temporum propagatus, in trisyllabos pedes octo processit, qui, pari ratione accrescentes tetrasyllabos ex se geminato trisyllaborum numero, XVI. ediderūt. Rursus XIII. tetrasyllabi simili, vt superiores, geminatione, triginta & duo ex se schemata, id est, figurationes pedum pentasyllaborum reddiderunt. Hi quoq; dum per syllabas, vt priores, augentur ac tempora, hexasyllabos pedes pari ratione in schematibus sexaginta & quatuor simili duplicatione protulerunt: ita vt summa omnium ad centum viginti & quatuor pedes redacta sit. ita vt simplices numero duodecim, compositi centum & duodecim habeantur. Hi autem eiusdem inter se mensurę sunt, aut sesquiplo anteeunt aut duplo. Ex quib. magis Mele & Rhythmi Lyricorum modulorum, quam metra formari poterunt. Incipiunt autem & porriguntur tempora in pentasyllabis a quinque vsque ad decem, id est, a pentasemo ad decasemum χρονικῶν περιέξει, vt sit pentasemus, Philopolemus, e quinque breuibus a, a, a, a, a. Decasemus autem e quinque longis, vt, Atroxiclides, cuius canon per quinque b, b, b, b, b, signabitur. Item hexasyllabi ab hexasemo ad dyodecasemum, χρονικῶν περιέξεσι, vt, Menelaophorus, e sex breuibus, hui' canō, a a, a, a, a, a, qui est duplex tribrachus. Alter e sex longis quib. tēpora duodecim subsistunt, vt, Callistochermedes, qui est duplex Molossus, & hoc canone signabitur b, b, b, b, b, b, vt sit dyodecasemus. Nō parua aūt in pētasyllabis copulādis quæstio est, qua colligūtur differētię figurarū: namq; interest, mediam syllabā cui parte

velis

velis annectere. Aliud est enim si duabus præcedentibus sociata faciat coniunctionem ex trisyllabo & dissyllabo, contrariū autem si a duabus præcedentibus diuulsa postremis duabus subsequentibus copuletur, vt sit coniugatio e dissyllabo, qui sit vt multiplices harū figurarū numerus per differentias oriatur. Erit igitur in exēplo hic versus,

Armiger in Ida pede vago littora petens.

Nam si vt Trochaicum scandas, erunt omnes coniugationes e Trochæo & Anapæsto: si contra vt a trisyllabo incipias, erunt omnes coniugationes ex Dactylo & Iambo, & efficietur Iābicus versus: iuxta quæ intelligi datur varia diuisione coniugationū, naturā versuū, vel a Trochaico in Iambicū vel a Iambico in Trochaicum posse trāsduci. Hoc igitur de cunctis triginta duobus pentasyllabis pedibus accipiendum est: quę quidē variatio nō in aliis quā in pentasyllabis coniugationibus euenire consueuit caussa mediæ syllabæ, quæ mouetur, cum aut præcedētibus aut subsequentibus syllabis copulatur.

DE METRIS.

Metrum est compositio pedum ad certum finem deducta, seu dictionum quātitas & qualitas pedibus terminata, vel Rhythmus modis finitus. Prima autem metra sunt, syllaba breuis, syllaba lōga. ex his enim metimur ipsos pedes, ac rursus ex pedibus, metra: & deinceps de metris, carmina. Initiū autē metri coniugatio syllabarū, ex quibus colligitur toti⁹ qualitas metri: iudiciū vero in auribus & auditu est. Species igitur metrorum sunt quatuor, Epica, Melica, Comica, Tragica.

Epos est proprie Heroicum metrum, quod diuinarum humanarumq; rerum, & vel maxime heroum facta versu hexametro cōprehenduntur, quod Græca significatione dictum putant ἀπὸ τὸ ἔπος ... ἐν αὐτῷ τὰ ἔξω μέρη τοῖς ... , id qđ primas partes eius cæteræ insequantur. Hoc metro Homerus virtutes heroum est prosequutus, sicut Horatius refert dicens,

Res gestæ regumq́; ducūq́; & tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstrauit Homerus.

Idē & Pythium, quod interfecto Pythio dracone cōpositum esse dicatur. Cū Delphorū incolæ laudē Apollinis ita pſequerētur ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν ἰὴ παιάν, qđ cōstat ex spōdeis sex. Idē erit & Iambicū trimetrū, si i literam, quę dichrona est, corripias. In his n. Iābico & Dactylo metrorū omnium fundamenta subsistunt. Hoc quidā a Lino Apollinis Antistite, alii ab Orpheo, nonnulli ab Homero inuentum putant. Melicum autē sic vt Lyricū, quod ad modulationem lyræ citharæue componitur, sicut fecit Alcæus & Sappho, quos plurimum est sequutus Horatius. Carmē autem Lyricum, quum metro subsistat, potest tamen videri extra legem metri esse, quia libero scribētis arbitrio per Rhythmos exigitur. Tragicum autem quod trimetro magis versu componitur quo vsi sunt Sophocles & Euripides. Comicum vero varia versuum & modulorum lege cōpositum reperitur, sicut plerūq; apud Menandrum, sed & alios, cognoscimus. Metrorum genera alia a Dis appellara, vt Dithyrambicon. Priapion: alia ab inuentoribus, vt Archilochium. Sotadium: alia ab his qui crebrius vsurparēt, vt Sapphicū, Asclepiadicū: alia a qualitate pedū, vt Iābicum, Dactylicū, Anapæsticū, Tetrametrū, Hexametrū: alia a numero syllabarum, vt, Heptasyllabon. Hendecasyllabon. Metrum autē bifariā accipiemus: nam aut Poeticū metrū est, aut Bioticū.

Bioticum metrum est, quod in vsu vitę & humana cōuersatione taxatur: quod ipsum accipietur modis quatuor. Primo per spacium longitudinis, vt metrum cubitale, pedale, palmale. Secūdo per pōderum examen, vt in libra, vncia, scrupulo. Tertio per qualitatē acerualē, vt in modio sextario, hemina. Quarto per qualitatē humidā & fluxā, vt in cyatho, cōgio.

Poeticum vero Metrū, quod a poetis per syllabas pedum & versus figuratur,

& ipsum intelligetur modis quatuor. Per tempora, vt, syllaba longa, breuis, cum dicitur. Per numeros, quia certa syllabarum dinumeratione metrum finitur. Per qualitatem pedum, quia certis pedibus versus quique procedunt. Vnde Iambica Trochaica & Dactylica metra dicuntur per numerum pedũ, quia versus pro mẽsura sua quisq; trimeter, & tetrameter, & hexameter intelligitur. Hexametrũ poetæ, quod sex pedibus ingrediatur, quos metra eodem modo Græci nominant, appellarunt. Sicut, & illa quibus metimur, cum & trimodia sit certa mensura, & modius, & hemina: nihilominus & cyathus exigua mẽsuræ portio, pariq; ratione decempeda, & pes, & digitus. Sic & totus versus metrum, & singuli pedes quibus eum metimur, metra nominantur. Itaq; quia sunt verba rebus pauciora, nam propter infinitam rerum multitudinem, cui nequaquã omnibus vocabula propria inuenirentur, quæ ratio loquendi flagitabat, translaticie a quacunque re simili ac proxima, pleraq; appellari cœperũt, vt in montibus vertices, in vitibus flagella, in exercitu acies, alæ, & cornua, in surculis gemmæ, & cætera per metaphorã translata. Quidam autem non pedem metrum esse volunt, sed syllabam, quod hac ipsum quoq; pedem metiamur, & quod finita esse mensura debeat: pedes autem in versu varientur. Alii rursum nec pedẽ nec syllabam metrum putant esse dicendum, sed tempus, quia omne metrũ in eo quo metimur numero finitum est, vt, Decempeda. non. n. modo decem habet, modo vndecim, modo duodecim pedes, sed semp decem, vnde pedem metrũ esse non posse, quia in versu modo vnus est Dactylus modo duo, seu Spondei, interdũ incurrũt Trochæi, aut Amphimacri, quorum diuersitate iuxta spacia temporum metrũ, quod certam mensuram habere debeat, nequaquam finitum inueniri. Nobis superuacua videtur esse pugna vocis, cum de re conueniat, siquidem metrum & in syllaba & in tempore, & in pede cõstitutum ad vnam summã decurrat. Horum etenim omniũ cognita potestate, superuacua est lis omnis. Nam cum temporibus syllabã metiamur, syllabis pedes, pedib9 versum, connexũ inter se ius omniũ reperimus. quẽadmodũ cum pedale vel libra metitur aliquid, est in illis vncia, est semiũcia, est digitus, vel ab eo min9 quippiam, per quas portiunculas ipsum pedẽ cõputamus & libram, simili modo metrum erit, & in tempore, & in syllaba & in pede, sed minimum metrum tẽpus i. breuis erit syllaba, maius quod ex duobus tẽporibus e quibus & pes stabit. Nec min9 pro metro frequenter colis vtimur, cum aliquam odam compositam aut ex Strophe aut Antistrophe, aut Epodo metimur per cola. Carmẽ vero ipsum versib9 æstimamus. Metra autẽ omnia quatuor modis variantur, adiectione, detractione, transmutatione, concinnatione. Ita fiũt innumerabiles species ortæ ex prototypis nouem, id est, Dactylico, Iãbico, Trochaico, Anapæstico, Pæonico, Proceleusmatico, Ionico ἀπὸ μείζονος, Ionico ἀπὸ ἐλάσσονος, Choriambico: his adiiciunt Antispastum loco Proceleusmatici, namque is Anapæstico plerunq; subdit9 caret authoritate, nonnulli eum in specie decima recipiunt. quorum omnium exẽpla plura in versu sui cuiusq; metri breuiter vt ostendam, hæc erunt. & primum Dactylici siue Heroici metri, vt,

Arma, virũq; cano Troiæ qui primus ab (oris.

Anapæstici, Tetrametri, Catalectici, vt,

Alius cithara sonituque potens volucres pecudesque mouere.

Iambici, Trimetri, Acatalecti, vt,

Beatus ille qui procul negotiis.

Trochaici, Trimetri, Catalectici, vt,

Roma Roma, cerne quanta sit Deum benignitas.

Ionici ἀπὸ μείζονος Tetrametri, Catalectici, vt,

Galli timidi semianimes tergora vertũt.

Ionici ἀπὸ ἐλάσσονος Tetrametri, Acatalecti, vt,

Miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

Cho-

Choriambici, Tetrametri, Acatalecti, vt,

Lydia, dic perdere cur hunc cupias, quid retices.

Antispastici Tetrametri Brachycatalectici, vt,

Libēs hoc tibi persoluo, nihil me sic iuuat.

Pæonici Tetrametri Catalectici,

Sic Tyberis implacidus in maria labitur.

Proceleusmatici Tetrametri Catalectici, vt,

Nemus aue reticuit, ager homine silet.

Igitur ex his generalibus nouem metris, quæ prototypa & primiformia diximus, composita fiunt metra, cum inuicem sibi per hemistichia copulantur, quæ Græci σύνθετα, id est, coniuncta atq; cōposita appellant. Cum hemistichio iambico iungitur hemistichion Trochaicum aut Anapæsticum, Ionicum, Dactylicum, seu quolibet alio, de quibus & cæteris in processu dicemus. Metra autem quædā singulis pedibus, quam Monopodiam, quædam binis, quam Dipodiam vocauerunt, scandi moris est. Hanc nos coniugationē appellamus, & per monopodiam quidem sola Dactylica per dipodiam vero cętera. Igitur cum hexameter versus metrorum omnium finis ac summa sit, hi qui Epici non sunt, si per singulos pedes feriantur, excedant necesse est modum hexametri versus, vnde per dipodias feriuntur: vt etiamsi decem pedū fuerint, non decametri appellētur, sed pentametri, quinq; scilicet dipodiis computatis.

DE COLIS METRORVM.

COnsideranda prætereea in metris cola, quæ Latine membra, item cōma, quod cæsum a nobis proprie dicitur, id est extrema & exigua pars in metris. Mēsura enim seu modus metrorum huiusmodi accipietur, nam extremum in his atq; vltimū quod Monometron dicitur, cōstat ex vno pede, maximum vero vsq; ad periodum decametrum porrigetur, quorum differentia talis est. Colon est membrum quod finitis constat pedibus: Comma autem in quo vel pars pedis est. Erunt itaque Cola particulæ solutorum metrorum, vt,

Arma virumque cano.

Omnis autem versus, in duo cola κατὰ τὸ πλεῖστον, in duo cola diuiditur. Abusiue autē etiā comma dicitur colon. His quidā adiungunt Stichū, id est, versum, sub huiusmodi differentia, vt sit versus qui excedit Dimetrum, vnde & hemistichium dicitur, Colon autē & cōma intra Dimetrum. Erit itaq; colō cum integrę fuerint Syzygiæ: Cōma vero, cum imperfectæ. Proprie autem Græci cola dicunt, quæcunq; circa iuncturas, aut artus porrecta sunt in longitudinem membra: vnde Euripides, ἐ κῶλα κώλοις πηράτων μιμήσομαι. Vnde dictum melos brachia scilicet & femina. Nec in metro apud quosdam hæc communiter mele appellantur, quæ nos carmina interpretamur & membra, quæ mele Græci diuisa membrorum vocant. Partes ergo versus, cum ex ea qua cōiunctus erat parte dissoluitur, cola efficient. cum vero ea qua coniunctus erat parte abscīditur, particula, quæ diuulsa ex eo est, comma dicetur, vt in illis versus soluatur, in his cædatur. nā Periodus, quę Latina interpretatione circuitus vel ambitus vocatur, id est, compositio pedum trium, vel quatuor, vel cōplurium similium atq; absimilium, ad id rediens vnde exordiū sumsit, sicuti temporis lustrum, vel sacrorum trieterici, vel in poematibus, quando nō versus omni metri genere pangūtur, sed ex variis versibus carmē omne cōpositū per circuitū quendā ad ordinē suum decurrit, περίοδος dicitur, omnis hexametri versus modū excedēs, vnde ea quæ modū & mēsurā habēt, metra dicta sunt. Subsistit autē ex cōmate, colis & versib⁹.

DE VERSV.

VErsus est, vt Varroni placet, verborū iunctura, quæ per articulos & commata ac Rhythmos modulatur in pedes. Incipit autem a Dimetro, & procedit vsque ad hexametrū, in his dumtaxat ver-

sibus qui per singulos pedes dirimūtur. In illis aūtē qui per dipodiā vsq; ad tetrametrū vel pentametrum, nonnunquam hexametrum procedunt, quibus de diuisione ac scansione sua cuique nomen est, quos Latine taxatione simplicium Senarios, Trimetros: Octonarios vero Tetrametros vocauerunt, abusiue vel hæc appellatio habebitur cū syncera & propria significatione Græcorū. Versus Herous hexameter Epos dicatur. Apud nos autē versus dictus est a versuris, id est, a repetita scriptura ea ex parte in quā desinit. Primis enim temporibus, sicut quidā asserunt, sic soliti erāt scribere, vt cum a sinistra parte initium facere cœpissent, & duxissent ad dextram, sequentē versum a dextra parte inchoantes, ad sinistrā perducerent: quem morem ferūt custodire adhuc in suis literis Rusticos. Hoc autē genus scripturæ dicebant Bustrophen a boum versatione, vnde adhuc in arando, vbi desinit sulc⁹ & vnde alter inchoatur, versura proprio vocabulo nūcupatur. Omnis autem versus ab integra parte orationis incipit, & in integrā desinit, exceptis his, quę in Comœdiis ioculariter dicta, corrupta aut semiplena efferuntur, aut quæ raro apud Epicos metri necessitate diuiduntur: vt apud Virgilium, *septē subiecta Trioni*. Pari ratione in versu & Apocope præcepta est, id est, subtractio syllabæ syllabarumue, cuiuslibet orationis, metro cogente facta, quę siue in verbo, siue in nomine acciderit, pro integra parte orationis accipietur, vt,

Endo sua do. id est, in sua domo. Item,

Ac famul infimus esset, pro famulo. Similiter,

Proras detondere & despoliare guberna: id est, gubernacula sicut metri necessitate diximus. versus autem distat a metro, quod in versu statim auditur & metrum, in metro autem non statim versus.

DE POETICA.

QVi versus facit, ποιητής [illegible] dict⁹ est ποιητής, Latina lingua vates, φ verba modulatione connectat. Viere enim cōnectere est. vnde vimen dictum virgulti species & viti in totis Poetica est ars ipsa. nā poesis & poema distant: eo quod poema tātūmodo clauditur carmine, vt Tragœdia vel Rhapsodia: Poesis aūt ex pluribus .i. corp⁹ operis cōfecti, vt Ilias Homeri, & Aeneis Virgilii. Poematum aūt seu carminū species sunt tres: alia .n. Grecis κατὰ στίχον, alia συστηματικά, alia μικτὰ dicuntur, quæ etiā ἀμετάβολα & μεταβολικά. Igitur κατὰ στίχον sunt, quæ eodē metro constat, vt metrū Epicū Homeri, & Maronis nostri: velquod ex trimetris tetrametris cōtinuis subsistit, aut colis, aut cōmatibus eiusdē metri. Systematica aūt quæ ex plurimis metris, neq; ex vno versu aut eodē colo vel commate continentur, vt sunt ἐπωδοί, & quæ apud Lyricos inuenimus quæ Syzygiis gradiuntur. Mixta autem quæ partim sunt κατὰ στίχον, partim ex trimetro & tetrametro mixta, quanquam nō in vno versu semper versus expleatur, vt in Elegia vel Epodis. Nam neque per se versus hexameter sine sequēte pentametro Elegiacum metrū implebit: neq; in Epodis singuli versus sine clausulis suis & assequelis audiri poterunt ἐπωδοί, quia similiter κατὰ δίστιχον fiunt, eadem ferme ἀμετάβολα & μεταβολικὰ erunt. Nā ἀμετάβολα dicta sunt, quod sui generis qualitatem, mensuramq; semper obtineant, vt sunt Homeri carmina & ea q̃ κατὰ στίχον appellari diximus. Μεταβολικὰ autem, quę ab aliis metris ad alia genera transitum faciunt, qualia esse Tragica & Comica paulo ante memoraui Nam & Menander in Comœdiis frequenter a continuatis Iambicis versibus ad Trochaicos transit, & rursum ad Iambicos redit. Hęc etiam in carminibus quæ mutuo annexa ita ex se pēdent, vt alterū sine altero audiri non possit, προῳδικὰ & ἐπῳδικὰ vocauerunt. i. antecantatiua & præcantatiua vt sit in hexametro προῳδικὸν ipsum Epos, & ἐπῳδὸς versus pentameter, qui ei subiungitur in Elegiis Item cantatiuum erit trimeter Iambicus, vt, *Ibis Liburnis inter alta nauium*. Erit dimeter postcantatiuum, *Amice pro-*

ce propugnacula. Et quæque alia qualia & metro scripta sequētes clausulas quorumlibet metrorum ad se trahunt, ita appellabuntur, quia pro odicis versibus ἐπᾴδονται, id est, accinuntur.

DE STROPHE ET ANTIstrophe & Epodo.

PLeraque Lyricorum carminum, quæ versu colisq; & commatibus componuntur, ex Strophe & Antistrophe & Epodo, vt Græci appellant, ordinata subsistunt, quorum ratio talis est. Antiqui deorū laudes carminibus cōprehensas circum aras eorum euntes canebant, cuius primū ambitum quem ingrediebātur ex parte dextra στροφὴν vocabāt. Reuersionē autem sinistrorsum factam, cōpleto priore orbe, Antistrophon appellabāt. Dein in conspectu deorū soliti consistere, cantici reliqua consequebantur, appellantes id Epodon. Nā Epodos est tertia pars aut periodus Lyricę odęs. Igitur quę post στροφὴν & ἀντιστροφὴν, ἐπῳδὸν dicebant. ἐπᾴδειν quidē est supercanere. Hinc sumptū vocabulū in has Epodos, quæ binos verbus impares habent. Nam vt illę canticū finiebant, sic hæ sensum versu insequēti. Hoc quia e trib. subsistit, appellatūr τελὶς. Ita vt omnis & στροφὴ & ἀντίστροφος & ἐπῳδὸς totidem habeant syllabas in proxima periodo, quę subiicitur priori, vt sit aut ἰσόμετρος aut ἰσόχρονος quolibet metro seu Rhythmo subsistens. Nam sicut dextra manus impares habet digitos, sed numero pares sunt sinistræ manus si conferas digitis, sic strophes cola, cum sint dissimilia in prima Epodo subiectæ triados. Obseruabis autem vt temporibus non syllabis pedes diuidas, vt soluātur duæ longæ in quatuor, & dissyllabo pede pro tetrasyllabo vtaris, patiq; vice quatuor syllabarū breuium tempora in duo contrahantur, quod per necessitatem fieri licet, vt aut diuisæ numero respondeant, aut commissæ temporum spacio occurrant: quod & in cæteris metris generali præcepto seruabimus. Inter hæc sunt quædam carmina quæ Monostropha appellantur, quod duas periodos & eas pares habeāt, neque Epodo, vt alia, concludātur. Prætetea reperitur nonnūquam huiusmodi compositio versuum in carminibus, nō vt prima cōpositio secundæ cōpositioni, sicut in στροφῇ & antistropho, respondeant, sed vt prima tertiæ, secūda quartæ similis habeatur, quæ cōpositio κατὰ περίοδον ἀλλοιοστροφικὴ dicitur: est enim τελικὸν carmen subsistēs ex Strophe & Antistrophe & Epodo, vel bis, vel ter, vel sæpius carmen concludat, * μονοστροφικὸν nominatur. Si vero dissimilia inter se in Epodis cola iungantur πολυσχημάτιστον nuncupatur, quando non solenni cōtinuatione, sed perditantiam & varietatem in Epodis periodi complcantur id est, tres partes, eas e quib. pericope subsistit, quæ εἰσὶ στρ[illegible] merito diximus: & est, dissimilium partiū copulatione Periodi cōclusio, si quidem inducta prima Strophe & Antistrophe, rursus aliam Strophē & Antistrophen præcedentibus dissimilem afferant, & rursus tertiam, nihil duabus præeūtibus similem, & quartā æque a cæteris discrepantem, cui varietati solēt illud adiungere, vt postrema Epodos cūctis dissimilis aliquando iungatur, quod non tantū Tragici, sed & Lyrici auctores in Epodis sæpe fecerunt. Hoc loco nō supersederim dicere esse breuia cola, quæ post Strophen & Antistrophon supercinimoris est, quæ iam non ἐπῳδοὶ sed ἐφύμνια dicētur, vt est ἰὴ παιάν. Hæc enim vel Hymnis vel Dithyrābis supercini moris est quæ Epodicis carminibus, si quando præponuntur προῳδικὰ, si autem post Antistrophon collocentur, μεσῳδικὰ nuncupabūtur. Hoc genus in sacris cantilenę ferunt quidam instituisse Theseum, qui occiso Minotauro cū apud Delū solueret vota, imitatus intortū & flexuosum iter Labyrinthi, cū pueris virginibusq; cū quis euaserat cantus edebat, primo in circuitu, dehinc in recursu. i. στροφῇ & Antistropho. Alii tradūt hunc sacrorū cōcentū, mundi cātū cursumq; ab hominib⁹ i-

mitati. Namq. in hoc quinq. stellæ quas Erraticas vocant, sed & sol & luna, vt doctiores tradunt Philosophorum, iucundissimos edunt sonos, per orbes suos nitentes. Igitur concentū mundi cursumq; imitans chorus canebat: dextrorsumq; primo tripudiando ibat, (quia cœlū dextrorsum ab ortu ad occasum voluitur,) dehinc sinistrorsum redibant, quandoquidem sol lunaq; & cætera erratica sydera, quæ Græci πλανήτας vocāt, sinistrorsum ab occasu ad ortum ferūtur. Tertio consistebant canendo, quia terra (circa quam cœlum rotatur) immobilis medio stat mundo. De qua re Varius sic tradit, *primum huic, neruis septem est intēta fides, variuq; additi vocum modi, ad quos mundi resonat tenor, sua se voluentis in vestigia.* Item & Varro.

Vidit & ætherio mūdū torquerier axe,
Et septem æternis sonitum dare vocibus orbes,
Nitentes aliis alios, quæ maxima diuis
Laticia stat tunc longæ gratissima Phœbi.
Dextera consimiles meditatur reddere voces.

DE METRORVM FINE *seu clausula.*

NVnc de metrorū, prout versus processerit, præscripto & legitimo fine, clausulaq; dicemus. nam metrica lege in fine versuū quadripartita conclusio est, per quā exitus metri statusq; dinoscitur, vtrum pede, seu semipede, vel Dipodia sit terminatū. Hanc Græci καταληξιν vocant: id est, cum legitimum metrū in Syzygia simplicem pedem, in Monopodia vero id est, in simplici pede syllabā perdit. Huius species quatuor, nā aut Acatalecticū est, aut Catalecticū, aut Brachycatalectum, aut Hypercatalectum: id est, cum in fine versuum nunc desunt nunc exuberant syllabæ, aut manent integræ. Est igitur Catalecticum quoties in fine versus syllaba vna, pro toto pede accipitur, atq; ita posita, velut refrenat & cohibet metri cursum. Acatalectū, aūt, quod nouissimū pedē integrum pro conditione sui metri obtinet, cui nihil abūdat aut deest. Brachycatalectū vero, cū vno pede, id est, duab. syllabis metrū imminuitur, & pro Dipodia pes vnus ponitur, scilicet cū dipodię feriuntur. Hoc metrū quidam Colobon vocant: Miuron enim vna fit syllaba detracta. Hypercatalectū contra, cū metrū in postrema parte versus vna syllaba abundat vltra quā exigit Dipodiæ numerus, pro lege versus ppositi terminatus. Id vt planius sub exēplo Heroici versus faciā, erit acatalectum φ integris suis pedibus & modis finitur: vt,

Arma virumq; cano, Troiæ qui primus ab oris.

Catalecticū si vna syllaba ei detrahatur: vt,

Arma virūq; cano, Troiæ q primus ab o.

Brachycatalectum, si duæ: vt,

Arma virūq; cano, Troiæ qui primus ab.

Hypercatalectū si vna, amplius quā versus integer exigit, syllaba exuberet: vt,

Arma virumq; cano, Troiæ qui primus ab orisque.

Quod in omni genere metrorū obseruabitur. Rursus, vt exempla etiam ex his metris, quæ coniugationib. gradiuntur, proferamus, cum ad perfectam cōiugationem pes integer deest, erit Brachycatalectum: vt est hoc Tetrametrū, *(ptates.*

Quis non adultas detrahat ramo volu-

Habet enim tres integras cōiugationes, & quartam vno pede breuiorem. Catalecticum aūt, cum perfectæ coniugationi non pes sed syllaba amputatur, vt est hoc tetrametrum, habet enim quartam coniugationem, vna syllaba breuiorem.

Cærulæ Neptune rector vndæ, litorum potens.

Acatalectum autem, cui, vt supra diximus, neque deest ad integram coniugationem, neq; abundat quicquam, vt est hoc trimetrum,

Amare nolo nec dolere Clinia.

Hypercatalectum vero cum ad integrā coniugationem vna abundat syllaba, vt est hoc trimetrum,

Caduca populi coma glauca iā per agros.

Sed metra magis gaudēt Catalecticis cōclusio-

clusionibus. Proprie autē Iambica metra gaudēt Acatalectis & Catalecticis & Hypercatalectis conclusionibus, aduersantur autē Brachycatalectis: Trochaica vero Hypercatalectis eiectis, residuas conclusiones admittunt. Choriambica autē & Antispastica iisdē cōclusionibus quib' etiam Iambica lætantur, Ionica autē Trochaicis depositionibus sociantur, & ideo Hypercatalectica illis exosa sunt. Dactylica vero & Anapæstica magis Acatalectis delectantur. Præter has autem depositiones est æq; quę διακατάληξία nominatur, cum ex diuersis metris versus sub vnius figura cōponitur. Nā si sit Dactylica Tetrapodia & Ithyphallus. i. supra quatuor dactylos pedestres cōtinui Trochæi subiiciantur, isq; versus quasi vniformis pronuntietur, διακατάληξίαν patitur. Quandoquidem quarto pede dactylico & pars orationis & Catalectici metri finis includitur, atque ita rursum Trochaicum dimetrum Brachycatalectum adiungitur, quod Ithyphallicum nominatur, vt est,

Tunc & amoris amor venit improbus aliger Cupido.

Occasio suggerit hoc loco etiam illud dicere, quędam metra familiariter propriis pedibus terminari. nam Iambica Catalectica Iābis, Acatalectica Iambo superfluente syllaba, similiter Trochaica & Anapæstica suis libentius terminantur: cōtra, quædam alienis depositionibus gaudēt, vt Antispastica & Choriambica Iambicis coniugationibus, Ionica autē vtraq; Trochaicis. Siquidem sunt his finitima & familiaria metra singula singulis, non.n.solum in fine ponuntur, sed in medietate versuum, & inter initia coniungūtur. Scias autem in omni metro nouissimā syllabam ἀδιάφορον.i.indifferentem esse. Nihil .n metri interest, vtrum illa longa sit an breuis, ea videlicet ratione, quia distinctionis mora breue tempus ostendit. Lōgam autem syllabam pro breui accipi finalem ea ratione putauerunt qua reperiuntur in metris longæ pleruмq; pro breuibus positæ, quas cōmunes vocāt, vt est,

Insulæ Ionio in magno.

Vnde fit, vt in omni metro nouissima syllaba indifferens habeatur. Nā Aristoxenus musicus dicit breues finales in metris, si collectiores sint, eo aptiores separationi versus a sequēte versu fieri, iccircoq; in sexta sede trisyllabos figura non ponitur, quia moram habet. at contra dissyllabos familiaris est, quia celerius desinit, & eo magis, si posteriorem syllabam breuem habuerint.

DE EPIPLOCE, ID EST, *Metrorum amplexione.*

NVnc de metrorum connexionibus, quas Epiplocas Græci appellant, dicemus. Adiectione.n. & detractione per syllabas & tempora his accidentia metra variantur. Dicta autē Epiploce. i. amplexio, a metricis, eo quod copulati metra metris diuersa his adiectionibus, detractionibus, aut etiā translationibus videātur. harum species sunt tres, quatū prima Trisemos, secūda Tetrasemos, tertia Hexasemos dicitur, ex eo quod e tribus, & quatuor, & sex tēporibus subsistant. quæ, detractis ab initio versus primis syllabis, diuersa metrorū genera informāt. Quarum prima erit ἐπιπλοκὴ δυαδικὴ τρίσημος, id est, cum iambicis Trochaica connexa variantur in species duas, vtrasq; Trisemas, vt diximus, temporum trium: in coniugatione vero sunt, ἑξάσημοι, id est, temporum sex. Nam Iambico versui, vt est,

Paratus omne Cæsaris periculum;

Si adieceris lōgam, efficies trochaicū, vt,

O paratus omne Cæsaris periculum.

Rursus Trochaico si detrahas primā syllabam, Iambicum efficies, velut est,

Celer Phaselus ille quem videtis,

Aut cum Dactylicis Anapęstica sociātur, similiter ἐπιπλοκὴν δυαδικὴν τετράσημον faciunt, vt,

Arma virumque cano.

Huic si accesserint duæ breues, fiet Anapæsticus, vt,

Adeo arma virumq; cano.

Rursus adiecta longa fiet Dactylicus, vt,

Pro ades arma virumque cano.

Quod adæque vt supra per duas species variatum est dactylici & Anapæstici, & ideo συναφὴ, id est duarũ amplexio. Tetrasemos autem propter quatuor tẽpora, quibus vterq; pes extenditur, appellatur, qui in cõiugationẽ copulati Octasemi fiunt. Obseruabis autẽ in hac specie semper duas breues aut adiicere aut detrahere longam vnam, quod est vterque pes trisyllabos. Tertia ἐπιπλοκὴ est in Ionicis duobus & Choriambico & Antispasto, quæ τετραδικὴ hexasemos dicitur, id est, amplexio quadra, quatuor. n. pedes sibi mutuo connectuntur. Temporibus autem sex constant nam cum sit hic versus Ionici minoris,

Dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

Adiecta longa fit Choriambicon, vt,

Cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

Rursus adiecta alia, efficiet Ionicũ maiorem, sic,

Hoc cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

Item adiectio breuis quartam speciem in pede Antispasto procreabit, ita,

Et hoc cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

Adæque & hic versus apud Horatium,

Miserarum est neq; amori dare ludum neque dulci.

Cõstat ex Ionico minore, huic si copulaueris longam, erit Choriambicum,

Quam miserarum est neq; amori dare ludum neque dulci.

Item longa alia apposita facit Ionicum maiorem, vt,

O quam miserarum est neq; amori dare ludum neque dulci.

Breuis autem prælata antispastum informabit, sic,

Et o quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

Ad summum omnis ἐπιπλοκὴ propriis pedibus nulla intermixtione aliorum subsistens, suis vsque ad vltimum pedibus, terminabitur: si autẽ alios admiserit, variabitur. nã familiare est vtriusq; Ionicis Trochaicas sibi bases admiscere. Ergo syncerum μονοειδὴς, Mixtum autem μιξοειδὴς vocabitur.

DE TOME SIVE INCIsione versuum.

INcisiones etiam versuum, quas Græci τομὰς vocant ante omnia in Hexametro heroo necessario obseruandæ sunt. Omnis enim versus in duo cola formãdus est, qui Herous Hexameter merito nuncupabitur, si cõpetenti diuisionum ratione dirimatur. Sex enim pedum percussio versum quidem hexametrum, nõ tamen Heroum, quem Epicum, si legem incisionis non tenuerit faciet. Quarum prima Penthemimeres Tome dicitur, cũ post duos pedes sequens syllaba plenã orationis partẽ distinguit, cui⁹ exẽplũ erit,

Quam Iuno fertur.

Verbum enim post duos pedes concludit ac determinat syllaba, quæ in metro semper habetur. Vt sequẽs sermo ab integra parte orationis incipiat. Geminata autem penthemimeres Tome versum pentametrum complet, vt,

Quam Iuno fertur, quam Iuno fertur.

Secundam diuisionem ἑφθημιμερῆ Græci dixerunt. quæ trib. pedibus emensis adiicit syllabam, completq; sensum quacũque orationis particula. Huic, sicut & superiori nomen inditũ ex eo est, quod tribus pedibus & vna syllaba, id est, semipede, quę in Arsi & Thesi septem motus efficiunt, versum diuidat. Cuius exemplum erit,

Quam Iuno fertur terris.

Nam post tres pedes suprema, ris, syllaba sensum cõplet. Erũt igitur hæ duæ principales Tomæ, vt dictũ est, Heroici versus incisiones, quibus similiter & Iambici & trimetri diuiduntur. Sed his in Heroo duę alię accedunt. Nam si harũ neutram inueneris, tertium Trochæum in versu conquires: id est, Penthemimeren

ren dissyllabo clausam, vt est,

Infandum regina.

Nam percussis duobus pedibus, tertius pes Trochæus est, gina, cui coniuncta breuis iu, secundum legem versus hexametri dactylum cōplet bes, autem syllaba, & sensum superioris coli integrat, vt fiat hephthemimeres, & sequētis pedis initium inducit. Eodem modo & quartus Trochæus accipietur, qui raro admodum reperietur, vt est,

Quæ pax longa remiserat arma nouare parabant.

Quartus pes Trochæ⁹, *Arma*, vide Hephthemimerem dissyllabo clausam, vt supra, cui annexa breuis, no, syllaba Dactylnm lege Heroici versus implet. Harum si nullam in hexametro speciem inueneris, Heroum versum iure ac merito negabis. Nonnunquā autem euenit, vt in eodē versu plures incisiones, id est, Penthemimerē, & Hephthemimerem, & eam quæ quarta cæsura partē orationis terminat (quam Bucolicon Græci dicunt) reperiamus: vt,

Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris.

Nam iæ qui, pes in versu quartus eā diuisionem explicat, quā Bucolicon vocari dictū est, sub qua pedū percussione sensus impletur. Nā Bucolici metri hæc lex est, quā per omne opus sui carminis Theocritus Syracusanus obseruat, exceptis paucis versiculis de quibus in processu dicemus.

DE CONCVRSV ET COLLISIONE VOCALIUM.

OBseruanda præcipue in metris literarū vocalium inter se collisio, quæ trifariam euenit, id est, per συναλοιφὴν, ἔκθλιψιν, συνεκφώνησιν, vel συναίρεσιν, quarum inter se differētia talis est. Nā συναλοιφὴ est cum inter duas loquelas duarum vocaliū cōcursus alteram elidit: id est cum duę partes orationis ita coeunt, vt altera in vocalē desinat, & altera incipiat a vocali: vt,

Hic hasta Aeneæ stabat. Item,

Priamique euertere gentem.

Nec tamen putaueris quamlibet e duabus eximi posse, illa enim quæ superuenit, priorē semper excludit, non prior sequentem. ἔκθλιψις autem vel ἐκτεθλίψις, fit, cum duæ inter se dictiones duæ cōcurrentes aliquam pluresue vocalium cum consonanti duntaxat exprimunt: vt,

Multū ille & terris iactatus & alto. Itē,

Circūdat necquicquam humeris & inutile ferrum.

συνεκφώνησις vero, cum duæ vocales in vnā syllabam coguntur, quę possunt duarum syllabarū locum diuisę complere, duntaxat interposita consonante: cum, Phaethon, in Metro sic enuntiatur, vt ex trisyllabo nomine, dissyllabon faciat: ita,

Cū te flagranti deiecit fulmine Phaethō.

Et illud Maronis,

Villis onerosum atq; vnguibus aureis.

aureis enim pronuntiandum est. In scādendo autem, Reis, syllaba nō diuiditur, sed, E litera in vnitatē cum I deducta per diphthōgon Gręco more & ratione scripta, enuntiatur. Sed & nostri veteres eas syllabas, in quibus I productnm inuenitur, E anteposito scriptitabāt, vt in antiquis libris inuenimus. consimili ratione quæritur. Orpheus in metro (vt,

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus)

vtrum trisyllabum an dissyllabum sit, an idem nomen duplici enuntiatione promatur, aut sine A litera, vt Pentheus, aut cum A, vt ita declinetur Orphæus, vt Aristæus. Visum est tamē hoc posse discerni, vt illa sine a. litera, Græca sit enuntiatio, hæc, Latina q̄ per diphthōgon effertur. Sed vt ad propositum reuertamur, quidam superioribus trib. quartam speciem addiderunt, quā Græci dicunt κρᾶσιν id est, cum vnius literæ vocalis in duas syllabas fit communio, vt,

Audire est operæprecium procedere recte. Item,

Quæcumque est fortuna mea est.

Quę veluti per contrarium συνεκφώνησις

metris imitatur. Hæ figuræ sollicite obseruandæ sunt, tam in Heroicis quam Iâbicis ac cęteris metrorum generibus, ne nobis per negligentiam obrepant, maximumque errorem afferant.

DE VITIIS VERSVVM.

INter alia, quę in metris vitâda esse pręcepimus, tria vel maxime hæc obseruanda vitia nobis sunt, quibus vulnerati versus claudicabunt, quæ trifariâ contingũt. Nam aut in principio, aut medietate, aut in extrema sui parte corrumpuntur. Igitur cuius initium pro conditione propriæ legis nequaquam integrum processerit, ἀκέφαλος dicitur, veluti, capite imminuto: vt,

Fluuiorum Rex Eridanus, Item.

Adicias nec te vllius violentia vincat,

In media vero parte læsus λαγαρὸς appellatur: vt,

Anchisen facie certum.

Quibus qui medentur, finalis syllabæ excusatione succurrunt, ne media versus sede Iâbus habeatur causantes, quod parte orationis terminata pro longa positione accipienda sit, vt,

Quam Iuno fertur. Et,

Quis te magne Cato tacitum. Item,

Classe veho mecum.

At in vltima μείουρος ob decurtationem, vt Græci dixerunt, caudæ, id est, extimę partis: vt est ille versus apud Homerum,

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

Cuius exemplo etiam nos vtemur ita,

Attoniti Troes viso serpente pauitant.

Cui quidam ita medentur, vt dicant Homerũ artis Poeticæ partem geminata litera, ὄφφιν, dixisse, sicut & ἔσσω, ἔμμεν, ὅδδι At cum Liuius Andronicus præmisso hexametro huiusmodi subnectat versus per ordinem Iambo terminatos, nouam potius hanc speciem, quam μείουρον æstimant versum, & Teliambon appellant. Nam in Hymno Dianæ apud eundem ita inueniuntur in fabula Inone,

Sed iam purpureo suras include coturno,
Balteus & reuoces volucres in pectore sinus,
Pressaq; iam grauida crepitent tibi terga pharetra,
Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.

Nam cum superiorem versum plerunque Chorius, sequentem Iambus terminent, non absurde Choriambicam clausulam idem affectasse in eiusmodi modulatione dicetur, ea videlicet contemplatione, qua viderit Homerum, fontem atq; originem metricæ disciplinæ, non tantum in duobus corpusculis Iliados & Odysseæ his versibus Teliambis frequenter vsum, sed & in eo carmine cui Margite nomen est, eundem Herois Hexametris Trimetros Iambicos tanquâ pares numero miscuisse viderit, qua ratione id in opere suo Liuius. Nobis autem, quibus isto in artis Metricæ commentatio omnia insinuâdi curæ ac moris est, ne aut per imperitiam, aut negligentiam id prætermisse ab obtrectatoribus dicéremur, vtrumque super huiusmodi conditione versuum aperire atque expromere in maximo opere & studio fuit.

MARII

MARII VICTORINI
DE DIDASCALICIS METRIS
Liber Secundus.

DE PROTOTYPIS speciebus nouem.

REDO nos omnia, quæ ad instructionem metricę disciplinæ, velut quædam primæ institutionis incunabula, quę necessaria his, quibus huiusce artis voluptas ac studium est, intimanda sunt, affatim persecutos. Vnde nunc ad nouem Prototypa, id est, primiformia omnium metrorum genera, e quorum fonte & origine deriuata innumerabilis metrorum profluit copia, stylum nostri operis conuertam, de quorũ disciplina & præceptis, & ratione omni, qua inter se congruunt siue dissentiunt textus huius secundi voluminis singula quæq; referans explicabit. Auspicandum igitur ab eo nobis pede potissimum credidi, qui heroum metrum principem omnium continens etiã nominis sui appellatione signauit. Siquidem nonnulli ambigant, a quo e duobus, metrorum ordinem inchoantes exordiũ capiant. Nã qui a Iambo initium trahũt, eo studio id fieri volũt, quod idẽ a breui, a quo his origo est, incipiẽs tempore, & longo desinens, veluti a minori ad maius egressus per temporum incrementa consurgat. Pyrrichius enim nullum ex se metrũ edidit: Trochęus vero a longa incipit. Nos autem, vt dictum est, principi metrorum omnium Heroo, siue Pythio, deferentes, non absurde a Dactylico auspicandum esse censuimus. Igitur Prototypa, id est, primiformia nouem metra, quorum & in primo mẽtionem fecimus, sunt hæc: E quib. primũ Dactylicum, dehinc Anapæsticũ, post Iambicũ, & Trochaicũ, & Choriambicũ, & Antispasticũ, Ionicum ἀπὸ μείζονος, Ionicum ἀπ᾽ ἐλάσσονος, & Pæonicum. Nam Proceleusmaticum, speciem nouem prototypis decimam associãdam esse quidam putant, de quo suo loco. Placuit itaq; hoc situ ordinis ad illuminãdas eorum inter se alterationes ac mutuas æmulationum vicissitudines (quas per cõtrariam naturæ positionẽ habere noscũtur) eadem sic digerere, vt dactylicis Anapæstica, Iambicis Trochaica, & cætera, vt paulo ante induximus, a diuerso proposita, quo distent ac differant, siue copulentur & congruant ipsa inter se comparatione proposita, non solum ingenii sed oculorum veluti contemplatione percepta, in promptu ac propatulo habeantur.

DE DACTYLICO METRO.

IGitur Dactylicum hexametrum cõstat e Spondeo, Trochæo & eodem Dactylo: habet autem sedes sex, quas Aristoxenus Musicus χώρας vocat. Recipit autem pedales figuras tres, has Græci dicunt ποδικὰ σχήματα. Nam aut in sex partes diuiditur per Monopodian, aut in tres per Dipodian, & fit Trimetrus, aut in duas per κῶλα duo, quibus omnis versus constat, dirimitur. E cuius genere hę metrorum species gignuntur. Diphilium seu Chœrilium, Logoaoedicum seu Archebuliũ, Æolicũ siue Sapphicũ, & cætera de quorum statu ac ratione suo loco dicemus. Dactylici igitur metri, id præcipuum est, quod Heroum appellatur differt enim

a Dactylico Heroum eo, quod & Dactylicū est, & in duas cæditur partes, de quibus supra diximus, penthemimerem & hephthemimerem. Dactylicum enim, licet iisdem subsistat pedibus, non tamen iisdē diuisionibus, vt herous cęditur versus. Inter Spōdeum autem & Dactylum mensura temporum congruente, etiā in Arsi & Thesi eadem ęqualitas stabit, quā Græci dicunt ἴσον λόγον, quæ & per coniūctionem & diuisionē, vt supra docuimus, mutua procreatio est, meritoque indifferēter in quacunq; versus sede (vt sors scādendi processerit) reperiuntur, dumtaxat vsq; ad pedem quartum. Quintus enim frequenter, vt Heroum decet, Dactylus esse debet. eadem cognatione etiam Anapæstus, qui e Spondei prima in duas breues diuisa efficitur, heroo posset annecti metro, nisi, incipienti Dactylo & subiuncto Anapæsto, mediæ breues numero quatuor Heroū versum deformarent: seu quod Anapæsti per syllabas gradiantur, siue quia metrorum fere omniū natura talis est, vt caueāt ne singulas partes orationis singulorum pedū fine concludāt, sed potius vt verba vel nomina ex residua sui parte frequentibus pedib annectāt, quo pacto euenit vocum integer pes esse, sed sane vt perfectę parti orationis de sequenti sermone aliquid accedat, nec vnquam facile cum fine pedis pars orationis impleatur. In Anapæstis autem cōtra euenit istud: etenim pes hic singulis cōiugationibus partē orationis includere, sicut in Comœdiis pleraq; exempla declarāt. Nonnunquam hæc obseruatio prætermittitur, sed qui fuerint versus, neq; sonum neq; gratiam habebunt, & prosæ orationi similes audiētur. Trochęus numero tantum syllabarum Spondeo cōgruens, velut alienus ab his, semper in extima parte versus locabitur. Super quo etiam nunc in Grammaticos lis pendet: nam qui eum asserunt, ferunt pulchriorē versum Epicum effici, si καταληκτικὸν habeat, id est, si Trochæo claudente terminetur: vt persuadeant dactylicis pedibus familiariter Trochæos in depositionibus cōiugari. Aduersus quos alii loci extimo, in quo tantum locali præscriptione nituntur. Nec immerito, vt nouissima eius syllaba, quę semper breuis est, mora temporis intercedente, quę in fine versus naturaliter contingit, suppleatur, quo tunc demum pro longa sumatur, sicut pleræque in metris finales syllabæ, vel quod in omni versu vltima breuis ἀδιάφορο, id est, indifferens, habeatur. Quæ tamen persuasio in medio posita potest & Trochæo accidere. non amat autem, vt dictum est, per singulos pedes verba finire, sed immiscere syllabas. Nam qui per singulos pedes verba terminarit, erit indecens: sicut,

Pythie Delie, te colo, prospice, votaque firma.

At si misceantur syllabæ, erit decentissimus: vt,

At regina grauiiamdudum saucia cura.

Adæque obseruatur, ne tertius pes verbum finiat, versumque a se deducat: vt est,

Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos?

Heroi versus vitiosi habentur, qui ex solis Dactylis vel solis Spondeis constant, quia in talibus aut grauis tarditas aut velocitas nimia, vitiosa est. Insignes autem in metris sunt, aut Dactylici, in quo quinque dactyli vltimo Spōdeo claudūtur: vt,

Panditur interea domus omnipotentis olympi.

Aut σπονδειάζοντες, id est, cum in quinta & sexta regione versus, pedes Spondei ponuntur: vt,

Cornua velatarum obuertimus antennarum.

Aut in monosyllabum desinentes: vt,

procumbit humi bos.

Aut quatuor orationis partibus decurrentes: vt,

Cornua velatarum obuertimus antennarum.

Aut ἀσύνδετοι & ἰσόχρονοι: vt,

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.

Incipit autem versus Herous Hexameter a duo-

a duodecim syllabis, in quo omnes Spondei sunt: vt,

Non phocæ turpes, non marcentes balenæ.

Et crescit vsq; ad septemdecim syllabas. Quotiens autem Dactylus accedit, totiens syllaba accrescit: quas species sub exemplis enumerare, & apud nos longum, & apud eruditos absurdi habeatur, quotiens & quibus in locis per alternas Dactyli & Spondei vices inter se obortæ collocentur: quas tamen triginta duas esse, manifestum est. Est autem Herous versus temporum viginti quatuor, Spondeo duntaxat vltimo. At si Trochęus versum clauserit, viginti trium: quem volunt haberi Hexametrum Catalecticum. Meminerîs autē sæpe Græcos huic metro Molossum & Palim bacchiū & Creticū loco Dactyli sub lege syllabarum cōmunium admiscere. Nam & apud nos similis versus reperitur, in quo primus Amphimacrus: vt est,

Insulæ Ionio in magno.

Qui tamen certa ratione Creticus non est. Nam tertiam longā id est æ diphthōgon quę Creticum pro Dactylo dedit, sequens syllaba a vocali incipiens, dum tēpus prioris in se trahit, produci non patitur atq; ita productam vocalem superueniens alia vocalis eludit. Nec te idem pes in illo versu decipiat, velut huius similis, qui est talis,

Ponite spes sibi quisque.

Nec enim hic, vt in superiore primus pes Creticus erit propter duas consonantes, sed pes est Dactylus, primo quod pars orationis compleatur cum pede, id est, *Ponite*, de hinc quod sp, sequentis pedis inferre superiori non possunt, quando aliū inchoant sensum, nec vnquam cōsonantes duæ longam syllabam faciunt, nisi in eadem parte verbi constitutæ: quod & in cæteris obseruabimus. Incipit autem & accrescit per augmenta syllabarū Dactylicum metrum a Dimetro vsq; ad hexametrum. Erit ergo versus Dimetrus Catalecticus, qui duobus suis duntaxat pedibus subsistit, tanquam,

Terruit orbem.

Quod concurrit etiam, in Choriambum Monometrum Hypercatalectum, quod Adonidium appellatur. Trimetrus autem acatalectus, qui e tribus, vt,

Cui non dictus Hylas puer.

Hoc ἡρωικὸν dicitur: quo Simonides frequenter vsus est. Tetrametros, qui e quatuor, vt, *Nos patriæ fines, & dulcia.*

Qui in dactylum desinens Alcmanicum, in Spondeum vero Archilochium metrū efficit. Pentametrus, Catalecticus, qui e quinque vt,

Phœbus me docuit iuga Pieridum sequi.

Et hoc Simonidium dicitur. Hexametrū cui sex incisiones sunt, vt,

Oceanum interea surgens aurora reliquit.

Fit Catalecticum in syllaba cui᾿ ea compositio est, vt habeat duos Dactylos & Spondeum, deinde totidem Dactylos, & in fine syllabam, vt,

Alma parens genitrix diuū decus Oceano.

Nam si vna syllaba breuius fuerit a legitimo Hexametro Heroo, dicetur Diphilium metrum. Ita tamen vt ista versificatio tertium pedem Spondeum semper habeat. Hoc quoq; dignum eruditis auribus non prætermiserim, repertum in hexametro versu Dactylico, cui tamen duo cola e duobus Dactylis & Spondeo constabunt, quatuor pedes disyllabos, id est, Trochæum, Iābum, Pyrrhichium, Spondeum, per ordinem semper positos inueniri, si velis alias quam Hexametri Heroi lex postulat, scandere. Vt est apud Homerum,

Ζεὺς δ' ἐϑεῶν ἀγορὴν ποιήσατο τερπικέραυνος.

Et apud nostrum,

Conciliumq; vocat diuum pater atq; hominum rex. Et,

Incipe Mænalios mecū mea tibia versus,

Et appellatur quadrupes δωδεκάσημος τετράσημος, eo qd᾿ quatuor pedes temporū duodecim, quasi per circuitū quēdam recurrentes cōtineat. Sed de his hactenus. Nāque ex Heroo metro per adiectionem & detractionem: item per immutationem & concinnationem genera metrorū pro-

pagata, quibusue vocabulis nuncupata sunt, decursis specieb' prototypis, de quibus nűc sermo est, persequemur, quo facilius cætera, enodatis atque illuminatis principalibus, intelligantur: nec tamẽ omnia, quorũ infinitus atq; immensus est numerus, ausim promittere, sed quæ potior auctoritas approbat, vel frequens vsus celebrando cõmendat. Heroici versus hexametri cola seu commata, alia sunt (vt Græci dicunt) ἀρχικά, alia τελικά, alia κοινά. e quibus alia initiis, alia clausulis versuum connexa respondent, quas particulas, si necesse sit, ausim dicere initiales, & finales seu nouissimales. Communes autem quia & initio & fini societate congruunt. Igitur tetrametrus versus Herous initialis erit talis,

Odrysium Martem cane barbite.

Finalis seu nouissimalis,

Odrysio lira carmine cantat.

Communis autem,

Mensorem cohibent Archyta.

Trimetrus initialis,

Sic te diua potens Cypri.

Quod metrum Glyconium octosyllabũ dicitur. Finalis autem. *Grato Pyrrha sub antro.* Quod φερεκράτειον ἑπτασύλλαβον appellatur.

Dimetrus Herous initialis erit,

Arma sonantia.

Nouissimalis, qui pentasyllabus dicitur,

Terruit orbem.

Nam tam in prima quam postrema parte posita hæc cola, assumptis reliquis quatuor pedibus, faciunt Heroum Hexametrum, quæ portiunculę etiam ex Iambico versu per huiusmodi cola decisæ pleraq; ex separi syllabarum ratione metrorum genera procreabunt. Inter hęc, ne ignorasse videar, non prætermiserim, quod ferunt apud auctores exempla reperiri, quibus ostendant Hexametrum Dactylicum vsque ad Octametrum dissyllabo terminatum processisse, vltra quam proceritatem nihil in eodem scrutandum est.

DE ANAPAESTICO metro.

Anapæsticum metrum originem trahere a Rhythmo dactylico in dubiũ non venit, cum iisdem tẽporibus vterque eorum syllabisque subsistat: vnde a quibusdã, ἀντιδάκτυλος dicitur. Siquidem Dactylus e longa & duabus breuibus, Anapæstus e duabus breuibus & longa digesti, situ ordinis tantum discrepare videãtur. Dehinc, quod detracta per ἀφαίρεσιν Heroo Dactylico prima lõga, reliqui pedes in Anapæstum reformentur in eo dumtaxat versu, qui quinque continuis per ordinem Dactylis currit: vt,

At tuba terribilẽ sonitũ pcul ære canoro.

Detracta enim, at, syllaba, qua primus in versu dactylus constat, erunt reliqui pedes Anapæsti, sic,

Tuba terribilem sonitũ procul ære canoro.

Recipit autem id metrum pedes quatuor spacio temporum pares, syllabarũ numero dispares, Spondeum, qui est Anapęsti collectio, Dactylum, proceleusmaticum, & eundẽ Anapæstum in quacunq; sede. Nã cum omnes numero temporum quatuor cõprehendantur, tamen diuisione lõgarum vel cõiunctione breuium, cum longæ in breues colliguntur, inter se variãtur, & cum diuersis vocabulis nuncupentur, eiusdẽ fere generis existunt. Nõnulli in vltima huius sede Ionicũ minorẽ recipiunt ea ratione, qua in fine metrum omne varie claudatur: dehinc quod etiã ab auctoribus studio nouitatis, quædam adiiciantur & detrahantur contra quam ratio veteris disciplinę permittit. quod & in cæteris metris datur agnoscere. Nã & Iambus in clausula inuenitur, & appellatur Archebuliũ. At si trisyllabo pede sui dumtaxat generis terminetur, adæq; Archebulion, sed integrum: nã prius in quo Iambus, λειπόμετρον dicitur. volunt enim sicut Dactylicum Trochęo vltimo, ita Anapæstum nonnunquam Iambo concludi, si quidem Dactylus vt Trochæus a lõga incipiat, Anapæstus autem vt Iambus

bus desinat, quo fit sonorus. Percutitur vero versus Anapæsticus præcipue per dipodian, interdum & per singulos pedes. Est aũt Percussio cuiuslibet metri in pedes diuisio. Exemplum erit Tetrametri Catalectici, quod est in Anapæsticis, nobilis ille versus,

Alius cithara sonituque potens volucres pecudesque monere. Item,

Admota labris tuba terribilem sonitum dedit ære canoro.

Quod genus frequens est apud Aristophanem. Vnde & Aristophanium vocatur: non quia conditor eius idem fuit, nã & Aeschylus & Cratinus & alii priores vsi sunt eo, verum quia plurimus in hoc metro Aristophanes est, vt,

Mare non amo quod, modo cum placido stetit æquore, litora cadit.

Erit ergo exẽplũ Pentametri Acatalecti,

Celebret Phœbus cithara superos omnipotentes, resonetque melos Musis placitum.

Tetramertus autem,

Celebret Phœbus cithara superos omnipotentes, resonetque melos.

Trimetrus vero,

Celebret Phœbus cithara superos omnipotentes.

Dimetrus autem.

Celebret Phœbus cithara superos.

Tres autem pedes tripodia, vt Græci dicunt, Dimetrum Brachycatalectum faciunt, ita,

Super ardua fertur equus.

Placet nunc eodem ordine, quo pentametrum per metra singula detractione pedum ad Dimetrum deduximus, sursum versus rursum dimetrũ pari lege ad pentametrum perducere, velut,

Lyrico resonet me i Musa potens.

Delo noua carmina pangere gestio.

Adsis age, deprecor, mihi Melpomene nescio.

Scio quæsitum cur Dactylicum singulis pedibus, Anapæsticum per Syzygian scãdatur, cum inter se omnifariam congruant. Persuasum est nullum metrũ Hexametro posse esse maius. Igitur cum Anapæsticus versus & septem & octo pedum reperiatur, placuisse maioribus, eum per Syzygias cædi non alias quã si Dactylus supergrederetur hexametrum, vtriq; per Syzygias scanderetur. Hoc loco dicam, cur, cum sint duę periodi, seu stasima, vt quidam vocant, pari inter se coniugatione copulata, alterum vocetur Anapæsticon, alterum Dactylicon, cum æque in vtraque cadant mixti Dactylus & Anapæstus. Caussa talis, quod Anapęsticum melos binis pedibus amat sensum includere, vt apud Actium,

Inclyte, parua prædite patria, nomine celebri,

Claroque potens pectore, Achiuis classib. author.

Quę periodus circa sex versatur dipodias. Contra Pacuuius nouare propositum volens, noluit intra binos pedes, vt superius, finire sensum, sed secundũ Euripidẽ Dactylicũ metrũ quod appellatur, inducit, vt nominis mutatio diuersitatẽ daret huiusmodi stasimo, seu periodo, vsus.

Agite, ite, voluite, rapite, coma tractate per

Aspera saxa & humũ, scindite vestẽ ocis.

Apud Alcmanem, disciplinæ huius antiquum auctorem, reperitur Trimetrum Catalecticũ in syllaba, cui si vna lõga pręponatur syllaba, fiet Heroũ: quod est tale.

Quãuis ego per montes alacer properarẽ.

Herous ita,

Sed quamuis ego per montes alacer properarem.

Cuius mensurę est hoc quoq; metrum, quod Messeniacum appellatur, & est, vt supra, Trimetrum Catalecticum in syllaba: verum eo distat, quod Anapæstis pręcedentibus & Spondeis sequentibus habet factas coniugationes, & postremam syllabam breuem. Idem & Embaterion dicitur, quod est proprium carmen Lacedęmoniorum. Id in præliis ad incentiuũ virium per tibias canunt, incedentes ad pedem, ante ipsum pugnæ initium.

Superat montes pater Ideos, nemorumq;

Anapæstici autem versus, qui ex Spõdeo & Anapæsto & Dactylo, & rursum Spõdeo & Anapæsto & syllaba componũtur, sunt quidem procericatis trimetræ Catalecticæ: (rantes.

Pan Mænalio carmine Nymphas prope-

Verum hic versus curtic Ionico maiori & pars eius est, qui Sotadius dicitur, & est,

Illa rumpunt teneras vuifera comas Ligei.

Purum vero Anapæsticum tale est,

Nitet aurea purpurea Veneris coma roscida, lactea ceruix.

Quod est tetrametrum Catalecticum. Cui etiam id quod ex omnibus Proceleusmaticis constat, quando vniformitas omnium breuiũ metrum facere non sufficit, ascribetur: vt est,

Nemus aue reticuit, ager homine sonat.

Leges cætera etiam Monometra, id est vltimas metrorum particulas, quæ propagatę Dimetron ex se faciunt, inter metra numerari, e quis Dimetron profecto compositum est. Hæ plerumque in Tragœdiis seu Comœdiis concitati animi motibus, quos Græci πάθη dicunt, exprimuntur, & per interiectionem quorundam affectuum solæ efferuntur, vt Eheu, Papæ, Babæ. Erit ergo Monometrum Anapęsticum Catalecticum, id est suprema longa deficiente, tale:

Propero pede.

Sane memento metra huiusmodi varie, in fine concludi, sicut & cætera: nam aut Acatalecta, aut Catalectica, aut Brachycatalecta, aut Hypercatalecta ab auctoribus promuntur, vt supra ostendimus. Et super hoc hactenus. Quantum autem ad metrum Comicum spectat, vt paululum euagemur, scio plurimos affirmare Terẽtianas maxime fabulas metrum ac disciplinam Græcarum Comœdiarum non custodisse, id est, quas Menander, Philemon, Diphilus & cæteri ediderũt. Nostri enim in modulãdis metris seu Rhythmis, veteris comœdiæ scriptores sequi maluerunt, id est, Eupolin, Cratinum, Aristophanem. Prologos itaque & primarum Scenarum actus trimetris comprehenderunt, deinde longissimos, id est, tetrametros subdiderũt, qui appellantur quadrati. Postea in consequentibus variauerunt: modo enim trimetros, modo addito quadrante vel semisse posuetũr, id est, semipede adiecto, vel integro pede Iambo, vel sesquipede. Hæc per medios actus varie. Rursus in exitu fabularum quadratos, quales diximus in secunda scena, locarunt. Sed item quadrati legitimi cum sedecim syllabis iuxta ius proprium cõstare debeant, plerunque inueniuntur viginti aut amplius syllabarum: hinc æstimantur metrũ non tenuisse, nec sua lege composuisse. Quod vero ad clausulas, id est, minuscula cola pertinet, quot genera versuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt, & solent in canticis magis quam deuerbiis, quæ ex trimetro magis subsistunt, collocari, & præcipue apud Plautum, & Næuium & Afranium. Nam hi maxime ex omnibus membris versuum, colis ab his separatis, licenter vsi reperiuntur in clausulis.

DE IAMBICO METRO.

HExametro Dactylico trimeter Iambicus comparatur, quem Latine Senariũ nominamus, veluti Hexametron, sex enim pedes Iambos habet, vt ille Dactylos, cum vterq; purus ex se figuratur. Trimetrus autẽ appellatur a Græcis, quia tribus percussionibus per dipodias cæditur. Ideoque dicitur & Homerus in Margite suo miscuisse hos versus tãquam pares. Huius mensura vsque ad Pentametrum extenditur, præterea vt Heroũ metrum incipit a duodecim syllabis & crescit ad septendecim, ita & Iambicum, velut in his versibus,

Beatus ille qui procul negociis.

Item septendecim syllabarum,

Quid aus Epidia tibi facilior erit amor.

Sed & tomas quas supra ostendimus, id est diuisiones versuum recipit, Penthemimerem & Hephthemimerem, id est, quinariam & septenariam. E quib. Penthemi-

themimeres in trimetris satis probatur, quæ per binos Iambos & semipedē verba finit, vt est,

Diui potentes ferte lassatis opem.

Pessimus autem qui singula verba in dipodiis habet, qualis est,

Præsentium diuinitus cœlestium.

Igitur cum constet esse inter hos versus quandam cognationem, probabimus omnia metra ex his profluere fontibus, & ad hæc referri veluti capita, neque vllam aliunde, quam ex his esse originem metrorum in tam immensa varietate. Appellatur autem Iambicum ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, quod Græce significat maledicere, & carpere. Est enim hoc carmen aptum lacerationi & conuitiis, plerunque trimetro versu Epodo sequente compositum: vt,

Mala soluta nauis exit alite,
Ferens olentem Meuium.

Et Archilochus in Lycamben hoc metro sæuit. Igitur Iambicum metrum ne propter angusti breuitatem sui pedis, videlicet in tria tempora coartati, verba pura excludendo minus apte, aut metrum pangeret, aut sensum exprimeret, placuit conditoribus asserto Spondeo, & qui ex eo per diuisionem temporū gignuntur, per Dipodias id scandere. Vnde intelligi datur Iambica metra ex Iambo & Spondeo & eorum solutione subsistere. Nam ex Iambo Tribrachus, ex Spondeo ante soluto Dactylus & Anapæstus creantur. Recipit itaque Iambicus versus in disparibus locis, quos Græci περιττὰς χώρας vocant, id est, primo, tertio & quinto, cum est Tragicus Spondeum, Dactylum, Anapæstum. Parib. autem, q̃ ἀρτίας χώρας dicunt, eos qui breui syllaba incipiunt id est, Iambum, Tribrachum, Anapæstum. Sexto autē loco quidam volunt recipi Pariambum, ex contēplatione qua Herous in vltimo trochæum. Ego præterea in fine versus dumtaxat Catalectici tetrametri Bacchium a breui incipiētem, vel Amphibrachum propter nouissimæ syllabæ indifferentiam admisisse quosdā. In fine autem Acatalecti omnino Iambum seu Tribrachum eius progeniē iure constitui, quiq. in Catalecticis secundam ab vltima sede probabiliter obtinebunt. Monuit nonnullos Iambico metro Trochæum minime sociari, quippe cum trib. temporib. vt idem Iambus cōstare videatur, posset quidem sub huiusmodi parilitate misceri, sed ne præcedente Iābo subiunctus Trochæus Antispastum pedē aut Ionicum metrum efficeret, demta ex Iābo prima breui, sequētib. dehinc per ordinem duabus lōngis totidemq; breuib. consequenter prospectum est, præsertim ne id rursus in Trochaico interpositus Iābus pari more faceret. Nā aut Choriambum aut Ionicū ἀπὸ ἐλάσσονος præeūte Trochæo subiunctus Iambus, demta, vt supra, prima longa faceret, quod adæq; obseruatum est in Dactylico & Anapæsto, ne copulati Proceleusmaticū ex se medium gignerēt. Improbatur aūt apud Tragicos versus ex omnib. Iambis compositus nā, quo sit amplior & par Tragicæ dignitati, interponunt frequentius in locis dumtaxat imparib. pedum dactylicorū moras & spondeum. Similiter apud Comicos laxius spacium versib. datum est. Nam & illi loca, quæ propria Iambo debentur, Spōdeis occupant, Dactyloque & Anapæsto, locis adæq. dispatibus. Ita dum cotidianū sermonē imitari nituntur, metra vitiant studio, non imperitia, quod frequentius apud nostros quā Græcos inuenies. Genera autem Iambici metri sunt duo, nam ex his alia integra, alia clauda, quæ Scazōta seu Choliamba vocāt, inducūtur: quorum differentiam penultima versus syllaba demonstrabit. Nam si breuis contigerit, erit tectum & integrum Iambicū, ita,

Vigoris adde concitum celerem pedem.

Sin vero longa delumbe & claudū, vt est,

Nouitate ductus est non infimis legis.

Ie, longa, quæ penultima repetitur, metrum corrūpit. Hui⁹ repertor Hipponax, nam pro Iambo inductus Trochæus contra legē trimetri Iambici metrū innouauit, quod adæq; ex Spondeo contingit. Igitur Iambicus pentameter compositus

authore Archilocho ex trimetro & dimetro, Acatalectus erit talis,

Beatus ille qui procul negociis, vt prisca gens mortalium.

Trimetrus vero,

Beatus ille qui procul negociis.

Dimetrus quoque, quod Archilochium vocatur,

Beatus ille qui procul.

Id si fuerit Brachycatalectum, Eupolidiō nominatur. Sin vero Catalecticum, Anacreontium. Sin autem Hypercatalectum, Alcaicon dicitur. Trimetri igitur Iambici Acatalecti genera sunt quatuor. hi nunquam semipede vt Tetrametri, sed semper integro concluduntur pede, quo pene omnes Tragœdiæ & Comœdiæ scriptæ sunt, quorum prius Tragicū, dehinc Comicum, & Iambicum, post Satyricum habebitur. Et Tragicum quidem, cuius in versu erunt dextri Spondei, sinistri Iambi, id est, disparibus pares subditi. huius exemplum,

Musa Iouem laudate concentu bono.

Comicum autem, quod Anapæstum & Tribrachyn prædictis admiscet, vt,

Agite quid dubitatis, agiles dare nunc choros.

Iambicum autem quod ex omnibus Iambis nullo admixto subsistit, quo Iambographi maxime gaudent, vt,

Beatus ille qui procul negociis.

Superest Satyricum, quod inter Tragicū & Comicum stylum medium est. Hæc apud Græcos metri species frequens est sub hac conditionis lege, vt non Heroas aut Reges, sed Satyros inducat, ludendi iocandique caussa, quo spectatoris animus, inter tristes res Tragicas, Satyrorū iocis & lusibus relaxetur, quod Horatius his versibus testatur,

Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum,
Mox etiam agrestis Satyros nudauit, (asper
Incolumi grauitate iocū tentauit, eo quod
Illecebris erat, & grata nouitate morādus
Spectator.

Quod genus nostri in Atellanis habent. Gaudent autem trisyllabo pede, & maxime tribracho. exemplum huius,

Musæ Ioue laudate & agiles date choros.

Inter hæc non supersederim pauca etiam de Chorico metro dicere, quod est frequens in Tragœdiis, incipit autem a dimetro, tanquam,

Non labor iam.

Quod quærit & Monometrō, si vt Græci per Syzygias scandas. Eas vero sedes quas Iambus in suo possidet, has in Choricis Trochęus tenet. porrigitur autē vsq; ad Trimetrum versum, tanquam,

Nunc Iouem litemus ac oremus supplices.

Recipit Spondeum e contrario Iambicis versibus. Amat autem longos in breues soluere, vt non tam spacia temporū quam numerum duplicet syllabarum. Ideoque Trochæi seu Spondei regionibus recipiet Tribrachyn, vt,

Nemore dulcisonos cantus personat.

Admonemur hic quod apud Gręcos celebratur, non prætermittere, Boiscū Cyzicenum supergressum Hexametri legē, Iambicum metrum in Octametrum versum extendisse, sub huiusmodi epigrammate,

Βοΐσκος ἀπὸ Κυζίκου, παντὸς γραφεὺς ποιήματος,
τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον, Φοίβῳ τίθησι δῶρον.

Quod si imitandum est, apud nos erit & Iambicus talis.

Beatus ille qui procul negotiis forensibus
Curis sub vmbra frigida vitā quiete placat.

Qui constat ex duobus Tetrametris, superiore Acatalecto, sequente Catalectico, quod enorme esse manifestum est, cū vltra numerum triginta temporum egressum sit: traditum est enim colū intra decem & octo tempora esse debere, metrū autem ex duob. colis subsistere, nec prouehi lōgius oportere, siquidem vnaquæque duum pedum coniugatio octo tempora colligat, id est, aut Spondei & Anapæsti, aut Dactyli & Anapæsti, aut duum Anapæstorum. Hi sunt enim qui præter cæteros pedes in Iambicis metris, temporibus abundant, qui fit, vt tres pedes per Syzygiam viginti quatuor tempo-

temporib. impleantur: quartus vero qui est Catalecticus sex temporibus terminetur, scilicet vt intra triginta tempora versus habeatur. Plerique auctorum nobilium id obtinuerunt, vt Iambicum Trimetrum, quod Acatalecticum nominatur, duodecim syllabis terminaretur, quod tunc euenit, quotiens e Spondeis & Iambis pedum coniugatio sociatur, at enim incurrentibus cęteris pedibus, & syllabarum & temporum incrementa nascuntur, & nihilominus sunt Iambici versus constante mensura, & syllabarum quidē incrementa sic recipit, vt a duodecim syllabis ad octodecim syllabas protendatur. Temporum autē ita versus habet incrementa, vt ab octodecim temporibus ad viginti quatuor porrigatur, nouissima etenim syllaba indifferens habetur, licet breuis sit, vt & longæ vicē præbeat. Tragici autē auctores, & Comici, paulo plura & in syllabis & temporibus incrementa fecerunt, quippe cum quidam inductis Tetrametris, nouitatis studio ausi sint contra præscriptum triginta temporum duo adiicere, nec quisquam vlterius postea.

DE METRO TROCHAICO.

Trochaicum metrum eosdem pedes quos & Iambicum recipere manifestum est: eadem enim vtriusq; progenies est, excepto dumtaxat Iambo simili inter se contrarietatis ratione, qua & Trochæi in Iambo excluduntur. Quanquam Terentianus, non pœnitendus inter cęteros artis metricæ auctor, sedulo refragetur. Nam secundam sedē in Trochaico versu Trimetro Acatalecto velut legitimam Iambo assignat, cum idē ab Iambico metro Trochæum excluserit. Præterea cum videret ex Trimetro Iambico adiecta prima longa per πρόσληψιν, id est, amplexionem de qua supra dictum, Trochaicum versum integrum prorogari, tanquam,

Est celer phaselus ille quem videtis.

Nam dempta syllaba, *Est*, redit ad Iābum. Ergo Iambi locum in hoc Trochæus obtinuit: pari ratione, detracta rursus eadem, erit Iābicus. Sed & omnis Trochaicus purus, id est, ex se compositus, accepta in principio versus breui syllaba Iābicum metrum reddet. Idem & trāslationis syllabarum, cum initiales ad finem, vel finales ad initium versus transferuntur, efficiens, si longa in breuem feratur. At Iambus contraria serie tēporum tardior, vnde ei etiam, vt quidam putant, inditum nomen est, Iambo, ἀπὸ τοῦ ἰέναι, id est, ire, appellato: admittit & Amphimacrū in Catalectico versu vltimum, & maxime in Comicis, propter nouissimæ syllabæ indifferentiam. Claudum autē id metrum, id est, Scazon, ita fiet, si Spondeum in vltima dipodia versus Catalectici Tetrametri secundum a supremo pede posueris: nam e contrario in hoc quam in illo erūt dextri Trochæi, sinistri, si tamen admittendi sunt, Iambi, duntaxat in Tragicis. Feritur per dipodian, & erit exemplum Tetrametri Catalectici, quod Hipponacteum vocatur, tale,

Cerne Crasse pœna quanta sit Deū fatigāti.

Non autem amat verba per Syzygias terminare. Sic enim decentius erit. Tetrametrum Brachycatalectum Trochaicū, si de solis Trochæis subsistat, ad Ionica metra, quæ ἀπὸ μείζονος appellantur, transitum faciet, quæ Sotadia dicuntur, vt est,

Arma qui capit sub idem Martiūq; tergū.

Per omnia enim loca Sotadium metrum Trochæos admittit & solutiones eius. Tetrametrum autem Catalecticum quod Archilochium & Epicharmium vocatur, præter cætera illustre, est aptum festinis narrationibus. Est enim & agitatum & volubile: veluti,

Tale, quale vere dulce sibilat teres donax.

Verum huiꝰ Tetrametri Trochaici quatuor traduntur genera hęc: Archilochiū, item Tragicum, Comicum etiam, Satyricum. Volunt enim Archilochium esse, qui ex omnibus Trochæis constat: Tragicum autem quod plures Spondeos habeat, & sit elatius: Com... um vero quod

solutiones habeat complures. Item.

Iuppiter tremenda sancte tela qui regis manu.

Et præcipue Dactylos & Anapæstos. Satyricum quoq; cum plurimas habeat, vt superius, solutiones, frequenter tamen Tribrachyn pedem, vt est,

Qualis aquila cita celeribus rapida pinnis transuolat.

Sane generale illud in huiusmodi metris præceptum tenebis, quod & supra diximus, particulas quasdam breues, veluti cõnata metro stare, sicut in Tragœdiis aut Comœdiis reperimus, vt Papę, Eheu. Sũt enim monometra, id est, ex vno pede, altero iambico, altero Spondeo, subsistentia, quibus affectus exprimimus animorum. Igitur Pentametros Acatalectus erit talis,

Phœbe tu lyra sonante flecte corda cum sorore canticisque.

Tetrametrus autem,

Phœbe tu lyra sonante flecte corda cum sorore.

Qui si catalexin habuerit, Euripidium vocatur: veluti,

Phœbe tu lyra sonante iam mihi.

Dimetrus autem,

Phœbe tu lyra sonante.

Quod Angelicon vocatur. Quod si vno pede breuius quam nunc est fuerit, erit Ithyphallicum metrũ, inuentum ab Archilocho, e trib. Trochæis coniunctis: vt,

Bacche plaude Bacche.

Quod in honorem eiusdem dei, poetæ protulerunt.

DE CHORIAMBICO metro.

Choriambicum metrum compositũ ex duobus e quibus originẽ trahit, etiam nominis appellatione declaratur. nam Trochæum veteres Choriũ appellant. Subsistit autem nunc e puris Choriambi coniugationibus, ita,

Vror amoris stimulo, cor quatit artis pa-(nidos.

Quod est tetrametrum Acatalectum: Nunc admixta & posita in quacunque sede Iambica basi. Cuius etiam conclusione finiri præcipue studium, vt est hoc, quod habet duas Iambicas priores cõiugationes, tertium Choriambum, vltimã Iambicam clausulam, velut hoc tetrametrum Catalecticum,

Apes legunt mel ex rosa, tu labio mini-(stras.

Recipit autem Tribrachyn, eo quod ex Iambo vel Trochæo solutis nascitur. Raro autẽ Molossum, qui ex ipso formatur duabus mediis breuibus in vnam longã cõiunctis, haud alias quam supra Tribrachyn, per diuisionẽ longæ fieri diximus. Hoc genus Catalecticum fit, vel Bacchio a breui incipiente, vel eo, qui Amphibrachus vocatur. Nam sicut sæpe diximus, nouissima indifferens est. Quod genus si Hexametrũ sit, Phrynichium de authoris Tragœdiographi nomine nuncupabitur, aptum canendis laudibus Cereris & Liberi: vt est,

Frugifera sacra deæ, quæ colitis mystica sunt nota Ioui potenti.

Scanditur autem per Dipodias, cuius exemplum in tetrametro Catalectico,

O cate rerum sator, o principium deorũ.

Monometrum aũt Choriambicum Hypercatalectum, quod etiam Dactylico Dimetro Catalectico concurrit, est tale,

O quis ad omnem

Spem citharea.

Igitur vt a fastigio metri ad minora decursum habeamus, erit in hoc Hexametrum Catalecticum quod Phrynichium nuncupari diximus, quodque constat ex quinq; Choriambis & Bacchio vltimo, ita,

Lydia dic per deos cur hunc cupias, quid r[illegible], quid dubitas, quid hæres.

Pentametrum autem quo frequenter Cratinus vsus est, Catalecticum, sic,

Lydia dic perdere cur hunc cupias, quid retices maligna.

Tetrametrum vero,

Lydia dic perdere cur hunc cupias, quid (ais?

Trimetrum etiam quod & Aphrodisiacum dicitur,

Lydia dic perdere cur hunc velis.

Dime-

Dimetrumque,

Lydia dic canoro.

Huic si primam lõgam mutaueris, id est, si Trochæo retracto Iambum posueris, metrum Antispastum, quod est huic cõtrarium, figurabis, vt,

Libens Lydia dic cur.

Inuenimus plerunq; & alios Choriambicos Tetrametros Catalecticos versus, in quibus omnes longæ initiales Choriamborum pedum syllabę in duas breues diuisæ ambiguum versum efficiunt: erũt enim coniugationes de Tribracho & Iambo formatæ: tanquam,

Super agit aura mare ferens procul acatos biremis,

Hoc quoque ne præteriisse ignoratione videar, attingam. Legimus apud Horatium in ea Ode, cuius initium,

Lyda dic per omnes

Hoc deos oro, legẽ metri admisso Spõdeo minime custoditam, id est, *os or.* nam Iambum illic, qui Trochæum sequitur, esse conuenerat. Quod si legem metri in omni versu seruare voluisset, *Hoc, deos oro* posuisset, vt esset Choriãb9 pes habẽs clausulã Antibachi, vltimã. Huiusmodi,

Cur properas amando.

Quod silentio dari haud passus sum. Sicut & hoc Hexametrum Catalecticum Choriambicum purum, quod Phrynichum Comicum, authorem eius artis tradidisse, & sui nominis appellatione signasse dicunt. Nam est tale,

Da mihi poclo Veneris mixta Thyoni gratia quod de roseo labello.

Vltra quam proceritatem Choriambicum non facile possis reperire.

DE METRO ANTISPASTO.

SCio quosdam super Antispasti specie recipienda inter nouẽ prototypa dubitasse. Nam raro admodum veteres integrum ex eo carmẽ, quod sit natura scabrum inter Rhythmos atq; asperum cõposuisse perhib[illegible]. V[illegible] cum idem pari cogn[illegible] de quibus supra dictum est, cum Choriãbico copuletur, si quidẽ Antispastus duabus vtrinq; breuibus duas longas in medio sitas habeat: Choriãbus autem duabus vtrinq; longis medias breues teneat, consentanea ratione locum eidem auctoritatemq; inter principalia, id est, primiformia nouem metra, ipsa paritatis, qua inter se congruunt, contemplatione, vindicandam esse dixerunt. Quid ergo super hoc in dubium primos auctores deduxerit, plenius referam. Coniugatio Antispasti, vt Iuba noster atq; alii Gręcorum opinionem secuti referunt, nõ semper ita perseuerat, vt in principio pedis Iambus collocetur. Indifferenter enim auctores lyrici metro Antispastico initia præstiterunt, sæpe enim pro Iambo primo aut Spõdeus, aut Trochæus, aut Pyrrhichius ponitur, quarum differẽtiarum exempla promemus. Nam si fit iuxta legem pedis ex Iambo & Trochæo initium metri, fit purum Antispasticum metrum Acatalectum, quod tamen Iambica depositione concluditur: vt,

Erat sus caledonius edax & fera belua.

Si autem Spondeus pro Iambo ponatur, fit coniugatio pro Antispasto Epitriti quarti: vt,

O qui preter agis caeruleo flumine limites.

Si vero a Trochæo fiat initium, erit ex Ditrochęo coniugatio: vt,

Aura purpureum per pelagus segniter ad petras.

Si autem a Pyrrhichio fit coniugatio Pæonis tertii: vt,

Domus alta fuit, quæ Danaen Acrisii tegens.

Quæ commutatio plerunq; inter initia versuum fit, nec facile in medietate, nisi in eo genere versuum, quæ ἀσυνάρτητα, id est inconnexa sunt, reperitur. Est autem Antispasticum Monometrum Hypercatalectum quod & Dochmiacum dicitur,

Volat prapes.

Dimetrum Brachycatalectũ, quod quidam [illegible] vocant, *Choreis cã-* [illegible] metrũ Catalecticu Anacreõtiũ: ita,

Amor te meus o pulchra puella.

Tetrametrum Acatalectum,

Amor sydereus cor pepulit flammigero oestro.

Pentametrum Acatalectum Alcaicum,

Rogas,nō amo,sic se solet accola fago cantharam comere.

Hæc de simplicibus Antispastis,quæ admixta sunt Iambicis coniugationib. Antispastica & iucundiora sunt & sonora, quod accidere etiā in Choriambicis versibus diximus, quadam Iamborū pedum quasi coniugatione coniuncta,veluti trimetrum Catalecticum, quod sola habeat primā coniugationem Anapæsticam, pars autem eius residua Iambico dimetro Catalectico suppleatur: vt,

Libens hoc tibi persoluo,amare nolo quēquam.

Tetrametrum Catalecticum quod habet Iambicam coniugationem :vt,

Flauo crine superbit, & gaudet Aeacides iam.

Tetrametrum Brachycatalectum quod habet alternos Anapęsticos,& Diiambos pedes. Incipit autem ab Antispasto: vt,

Agebat volucres eques Maronis Amyntas.

Item ex duobus Antispastis & Iambico Dimetro Catalectico: vt,

Amorum comites sunt Venus & Cupido nobis.

Memineris sane,ne te forte confundat in quibusdā Antispastis colis numerus plurium syllabarū,nam vbi solutio longę syllabę fit,syllabarum quidem numerus augetur,temporum autem perseuerat. Vitat autem hoc metrum suis pedibus cōcludi. Nihil enim hac pedum clausula asperius, nihil durius.

DE METRO IONICO ἀπὸ μείζονος.

IOnicus a maiore quem Musici ἀπὸ μείζονος vocant,constat,vt supra docuimus, ex duabus longis subiectis sibi totidem breuibus:id est, ex Spondeo, & Pyrrhichio, vel ex Molosso nouissima eius lōga in duas breues diuisa, quē merito vtraq; Ionica admittunt.Ex quo intelligitur,in his Arsin & Thesin nō in æqualitatis sed in dupli ratione consistere. Nā supra docuimus ea esse optima metra,quæ æqualitatis ratione constant,propter quod vtrunq; hoc Ionicum quando ex dupli ratione subsistit,magis Rhythmis quā Metris proximum est. Admittit autem solutionem duarum præcedentium longarū, varie: nam primæ longæ solutio syllabæ facit ex Anapæsto & Pyrrhichio cōiugationem;secūdæ vero ex Dactylo & Pyrrhichio habebit copulationem,quæ sunt communes vtriq. Ionicis. Nam si tertiam longam minoris Ionici in duas breues diuidas, fit ex Pyrrhichio & Anapæsto coniugatio:si autem quartam,ex Pyrrhichio & Dactylo, temporibus duntaxat in sua mensura ac spatio, quo censentur Ionici permanentibus. Recipit,vt diximus,& hippium,id est,Molossum e tribus longis duntaxat in fine,& appellatur metrum Cleomachium, nam si maioris Ionici duas breues in vnā contrahas longā,pari etenim lege vt longa in duas breues soluitur,ita duæ breues in vnam longam connectuntur,ergo si breues in vnā longam contrahas,eueniet vt sequentib. aliis longis duabus eiusdem pedis quinq; continuæ longæ syllabæ fiant, & incertum sit,vtrū Molossus an Spondeus prior positus habeatur. At in eo qui a minori est Ionicus idē contra est. Primæ enim eius duæ breues cōciliatæ Molossum facient, dehinc sequens Ionicus a breui initium sumet,ex quo fit vt quinq; longarum continuatio eiusdem interiectione secernatur. Ergo obseruabimus pedem Molossum maiori Ionico in fine, minori autē intra initia ponere, & cauere, ne in medietate collocetur. Recipit hoc metrum Trochaicas Bases,id est, duplicem Trochæum. qui totidem temporum est, sicut Iambica Basis, Choriambicam & Anapæsticam,quod fieri dicunt, sed & vocant κατὰ συμπάθειαν. Similiter Anapæstū & Pyrrhichium geminatos recipit, adæque & Tribrachyn cum Trochæo,seu contra muta-

mutato situ, sociatos duntaxat admittit, quod fit, vt supra ostendimus, cum longę soluuntur in breues, etiam in Trochaica coniugatione, quam familiariter suscipit, quæ coniugatio pedem tetrasyllabum Dittochæum, id est duplicem Trochæũ, quem Dichorium in Oratore Cicero noster appellat, efficit. Ionicum metrũ quidam a genere hominũ vocabulum accepisse existimarunt, quod in Rhythmo & satis prolixum & satis molle, sicut eiusdẽ gentis homines asseuerantur. Scanditur autẽ per Dipodias: erit igitur huius Monometrum Acatalectum tale,

Phœbus comes.

Hypercatalectum,

Per Leucadiæ.

Dimetrum autem,

Hostem tegere est paratus.

Huius Brachycatalecton,

Veris coma florens.

Trimetrum vero Acatalectum,

Hostem tegere est paratus & stat ipse.

Huius Hypercatalectum,

Lex hæc fuit olim puerorum Stephano.

Tetrametrum autẽ Brachycatalectũ, vt,

Hoste tegere est paratus, est & ipse nudus.

In quo vnus Ionicus, & Trochæi quinq; sunt. Huius Acatalecton,

Vnus nitidis frondibus Euan hederis illigat.

Item Catalecticum primæ syllabæ solutionem passum huiusmodi,

Mea Delia casta, pulcra, pene syderum decus.

In quo vnus Ionicus & quinq; continui trochæi. Pentametrum quoq; Brachycatalectum, erit tale,

Dictynna deum progenies, aspice quis te chorus astris.

Pręterea & ex se sine vlla pedum admixtione componitur, & per se stat integer per συνάφειαν, vt Gręci dicunt, id est, cũ repetita identidem vice breues longis, aut contra, breuibus longę subiiciuntur. Atque ita inter se alterna mutatione variãtur Quos ἀπὸ μείζονος & ἀπὸ ἐλάσσονος Musici vocant, vt apud Horatium,

Miserarum est neq; amori dare ludum neque dulci.

Huius primordio si adiicias, *O quam*, erit Ionicus ἀπὸ μείζονος, adiectione Spondei: vt,

O quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

Adæque Ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος ex ἀπὸ μείζονος creabitur, demtis duabus longis, quæ in principio versus locatæ reperiuntur: vt est,

Galli timidi, semianimes tergora vertũt.

Ionicus autem Sotadeus constat ex Spõdeo & Pariambo alterna vice sine intermissione currentibus, ea tamen lege, vt a Spondeo incipiat, & Spondeo terminetur, sicut Ionicum decet, vt in longas desinat syllabas, vnde Ionicus maior, qui duabus breuibus terminatur, assumit sibi plerunque in vltimo duas longas, vt sit versus e trib. Syzygiis & semipede Spondeo: vt est,

O mel quod apes omnibus e floribus libant.

Insigne est. Tale autem Ionici tetrametrum Brachycatalectum: vt,

Dic nunc, age Clio, mihi dic nobile carmen.

Id autem quod trochæum recipit Praxillium dixerunt, vt metrum Praxillæ Poetriæ Sycioniæ, quod est trimetrum Brachycatalectum habens semper in secũda regione trochaicam Basin, post Ionicam primam, tanquam,

Te nunc rogo Phœbe dulce melos, Item,

Qui nunc hilares litare deam.

Incidunt autem, vt supra diximus, in hoc metro plures pedes, quibus mollius redditur frequenti syllabarum adiectione tanquam,

Genus vnde Latinum. Rogo genus vnde Latinum.

Nam pro Spõdeo positus est Anapæstus in primordio quidem trium syllabarum, sed tamen temporũ totidem, qua conditione & tribrachus pro Trochæo plerũque admittitur, nec enim numero syllabarum metra, sed temporum spacio, examinãda sunt. Sed & dactylus nõnunquã ea lege in Sotadeum metrũ cadet: vt est,

Dicite, rogo vos, dicite, quid ita rapiunt Attis.

Et, quod magis mirum videri posset, totus Sotadeus versus ex Trochaicis pedibus poterit ordinari, vt duo habeat Ithyphallica metra, inserto medio Trochæo, qui est septimus, veluti,

Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche. Quibus si interposueris aliquos Brachysyllabos, id est, tribus breuibus eiusdē rationis & numeri licet accrescentibus syllabis, temporum tamē lege seruata vers⁹ efficietur melior, dū celerioris soni vibratione decoratur: vt est,

Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Item,

Frena capere, tela quatere, saxa iacere disce.

Et quod fluit numeris, vt Rhythm⁹ accipitur. Dehinc quia aptum saltantibus videtur, ὀπιρχωματικὸν a Græcis dicitur: sed & Ithyphallicū metrū e tribus Trochęis cōnexū sępe hūc tribrachū sibi inserit: vt,

Hasta viridis armet. Item,

Placidus percipe munus.

Quod necessario insinuandum esse lectori censui, ne Ithyphallicum metrum e tribus semper Trochæis subsistere audacter ac temere pronuntiaret.

DE METRO IONICO
ἀπὸ ἐλάσσονος.

IOnicus minor quē Musici ἀπὸ ἐλάσσονος vocant, contrario quā superior situ temporum, priorem habet Pariābum, sequētem Spondeum, & hoc inuicem. Vt superior sine fine currens adeq; Spondeo terminatur, vt Ionico congruit: nam semper affectant hi longis syllabis terminari, qui cum diuisus est, integris Syzygiæ ex qua constat temporibus efferatur. Quę si velut ad Rhythmū digesta decurrunt, aptior ac pulchrior habebitur. Nam solutis longis, siue vtraq; eius, siue alterna in duas breues, seu contra connexis in vnā lōgam duabus breuibus, vim propriæ naturæ modumq; corrumpit, atq; ex se diuersa genera, speciesq; producit. Vnde plerunq; recipit in principio versus Bacchiū longis incipientem, & Pæonem tertium, quorum vterq; quinq; temporum spacio extenditur. Catalectum autē fit Anapæsto, aut eo qui Amphibrachus vocatur. Huic cum esse sena tempora in singulis coniugationibus, vtpote Ionicorum, oporteat; necessario Trochæus aut ei⁹ Basis annectetur, ea contemplatione imminuta, vt Dipodiæ superioris tempora ex subditis compleantur. Id Græci ἐπίζυξιν id est coniugationē vocāt, eo quod priorem pedum Basin vno tempore breuiorē sequentis Syzygię compleat syllaba quæ pro breui, licet natura longa sit, vtpote prior Trochæi, accipienda est. siquidem vnius temporis supplemēto Ionica basis indigere videatur, etenim huic metro Rhythmica natura accidit. Hui⁹modi aūt inter se συζυγίας passionē siue cōmunionē Musici ἀνάκλασιν vocant. & metra si qua forte aduerterint talia, ἀνακλώμενα appellant, quod retrorsum inclinantur, vt in quibusdā saltationū gesticulis nostra corpora pone pandantur. sed vt exemplo doceam, erit hoc colo Anaclomenon,

Cybele rotabo crines.

Hic, ro, licet sit breuis, pro longa accipietur, Cybelero. Nam detractum vnum tempus sequentis Syzygiæ ex initiali syllaba huic impartietur, ne fiat prima Syzygia Pentachronos, sequens Heptachronos. Igitur secundæ coniugationis prima syllaba quæ debet esse breuis, mutatur, ea lege, vt vim suæ proceritatis quartæ syllabę breui, quæ est vltima primæ coniugationis, impartiat, & ipsa quidem breuis remanet facta vnius temporis, superiorem autem a se syllabam, quæ fuerat breuis, commerito suæ proceritatis extendit. Ac ita fit Ionicum Anaclomenon: vt est,

Paphias amor columbas.

Nam *mor*, secundæ coniugationis initialis syllaba, quæ breuis natura, vtpote in Ionico a minore esse debetet, deriuato in se superioris syllabæ tempore ἀνακλάσει inter Syzygias facta, Trochaicam Basin

Ionico

Ionico subdidit, quæ Basis secundum vtrasq; Syzygias, id est primam & secundam, sub hac lege versabitur. At Iuba noster, qui inter metricos auctoritatem primæ eruditionis obtinuit, insistẽs Heliodori vestigiis, qui inter Græcos huiusce artis antistes aut primus aut solus est, negat hoc vitiũ vt quidã asserũt Rhythmicum fore, sed mage metrica ratione contingere, quod per ἐπιπλοκὰς, id est metrorum inter se amplexiones, vt supra docuimus, plerunq; euenit. Nã τετραδικὴ ἐπιπλοκὴ & δυαδικὴ, id est quadra & binaria amplexio, huic versui, qui Ionic⁹ ἀνακλώμενος vocatur, diuersitatem varietatemq; fecerunt. Etenim Antispastica & Choriãbica & vtraq; Ionica metra de quadra amplexione subsistunt: Iãbica vero & Trochaica, sicut supra docuimus, duaria. euenit autẽ vt Choriãbica & Antispastica Iãbicis cõiugationibus, Ionicis vero Trochaicę, quæ sunt diuersarum amplexionum, misceantur. Vnde accidit vt cõfusione eorũ metrorum, quæ ex diuersis amplexionibus informantur, huiusmodi inter Syzygias passio siue communio, quæ ἀνάκλασις Musicis dicitur, merito eueniat, & varietas versui de amplexionum differẽtia fiat. Nam si puro Choriãbo primam decutias syllabã, fit omne quod residuum est, Ionicum a minori: & rursum si Ionico a minori syllaba vna mutiletur, quod remanet Antispasticum deprehendas. Itẽ ablata Antispastico prima syllaba Ionicũ a maiori perficiet. Verum hoc tunc accidit, cum purus est Choriãbicus versus. At .n contra cum interpositæ Iãbicæ coniugationes reperiuntur, lex illa quadrę amplexionis infringitur, diuersiq; generis admixta amplexione nascitur ista varietas, vt præcedens colum cum esse sena tẽpora in singulis cõiugationibus oporteat, pentasemum fiat, sequens vero heptasemo subsistat. Recipit autem Molossum & Anapæstum sed raro iuncto Pariãbo & Dactylum, fertur autẽ per dipodian. Est itaque Dimetrum Acatalectum tale,

Viret alte coma lato.

Trimetrum vero huiusmodi,

Procerum quis Cererem non colat agris.

Tetramerrum quoque huiusmodi,

Modo qua prona per Aemi fugit & pascua tondet.

Tetrametrum autem Catalecticum copiosum est apud Phrynichum authorem veteris Comœdiæ, quod est tale,

Vocat Aetna super ultum caput acris choreas.

Trimetrum sane Hypercatalectum non reperias purum quando in fine Antispastus occurrit, vnde ob hoc eius vitatur asperitas. Itaq, hoc metrum & ex puris Ionicis, vt ostendimus, constat, & admixtis quibusdã pedibus coniugatur: hoc Græci σύμμικτον, nos mixtum dicimus, quo frequentius veteres quam iuniores vsi noscuntur, cuius pauca exempla subiiciam. Trimetrum autem Acatalectum inconditæ compositionis tale est,

Salamina agit æquoris procellis.

Item qui a Ditrochæo incipit,

Cade puberes meos Sicania colonos.

Item quod primam coniugationem integram habeat, sequentem autem temporum quatuor, tale est:

* *Sacerdonio gradiuo.*

Item quod inter initia facta collectione breuium pro Ionico Molossum accipit, erit tale,

Ararin sic super alium.

Plurimi autẽ tam Tragici quam Comici, sed & Lyrici poetæ huiusmodi compositionum diuersitate libere abusi sunt. Inter hæc si Tetrametri versus Catalectici, qui in huiusmodi metro habendi sunt, longas in breues soluerint, metrum efficiẽt Galliambicum, dictum, quasi χωλοὺς ἰάμβους, id est maledicta, quibus nonnunquam conuitiantur. Idem & metroiacon, seu, vt quidam, Bachiacon ἀνακλώμενον. Cuius exemplum,

Tremulos quod esse Gallis habiles putant modos.

Qui ex duobus colis, id est, dimetro Acatalecto subiuncto dimetro Catalectico connexus habetur, vt est,

Segetes meũ laborẽ. Segetes meus labor. Subsistit ex Pariambis admixtis Trochęis, sicut dictum est, alterna vice, cum longis breues aut breuibus longæ subiiciuntur. Memineris tamen & Tribrachyn loco Trochæi hoc metrũ, si necessitas postularit, admittere, neque accrescẽtis syllabæ numerum, cum in temporibus omnis ratio custodiatur, officere, vt hoc Galliãbicum, quod solutione complurium syllabarum cõpositum est, Vt, *volat agiliter, fuit.* * * * * * * * * * * * * * *

DE PAEONICO METRO.

PÆonicum metrum siue Creticum, vt quidam ferunt, asserentes Pæonas originẽ ex Cretico seu Amphimacro traxisse, longis eius prima & suprema in breues solutis, quibus Pęon primus& quartus creari noscũtur, quod etiã ex Bacchio & Palimbacchio adæq; fit, vnde & Bacchiacum a quibusdã hoc metrum dicitur, quidã vltimo loco posuerunt Proceleusmatico repudiato. Quod tamen magis Rhythmo. i. numero quã metro cõgruere varietas ipsa cõpositionis ostendit. Nã recipit nonnunquã in breues solutos Amphimacros, quorum etiã clausula, qua fit carmen eius Catalectum, terminatur, adeo huic familiaris est, vt pleriq; hoc metrũ Rhythmum Creticũ dixerint, quod cum eiusmodi sit, tamen vsus eius apud Lyricos sed & Tragicos & Comicos frequens est, & præcipue de Bacchiacis & Creticis solutionibus. Bacchiacum igitur Dirhythmũ, siue Dimetrũ Acatalectum quod in quartum Pæonicum plerunque solutione longæ transit, huiusmodi est,

Amicos vocantis.

Trirhythmum quoq; Acatalectum, ita,

Vt Echo sub antris canebat.

Tetrarhythmũ etiam acatalectũ tale est,

Volabat superbus per auras Cupido.

Pentametrũ vero acatalectũ, huiusmodi,

Io, quis deorũ per altos Lycei gradus me.

Obseruabis igitur singulorum differentias & taliter: aut enim ex Pæonibus sunt temporum quinq;, aut ex Bacchiis adæq; temporum totidem, aut etiam ex Creticis quos Amphimacros diximus, ne in partiẽdo errorem incurramus. Vbi enim non pedum sed numerorum ratio subsistit, non pedes pedibus pares restituuntur, sed tempora temporibus adæquantur. Quidã trisyllabis & tetrasyllabis admixtis pedibus hoc genus versuum & cõposuerunt, & indifferẽter ista cõpositione vsi sunt. Nã aut Creticis aut eorum solutionibus, id est, Pæonibus aut primo aut quarto indifferenter mixtis, carmen ediderunt, sed & Bacchiacis & Creticis cõiugationibus adæq; vsi sunt, vt est hoc,

Acuta falce si virentes esculos.

Recipit autem etiã Trochęum & Pariãbum connexos, sed & cum Iãbo Pariãbũ in Syzygia, qua efficitur Pæon quartus, vltima scilicet Iãbo longa, tribus breuib⁹ antepositis, quẽ tam ex Bacchio quam ex Cretico solutione longarum, id est, prima longa Cretici, & secunda Bacchii, ab vltima effici cunctis in promtu est. Vnde datur intelligi eundẽ pedẽ per solutionẽ Cretici & Bacchii cõmunem esse vtriusq;, cui par similisque hic Rhythmus, qui ex quinq; continuis breuib. syllabis constat: Est enim totidem temporum, quot & Pæon pes & Bacchius & Amphimacrus, tanquam,

Volat agile per aprifera modo retulit ebria cibos

Et rursus exempla repetamus. erit Dimetrum Pęonicum Catalecticũ huiusmodi,

Nunc agite calites. Trimetrũ autem,

Nunc agite nunc tripudiis me.

Quod Phrynichiũ vocatur Tetrametrũ,

Nũc agitata veniat manus ad hoc sacrũ.

Pentametrum vero,

Tollere, fer Aeolica Musigena canticula nunc Tityro.

Hęc si nouissimos Creticos inter Dactylos subtrahas, nam & Dactylo propter nouissimæ indifferentiam metrum clauditur, Acatalecta erunt: & secundũ appellationẽ suã Syzygiarum numero concludentur. Hexametrum autem Aristophanes

nes compoſuit tale,vt ſint Pæones primi ttes,& inſequātur totidem Cretici, tanquam,

Ver agere purpurea te Venus amoribus diua polleus iubet.

Sed & hic Tetrameter Pæonicus Catalecticus,is dūtaxat,qui maxime in vſu eſt, ex lōga & tribus breuibus ab Ariſtophane compoſitus eſt,totus, vt vides,ex Pæone primo,vltimo Amphimacro,ſyllabis quidem minor , temporum tamen totidem. Vnde & Catalectus videtur,veluti ſic,

Tyberis iam placidus in maria labitur.

Item,

Egregia percoluit ingenia Muſarum.

Fit etiam Pariambo Tribra * dem ſolutum in breues Amphimacrum, tanquam,

Modo retuli Philopolemus.

Quod autem poſt tres Bacchios poſtremo Pçone concluditur,metrum Ballaricum appellatur,vt eſt,

Ab euro ſonorum quis Aetna per maria.

Id vero quod tribus præcedentibus Creticis Diiābo clauditur,fiet Rhythmꝰ cōcurrēs ex duobus Amphimacris & Trochaico Dimetro Catalectico,quod Eutipidion nominatur,tanquam.

Aureo ſub toro tollit æmulas faces.

Nam ferme Tragicis carminibus Bacchiaca compoſitio familiaris eſt.

DE METRO PROCEleuſmatico.

AMbigitur ſuper auctoritate Proceleuſmatici, qui cōſtat ex duob. Pyrrhichiis,id eſt,quatuor breuibus,an inter prototypa metra hoc quoq; recipiendū, habendumq; ſit. Quia nec Moloſſicum, quod conſtat e tribus longis, propter nimiam ſimilitudinē induci aut videri metrum potuit. Quidam tamen decimam huic ſpeciē,poſt nouē prototypa, impertiendam eſſe,e quib. eſt & Philoxenus,ex eo putauerunt, quod Laconicū longis cōſtātem quindecim huic prope contrariū reſpondere poſſe conſpicerent,qui tamē nō ex omnibus Moloſſicis connectitur. Nam ſpondeos inuicem miſcet,vt eſt,

Ite o parcæ primores fauſta nunc parcas ducentes.

Statius tamen eſt annecti eum copulatique Comico Anapæſtico,cuius cognationem in ſe coniunctis ſuis duabus vltimis breuibus demōſtrat. Nam ex Dimetro Anapæſtico Trimeter Proceleuſmaticus figurabitur verſus,lōga eius in breues ſoluta , & ſyzygia in ſimplices pedes diuiſa,vt eſt,

Tuba terribilem ſonuit crepitum.

Præterea quod nunquam e Pyrrhichio, qui duplex in proceleuſmatico habetur, formata aliqua in metris ſpecies profetatur. Huius verſus longiſſimus erit Tetrameter Catalecticus, vel ſi quis illā adhuc extendere affecter,Pentameter. Recipit autē prima,& ſecunda,& tertia ſede Proceleuſmaticum , quarta Tribrachyn aut Anapæſtum ,quibus & clauditur,ſcilicet detracta Proceleuſmatico ſyllaba vltima, aut duabus breuibus vltimis in vnā longam redactis propter Anapæſtū, vti metrum ſit non numerus. Scanditur autem per dipodian. Exemplum erit Tetrametri Catalectici,id,

Nemus aue reticuit,ager homine ſonat.

Item,

Perit abit auipedis animula leporis.

Trimetri autem,id,

Agite peragite iuuenes.

Dimetri,id,

Agite iuuenes.

Hoc metro veteres Satyricos Choros modulabantur,quod Græci εἴσοδον ab ingreſſu chori Satyrici appellabant , metrumque ipſum εἴσοδον dixerunt.

DIDASCALICVS

LIBER TERTIVS DE CONIVNctis inter se & mixtis metris Pragmaticis.

DEcursis metrorum per nouem species fastigiis, elementisq; principalib⁹, quæ Græci στοιχεῖα, velut primas figuras appellando, nominarunt, scilicet artis huiusce prima, vt ita dixerim, semina, dicendū dehinc secundū ipsam disciplinæ originem consentaneum reor, q̄ ex iisdem veluti fontibus deriuata ad innumerabiles metrorū species, nunc per adiectionē, nunc derractionem aut trāsmutationem vel concinnationē processisse videantur. Et cū non queant omnia ob immensam sui copiam cōprehendi, vt pote cū sint innumerabiles figuræ cōpositionum, seu quas prisca ætas dedit, seu quas sequens æmula imitatione excogitādo produxit, tamē ex his quas aut frequens vsus celebrat, aut potior auctoritas recipiendo cōmendat, prout potero sollicita inuestigatione cōprehensa depromā: quo subinde ea quę fallunt apud Poetas metra pceptis disciplinæ instruēdis facilius intelligantur, quæ metrorum origine exorta, quæ specie figurata aut situ temporū digesta, aut copulatione cōnexa videantur. Habet. n. metrorū inter se ratio summā in cognoscēdo voluptatem, quæ & veterum sub quacunque lege tradita celeriter comprehendere, & multa ipsi æmulante studio noua concipere animo, atque informare possimus. Ita enim metrorum, quæ ex origine nascendi e prototypis nouem profluūt inter se varietas multiformis & de præfinito veluti quorundam seminario innumerabilis copia est: vt ille loculus esse Archimedius e quatuordecim crustis eburneis nunc quadratis, nunc triangulis, nunc ex vtraque specie varie figuratis, & velut quibusdam membris artis struēdæ caussā compositus proditur. Nam vt in illo pręfinito ac determinato crustarum numero multiplici earundem varia specie, nunc naues nunc gladii, nunc arbubuscula & si qua alia figurantur, ita metrorū certo ex origine numero infra decem prototypa cōprehenso multiplex admodum varietatis copia propagatur. Nam vt ea exercētis aut ingeniū aut voluntatis arbitrium est, ita variæ ac multiformes metrorum species proferuntur. Figurantur enim generalib. modis duobus, Quantitatis & qualitatis. Specialib. aūt octo: nam quantitas immutabit metrum aut per adiectionem aut per diminutionem: qualitas autem per translationem, permixtionem, transfigurationē, diuisionem, vnitatem, compositionem: Et ex heroo quidem per adiectionem syllabæ fiet ita,

Musa mi Pierides & Clarius adsit Apollo.

mi enim syllaba detracta, erit Hexameter. Per diminutionem autem syllabæ octauæ siue nonæ ex trimetro Iābico, sic,

Beatus ille qui procul meßibus.

Per translationem vero verborum ex Heroo. sic,

Instimulata choris quales socrus excutit vlnas,

Fiet Tetrametrus Trochaicus ita,

In choris stimulata quales vlnas excutit socrus,

Per diuisionem autem si proceleusmaticum in Anapæsticum metrum diuidendo sic percutias,

Id agite peragite celeriter.

Per vnitatem vero, cum Pariambus duplex iungitur.

Agite iam agite cito modo mea.

Et sit proceleusmaticus. Per transfigurationem quoque, cum Herous figuram trimetri accipit, velut,

Al-

Albani muri Albam longam cinxerũt.
Hic enim si per Dipodias percutiatur, fiet trimetrus. Sed & per mixtionem cum diuersæ Bases miscentur, vt pura Choriambica & Iambica, veluti,

Lydia dic precor libẽs vnde velis reuerti.
Per compositionem autem si ex Heroo metro cui syllaba adiecta in nouissimo erit, qđ πενθημιμερὴς vocatur, qđ est tale,

Arboribusque comæ.
Adiecto metro Iambico, fit metrum tale,

Arboribusq; comæ, vt prisca gens mortalium.
Quale est in Epodo Horatii,

Scribere versiculos amore percussũ graui.
Demonstratis igitur exemplis, tentabimus, procedente lectione inquantũ potuerimus, omnia huius generis siue simplicia siue immixta, quę in vsum aut Greci aut Latini receperuut, subinde perdere, si prius ea, a quibus initium sumendum est, docuerimus.

DE METRIS PER *συμπάθειαν, & ἀντιπάθειαν inter se coniunctis.*

Dicemus igitur de mixtis ac mutua connexione sociatis metrorũ generibus, quorũ bifariam ratio dispergitur: Namq; alia consentanea & veluti cognata inter se ratione iungũtur: alia ex diffidentia contraria, quæ Græci κατ' συμπάθειαν & ἀντιπάθειαν appellant. Erũt ergo per συμπάθειαν i. per consentaneum affectũ mixtæ inter se iambicæ Bases Choriãbicis & Antispasticis: nam quotiens copulantur, sub quacunq; sede, videas veluti ex vna eadẽ specie id cõpositum metrum stare & quasi vniforme, quod μονοειδὲς Greci dicunt, procedere: adæq; & Trochaicę Bases Ionicis pari consensione sociantur, cũ Epiplocarũ, quas amplexiones metrorũ diximus, mutuo inter se successione variantur. Et cũ non solum Trochęũ & solutionẽ eius Tribrachũ, sed & Spondeum cum suis solutionibus. i. Dactylum & Anapęstũ, admittat, tamen vniformia metra sentiuntur, cũ ex similibus & familiaribus pedibus fit ista coniunctio. Similiter Dactylicis Anapæstica incidunt: vt,

Arma virumque cano.
Etenim adiectis duabus breuibus, vt supra ostendimus, fiet Anapæsticum per συμπάθειαν, sic,

Ades arma virumq; cano.
Qua vicissitudine & ex Trochaicis Iambica & ex Anapæsticis Dactylica metra inter se formãtur. Per ἀντιπάθειαν vero, id est, per contrarium affectum seu passionem iungunt ea, quorũ inter se cõtrariæ species haud facile copulantur. Est.n cõiunctionis genus nimis scabrũ atq; asperum, vt sunt Ionica ἀπὸ μείζονος cum Iambicis, vel Dactylica cum Trochaicis semper dissentientia inter se atq; abhorrentia, vnde & ἀσυνάρτητα, a Græcis, id est, inconnexa appellantur: vt est,

Beatus ille qui vagãs mẽte viuit integra.
Nam compositus apparet versus ex Dimetro Iambico Acatalecto, & Dimetro Trochaico Catalectico ex diuersis & contrariis amplexionibus his enim, etiãsi genere congruunt, specie tamẽ discrepant. Item ex Anapæsto Acatalecto, & Iambico Dimetro Catalectico, vt est,

Age nunc comites rabidæ Cybeles vocãt choros ad aras.
Intelligis igitur, atq; ipso sensu abhorrẽtium aurium percipis, duo metrorũ cola diffidentia inter se, ita confragose atq; aspere coisse in vnitatẽ connexionum, vt superiora lene ac liquidum nequaquam conuenisse videantur. Itẽ si quatuor Dactylis tres Trochæos, quod vocant Ithyphallicũ, iũgas, erit ἀσυνάρτητον, vt est illud,

Tunc & amoris amor venit improbus aliger Cupido.
Præterea per mixtiones Colorum, id est, membrorum in metris quadripartita e
* ex duobus Colis imperfectis conciliantur, aut duobus perfectis, aut ex perfecto & imperfecto, aut contra: id est, ex imperfecto & perfecto, quod ἀσυνάρτητον appellauimus metrum, quale est ex Iambico Dimetro Catalectico & Ithyphallico compositum ita,

Iubar superne fulgida lucet arce cæli.
Aut cõtra, ex Trochaico Dimetro Acata-

lecto & Iambico Dimetro Catalectico, velut,

Caeruli monarcha ponti ratisq; rectitator.

In huiusmodi versibus membrorum manifesta discretio est, quae autem ex duobus imperfectis colis, id est, membris cōciliantur, vix est eorum separationem diuisionemq; cognoscere, in his praecipue, quae minimae proceritatis connexa iungūtur: exempli gratia, si sit Iambicum Dimetrū Catalectum & sequatur Dactylicum dimetrum Brachycatalectum ita,

Dicata est vario.

Cum sit traditum colum ita demum iustae proceritatis accipi, si decem & octo tēporibus suppleatur. Cum autē nec coli mensuram breuitas ista conficiat, quātum a perfecti versus mensura discordet, vtiq; manifestum est, cum colum portio versus esse tradatur. Sunt item quę primā Trochaicam, secundam Choriambicam, tertiam Trochaicam, sed & quartam syllaba breuiorem cōiugationem habeant, quorum exempla plerunq. apud Comicos Diphili & Menandri Comoediis reperiuntur. Verum haec hactenus noscenda sunt, ne quid per imperitiam praeteriisse videamur; alioquin & vitanda & respuēda sunt. Nā profecto Poetae leuia & sonora sectanda sunt, quae autē fragosa & aspera, discendi caussa, non vt imitentur sed vt vitentur, noscenda sunt. Quorum, sicut & aliorum cōplurium, auctor & parens fertur Archilochus singularis artificii in excogitandis ac formādis nouis metris, qui primus Epodos excitauit alios breuiores, alios longiores, detrahens vnū pedem seu colum metro, vt illi subiiceret id quod ex ipso detractū esse videbatur: vt in Heroo a quo primū coepit, tanquā,

Diffugere niues, redeūt iā gramina cāpis.

De hinc Epodus sui generis,

Arboribusque comae.

Et illud cū Heroi vers' secūdo colo, Ithyphallico Epodo par αὐτπάθεια respōdet, vt,

Priamiq; euertere gentē fatalia parabāt.

Et multa alia, quae in processu operis demonstrabimus. Omnia enim ex Dactylo & Iambo principalibus orta noscuntur. Nam quaecūq; protuleris ex his profluere fontibus, & ad hęc referri, veluti semina, examinando reperies. Haec enim sola duo metra quamuis & Iambicum Heroi sit traductiuum, vtpote cum trimeter de Hexametro manasse noscatur, haec sola possunt Prototyporum Prototypa dici, & omnium metrorum elementa. Reliqua autem horum ὑποτμήματα, quorum modos, in quantum colligi potuerunt, studiosi lectoris auribus intimabo.

DE SVMMA NVMERI quae metrorum multiplicatione redigitur.

NAm cum metrorū principaliū, quę catholice excepto Rhythmo Pęoni co recipienda sunt, octo genera censeantur, si quis ea octies multiplicet, octona metra octies multiplicata efficient differentias LXIIII. & vt exēplo id apertius clareat, si quis Iābicum Iābico coniungat, aut Trochaico & deinceps caeteris. i. Dactylico, Anapaestico, Choriābico, Antispasto, & Ionicis duobus, fiet harum permixtionum differētiae octo. Pari ratione si sit Trochaicum caeteris metris, vt supra de iābico diximus, coniugatum, fient alię differētiae octo, ac deinceps si per omnia pedum genera similiter fiat ista coniugationis multiplicatio, non dubie clarū erit effici differētias LXIIII. in omni octo metrorum principalium summa, cuius rei edocendae gratia etiam quaedā sui generis exempla proponam. Nam si ex duobus Iambicis quae πενθημιμερῆ vocantur, versus vnus formetur, fiet Sapphicū huiusmodi.

Meat per aequor Ionia proles.

Item si ex duobus Iambicis Dimetris Catalecticis fiat permixtio, fit metrū quod Aeschrionion dicitur, vt est,

Amore me subegit & igneo furore.

Similiter duo Dactylica si coniungat πενθημιμερῆ, fit Elegium tale,

Lactea sanguineis lilia mista rosis.

Vel si Anapaestica ἑφθημιμερῆ copulentur, fiet

fiet metrum quod παροιμιακὸν appellatur, veluti,

Sed Iapygia vada Ponti victi prope litoris actas.

Item ex duobus Trocheis, quę ἑφθημιμερῆ nuncupamus, fit metrum Euripidion, quod est tale,

Phœbe carminum potens, cum sorore sis fauens:

Sed & multa alia per singula metrorum genera, quæ persequi satis prolixũ esset, sub huiusmodi connexione miscentur. Verum hæc coniuncta, ἀσυνάρτητα, non composita nominãtur, ita perfecta sunt, vt facile sit vnamquanq. partem coli determinatione assequi, cuius sit aut proceritatis aut generis. Illa autem quę Greci συγκεχυμένα & ἀπηρτισμένα, quæ nos cõfusa & immanifesta dicimus, non tã perspicua & aperta sunt. Iccirco quod non tantum ex differentia diuersorũ metrorum coniungantur, verũ ex eo quod breuia & non perfectæ proceritatis in hoc genere versuum cola, quæ nos membra dicimus, sociãtur. Nã ferme a monometro Brachycatalecto initium sumunt, & non vltra Dimetrũ Hypercatalectũ crescũt: vnde intelligi datur per singula metra quæ octo sunt numero, totidẽ incrementa differentiarum reperiri, id est, octona in generibus singulis, ita: aut enim monometrũ est Brachycatalectum, aut monometrũ Catalecticũ, aut monometrum Hypercatalectũ, rursus aut Dimetrum est Brachycatalectum, aut Dimetrum Catalecticũ, aut Dimetrum Acatalectum, aut Dimetrum Hypercatalectũ, quorum exempla in Dactylico, quod est in coniunctis magis cognitum, ostendã. Est itaq; monometrum Dactylicũ Brachycatalectum, φεῦ. Catalecticum autem addita syllaba breui, φεῦγε. Acatalectũ vero monometrum pes integer Dactylus, φεύγετε. Hypercatalectum autẽ, si pedem Dactylum vna syllaba breuis excedat, vt est φεύγετέ μοι. Item Dimetrũ Brachycatalectũ fit, si pedẽ Dactylum vna longa excedat syllaba, vt φεύγετε δή. Catalecticum si pedẽ Dactylum vna longa & vna breuis excedant, vt est φεύγετε δῆμε. Acatalectum aũt si duo Dactyli copulẽtur, vt est φεύγετε φεύγετε. Hypercatalectũ vero Dimetrũ si præter duos Dactylos vna breuis abundauerit, vt, φεύγετε φεύγετέ μοι. Quę varietas facit differentias octo. quod etiã in cæteris septẽ metris accipiendum est, iuxta quod fient differentiæ octies octonæ, quæ cõprehendunt numerum differentiarum LXIIII. Verum hæc si singula sint nullis eis congregatis, vt & de superioribus diximus, manifesta essent. At cũ inter se similia aut dispaira nectuntur, tunc ex ipsa breuitatis conclusione obscuritas nascitur, vnde συγκεχυμένα & ἀπηρτισμένα a Græcis, a nobis confusa & immanifesta appellata sunt. fiunt itaq; per has cõiunctiones, de his LXIIII. differentiis, vt maiores nostri in hac arte sublimes tradiderunt, species differẽtiarũ quatuor millia XCVI. scilicet multiplicatis inter se colis prototyporũ. Itaq; canon est dactylici in exẽplum reliquorum septẽ metrorum, q est vt cæteri, æque octo differentiarum, ita: Nam aut Dactylicum monometrum Brachycatalectum, Dactylico monometro Brachycatalecto copulatur, aut idem Brachycatalectum Catalectico, aut Acatalecto aut Hypercatalecto, & rursus idẽ Brachycatalectum Dactylicum dimetro Brachycatalecto, aut Dimetro Catalectico, aut Dimetro Acatalecto, aut dimetro Hypercatalecto sociatur: q̃ sunt cõmutationes octo canonis vnius. Igitur eo pacto quo monometrũ Brachycatalectũ percurrens octo canonas, vt ostẽdimus, fecit differẽtias LXIIII, ita & monometrum Dactylicũ Catalecticum & Acatalectũ & Hypercatalectũ cũ suum cæterosq; canonas non tã per monometrum q̃ dimetrum singula metra percurrerint, proculdubio octies sexagenę quaternæ differentię colligentur. Ex quibus efficitur numerus differentiarũ in vnaquaq; metri specie quingentarum XII. Si ergo vnius canonis hæc summa de differentiatũ multiplicatione colligitur, ma-

nifestum apud omnes erit i i i i. canonū, .i. metrorum principaliū multiplicationibus octies quingenta x i i. differentias fieri, quæ, in summā maioris numeri redactæ, efficiēt differētiarū quib. ἀσυνάρτητα i. inconnexa colligūtur quatuor milia x c v i. genera, quæ per metrorū clausulas mutua earūdē alternatione efficiūtur.

QVOT EX DACTYLICO *Heroo metrorum genera deriuantur, & de versu Pentametro.*

COnsiderantibus nobis, quot ex dactylico Heroo per singulos prototyporū Canones metrorum species procreātur, manifesta ratione reperio primā ei⁹ veluti sobolē a pentametro versu cœpisse, vnde consequenti ratione initium suscepti operis ab eodē ordinemus, quod metrum πενταμετρικὸν ἐλεγειακόν ... & αἰολικὸν dicitur, quod inuenisse fertur Callinous Ephesius alii vero Archilochū eius auctorē tradiderūt quidā Colophoniū quendā, super quorū opinione apud Grammaticos magna dissensio est. Is autē versus a duodecim syllabis in quatuordecim crescit, nā cōpositus est de hexametro, ita vt de tertio pede partē orationis complente semipes tollatur, quem Spondeum esse debere in dubium non venit. itemque ex vltimo pede adæque postrema syllaba retrahatur, vt est,

Mars pater hac pateris, qua nos quoque posse negamus.

Huius Penthemimeris,

Mars pater hac pateris. Dehinc,

Qua nos quoq; posse negamus.

Minor itaq; hexametro vel trib. vel duabus syllabis est: tribus quotiens in hexametro dactylus inuenitur: duabus vero, quotiens Spondeus. Optimus autem est, quotiēs duos nouissimos Anapæstos habet, qui fiunt ita, si duo ante vltimū hexametri versus pedē dactyli sunt, vt est ille,

Mars pater hac pateris, qua nos quoq; posse negamus.

Huic si quarti pedis primā syllabam detrahas & nouissimi vltimam, fiet versus, claudentibus eum Anapæstis, talis,

Mars pater hac pateris qua quoq; posse negam. Item,

Barbarico postes auro spoliisq; superbi.

Pentameter,

Barbarico postes aur spoliisq; super.

Sed & ille perspicuus Pētameter habebitur versus, qui post duos pedes primos semipede qui superest ad πενθημιμερῆ tamen, verbum finit, vnde Pētametri versus erit prima species, quæ de Hexametri versus tomo (quam πενθημιμερῆ diximus) geminata conficitur, quæ tunc contingit, si Hexameter duos dactylos habuerit, vtpote,

Primus Erichthonius.

In hac enim clausula Heroi Hexametri dactylos duos esse & semipedem necesse est qui reperiti Pentametrū Elegiacū, qui Hexametro subiicitur in Poematis, efficiunt. In quibus etiam ordo præposterus, nec metro nec sententiæ oberit, velut,

Bella per Emathios, Musa moneto, cano. Dehinc,

Musa moneto cano, Bella per Emathios.

Hi primi pedes vsq; ad Tomen in Elegio versu κοινοὶ vocantur, quod eos trāsferre in secundam clausulam, & ex eorum geminatione versum implere possumus: ex quo etiam genus proprię versificationis indicitur, & appellatur Trimetrum penthemimeres, nam prima versus Heroi portio tertio repetita (veluti,

Arma virumq; cano. Musa mihi causas. Vrbs antiqua fuit)

metrum sui generis facit. Huius incisioni, qua syllaba clauditur, si alteras duas adiicias, vt tertium pedem Trisyllabo cōpleas, erit hoc Penthemimeres Trimetron δεξιόν. Nihil autē intererit, si pes tertius in isto versu lōga syllaba, quę est finalis ἀδιάφορος, finiatur, & fiat ἀμφίμακρος, veluti,

Arma virumque cano Troiæ.

Sane quia superius δεξιὸν μέτρον diximus, quāquā id & in prototypis ostenderim⁹, tamē scias inter dextros ac sinistros versus hanc haberi differentiā, vt dextri sint, qui, in tertia vel quinta sede trisyllabō habuerint pedē: sinistri autem qui dissyllabum

bum in secunda vel quarta regione. verũ huius generis, vt supra cœperam dicere, quod ex Penthemimere geminato cõficitur, species sunt tres: Prima cum præcedit Spondeus, sequitur Dactylus, item Spondeus, vltimis Anapæstis duobus versum claudentibus, & hæc, vt superius, geminata efferri non possunt: vt,

Postquam res Asiæ. Desine Menalios.

Huic si nouissimam longam detrahas, vt iam non Anapæstus sed Iambus vel alius bisyllab' ponatur, metrũ Asclepiadeũ efficiet, qđ duodecim syllabis subsistit: vt,

Postquam res Asiæ, Desine Menali. Itẽ,

Quam senis trepident Carbasa flatibus.

Qui constat ex Spondeo, duobus Choriambis, vltimo Iambo. quod etiam prima adempta syllaba Anacreontion dabit, sic,

Senis trepidant carbasa flatibus.

Seu metrum Ionicum claudente Dactylo. Altera vero species, ita. cum tres sunt Spondei, Anapæsti duo, tanquam,

O fortunatus desine Menalios.

Tertia autem, cum primus est Dactylus, sequentibus duobus Spondeis, Anapæstis duobus in clausula positis: vt,

Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.

Memento sane nonnunquam in his & quintum tribrachyn reperiri. Sed iam dictum est de syllaba finali, vnde eam, vt velis accipe. veluti,

Tiphys & Automedon dicar amoris ego.

Notandi sane & huiusmodi versus, qui Hexametro & Pentametro versui per adiectionem & detractionem quemadmodum syllabę, communes sunt tanquã,

Et genitor diuũ quos terminat Oceanus,

Hic enim accepta vltimo, que, syllaba, hexametrum facit, sic, (*nusque.*

Et genitor diuũ quos terminat Ocea-

Ac si vna syllaba media post duos pedes & semipedem detrahatur, erit Pentameter, ita,

Et genitor diuum terminat Oceanus.

Semipede enim ab hexametro minor, a Pentametro maior est, qui a Græcis inter quadratorũ versuum genera numeratur. In scandendo autẽ pentametro nonnulli dissentiunt: quidam enim eum in duo diuidunt cola, & percussis vtriusque partis binis pedibus, semipedes, qui supersunt, coniungunt, & ex his Spondeum quintum versui annectunt, tanquam,

Nil mihi rescribas, attamen ipse veni. Sic

Nil mihi rescri, attamen ipse ve, ni, bas.

Hoc eo studio, ne Anapęstum pedẽ, quẽ Hexameter Herous excludit, Pentametro miscerent. Alii vero Spondeo tertium locum vt proprium defendunt, qui ex semipede superioris clausulæ & prima lõga incipiẽtis Dactyli anuexa gignitur, supererunt residuæ breues dactyli duæ, his adiuncta longa efficiet Anapæstum quarto loco, supersunt tres syllabæ quarum duæ breues, vtpote supremæ dactyli, his copulata finalis tertia pedẽ Anapæstũ cõplebit, nec interest, breuis an lõga sit, vtpote in vltimo constituta: Huius exẽplũ,

Nunc tu Pieridum deseris Aoniam.

Obseruabis autem, ne nouissima syllaba prioris coli, quæ post duos pedes semipes residet breuis sit, ne pro Spondeo tertius Iambus obrepat, qui huius legis rãtionẽ subruat, quamuis quidam, quod ex geminatione videatur versus iste subsistere, nõ sunt deterriti, quin breui syllaba prius colon concluderent, affirmantes, nihil interesse cuiusmodi in fine sit syllaba, idq; ipsum iuris ac legis cõmata retinere voluerunt, quod in omni metro, & in quocunq; versu catholice præceptũ est. His subditis, vt dictũ est, hexametris elegiacũ metrũ reddunt, dictũ ex eo, quod mœrori rebusq; tristibus modus eorũ aptior esse videatur, ἀπὸ τοῦ ἐλεεῖν. alii vero παρὰ τὸ εὖ λέγειν elegos dictos arbitrantur.

DE GENERIBVS METRORUM QUÆ A PENTAMETRO PROFLUUNT.

Choerilium seu Diphiliũ metrum ex eodem Pentametri ortũ esse generes res ipsa indicat, est enim e Dactylica specie deriuatũ, suprema tantum versus syllaba, qui sex pedibus profluat, breuius. Incipit autem a duobus Dactylis, tertia regione Spondeo semper manẽte, & rursus

ex duobus Dactylis & syllaba vna. Huic duo cola, quæ Penthemimere diximus, accrescente media syllaba, qua Spondeus gignitur, formam dedisse noscuntur, qua detracta ad Elegiacum Pentametrum versus reuertetur: veluti,

Nũc age Pierios versus dea Calliope. Itẽ,

Incipe Menalios mecũ mea Melpomene.

Choerilium autẽ ἀμφιάνης dicitur, quod initio & fine imminutum est, vt,

Tibi namq; decent, lucet rosa vertice.

Hoc quoque ex eodem pentametri versus genere profluit, quod Aeolicum seu Sapphicum metrum nominant a Sappho vare doctissima inuentum. Huius primæ in versu duæ syllabæ indifferenter nunc longæ, nunc breues, nunc dispares solent poni. id est, quilibet pes e dissyllabis quatuor, subiectis per ordinem vsq; ad finem versus quatuor Dactylis. tanquam,

Maro me docuit iuga Pieridũ sequi. Itẽ,

Cordi laurea virginitas mihi cum fores.

Nisi si Catalecticus versus emetserit, scilicet vt dissyllabo vltimo quam Dactylo terminetur. Hoc quoq; cognatum Aeolico generi metrum esse in dubium non venit, quod primo Spondeo & Dactylis quatuor subsistit, nisi quod huic interdũ vltimus Creticus est, vt,

Aure vis venit Alpibus aeria niue.

Cui ad implendum Hexametrum Spondeus vnus deest. Huic quoque si octauã syllabam a primordio versus auferas, fiet Elegion, quod διεγημένον Elegion appellatur, quasi vnius interiectu syllabæ distinctum, vt,

Alma parẽs genitrix diuũ decus Oceano.

Cui si syllabã adiicias, fiet Herous, ita, vt,

Alma parens genitrix diuum decus Oceano lux.

Si autem octauum a medietate auferas, erit Elegion, vt,

Alma parẽs genitrix, tu decus Oceano.

Traditur etiam Elegius Scazon talis, vt primũ colũ, id est, Penthemimeres integrũ habeat: secundo vero cõtra legẽ suã nõ vna, sed duab' syllabis terminante, vt,

Nil mihi rescribas.

Primum colon. Secundum,

Attamen ipse veni. Scazon,

Attamen vt venias.

Affectar enim secundum ab vltimo pede Trochæum inducere. His Logaoediaci metri speciẽ, quæ & Enoplius & Archebulius dicitur, non absurde coniunxerim adæq; dactylici metri sobolẽ, scilicet cum Trochaica basi versus clauditur duobus vel trib' vel quatuor Dactylis præeũtib', prout carminis mẽsura aut ratio exegerit: cui' generis est etiã hoc, qđ ex duob' Dactylis & duob' connectitur Trochęis, & appellatur Alcaicum Decasyllabum, vt est, *Laurea nyctileo corona.*

Item e tribus Dactylis & duobus Trochæis vt,

Quadrupedãte venit pede primus equus.

Rursus e quatuor & duobus Trochęis, vt,

Romulida pedites Arabũ populis amici.

Quæ species & in Anapęstico versu reperietur, ita dũtaxat, vt postrema eius clausula Bacchio a breui incipiente terminetur, & pro Anapæsto nõnunquã Spõdeus ponatur. Duobus autẽ Spondeis plerũq;, vt in Heroo Hexametro repetiem', si metrum claudatur. Spondaizon versus, vt in primo libro dictũ est, appellabitur. Spondaicus enim vt Trochaicus & Iãbicus ex omnibus Spondeis subsistit, cui si Molossum vltimum adieceris, fiet Laconicum metrum e quindecim longis, ita,

Hispani duri desciscunt a Romanis victores.

Nec minus e pentametro versu Anapæsticus figurabitur, vtpote, cum ex Dactylo, Spondeo & Anapæsto subsistat, adiecto in qualibet sede versus sui generis pede, siue dipodia, quo fiat Tragicus seu Comicus: vt,

Tiphys & Automedon dicar amore potẽs.

Vides Pentametrum Elegiacũ, adiecto, *mea lux*, erit trimeter Anapæsticus, in quo prima basis ex duobus dactylis, secunda e Spondeo & Anapæsto, tertia e duobus Anapæstis subsistit: ita,

Tiphys & Automedon dicar amore potens mea lux.

DE

DE ENVNTIATIONE Pentametri Elegiaci.

HOc quoq; notãdum in enuntiatione Pẽtametri Elegiaci, nam plerũq; aurem fallit, vt in illo Græco versu, ἡμῶν δ' ἐις ἰκὰ ἀιωνιον ἀπητλάμαν. Nam si cõiunctum ἀιώνιον ἀπητλάμαν enuntiarimus, effugerit aurium sensum, vt nequaquam versus esse credatur. At si per Hemistichium pronuntiemus, ipsa subdistinctione genus metri declarabimus ita, ἡμῶν δ' ἐις ἰκὰ- dehinc ἀιωνιον ἀπητλάμαν. Vnde Pentametrus duobus pedibus & semipede colon terminare debet, vt qui audierit, antequã percutiat versum intelligat, velut,

Labitur hinc Helle, sponte in Oceanum. Item,

Venerunt inter, lunia sancta polo.

Nam si per se dicas, *inter*, & per se, *lunia*, media subdistinctione interposita, recipiet formam Elegiaci. Hinc proculdubio intelligi datur prosam numeris subsistere. Nam & Aristoteles homo sublimis ingenii præcipit, numeros esse in oratione oportere, ita tamen ne versum incurrant, qui sepe imprudentibus subrepunt, quia & Cicero in oratore suo de euitatione versuũ tangit, ipsa quoq. lyrica poemata sublata modulatione vocis non vltra solutã orationẽ procurrunt. Quocirca putant nõnulli duriorẽ legẽ oratoribus fore quã poetis: nam vt nihil scribere possumus, quod extra numerum literarum cadat, sic ne loqui quidem, aut verbũ vllum emittere, quod non in pedes aliquos & in Rhythmos incidat, quia legitima syllabarũ sublatione & positione cõtinetur.

DE RECIPROCIS VERsibus.

OPeræpreciũ est inter hæc & de reciprocis versibus, vt omnifariam artis Metricæ disciplinis & gratia hoc opusculum instruamus, quantæ sint venustatis, & quot eorũ species inuestigauerim, dicere. qui retrorsũ dũ leguntur lõge aliud metrũ ex se procreant, vt est hic Elegus,

Esse bonus si vis cole diuos optime Pansa,
Omine felici Pansa precare Deos.

Ex his superior Herous in Sotadium recurrit, sic,

Pansa optime diuos diuos cole si vis bonus esse. Item, (*Bacche.*
Ecce tumet gemmis tua vitis optime

Sotadium dabit tale,

Bache optime gẽmis tua vitis tumet ecce.

Alter qui est Pentametrus in Iambicum trimetrum redit, sic,

Deos precare Pansa felici omine.

Iambicum est item aliud genus, quod in eandem mensuram reuertitur, vt vtrinq; legentibus Herous sit, neque, vt superiores, genus metri mutet, quales apud Virgilium reperiuntur;

Musa mihi caussas memora quo numine læso, Item, (*Ponto.*
Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima

Æque enim & in reuersu lectionis suæ Heroum custodiunt metrum: sic,

Læso numine quo memora caussas mihi Musa. Item,
Ponto plurima nascuntur, Mœris dedit ipse.

Est etiam aliud reciproci genus, quod non per singulos versus redit, sed per totum Elegum: tanquam,

Icariũ Notus vt confidẽs flamine tranat,
Cærula verrentes sic freta Nereides.

Si reuoluas Elegus erit eodem modo,

Nereides freta sic verrẽtes Cærula, tranat
Flamine confidens vt Notus Icarium.

Ita medium verbum, tranat, alteri detractum & alteri additum, variata vice pentametrum facit de Hexametro, & hexametrum de Pentametro.

DE TETRAMETRO VERSV.

SEd vt ad propositũ versus hexametri ordinẽ redeam, decurso pentametro Heroo, consequens est Tetrametrũ eius inducere, quẽ Archilochus diuulsum ab Hexametro Heroo ad Epodũ cõuertens satis acceptã auribus rem cõmentus est. Idem eti[illegible] iungẽdo inter se diuersa, noua metra cõposuit, quę Gręci ἀσύνθετα & ἀσύνθετα appellant. ἀσύνθετα quæ eiusdem sunt

generis: σύνθετα vero quæ ex diuerso copulantur. Ergo tetrameter siue versus siue Hexametri Heroi tome tertia: nã post duas incisiones eius proprias. i. Penthemimerem & Hephthemimerẽ, tertia est ea, quam βουκολικὴν appellant: quæ quarto pede semper sensum claudẽte distinguitur, ideoq; a Græcis sic appellatur, quod Bucolici carminis hæc lex sit, vt versus eius ea obseruatione formetur, vt ante duos vltimos quarto pede terminet, aut partem orationis aut sensum, quam legẽ per omne opus sui carminis Theocritus Syracusanus exceptis tribus, aut quatuor ferme versibus (e quibus sunt,

ἀμφῶες, νεοτευχές, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον. Et,
τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται.)

custodit. At noster Maro haud ita, quod vtrum scrupulosum an superuacuũ duxerit, ipse norit, quod Græci sanxerunt, ne pars orationis, aut sermo integer, vllo verbi discidio interueniente seiungeretur, tanquam,

Forte sub arguta consedcrat: Tetrametrus. Sequitur,

Ilice Daphnis.

Hoc comma Dimetrum Epicum nuncupatunt. Item,

O crudelis Alexi nihil mea: Dehinc,
Carmina curas.

Vnde intellipi datur, Bucolicum carmẽ seu metrum, ex Tetrametri versus copulatione, subsistere. Igitur hi Tetrametri Heroo hexametro subnexi scitã admodum Epodum carminibus dabunt, vt apud Horatium,

Nil desperandũ Teucro duce & auspice Teucro. Dehinc,
Certus enim promisit Apollo.

Quæ dactylo pede clausa Alcmanicum, Spondeo aũt Archilochium metrũ efficiet. Huic si duos pedes Heroi hexametri præposueris velut, *in medio mihi*, erit ex tetrametro hexameter talis,

In medio mihi certus enim promisit Apollo.

Hi tetrametri Tragicis Choris a plerisque miscẽrut & cõtinuati nõnunquã Choros explicãt, vt apud Pomponium reperimus,

Pendeat ex humeris dulcis chelys,
Et numeros edat varios, quibus
Assonet omne virens late nemus.

His quoq; si ad extimum adiicias binos pedes, integrum hexametrum de mutilo efficies: hoc modo,

Pendeat ex humeris dulcis chelys apta choreis.
Et numeros edat varios, quibus ecce propinquum.
Assonet omne virens late nemus, aruaq; iuxta.

Ex his igitur colis seu dimetris, æquis duobus pedibus, prior Dactylus semper est, sequens Spõdeus. Rursum Tetrametro heroo, in quo quatuor tantũ Dactyli, si subiicias tres Iãbos eo more, quo tres Trochæi Phalæcio copulantur, metrum Sotericum efficies, ita,

At tuba terribilem sonitum procul.

Dehinc Iambi *furore congruo.* Rursum eius quod metrum vocatur δίμοιρον ἡρωϊκὸν, eo quod duos pedes Heroos tantum recipiat, Dactylum, Spõdeũ, Sappho dicitur carmen composuisse continuum numerum per syllabatum. Huius exẽplum,

Primus ab oris
Troius Heros
Perdita flammis
Pergama linquens
Exul in altum
Vela resoluit.

Qui dimetri etiam inter Epodos recipiuntur. Vt apud Horatium in secunda ode, cuius initium est.

Iam satis terris niuis atque dira.

Vltima coli clausula.

Terruit orbem.

Vides subiectum dimetrum metro Sapphico Hendecasyllabo & per ordinem eiusdẽ asmatis similes clausulas habere. Dehinc huic tetrametro Archilochus similẽ e cõttario speciem cõmentus est, nã detractis hexametro nõ vt superiore vltimis, sed primis duobus pedibus, tetrametros huiusmodi induxit, velut,

Damætas & Lyctius Aegon. Demto,
Cantabunt mihi.

Quod

Quod est ἴαμβος ἐπωδικὸν item,

Et longo post tempore venit. Sublato,

Respexit tamen. Aliam Epodi speciem informauit, e quo genere apud Horatiũ tales Epodi inducuntur, vt in illo,

Laudabũt alii claram Rhodon aut Mitylenen.

Cui hexametro cõpositam tetrametro epodon addit, (hinc

Aut Ephesum bimarisue Corinthi. de-

Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos. Post,

Insignis aut Thessala tempe.

Itaq; pedes si primos duos Epodo adicias, fiet Hexameter talis, vt in eodem,

Laudabũt alii claram Rhodon aut Mitylenen.

Si proficisceris aut Ephesum bimarisue Corinthi.

Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos

Aspicies magis insignes aut Thessala tẽpe.

Idẽ Archilochus penultimis Heroi Hexametri partib. adiecta syllaba huiusmodi versum induxit, qui metro Phalæcio, id est, tribus Trochæis vltimis claudere tur, vt est, (noro.

At tuba terribilem sonitum dedit are ca-

Adiecta enim ante vltimos pedes, sed, syllaba, fiet,

Aere sed canoro.

Quod est metrum Phalæcium. Iuncto omni, fiet versus huiusmodi,

At tuba terribilem sonitum dedit are sed canoro.

Quod quidã Hexametrum Heroũ ὑπερκατάληκτον dixerunt. Huic quoq; idem Epodum subdidit. Trimetrũ versum Iambicum catalecticum, id est, vltima parte imminutum. Cuius exemplum noster Horatius sequutus est, illa Ode,

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.

Dehinc trimeter Catalectic' vice Epodi,

Trahuntq; siccas machinæ carinas.

Itaq; si superiori vnam demseris, fiet hic Trimeter Iambicus Acatalectus, ille Herous Hexameter, hoc modo,

Soluitur acris hyems grata vice veris & [illegible]oni,

Trahuntq; siccas machinæ carinulas.

Quanta autem & quam profundæ artis sciẽtia in hac Epodi cõclusione Archilochus vsus sit, interest dicere. Nã cũ æstimaret priorẽ versum, cuius prima portio constat ex Heroo Tetrantetro, id est,

Soluitur acris hyems grata vice:

& sequentem Epodum, qui e Trimetro Iambico Catalectico substitit, id est,

Trahuntq; siccas machinæ carinas.

simili clausula terminatos in eũdem cadere numerum, quũ diuersæ rationis inter se generisq; viderentur, quippe cum alter Dactylico metro, alter Iambico cẽseatur, tamẽ adiiciendo maiori syllabam & detrahendo minori, consequutus est, vt vterq; Phalæcio metro cõcluderetur. Nam superior hexameter, sic,

Veris & fauoni.

Sequens trimeter, ita,

Machinæ carinas.

Quæ vtraq; tribus Trochæis annexis, id est, metro Phalæcio terminante, admodum intra se decenter consonant.

DE PHALAECIO METRO.

Phalæcium autẽ quod & Ithyphallicum, si tribus trochæis claudatur, appellatũ aiunt a Phalæco, qui illo freqũenter vsus est, vt Sappho, quod constat ex Glyconio octosyllabo, vt,

Sic te diua potens Cypri.

Recipit autem Spondeum, Choriãbum, Iambum & syllabam, vt,

Sulcos tunc retegunt comæ latentes.

Idem fiet Ithyphallicum sub ea diuisione in qua primus pes in Glyconio erit vnus e quatuor dissyllabis, dehinc dactylus, tunc tres Trochæi, vt etiam hic,

Iamdudum tibi differens probaui.

Quidam tamen nullam volunt esse differentiam inter hos, sed eundẽ Ithyphallicum & Phalæcium accipiunt. Hoc autẽ Phalæcio versu Liberum Patrẽ solenniter canunt, siquidem quod etiã eius nomine & Rhythmum & metrum compleare demonstratur, sic,

Bacche Bacche Bacche.

Sane reperimus Phalæciũ syllaba nouissima detracta, veluti Scazonta, vt est,

Nunc Troiam fera vindicat Venus,
Quem volunt videri claudum.

DE TRIMETRO VERSV.

Sequitur, vt, iuxta propositum ordinẽ, Trimetri quoq; Heroi, vel si quid ex eo editum est, ratio habita inspectaque pandatur. Est autem Hexametri portio subsistens pedibus tribus, quod genus a Græcis haud immerito τρίμετρος vocatur, huius exemplum,

Panditur interea domus dehinc,
Omnipotentis Olympi. Item,
Hunc lucum tibi dedico, dehinc,
Consecroque Priape.

Quod metrum Priapeium a quibusdam æstimatur, propter geminam similitudinem, de quo suo loco dicemus. Trimetrũ igitur Epicum nihil a Glyconio metro differre nonnulli contendunt.

Quod constat ex spondeo & Choriambo & Pyrrhichio, vel Trochæo vltimo, ex quo plura apud Horatium Asmata sunt: vt,

Sic te diua potens Cypri. Et,
Mater sæua Cupidinum. Et,
Donec gratus eram tibi.

& cætera. Nam si solu as Choriambum & nouissimam eius syllabam, in superiore libro plenissime diximus, nũc pauca memorabimus, scimus in Dactylico genere esse & Pariambum, qui parem habet sublationi positionẽ, id est, Arsin & Thesin. Maior autem est Spondeus, vtpote duabus longis: Minor pariambus, quia constat e duabus breuibus. Commune illis nomen Dactylus, ita alter Ionicus incipiens a maiore parte Dactyli quæ lõga est, ἀπὸ μείζονος dicitur. Alter incipiens a minore parte eius, hoc est, a duabus breuibus, ἀπ' ἐλάσσονος nuncupatur. Cuius exemplum apud Horatium reperimus, qui in hoc genere carminis Alcæum secutus est. Et Anacreõ lyricus, & Euripides Tragicus, & Comici poetæ reperti sunt hoc vti numero, cuius exemplum,

Miserarum est neq; amori dare ludum,
Neq; dulci, mala vino lauere, aut exanimari metuẽtes patruæ verbera linguæ.

Ita binæ Bases, hoc est breues ac longæ iũctę per Synaphian, vt Græce vocãt, nos per coniunctionem, alternis vicibus variantur & procurrunt, Spondeo autẽ hic versus clauditur, vt Ionicum decet. At si detraxeris huic versiculo primũ pariambum, id est, primas breues duas syllabas, erit ἀπὸ μείζονος, sic,

Rarũ est neq; amori dare ludũ neq; dulci.

Item si integro versui duas longas adieceris, vt, *o quam*, ἀπὸ μείζονος. Quibus ademtis reuertetur ad speciem suam, fietq; ἀπ' ἐλάσσονος. sic variata per vices adiectione & detractione, vno eodemque versu, Ionici dispares creantur. Similiter & Iambica in Trochaicum metrum per huiusmodi commercia transeunt. Nec non etiã eadẽ si fiat adiectio ad Choriambicũ transinigraris, quasi per circulum quẽdam, factis per adiectionem aut detractionem metrorũ cõmutationibus. Ponamus enim, exẽpli caussa, Choriambicum Trimetrũ Hypercatalectum, non ex solis Choriãbis, sed admixtum, vt sit prima quædam coniugatio diiambus, secunda Choriambus, tertia diiambus, & syllaba, quando hypercatalectum est, vt est,

Caduca populi coma glauca iam per agros.

Per singulas vel adiectiones vel etiam translationes varias efficit figuras. Nam cum sit choriambicum, & mediũ habeat vnum Choriambũ, ambiatur aũt vtrinq; Diiambus, si quis eis longã prępouat syllabam, cuncta in eo versu transfigurabuntur. Nam & de diiambis, qui & initio & in fine sunt, Ditrochæos fecerit, & qui erat medius Choriambus in Ionicum a maiore transibit, & pro vna hypercatalecti syllaba duæ reperientur: vt est,

Quo caduca populi coma glauca iã p agros.

Adiecta syllaba longa, *quo*. Contra autem eidem versui, si breuem syllabã initio adiungas, pro Ionico faciet Antispasticum metrũ, & pro admixtione Trochaica facit Iambi-

Iambicum, & fit versus Antispastus Tetrametrus Acatalectus, secundam tantũ habens Antispasticam coniugationem, quæ fuit prius Ionica, vt est,

Tota cadauca populi coma glauca iam per agros.

Et erit similis huic Sapphico,

Aprica veris aura est, vbi flore rura lucent.

Præterea quia Ionicum eundem & Sotadium supra diximus, non ab re est in vna atq; eadẽ specie, quid inter eas distet, ostẽdere. Diximus.n. ex Ionico ἀπὸ ἐλάσσονος seu detracto priore Pariãbo: seu adiecto ad caput ei Spondeo, Ionicum ἀπὸ μείζονος gigni per Synaphiã. i. cum vicissim breues longis, aut longæ breuibus syllabis, prout metri mensura fuerit, subiiciuntur. At vero in Sotadiũ versum pleriq; pedes qui eum faciunt molliorem, cõtra quam Ionicorum lex se habet, incidunt. Nã idẽ & dactylum & Anapæstum & Trochęũ duplicem recipit, qui cum interueniant faciantque hunc versum satis mollem ac lubricum, tamen non excedit viginti duo tẽpora, vt est hic qui ab Anapæsto incipit,

Genus vnde latinum, rogo, genus vnde latinum.

Nam pro Spondeo etiamsi positus est Anapæstus trium syllabarum, tamen temporum totidem est. Sic est & hic versus,

Equitum pedũ prælia tela pila pugnas.

Nam primus est Anapæstus, secũdus Pariambus, tertius Spondeus, quartus Pariambus, deinde loco Spondei & Pariãbi, contra quam Ionicorum ratio patitur, duo Trochæi, qui tamen mensura tẽporum Spondei ac Pariambi spacium exæquant, cum habeant inter se duas longas ac totidem breues. Definit autem Spondeo, quia cõstat ex longis, vel quia omnis depositio recipit motã. Lego præterea apud quosdã Sotadeum admisisse in loco Trochæi Tribrachyn, vtpote mẽsura tẽporũ parẽ, vt est hic versus, qui pede Dactylo incipit: nam studium est id quoque ostendere, quẽadmodũ dactylus in Sotadicũ metrum veniat, ex quo vterq; Ionicus, vt supra dixim⁹, manat: hui⁹ exẽplũ.

Dicite rogo vos dicite quid ita rapitur Attis.

Nã primus est Dactylus, secundus Pariãbus, tertius Spõdeus, quartus Pariãbus, quint⁹ tribrach⁹, sextus tribrach⁹, vltim⁹ spõde⁹. Vnde haud immerito & Sotadiũ metrũ ex Dactylico Hexametro detinari manifesta rerũ approbatione cẽtẽderis.

DE GENERIBVS METRORUM *quæ a Iambico profluunt.*

DEcurso dactylo atq; his quæ ex eo generantur, celeberrimis dumtaxat metris, quibus & magni auctores nomina dederũt, & illustres poetæ vsi sunt frequenter, adoriemur Iambum, principalium metrorum secundum, vt ita dixerim, fontem, consortem sui tẽporis ac socium, e quo quid solers doctorũ industria per adiectionem seu dettractionem aut concinnationem ediderit, quid eruditorum indicio receptum in exẽplum disciplinæ posteris traditum sit, prout potero e pluribus cõprehendã, profutura scilicet cognitioni aut intellectui eorum, quę quis aut eruere vt prisca ex reconditis, aut ex noua re tentauerit. Diximus iam, cũ specialiter singulorũ præcepta traderemus, iãbum dactylico tam pedũ numero quã percussione congruere. Nam vt illum sex pedum cursu hexametrũ, ita hunc quoque ob eundẽ pedum numerum Senarium appellari voluerunt, quẽ & trimetrũ, nam iugatis per Dipodian binis pedibus ter feritur. Huic poetæ ꝓpter cõtractionem ad breuitatẽ eius (vtpote in tria tẽpora coartati, ideoq; pauca admodũ quæ eius metri temporibus congruerent, verba admittẽti) quo latius panderetur, Spõdeum, dactylum & Anapæstum miscuerunt, dumtaxat dispari loco, id est, primo tertio & quinto, parem autem sedem Iãbum semper vt sibi dicatam obtinere voluerunt. Sed hoc in Tragicis & Comicis metris, quo sint ampliores. Nam Iamborum scriptores, quibus celeri versu opus est, fere per pedes Iambos prouolant. So-

let tamen nõnunquam Tribrachus propter congruentiam eorundem iisdem regionibus, quibus Iambus, recipi. Nã vbicunq; syllaba lõga est, ibi duæ breues poni possunt, excepta sede vltima, qua pes sextus clauditur, qui semper aut Iãbus esse debet aut Pariambus, quo fit vt longissimus versus in eo septemdecim sit syllabarum, tẽporũ vero totidẽ, quot & is qui constat e duodecim syllabis, qua lege recipit Tribrachyn, etiam trochęum simili tẽporũ mensura admitti potuisset, quippe cum vterq; eorum tribus temporibus censeantur: sed ne copulatio Trochęi cũ Iãbo alterius metri speciẽ induceret, quæ aut Choriambo aut Ionico, ademta prima breui qua Iambus incipit, subsistere videretur, omissum est. Notatur autẽ in Tragœdiis versus ex omnibus Iambis cõpositus, ideoq; admodum est rarus, adęq; & ille qui secunda, quarta & sexta sede Spondeũ, aut qui ex eo creantur, admittit in Tragico dumtaxat stilo: nã qui Comico charactere sermonem instruunt, vitiant Iãbum, admixto locis eius Spondeo, quo & canor Tragicus paululum in fabulis cõprimatur, & rursus a consuetudine soluti sermonis stylus Comicus erigatur. Quã obseruationẽ nostri fidelius quam Gręci custodierunt, quibus magis est in vsu Iãbus. Nam tam a nobis quam priscę Comœdiæ authoribus idẽ frequẽter est vsurpatus. Sed vt iam ad cõditionẽ Iãbici metri disciplinamq; redeamus, tres eius species, per quas profluit, enitar attingere, quarũ prima Iãbica, sequẽs Trochaica, tertia ex vtroq; mixta reperitur, quæ omnes per incrementa syllabarũ sex diuersitates ex se metris dabunt, non alias quam hexameter Herous, e quis prima erit duodecim syllabarum in trimetro versu, inquo aut omnes Iambi aut Spondei admixti reperiuntur: vt,

Ibis Liburnis inter alta nauium.

Tredecim autem Syllabarum sunt, qui vnum e trisyllabis pedem sui duntaxat generis qui pro loci cõditione euenerint, habent, & reliquos e binis syllabis, vt,

Magnã propinquo scelere vidistis domũ.

Quatuordecim vero, e quibus duo ternarum syllabarum contineantur, vt,

Erat oriendi tempus aurora hominibus.

Quindecim porro syllabarũ in quo tres ternarũ, reliqui totidẽ sunt binarũ, vt est,

Equũ sub aurata iuga media bigemina.

Sedecim syllabarum, cum duo pedes habent binarum syllabarum, quatuor autem trium, vt,

Nebula tenebrosa Canicula male roscida.

Septemdecim syllabis qui constant rarissime inueniuntur, vnum enim omnino eumq; nouissimum habent pedem Iambum, vt est,

Rapere maria celeriuola dea sibi cupit.

Sane accidit nonnunquam vt pro Anapæsto, aut Dactylo aut Spondeo quatuor breues primo pede ponantur, tanquam,

Beneficia pro re colere sapientis viri est.

qui aut per Synalœphen scanditur, aut duabus breuibus in vnam longam copulatis, explicatur. Hoc genere versuum, vt supra diximus, primus vsus est Homerus in Margite suo, nec tamen totum carmẽ ita digestum perfecit, nam duobus pluribusue hexametris antepositis istũ subiiciẽs copulauit, quod postea Archilochus interpolando composuit.

DE TRIMETRO VERSV *Iambico.*

Versus Trimeter Iambicus, qui & Senarius adiecta sibi ad initium dipodia in Tetrametrum, quem & Octonarium appellant, vertetur. Feritur autẽ dipodiis quatuor, sicut trimeter tribus, quẽ a numero pedũ, vt diximus, nostri Senatium, a numero vero percussionum Trimetrum Græci dixerunt. Exemplum ergo trimetri Iambici erit,

Phaselus ille quem videtis hospites.

Hic quadratus ex trimetro efficitur, sic,

Adest celer Phaselus ille quem videtis hospites.

Igitur si priorem adiectæ trimetro versui dipodiæ detraxeris syllabam, ad, quæ est Iãbi prima, erit versus incipiens a Cretico, quem Amphimacrum dicimus, sic,

Est

Est celer Phaselus ille quẽ videtis hospites. quia detracta prima breui e Dipodia Iãbica, sequens longa annexo sibi quẽ eiũgitur iambo, Creticum efficit pedem, sic, *est celer.* Item,

Beatus ille qui procul negotiis.

Huic Trimetro si anteposueris, Socrates, qui constat e lõga breui & longa, hoc est Amphimacrus, erit Tetrametrus Archilochius Catalecticus, quem nos quadratum dicimus, ita,

Socrates beatus ille qui procul negotiis.

Hunc Musici Trochaicum appellant. Nã cum præcedat Iãbum Creticus, detracta ei suprema lõga & iambo in sequenti adiecto, versis in Trochæos iãbis, Trochaicus Tetrametrus Catalecticus efficietur. Septem enim Trochæis decursis extima omnino versui superest syllaba per adiectionem Amphimacri. At si per Dipodiã scandere volueris, erit idem Trochaicus Catalecticus, cõcludentibus versum eius Amphimacro vel Dactylo. Cõtra si Spõdeus Cretico, vt iambus Trocheo subnectatur, cui prima, vt superius docuim⁹, in Iambicis sedes est (semper enim remota Amphimacro primum tertium & quintũ obtinet locum) series illa de qua supra diximus Trochæi mutabitur. Nam longa, Cretici tertia, coniuncta sibi sequẽte lõga Trochæos; vt supra ostendim⁹, per ordinem ire non patitur, Spondeo scilicet interueniente, qui Iambico versu dispari loco in Trochaico pari ponitur. Sane memineris quinq; syllabas breues in huiusmodi versu posse pro vno Cretico poni, sed raro admodũ. In comicis autem non succedunt, nec copulantur syllabæ insequentium pedum prioribus, vt supra: nec mutantur pedes in Tragico quadrato, ideo quod nõ sesquipes aliquis, id est, Trisyllabus, anteponitur Trimetro, qui conturbet ordinẽ, vt supra ostendimus quiq; sesquipes appareat superfluus, post Trimetrum in vltimo. Itaq; vt versus Tragicus anteposito Sesquipede ex Trimetro fit Tetrametrus, ita Comicus apposito sesquipede in vltima sede versus adæque Trimetrus reddetur Tetrametrus, vt

Si quis per omnes mihi deos iuret patrem Lachetem.

In hoc autem versu per adiectionem non mutãtur pedes, vt in tragico, quia sesquipes vltimę parti iunctus, neq; vt superiorem ei to permixtus, clausulam tantum versui dabit. Tragico autem si sesquipedem præposueris, *Ambiam*, erit, vt diximus, Tetrametrus Catalecticus, vt,

Deos penates qui parentes Terei. Trimeter. Tetrameter autem,

Ambiam deos pen... qui parentes Terei.

Itaque vt Archilochus Creticum Iambico Trimetro præposuit, vt faceret tetrametrum trochaicũ, ita Hipponax trimetro iambico vltimũ adiunxit Antibacchium ex prima breui, longis duabus, vt faceret tetrametrũ iãbicũ Comicum, velut,

Trahuntq; magni nauitæ clamoribus.

Trimeter. Addo, *Carinas*, fiet quadratus Catalecticus, qui ex iambo natus ad finẽ quoq; idem manabit: nam licet Antibacchio cõpleatur, nil oberit aut diuisio aut pedis copulati adiectio, retracta n. tertia eius longa, *nas*, iãbus ex Antibacchio efficitur. Ergo is quoq; vt superior trochaicus aut semipede, id est syllaba vna, terminabitur, aut si per dipodiam percutiatur, post tertiam incisionẽ Antibacchio claudente, erit in vtroq; tetrameter Catalecticus. Frequens hoc Comicis metrũ & præcipue antiquę comœdię scriptoribus, nostri quoq; Plautus & Cæcilius & Turpilius non aspernati sunt, Atellanatũ aũt scriptores appetiuerunt: est enim iocosis motibus emollitũ gestibusq; agentiũ satis accõmodatum. Idẽ Archiloch⁹ ex trimetro supradicto syllabã auferendo modo e capite, modo ex infima parte, duo genera cõposuit, quorum alterum Græci ἀκέφαλον, alterum κολοβὸν, quasi curtũ, siue σκάζοντα, id est claudum, & ideo χωλίαμβον dixerunt. Exẽplũ Acephali trimetri erit,

Iuppiter salutis arbiter meæ. Item,

Est celer Phaselus ille quem vides.

Huic enim si adieceris vnam syllabam, erit Iambicus integer, sic,

Iam Iuppiter salutis arbiter mea. Item,

Adest celer Phaselus ille quem vides.

Curtum autem per detractionẽ vltimæ syllabæ fecit huiusmodi. exemplum erit apud Horatium tale,

Seu poscat agna siue malit hado.

Huic si adieceris syllabam, erit integer trimeter, sic,

Seu poscat agna siue malit hædulo.

Id autem ab Horatio exemplum protulimus, vt ostenderemus, vnde id noster Lyricus imitatus sit. Est & altera species trimetri Scazontis, quam Hipponax induxisse perhibetur, cuius compositio talis est, vt secũda ab vltima semper syllaba longa ponatur, id est, vt nõ Iambo sexto, sed Spondeo pede aut Trochæo, contra quã lex Iambi postulat, terminetur. Meritoq; a Græcis appellatur Scazon, id est, claudus. Vnde obseruandũ est, ne Spondeus, vel qui ex eo procreatur, sede quinta in hoc versu ponatur: ne quatuor iugiter longæ omne destruant metrum. erit in exemplo versus hic,

Sella in curuli Scrofa Nonius sedet.

Fiat mutato accentu, pro sedet, sedit, erit claudus: rursus hunc permutatio verborum faciet Iambicum integrum: vt,.

Sella in curuli Scrofa sedit Nonius.

Similiter & illum Scazonta permutatio eadem rectum Iambicum faciet: vt,

Nec excitatur classico truci miles. Cõtra,

Nec excitatur classico miles truci.

Hoc autem tunc demum fieri poterit, si vltimi duo pedes ex dissyllabis verbis subsistant, vt inter se permutari possint. Hæc compositio quamuis vitiosa tamen in Iambico placuit: nã Choriambos multi veterum scripserunt. Idem Hipponax etiam tetrametrum pari lege qua trimetrum induxit, cuius erit exemplum,

Pro pudor, Sella in curuli Scrofa Nonius sedit.

Nam tribus syllabis, id est, amphimacro pede. *pro pudor*, superiorẽ versum, vt vides, præcedet. Item,

Hæsitat nec excitatur classico truci miles.

Adiecto ad principium versus, hæsitat, tetrametrus factus est: de quo plura dicere supernacuũ est. Omnino enim quęcunq; supremis duabus adiũgas, ex Choriambo & Dibrachy, id est, Pyrrhichio, duo Dactyli efficientur. quod cum ita sit, nullus inficias ire poterit, quin ex spõdeo & duabus Dactylis trimetrum Epicum formatum sit: cui si Pherecratium adiunxeris, heptasyllabũ Hexametrum Heroũ, cui Priapeum nomen est, figurabis: vt,

Sic te diua potẽs Cypri. Grato Pyrrha sub antro.

Qui constat ex Spondeo, duobus Dactylis: quarto spondeo, quinto dactylo, sexto spondeo. Item,

Vxor pauperis Ibyci. Glyconium.

Cras donaberis hædo. Phærecration. quibus coniunctis hexameter Priapeus efficitur, sic,

Vxor pauperis Ibyci Cras donaberis hædo.

Memineris autem non omnem versum Priapeum probabilem fore, sed eum qui ex Glyconio & Phærecratio ita est compositus, vt vtraq; eius cola a spondeo inchoentur, de quo suo loco plenius dicemus.

DE DIMETRO VERSV.

Memini de Dimetrõ nos superius sub occasione Tetrametri metri pleraque dixisse, quod est veluti naturaliter Epodis aptum, etiam si Sappho carmen ex eo continuum induxerit, quod appellatur διμοιρον ὅπλιον, idem & Pentasyllabũ, quia frequenter inuenitur cum aliis sui generis, Epodus habebitur. Nihil enim de eo quã dictũ est maiores tradiderunt, vnde nunc ad ea, quæ de Hexametro pari ratione propagata sunt, reuertemur.

DE METRIS QVAE EX Penthemimere, & hephthemimere Tome propagantur.

Heroi versus primã incisionẽ, quam πενθημιμερῆ Tomen vocãt, in qua prior sit Spondeus, secundus Dactylus, dehinc syllaba, si duobus pedibus, integri dum-

dumtaxat sensus, reuulsus & cuiuslibet fine versus hexametri connectas, propagabis versum Hendecasyllabum formæ alterius, quã est ille, qui subnexo Phalæcio figuratur. hoc frequenter vsa est Sappho, qui ita copulatur,

Sic fatur lacrimans, Et alio,

Labitur oris. Item,

Postquam res Asiæ quærere terras.

Nam semipedi qui superest sequẽtis Dimetri prima syllaba annexa Spondeum mediũ dabit. Quartus Pyrrhichi⁹ erit, vltimus vt fors tulerit, aut trochę⁹ aut Spõdeus reperietur. Quod genus metri ex vno versu formari poterit, illo dumtaxat, cui primus Spondeus, vt supra, sed sequẽs sit Dactylus demtis mediis tribus aut quatuor syllabis, tanquam,

At regina graui saucia cura.

Postquam res Asiæ vertere gentem.

Si tamen in versu nouissimos duos pedes integri sensus inuenies, qđ raro cõtingit, idẽ hoc prædicta penthemimeres hexametri tome, & Iãbica basis cũ semipede, quæ adæq; pẽthemimeres incisio metri Iãbici est, subiecta superiori efficiet: vt,

Carmen Pierides struunt sorores. Item,

Silenum Bromiis dabunt choreis.

Nam, Silenũ Bromiis, hexametri est tome, *struunt sorores*, Iambici. At si eadẽ tome, de qua sermo est, ab hexametro diuisa, sequentem versus eius partem tribus trochæis perficias, metrum haud indecẽs formabitur, quod erit in numero & genere Phalæciorũ per cõiunctionẽ Heroi hexametri & Trochaici, haud alias quam superior, ex copulatione Iãbici, tãquam,

Dudum saucia cura. Exeat furorẽ. Et,

Et ille abile tempus, Fata iam parabant.

Nec minus hephthemimeres tome, subdito sibi versu trimetro Catalectico, qui ex Pyrrhichio, Spõdeo & Iãbo subsistat, aptum Tragicis choreis metrum præstabit. velut

Multa quoq; & bello passus. Dehinc,

Fato profugus Lauinaq; venit. Item,

Obrue nos Danao q; simul,

Arua Priami damnate pius tunc.

Quo genere metri & Euripides in Oreste, & Pomponius noster in suis vsi noscũtur. ex eadẽ sola Hephthemimere tome apud Septimiũ Serenum in opusculis compositũ carmẽ huiusmodi repetitur,

Inquit amicus ager domino,

Si bene mi facias, memini.

Pinea brachia dum trepidant,

Audio canticulum Zephyri.

Adiecta residua metri parte efficietur hexameter Herous, hoc modo,

Inquit amicus ager domino, Sere plurima, reddam.

Si bene mi facias, memini tibi soluere grates.

Audio canticulum Zephyri modulante susurro.

Ita per adiectionem residui cõmatis Herous integer effect⁹ est. Itẽ ex tribus Dactylis, accedente ad extimam clausulam Pyrrhichio seu Iãbo lyrici versus metrũ, quod Græci Calabrion appellant, informabitur, vsurpatum a pastoribus Calabris, qui decantare res rusticas his verbis solent, quod genus metri Annianus Phaliscum carmen inscribit, tanquam,

Carmina per varios dare modos.

Vt est illud apud Septimium Serenum,

Quando flagella ligas, ita liga,

Vitis & vlmus vti simul eant.

Ferme omnes Dactyli sunt, vltimo dissyllabo accedente quolibet excepto Spondeo, quod genus & ex Penthemimere tome formari poterit: ita vt duobus Dactylis & semipede partẽ orationis implẽtibus residua metri portio duob. dissyllabis. i. Pyrrhichio & Iãbo, terminetur, vt,

Vitis & vlmus vt simul eant.

Adæque & quatuor Herois & semipede accedẽtibus duobus ad finẽ versus Iãbis, Archilochiũ metrũ procreabitur, vt est:

Velivolis properat multisq; citisq; nauib.

Quod si pro nauibus, carinis, posueris, fiet Herous hexameter.

DE ANAPAESTI METRI generibus, quæ ex Heroo deriuantur.

SEd & Anapæstica metra per Epiploocen, de qua supra diximus, ex Heroo

originẽ trahere haud difficile eſt deprehẽdere: Nam ſi hexametro verſui, cui in ſupremo Spondeus ſeu Trochæus ſit, cęteri omnes dactyli, primam detrahas ſyllabam, (tanquam, *At tuba terribilem ſonitum dedit are canoro.*) erit Anapæſticus Catalecticus Sublata enim, *At*, coniunctione, quæ prima in verſu poſitione lõga eſt, vltima ſingularis erit, ſyllaba initia li, vt vides, demta, quę in principio dactylum, in vltimo Spondeum facit. Erit ergo Anapæſticus verſus talis, *Tuba terribilem ſonitum dedit are recuruo.* E tribus autem Anapæſtis coniunctim vltima his ſyllaba Catalectica accedẽte, ſeu duabus, interdum enim Spondeus pro Anapęſto, metro exigente ponitur, & duæ reperiũtur, quæ tamen cõuenientem metro nõ efficient pedem, vt merito Catalecticus verſus efficiatur, formabitur Epodos ex Anapæſtico non abſone metro Heroo reſpondens, nec immerito, nam retracta Heroo penthemimere, pars eius reſidua hanc Epodum dabit, velut, *Vos o Calliope*: dehinc, *Precor aſpirate canenti.* Id erit in Anapæſtico, par ac ſimile,

Mea tibia dicere verſus. Item,

Praterea duo nec tuta mihi valle reperti.

Huic ſimile Anapæſticum,

Quicunque libebit vt iſtos.

Quod ſi coniungas, facit,

Vos o Calliope mea tibia dicere verſus.

Inde intelligi datur ex huiuſmodi Anapæſtis carmen illud Phaliſcum quod cõſtat ex Spondeo duobus Anapæſtis & ſyllaba, eſſe compoſitum,

Vnde vnde colonus Eoæ

A flumine venit Oronti.

vltima Catalectica ſuperfluente ſyllaba. Suggerendum tamen neceſſario reor, ne forte apud aliquem mirum aut nouũ ſit, ſi mixtum Anapęſtis Spondeum inuenerit, nam cum & Anapæſtus & Dactylus e duobus Spondei longis nunc prima nũc ſecunda diuiſis, editi eſſe noſcantur, cõſequenter ac merito vt parens vtriuſque apud alterum eorum auctoritatem maximam obtinebit, & vbi vſus exegerit, inter Anapæſtos locum ſibi vſurpabit. Neque hoc ſilentio tradiderim, etiam alterã Phaliſcorum carminum ſpeciẽ ita digeſtam, vt e tribus Dactylis & Iambo vltimo ordinata ſubſiſtat, velut, *Pergat amica Venus modo iocis.* Dimetro autem Anapæſtico Catalectico ſiue Heroo Penthemimeris, ſi Phalæcii colon, id eſt, partem e trib. Trochæis ſeu Syzygiam eius adiunxeris, Proſodiacum metrum efficies, quod ſemper a diſſyllabo quolibet, vt, *Heu heu date nunc ſonitus date bella tela.* Item ex Heroo, *Carmina pulchra mihi o boni ſodales.* Accedit his etiam illa Anapęſticorum ſpecies de fonte Dactylici verſus veniens, apta admodum Comicis, *ἀριστοφάνειος* nuncupata eſt, non quia conditor eius Ariſtophanes fuit, nã & Æſchylus & Cratinus priſcæ comœdiæ ſcriptores ea vſi ſunt, ſed quia plurimus in hoc metro Ariſtophanes inuenitur. Cui⁹ ſpecies duplex, Pæonica & Anapæſtica. Nã verſus Ariſtophanius Pæonicus conſtat e tribus primis pæonibus, & amphimacro vt eſt, *Iam Tyberis en placidus in maria labitur.* Item, *Egregia percoluit ingenia Muſice.* Quibus ſi vltimas breues Pæonum detrahas, erit omnis Dactylicus tetrametrus Anapæſticus, qui conſtat Anapęſtis ſeptem & ſemipede, qui eſt octonarius, veluti, *Altus cithara ſonituque potens volucres pecudeſque mouere.* Cuius origo talis eſt: Omnis pes in hexametro Heroo primam ſyllabam longam habeat, neceſſe eſt, & hic verſus ſit pedũ ſex, Ariſtophanius autem, quia ſeptem pedibus & ſemipede ſubſiſtit, neceſſario adiungimus Heroo ſeſquipedem, ita vt in principio verſus ſyllabam longã locemus, tunc maxime, ſi in eo verſu fuerit primus Dactylus, hac enim addita ſyllaba, omnis Heroi metri ratio commutabitur: nam ex Dactylo per adiectionem ſemipedis fiet Spondeus, dehinc quæ ſequuntur duæ breues, proximam ſyllabam longam, quę fuerant Dactyli, occupabũt, vt fiat Anapæſtus, & deinceps reliquæ idem facient. In ſuprema autem parte verſus, id eſt, an-

est, ante vltimum Spondeum, quo Herous clauditur & quintum pedem, interponimus dactylum, quo pes septimus Anapæstus efficiatur, superfluente semipede, veluti, *Peliaco quondam prognata vertice pinus.* Adiecto versui primam syllabam longam, *Ex*, item ante vltimum pono pedem *per freta*, fiet talis, *Ex Peliaco quondam prognata vertice per freta pinus.* Item,

Iam ferus Hesperia dabitur Capricornus in vnda.

Iungo ad initium, *&*, ante vltimum autem pono, *amatus*, fiet,

Et iam ferus Hesperia dabitur Capricornus amatus in vnda.

Aut si primus Spondeus sit, insequentes Anapæsti sex, semipede vltimo. Item,

Admota labris tuba terribilem sonitum dedit ære canoro.

Hic versus per adiectionem, quatuor syllabarum primarum, *admota labris*, ex Heroo, Anapæsticus effectus est Tetrametrus Catalecticus, scanditur per dipodias & terminatur per semipedem, sic,

Admota labris tuba terribilem sonitum dedit ære canoro.

Item alia de hexametro eius species ex eodem dumtaxat versu, in quo præter vltimum omnes dactyli pedes sint, vt,

At tuba terribile sonitũ dedit ære recurvo.

Adempta enim prima initiali & tertia vltima syllaba, fiet,

Tuba terribilem sonitũ dedit ære curuo.

Percutitur, vt vides, Anapæstis quatuor, vltimo Bacchio a breui incipiente. Item,

Ast ego iam Bromio thyasos celebrabo renato.

Ex quo Anapæsticus talis,

Ego iam Bromio thyasos celebrabo nato.

Rursus Anapæsticus in Heroum commigrabit hoc modo,

Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit hæd⁹.

Huic si adiicias, quæ Heroo detraxeras, id est, primam & tertiam syllabam, fiet versus Herous, ita,

Nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit & hædus.

Ita ex se per adiectionem detractionem que parãtur. Ideoq; a quibusdam Anapæstus Antidactylus dictus est, cum eiusdẽ cognationis iure proximi in eandẽ temporum legem numerumq; concurrant. Hic versus ab Archebulo Archebulius dictus est, non ipso autore editus, sed ab eo frequenter vsurpatus. Nam & Ibycus & Pindarus & Simonides hoc versu longe ante vsi ostenduntur. Proprium autẽ Archebulium est, quod cõstat Ionico ἀπὸ μείζονος, in sequentib. duobus Dactylis & duobus Trochæis. Recipit & Anapæstũ in fine & Spondeum pro Trochæo sed & Bacchium a breui incipientem huius exemplum est,

Iam pete nouus atque metron placet Archebuli.

Nonnunquam in hoc pro prima syllaba longa, duæ breues ponuntur: vt.

Tibi nascitur omne pec⁹, tibi crescit herba.

Item Archebulion prima syllaba adiecta,

Nunc pangite dulce melos Iouis alma proles.

Nam sesquipede huic sublato id est, *nunc pangite*, erit Decasyllabum Alcaicum, sic,

Dulce melos Iouis alma proles.

Non supersederim etiam Sallustiano, qui profluit ex Pẽtametro Heroo: *Falsò queritur de natura sua genus humanũ.* Detracta enim, *sua*, erit versus trimeter Anapæsticus, nã veniet in formã Pẽtametri, sic,

Queritur de natura genus humanum,

Annexo vltimę parti, *falsò*, erit idem Trimeter Anapæstic⁹, in quo prima Syzygia continebit Anapæstum & Spondeum, secunda duos Spondeos, tertia Anapæstum & Spondeum,

Queritur de natura genus humanũ falsò.

Calabrius etiam versus, quia occasio admonuit, inter Anapęsticos numerabitur, vtpote qui ex Anapæsto & Spondeo constet: velut,

Habeatur vt est ventum, tibi comprecor errorem similem.

Nam continet Anapæstos duos & Spõdeum, item Anapæstos duos & Spondeum, vltimum Anapæstum singularem.

DE METRO CHORIAMbico quod ex Pentametro Heroo manat.

NEc minus Choriambicum, quod & Phalæciũ, e pentametro Heroo deriuatur. nã duobus Dactylici versus colis, .i. duobus hemistichiis nascitur, tanquã,

Dum meus assiduo luceat igne focus. Itẽ,

Nulla meo sedeat turba profana loco.

His postremũ ad semipedẽ si adiicias syllabã, seu positione seu natura longam, vt, *nulla meo iam* : dehinc penultima quæ in versu breuis est, si lõga ponatur .i. pro, *loco*, vt sit, *luco*, efficietur versus e Dactylico Choriãbicus quadratus Catalecticus per adiectionem & immutationem, ita,

Nulla meo iã sedeat turba profana luco.

Semper enim Dactylus, si post duas longas breuem acceperit in Choriambum cõmigrabit, vt, *Arma virũ* &, *Tityre tu*: sicut & hic, *Nulla meo*. Docui superiore volumine Chorium eundẽ & Trochæũ appellari, huic subiectum Iambum Choriambum pedem reddere. Ergo erunt in versu tres Choriambi, vltimus Bacchius a breui incipiens, nam satis absone Choriambo clauditur, meritoque Tetrametrus Catalecticus figuratur: vt,

Dum meus hic assiduo, ardeat igne focus.

Nam ita & hic vt Anapæsticus quadratus terminabitur antibacchio, eritq; Catalecticus, quia non sui generis pede clauditur Instruendi sane sumus nonnunquam Choriãbo, si res exegerit, Iambicam Basin immisceri, quod genus Bacchiacum Musici dicunt, exemplo erit versus ille,

Cui reserata mugiunt aurea tẽpl' mũdi.

Nam secundus pes, *ta mugiunt*, duobus Iambis censetur, nec tamẽ aliquid iacturæ metro attulit, cum temporum inter vtrũq; congruant spacia Vnde & tribrachus pari calculatione admitti pes poterit duabus breuibus in vnam coeuntibus, quę Iambum seu chorium efficiant. Nec te syllabarum terreat numerus cum intra præfinita tẽporũ spacia teneatur, veluti,

Tibi vetus ara caluit aborigineo sacello.

Hic pro Chorio siue Trochæo tribrach' positus inuenitur. longa in duas breues soluta, sic, *Tibi ve*, Tibi enim pro vna syllaba longa accipiemus, *Ra caluit ab o*. Nã pro Choriambo tribrachus bis inductus reperitur. Huius metri Phalæcum authorem accepimus, quod appellatione ipsa dinoscitur, qua metrum signatur.

DE DVOBVS IONICIS a Dactylo hexametro generatis.

IOnicus quoq; Sotadeus siue Sotadic', nam quidam volunt esse inter eos hanc differentiã, vt Sotadeus constet duobus Ionicis & Ithyphallico, id est, tribus Trochæis, vt,

Pronus cupit ingẽtibus ire cum procellis.

At Sotadicus tribus Ionicis pedibus adæque ἀπὸ μείζονος, vltimo Spondeo, vt est,

Galli timidi semianimes tergora vertũt,

Ex Dactylico hexametro profluunt. Nã Spondeo initiali & finali & in medio versui posito cõstar qui in Heroo summa obtinet metri vtpote qui diuisione secundę longæ Dactyli sit par. Eius tetrametrus quoq, Catalecticus similiter originẽ ab Heroo hexametro trahit nam quod residuum est Dactylico versui post diuisionẽ ea, quã hephthemimere diximus, tãquã,

Arma virumq; cano Troiæ Superest,

Qui primus ab oris. Item,

Inde thoro pater Aeneas Dehinc,

Sic orsus ab alto.

Id si geminaueris, & Pariambum mediũ inserueris versui, Ionicum ἀπὸ μείζονος tetrametrum Brachycatalectum figurabis, vtputa si medius Pariambus Ergo geminata cola Heroi versus metrum ex se tale procreabunt, vt,

Qui primus ab oris. Item, *Dum conderet vrbem.*

Sit medium *puto*, fiet versus,

Qui prim' ab oris puto. Dũ cõderet vrbẽ.

Ergo Pariãbus in media sede duorũ hemistichiorum positus duo cola nectit, facitq; vt inter se cõgruant, quæ sine metro antea diffidebant. Sane cadere nonnunquã in hanc speciem & trochaicam basin,

quæ

quæ secunda regione post Ionicam primam positam Praxilium metrum efficit, intimandũ lectori esse par duxi, ne velut contra legem Ionicorum factam existimarer, veluti,

Te nunc rogo Phœbe dulce melos.

Ex hoc & Dithyrambici metri origo manat, quod ex duobus primis Pæonibus & Hippio tertio, id est, Epitrito, subsistit, vt,

Iam Tyberis implacidus vnda fluens.

Quorum supremas si detrahas syllabas, tres Dactyli in versu reperiuntur. Nunc de Ionico, quẽ Musici ἀπὸ ἐλάσσονος vocãt, cuius de origine & nomine & compositione, quia accidunt trimetro Scazonti, huic quoq; accidere in dubium non venit ex trimetro versu Iambico Dimetrũ Epodum. Octosyllabum Archilochus commentus est, vt,

Beatus ille qui procul negotiis.

Ex quo dimetrus,

Beatus ille qui procul.

Nisi si recipiat Dactylum, aut eius cõtrarium, vel loco Iambi tribrachum, & fiat nouem syllabarum. Hic enim dimetrus, adiectis duobus pedibus, quos idem detraxit, reuertitur ad pristinum trimetri statum, tanquam,

Subire Mecenas tuo.

Si adiecero, *negotio*, erit trimetrus,

Subire Mecenas tuo negotio. Item,

Beatus ille qui procul.

Si addidero, *Simonides*, trimetrum hac dipodia complebo,

Beatus ille qui procul Simonides.

Facit præterea versum Iambicum trimetrum tam, *Simonides*, quam, *negotio*, repetitum ter, haud alias quam aiunt fecisse Virgilium nostrũ, Iambico Epigrãmate,

Thalassio Thalassio Thalassio.

Quod bis enuntiatum facit Epodon, ita,

Beatus ille qui procul negotio,

Thalassio, Thalassio.

Quo dimetro etiam Archilochus carmẽ composuit in Lycamben & filias: sed & apud nos metro continuo Alphius Auitus libros rerum excellẽtium fecit, & noster Horatius plures odas eodem metro persecutus est. Item dimetrus ex vtraque parte syllaba detracta & Acephalos & Scazon, id est, capite imminutus & claudus efficietur, sic,

Adest celer Phaselus est. Item,

Simonides Simonides. Prima enim ademta syllaba faciet ἀκέφαλον, sic,

Est celer Phaselus est.

Vltima vero claudum, sic,

Adest celer Phaselus. Item ἀκέφαλος,

Monides Simonides. Scazon,

Simonides Simoni. Ad instar scilicet dimetri superioris. Horatius autem in suo opere primum ἀκέφαλον assimilem huic,

Est celer Phaselus est, Ita induxit,

Non ebur neque aureum.

Sequentem vero Epodum trimetrũ catalecticum ad instar huius,

Phaselus ille quem vides Sabinus.

Mea renidet in domo lacunar.

Cui si duplicem Iambũ a principio demseris, *mea renidet*, relinquetur, *in domo lacunar*, quæ clauda pars erit dimetri assimilis illi superiori,

Adest celer Phaselus.

Huius tenoris ac formæ quosdam versus poetas lyricos carminibus suis indidisse cognouimus, vt & apud Arbitrum inuenimus, cuius exemplum,

Memphitides puellæ,

Sacris deum paratæ. Item,

Tinctus colore noctis.

Aegyptias choreas.

DE SATVRNIO VERSV.

ET quoniã sub occasione versus huius se tempestiua etiam nobis alia suggerit species, consentaneum reor hoc loco dicere de natura & origine huius versus, cui prisca apud Latinos ætas, tanquã Italo & indigenę Saturnio siue Faunio nomen dedit, sed falluntur: a Græcis enim varie & multiformiter inductꝰ est, nec tãtum a Comicis, sed etiam a Tragicis. Nostri antiqui vsi sunt, ea non obseruata lege, nec vno genere custodito, sed præterquam quod durissimos fecerunt,

etiã alios lõgos, alios breuiores inseruerunt, quorum est hic,

Turdis edacibus dolos comparas amice.

Item,

Ferũt pulcras creterras, aureasq; lepistas.

Et apud Næuium,

Nouem Iouis concordes filiæ sorores.

Videtur tamen e duorum versuum mẽbris cõpositus, Dimetri & quadrati. Cõstat autem pedibus sex & semipede. Nã primos tres pedes & semipedem habet, ex parte prima Dimetri: reliquos vero tres pedes, qui sunt vltimi, habet a parte prima quadrati Tragici Trochaici, vt,

Cum victor Lemno classem Doricam appulisset.

Est autem duabus primis syllabis lõgior ab hendecasyllabo, nam vno pede in capite hendecasyllabi posito, Saturni⁹ versus fiet: cuius exemplum, Metelli proposuerunt de Næuio, aliquotiens ab eo lacessiti. Ita,

Malum dabunt Metelli Næuio poetæ.

Nam, *Malum dabũt Metelli*, clauda pars Dimetri iambici est: dehinc, *Næuio poetæ*, tribus Trochæis constat, quod Phalæcium vocamus, nec quicquam oberit Trochæo, quod semper in metris indifferenter, sicut superius diximus, ponitur, tres Iambos cum syllaba & tres Trochæos. Ergo erit prima pars; id est,

Malũ dabunt Metelli. talis, qualis est,

Adest celer Phaselus. Itẽ, *Memphitidis puellæ.* Sequens,

(*Næuio poetæ.*) talis, vt est,

Bacche plaude Bacche.

Sane vt in decasyllabo, primus pes incertus est. Ita vt in hoc duo primi pedes variantur,

Iam nunc vocet Camœnas quis nouem sorores.

Qui vt terminus a Spõdeo incipit. Quidam volunt hunc feriri sexies & recipere pedes septẽ hoc est, Spondeum, Iãbum, Pyrrhichium, Pariãbum, Dactylũ, Trochæum, Anapæstum, e quibus est Thacomestus, & nasci a Trimetro Scazonte: alii vero omnes duodecim pedes admittere, neque semper eum, vt illi asserunt, nasci e Trimetro Scazonte. Vnde apud omnes grammaticos super hoc adhuc non parua lis est.

LIBER QVARTVS DE CONNEXIS INTER SE ATQVE inconnexis, quæ Græci ἀσυνάρτητα vocant, pragmaticus.



Mensis atque discussis his secundum propositum nobis ordinem, quæ ex Dactylico atque Iambico genere per multiplices composit[i]onum figuras informata deriuantur, superest vt ea, quæ ex vtriusque cõcinnatione ac per[mu]tatione metrorum genera procreantur, quibus aut magni auctores nomina dederunt, aut illustres poetæ frequenter vsi sunt, persequamur. Namq; Archilochum ferunt, quem parentem artis Musicæ iuxta multiformem metrorum seriem diuersamq; progeniem omnis ætas canit, acceptum ab his qui ante se inspexerãt summatimque tractauerant Dactylicum, quod est omnium caput ac principium, per abie-

ctiones detractionesque vertisse. E quo primum Iambicum metrum per detractionem vnius temporis formauit, adæque Hexametrū, qui per Dipodias Trimeter efficitur, dehinc ab his duobus exorsus multa metrorum genera, variaque produxit, mutata per translationem, vt in vtroq; longa syllaba. Rursus per incisionem singulorum atq; cōiunctionem pleraq; metrorum genera cōmentus est. Itaq; Iambico trimetro detracta parte tertia, id est, Dipodia, dimetrum Iambicum edidit, sic,

Beatus ille qui procul negotiis. Dehinc,
Vt prisca gens mortalium.

Similiter a dactylico eadem parte adempta, id est duob. retractis pedibus, Tetrametrū de Hexametro versum protulit, vt,

Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Aegon. Dehinc,
Damœtas & Lyctius Aegon.

Eadē species erit si supremo similiter pedes detrahas, vt,

O crudelis Alexi nihil mea carmina curas. Dehinc,
O crudelis Alexi nihil mea.

Itē Iambico trimetro suprema detracta syllaba hendecasyllabon, quem quidam Miuron vocant, edidit, vt,

Beatus ille qui procul negotiis. Dehinc,
Beatus ille qui procul quiescit.

Similiter Trochaico tribus reuulsis pedibus, metrum Phalæcium protulit, sic,

Tollor in montes vagus entheus repente. Dehinc,
Entheus repente.

Rursus hæc eadem connectens per cola & cōmata inter se, innumerabiles edidit species, quarum aliæ per cōiunctionem, aliæ per iniectionem metrorum cōpositæ formatæq; noscuntur. Nam duobus pedibus & semipede versus Heroi, quæ penthemimeres tome dicitur, diuulsis, rursusq. inter se copulatis, pentametrum Elegiacum figurauit, vt,

Incipe Menalios: Incipe Menalios.

Idem hoc ex tribus Penthemimeres fit, & appellatur ab aliis tripenthemimeres, ab aliis trisynthetō. Traditur autē trisyntheton illa species, quæ tria cola diuersa asciuncta metri lege in vnum carmen cōsociat, tribusq; trochæis in fine cōcludit, vnde & trisynthetō appellatur, quod scilicet sit specierum trina ratione distinctum, tamen copulatis his versus vnius generis propagatur. Phalæcium quoque tetrametro Heroo, assimili quoq; incōsona inter se coniunctione sociauit, ita,

Soluitur acris hyems grata vice, Dehinc,
Veris & fauoni.

Tres trochæos eadē specie & in Anapæstico dimetro, id est, dipodia eius ante lata, protulit, velut,

Age nūc comites ferte sacra Baccho. Nā,
Age nunc comites,

Anapæstica dipodia.

Ferte sacra Baccho,

Phalęcium metrum est. Item ex Iambica basi & Choriambo, sic,

Nouum melos Lydia dic. Nam,
Nouum melos, duo sunt Iambi,
Lydia dic, Choriambus. Rursus ex dimetro Anapæstico, & dimetro Iambico Catalectico, sic,

Age conscia Musa sacros scopulis refer sonaque cantus.
Age conscia Musa sacros scopulis,

Dimetrum Anapæsticum.

Refer sonaq; cantus,

Dimetrum Iambicum Catalecticum. Itē ex dimetro Iābico Acatalecto, & dimetro Trochaico Catalectico, sic,

Beatus ille qui procul, tollor in mōtes vagus. Nam,
Beatus ille qui procul,

Dimetrum est Iambicum Acatalectum.

Tollor in montes vagus,

Dimetrum est trochaicum Catalecticū. Adeo fœcundus varietate carminum, & singularis artificii in excogitandis nouis metris hic author est, vt & cæteris varib. imitationis suæ, in componendis metris obseruātiam parem studiosa ęmulatione præstiterit. Nam plerique sequentis æui his informati metrorum figurationibus, & quibusdam viis authore Archilocho,

varias numerorum species & ipsi cōmenti posteris tradiderunt, vnde innumerabilis, incomprehensibilisq; venit in manus copia. Nam e trimetro Iambico Archilochio, Iambicus pede minor, quem etiam decasyllabon vocant, figuratus est ab Alcæo, vnde & Alcaicus dicitur, vt,

Beatus ille quem potens Deus.

Item heptasyllabon Anacreontium, primam habens longam additam, vt,

Nunc sacras ite ad aras.

Item ex Trimetro Iambico Catalectico, medio trochæo immisso, sic,

Trahuntque siccas machinæ carinas.

Nam a Callimacho medius Trochæus insertus est Iambico versui. Hæc forma conueniens Saturnio versui est. Itē Iambicus dimetrus solutus in Tribrachyn,

Agite, fugite, quatite Satyri.

Item ex basi trochaica & molosso,

Tollor altos in montes.

Item ex Trochaico metro Catalectico hephthemimeri dactylico.

Tollor in mōtes vagus, numina sic stimulāt.

Item Trochaicus tetrametrus Catalecticus pluribus longis in breues solutis, sic,

Agite turba Phrygia nūc & quatite grauia tympana.

Item Trochaicum tetrametrum Catalecticum, quartum Iambum habēs, quod Eupolidium vocant,

Iuppiter vocatus, ad est: Dii fauete cateri.

Item ex trochaico tetrasyllabo & dimetro Ionico ἀπὸ μείζονος, quod est Sotadiū,

Eia nunc mihi.

Item ex Anapæsto dimetro Acatalecto & Iambico dimetro Catalectico, sic,

Age nunc comites rabidæ Cybeles vocent choros ad aras.

Item Sapphicum dimetrum hendecasyllabum ex Anapęsto Catalecticum,

Rapiunt hederas cito Mænades.

Item ex Choriambis & dipodia Iambicū alterna vice, ita vt in vltimo catalexin habear, sic,

Lydia dic precor mihi, perdere cur sodalem.

Item ex Choriambo & dipodia Iambica & Trochaica, vltimo amphimacro, vt,

Lydia dic precor libēs, vnde dona quæ geris.

Item ex Choriambo & basi Iambica, vltimis trochæis tribus,

Lydia dic precor mihi cur tacere nolis.

Item ex Choriambico dimetro Acatalecto, & Trochaico dimetro, sic,

Lydia dic quid retices, cur venire perneges.

Item ex Glyconio & Iambico dimetro Catalectico.

Cantu concinuit feros, & impios gigātes.

Item ex Pherecratio & Iambico dimetro Catalectico sic *Ex his Callimachi breuissimis duobus:* item ex Glyconio & Pherecratio iūctis, e quis Priapeus versus fit, sic,

Nereus vt caneret fera grato Pyrrha sub antro.

Item verso eorum ordine, similis superiori versus creabitur, vt,

Ibā forte per agrum mōtis siluicomi nemus.

Item quod vtrosque Glyconios habet, vt,

Ibam forte per arduum montis siluicomi nemus.

Item quod vtrosq; Pherecratios, sic,

Rumpunt carbasa venti, fiunt liba Priapo.

Item ex duobus trochæis & duobus Iambis, vt, *Sancta diua parens Sami.*

Item ex Molosso & Iambo, qui Molossiambus dicitur: vt,

Marcenti gradu nectebant choros.

Item ex penthemimere & syzygia Iambica cum semipede & altera penthemimere, quod Platonicon dicitur: vt,

Arma virumque cano, boni sodales, ludere nunc opus est.

Irem dimetron Heroon cum Ithyphallico ex tribus trochæis, sic,

Qua vada cærula molle flumen vrget.

Item e duobus Dactylis & semipede repetiti faciūt Elegiacum, adiecta in prima syllaba vna, & in medio altera inserta, quod Thesmophorion vocatur, vt,

O perpetuo tellus quæ nunc riges vsta gelu.

Item & tome Iambica & Elegiaca quæ Penthemimeres dicitur, sic,

Canam relictus, impiger ipse veni.

Memineris autem generaliter Elegiaci versus cola Iambicis subnexa, sub quacūque versus specie seu lege, Iambelegum ab au-

ab authoribus, cōpoſito vocabulo, nuncupari. Seu contra, ſi præponas Elegum Iambo, Elegiambum, vt,

Impiger ipſe veni, canam relictus. Nam *Impiger ipſe veni*, Tome Elegiaca: *Canam relictus*, Tome Iambica. Item ex dimetro trochæo & penthemimere,

Nunc deos adeſſe dico poſtquam res Aſiæ.

Item ex trochaico dimetro Acatalecto, & Choriābico dimetro Catalectico, ſic,

Iuppiter beatus ille, Lydia dic per omnes.

Item ex baſi Trochaica & Choriambo, vt,

Phœbe dulce ſume merum.

Item Trochaicum tetrametrum Catalecticum, quartum Iambum habens, quod Eupolidion dicitur,

Iuppiter vocatus adeſt dii fauete cæteri.

Item ex Trochaico dimetro Catalectico & Ionico ἀπὸ μείζονος vltimis tribus Trochæis & ſemipede,

Iuppiter cælo ſedens fulmen parat acre, cuncta quo tremunt.

Item ex Ithyphallico, ſic,

Mente concitatus tollor in ſcopulos repente.

Item ex Anapæſto Dimetro Acatalecto & Iambico dimetro Catalectico,

Age nunc comites rabida Cybeles vocēt choros ad aras.

Item ex dipodia Anapæſtica & Ithyphallico,

Age nunc comites ferte ſacra Baccho.

Item ex Choriambo & dipodia Iambica & Trochaica, vltimo Amphimacro,

Lydia dic precor libens, vnde mala quæ geris.

Item ex Pæonico trimetro Catalectico & ithyphallico, vt,

Nunc agite, nunc tripudiis mihi dulce ferte carmen.

Item ex Pæonico dimetro & Choriambico dimetro Catalectico, vt,

Nūc agitata venit Lydia dic per omnes.

Item ex Ionico ἀπὸ ἐλάσσονος & Pęone tertio & Ithyphallico, ſic,

Miſerarū eſt nec amore nec furore tangi.

Item ex Ionico ἀπὸ μείζονος & Choriambico & vltimo iambo.

Dic nūc age Clio mihi Pegaſeum melos.

Ad ſummam omnia metra, & quæ inter ſe congruunt, & quæ temporum ratione contraria ſunt, ſi plenius conſideres, ab Heroo traducta ſunt, & mehercules, ſi quis excutere penitus velit, inueniet, vt ſupra dixim⁹, omnia genera ab Hexametro Heroo & trimetro Iambico deriuata, quū & Iambicum Heroi ſit traductiuum, nec quicquam ſine his per ſe poſſe cōſiſtere: vnde, vt diximus, hæc duo metra, vt elementa cæterorum ac ſemina habēda merito ac dicenda ſunt. Hæc ita videri atq; eſſe, vt diximus, ſi ſtudioſa cōtemplatione exempla quæ proponuntur aduerteris, approbabis. Nā metrorū ſpecies cū generis ſui priuilegio diſtinctæ ſint, tamen miſceri inter ſe atq; diuerſis communia effici ea videlicet ratione, qua cūcta, vt dictum eſt, ex eadem origine atq; vno fonte deriuentur, ſic comprehenditur. Legimus apud Horatium,

Sic te diua potens Cypri.

Hoc Glyconium metrum dicitur, quod conſtat ex Spondeo, Choriambo & vltimo Trochæo vel eodem Spōdeo, cōmune hoc eſſe cum Heroo trimetro, quod conſtat ex ſpondeo, duobus dactylis, cūctis in promtu eſt. Item,

Mæcenas atauis edite regibus.

Apud eundem Lyricum, hoc Aſclepiadeum metrum appellatur, quod conſtat ex diſſyllabis primo & extimo, mediis duobus Choriābis. Hoc quoq; par & cōmune eſſe Pentametro, ei dumtaxat, cui penultimus Anapæſtus eſt, nemo dubitabit. Pari modo & Trochaicū iambico communione inter eos Tribrachi pedis miſceri reperies, qui diuiſione alternarū iambi & trochæi longarū ſubſiſtit, vt eſt,

Tibi vetus ara caluit aborigineo ſacello.

Hic pro trochæo tribrachus poſitus longa in duas breues ſoluta, *tibiue*, vtriuſque metri diſciplinam tuetur, *tibi* enim, hic pro vna ſyllaba longa accipitur, qui fit vt idem verſus vtriuſq; conditione teneatur. Nam pari lege duę breues, id eſt, media atq; vltima, in vnam longam coeuntes, Iambum & Trochæum formabunt. Quid nūc de Proceleuſmatico dixerim?

qui ex omnibus breuibus subsistit, vt est ille versus Tetrameter Catalecticus;

Perit abit auipedis animula leporis.

Nam fere metris omnibus misceri communis; haberi poterit pes, si eum per cōiunctionem syllabarum ac tēporū prout vnius cuiusq; metri cōditio exigit, informare ac diuidere volueris. Pari ratione syllabarum diuisio vel connexio eandem metris varietatem dabit, vt,

Rei magnai publicai grati.

Nā si seductionē syllabarū ad vnitatē reuoces, vt sit, *magnæ & publicæ*, ex trimetro catalectico, Brachycatalectū trimetrum efficies. Per connexionē autē, id est, cum duæ vocales non interposita cōsonante, media in vnam syllabam coguntur, idem effici, erit exemplo versus hic,

Cum te flagrant deiecit fulmine Phætō.

scilicet vt disyllabum nomen ex trisyllabo fiat. Nam si connexa diducas vt sit Phaetō, heroo versui vltimus auapæstus adiūgetur, ita fit vt admixtione vnius pedis diuersa metrorum genera misceātur. Versus quoq; hendecasyllabus Sapphicus varia scandendi diuisione diuersis inter se metris communis reddetur. Nam si ita percutias, vt primus in eo pes sit disyllabus, dehinc dactylus residentibus tribus trochæis vltimis, erit Ithyphallicū metrū, sin vero ita diuidas, vt primū Spōdeū, dehinc Choriambum, post Diiābum & syllabam colloces, erit Phalæcium, vt,

Post quam res Asiæ perit procelis.

Sicut quidam qui ea a se, vt supra ostendimus, distinguunt. Et quoniam hendecasyllabi mentionem fecimus, occasione admonente satis opportunum arbitror de speciebus eiusdē, quæ sunt ferme VII. ex vna eademque origine descendentes, breuiter dicere, quę scilicet ex vtriusque, id est, dactylici & Iambici metri permixtione, composita & copulata noscuntur. Initium autem ab eo versu sumemus, cui Sapphico nomen est non vt ab ea inuēto, sed iugiter vsurpato: e cuius fonte plurimæ species disparis figurę prolabuntur. Huius prior forma ea lege taxabitur, qua primus in versu Spondeus solēniter, post dactylus, dehinc & tres trochæi ponantur, e quibus Ithyphallico seu Phalæcio, vt supra diximus, nomen est. Instruendi tamen sumus legem collocandi in exordio Spondei varie veteres custodisse. nā quidā & Trochæum & Iambum in ea sede collocasse reperiuntur, inter quos & Catullus est sub exemplis huiusmodi,

Cui dono lepidum nouum libellum,
Arido modo pumice expolitum.
Meas esse aliquid putare nugas.

Nam, *Cui do*, Spondeum: *Ari*, Trochæū: *Meas*, Iambum, tres diuisos pedes esse, quibus supradicti versus inchoantur, in dubium non venit. Huius hendecasyllabi species erunt septem. Feritur autem his cōmatibus, quibus & hexameter per Tomas, vt superius demonstrauimus. Ex quibus aut duo metra, id est, Heroum & Iambicum ex se composita versum copulabunt, aut vnum supplemento sui generi integrum dabunt, vt puta,

Castæ Pierides mea camœnæ.

Diuiditur sic secundum Heroum metrum, vt prior Spondeus, sequens dactylus adiuncto semipede Penthemimerem Tomen cōpleat, residua autē versus pars iambo assignetur, superfluente syllaba, quod est ad æque penthemimeres. Hæc igitur duorum versuum principia, quæ copulata in vnius versus formā venerūt, suo quoq; metro compleri potuerūt sic,

Castæ Pierides precor aspirate canenti.

Et fit herous. item,

Mea camœna cœlitum testor genus.

Iambicus. Item,

Carmen Pierides struunt sorores.

Ita complebitur, (*Musæ:*

Carmen Pierides pangunt memorabile

Dehinc,

Struunt sorores Attica dirum nefas.

Hæc erit de hendecasyllabis prima species & diuisio. Secunda vero recipit, vt superior, spōdeū & dactylū, nō admisso semipede, vt supra, quo cōpletur pēthemimeres tome, dehinc tres trochæos, tāquā,

Siccas ducite machinæ carinas.

Nam

Nam si duobus Herois quartos pedes coniungas, erit versus hexameter, sic,

Siccas ducite iam lato cum carmine puppes.

Reliqua pars e tribus trochæis, *machina carinas*, suo metro, id est, Ithyphallico stabit. Item,

Pangunt carmina iam nouem sorores.

Hexametro complebitur sic,

Pangunt carmina tergemina memoranda sorores.

Resederunt tres trochæi, iam nouem sorores. Tertia autem diuisio latius patet, cuius exemplum,

Sulcos tunc retegunt coma fluentes. Item,
Iamdudum tibi differens probaui.

Nam si retrahas, *fluentes*, remanet.

Sulcos tunc retegunt coma.

Quod est metrum, vt Grammatici, Choriambicum, vt Musici, Bacchiacum siue Anacreontium syllabarũ octo, & in hoc tam primæ quam vltimæ duæ syllabæ incremento, magis quam textui pedum necessariæ, vt putant, habentur. Quæ sunt hæ, initio, *sulcos*, in vltimo, *coma*, superest, *tunc retegunt*, quo pes Choriambus efficitur, e longa & duabus breuibus & longa, quæ si forte breuis incurrerit, vt in illo versu,

Iamdudum tibi differens:

Nam *di*, syllaba in, *dum tibi dif*, qui est choriambus, inuenta, fiet longa positione, sequente alia, f, quia in versu habetur post dif, vltima choriambi, ferens, hoc est differens: superest ergo superiori versui, cuius exemplum induximus *tunc retegunt*, vt vides, pes medius Choriambus: pars autem prima in hoc versu, vt supra, pedum diuersitate variatur: nam & spondeum & iambum & trochæum admittit, vltima manente semper immobili, quam solus iambus obtinebit: ergo,

Sulcos tunc retegunt comæ.

Erit apud Horatium huiusmodi,

Intermissa venus diu.

Hunc quidam alio adiecto choriambo extendunt latius, tanquam,

Sulcos tunc retegunt ambrosiæ comæ,

duobus in medio choriambis positis: nã *sulcos*, &, *coma*, hic quoque & superius in augmento erunt: ita & illud apud Horat.

Intermissa Venus missa Venus diu.

Nam tam, *inter*, quam, *diu*, superfluunt metro: huius figuræ similes apud eundẽ versus in principio inuenitur sic,

Mæcenas atauis edite regibus.

Nam & in hoc duo medii Choriãbi clauduntur: primo spondeo, extimo Iambo, qui per adiectionem vltimæ syllabæ erit pentameter sic,

Mæcenas atauis edite remigibus.

Idem Phalęcus tres choriambos vno versu copulatos induxit, mutuatus id quoq; ab Alcæo, ita vt tres dipodiæ choriambicę extimis vtrinque simplicibus concludantur: vt,

Tunc quæsieris, scire nefas, quem mihi quem tibi. Item,

Nullã Vare sacra vite prius seueris arborẽ.

Nam binis syllabis ex initio & fine detractis, supererunt tres reliqui choriambici: ex quo etiam Priapei versus origo manat, & huius colo seu commate adæque hendecasyllabus formabitur. Nam Heroi hexametri tres pedes, cum inciderit, interposita vt versus Priapeius exigit distinctione, eundem secernit, vt,

Cui non dictus Hylas puer, Dehinc, *Et Latonia Delos.*

Qui si inter se enuntiatione copulentur, hexametri versus tenorem integrũ modumq; præstabunt: nequaquã tamen disciplinæ ac dignitati Heroi respondentẽ, nam diuisio huius in secundo commate infracta paululum ac mollior, receptis in versu primo & quarto spondeis, efficitur; vt apud Catullum,

Hunc lucum tibi dedico consecroq; Priape,

quos distinctio occultat auribus. Nam si diuisione metri Priapæi separentur, ita sonabunt apud Virgilium.

Frondes super viridi sunt Dehinc,

Nobis mitia poma.

Castaneæ molles, &, Dehinc, *Pressi copia lactis.* Constat autem, vt supra diximus, duobus metris, quorum prius est Glyconium octosyllabũ, sequens Pherecration

ſyllaba diminutum, ita tamen, vt nouiſſima Glyconii, id eſt, octaua ſyllaba longa ſit, ſi natura breuis fuerit, velut,

Nereus vt caneret fera grato Pyrra ſub antro.

Igitur, quod hoc verſu Priapi laudes plerique canendo proſecuti ſunt, Priapeium metrum nuncuparũt, quod genus hexametri adeo abhorret ab Heroi lege, vt vtraq. pars cõmatis nonnunquã trochæis & iãbis, aut pro ſpõdeo anapęſtis inchoetur, aut & cretico prius cõma pro dactylo terminetur, vt eſt apud Catullum,

Nam te præcipue in ſuis, Dehinc,

Helleſpontia cæteris,

Quando bina ſunt cola, mora diſtinctionis intercedente; quod genus verſuum apud græcos comœdiarum veterum ſcriptores plurimum eſt, & magis apud eos qui Satyrica ſcripſerunt, vnde a nonnullis Satyricum prius vocabatur, verum poſtea abiit in conſuetudinem vt Priapeiũ appellaretur. ſub ea ergo percuſſione, de qua ſupradictũ eſt, primi cõmatis diuiſio & choriãbo medio ſubſiſtẽs versũ ab hẽdecaſyllabo profectũ declarabit, vt,

Sulcos tunc resegunt coma. Item,

Iamdudum tibi differens.

Nam tale eſt, quale,

Cui non dictus Hylas puer.

Itaq, ſi tanquam Glyconium diuiditur, erit primum cõma octaſyllabum, in quo prior ſpondeus, ſequens choriambus, tertius tribrach⁹, quod in Hexametrũ Priapeium conuerti ſic poterit: ſoluo choriãbum, & nouiſſimam eius ſyllabam duabus vltimis breuibus cõiungo, vt ex choriambo & tribracho conficiantur dactyli duo, erit colon hexametri, cui ſi Pherecratium heptaſyllabum appoſueris, hexametrum verſus complebis, in quo ſit primus ſpondeus, ſecundus & tertius dactyli, quartus ſpondeus, quintus dactylus, ſextus ſpondeus. nam,

Cui non dictus Hylas puer: Par eſt huic,

Hunc lucum tibi dedico,

Octaſyllabo, qui Choriambica compoſitione formatur. Sequens pars,

Et Latonia Delos, Heptaſyllabo illi,

Conſecroque Priape,

Quę ſpondeo & dactylo & trochæo ſubſiſtit. Cum ergo huiuſmodi pedum compoſitio concurrit, fit ambigua, vt oſtendimus verſificatio, vt & ad dactylicũ trãſduci poſſit, & ad hæc quæ diximus Choriambica. continuatis duobus Epodi cõmatibus elatum in ea ode cuius initium eſt,

Quis multa gracilis te puer in roſa.

Nam præpoſitis duobus verſibus duplici Choriambo ſubſiſtẽtibus, ſubiicit ἐπῳδὰς duas, quæ mutato, contra quam auctor diſpoſuit, ordine, Priapeum verſum complebunt ita,

Grato Pyrra ſub antro

Cui flauam religas comam.

Horum prępoſterato ſitu memorati verſus forma præſtabitur ſic,

Cui flauam religas comam, grato Pyrra ſub antro. tanquam,

Hunc lucũ tibi dedico, conſecroq; Priape.

Dehinc cętera alin atis decurrant eadem Strophe. Sane nihil hic oberit ſi primi cõmatis vltima ſyllaba poſitione ſit lõga, vt eſt, comam grato Pyrra, nam excipitur a. g &, r, quia ſemper vltima ſyllaba & integro, & in cõmate omni lege ſit libera, ſeu quia prius comma nonnunquam, vt ſupra diximus, cretico cõcluditur. Quarta nunc a nobis ſpecies inchoabitur, non vt ſuperior perplexa nec multiplex, cuius rome ſub hoc verſu talis exiſtit:

Carmen ſuaue dediſtis o Camœnæ.

nam detracto primo cõmate verſus Heroi, ſupererit dipodia, o Camœnę, hęc inciſio tertio trochæo terminatur ſic,

Carmen ſuaue dediſtis.

De qua in primo volumine pleniſſime, inter alias Heroi verſus tomas, diximus, cuius & exemplum apud Virgilium noſtrum oſtendimus hoc,

Infandum regina.

nam reſidua ſibi parte adiecta, hexametrum dabit, ſic,

Carmẽ ſuaue dediſtis Olympiades mihi (Muſæ.

Similiter,

Infan-

Infandum regina iubes renouare dolorẽ. Adiecta enim trochæo tertia breuis pedẽ dactylum metro reddidit, ac sua versum lege conclusit. Quinta autem hẽdecasyllaba species admixto Anapæsto Sotadium facit metrũ. Nam si ante Dactylum qui post Spondeum solenniter in hoc versu ponitur Anapæstum inferas, Sotadium metrum propria modulatione formabis, erit exemplo versus hic,

Carmen Pierides dabunt sorores.

Huic si adiecetis, *lepida*, qui est Anapæstus inter Spondeum & dactylũ, sequẽtibus tribus trochæis, quibus hẽdecasyllabus clauditur, fit versus Sotadius, ita,

Carmen lepidæ Pierides dabunt sorores.

Item,

Cantum Pan age carmen ede canna.

Infero spondeo & dactylo medium anapæstum, qui est, docilis, fiet Sotadiũ, sic,

Cantu docilis Pan age carmẽ ede cãna.

Sextus eadem diuisione hẽdecasyllabus erit talis,

Iuuere segetes meum laborem.

Quasi tome sit iste cõpositus explebo. Nam, *iuuere*, caput est incipientis hexametri, adiectis enim reliquis pedib. versus complebitur ita,

Iuuerunt mentẽ versu & carmine dulci.

At id quod versui superest,

Segetes meum laborem,

metrum erit Anacreontion: si quidẽ eo frequentissime vsus sit, sed & apud nos pleriq;. inter quos Arbiter satyricon ita,

Triplici vi sæu vt ortu

Triuia rotetur ignis,

Volucrique Phœbus axe

Rapidum pererret orbem.

quod constat, sicut plerique asserunt, ex Ionico quem ἀπὸ μείζονος vocant. Nam si versui quem supra posui,

Segetes meum laborem:

pro prima parte eius quam detraxi *iuuerunt*, apponam clausulam huiusmodi, *o quam releuarunt*, fiet versus Ionicus ἀπ' μείζονος ita,

O quã releuarunt segetes meum laborẽ.

qui cõstat ex basi Ionica & Trochæis tribus. Similiter & quem supra posui,

Triuia rotetur orbis:

si quis adiiciat, *cernis quotiẽs hic*, dabit integrum Ionicum huiusmodi,

Cernis quotiens hic Triuia rotetur orbis:

quod colon Pyrrhichium, & trochæos tantum tres recipit, velut,

Volucriq; Phœbus axe

Rapidum pererret orbem. ita,

Segetes meum laborem:

nam parili modo solent pedes Ionici vt binas, ita singulas syllabas alternis vicib', aut longis breues, aut breuib. longas annectere, versumque basi Trochaica frequẽtius claudere, ex hoc Galliambicum quod vocant metrũ, emollita ac tremula modulatione formatũ manare dinoscitur. Nam si cõma superioris versiculi repetendo geminaueris ita tamen vt sequentis clausulæ vltimam syllabam subtrahas, versum Galliãbicum efficies sic,

Segetes meũ laborẽ, segetes meus labor.

Hoc genus metri maxime desiderat separari in duas clausulas, tanquam,

Super alta vectus Atis: dehinc,

Celeri rate maria.

Quod quidã Metroiacum, eo quod deũ matris cantibus aptum sit, meritoq; etiã Galliambum a Gallis ministris deæ, appellarunt: vt versus isti testantur, (*modos.*

Tremulos quod esse Gallis habiles putant

Sonat hoc subinde cãtus Cybeleiũ nem',

Nemoq; Galliãbis memoratur hinc datũ.

Recipit hic versus sub alia percussione Anapæstũ aut Spondeum in prima sede, dehinc duos Iambos, interdũ & Tribrachyn. Nam superfluit tam in hoc quam in sequenti colo nõnunquam semipede, id est, vna syllaba, quod colon aut patiãbo & basi Trochaica aut Tribrachy constabit. Superest hẽdecasyllabi tome nouissima, quæ erit septima. constat autem ex hipponacteo trimetro scazonte, quẽ claudicare supra ostendimus, vt & ipso declarabitur, tanquam,

Carmen nouum facis Sabino.

Hic in hexametrum vertetur sic, (*mero.*

Carmẽ nemo facit claro quod par sit Ho-

Supereſt claudum illud, *meo Sabino*, cui ſi primas ſui generis partes adiicias, erit verſus iambicus tetrametrus ſcazon, talis,

Phaſelus ille quē videt facit meo Sabino:

Nā ab ima parte imminuta ſyllaba claudus effectus eſt Accedit his octaua ſpecies quam iccirco ſuperioribus VII. coniunximus, quia ex heroo tātum verſu informata dinoſcitur. Eo dumtaxat in quo primus Spondeus, ſequens ſit Dactylus, dēptis e medio tribus vel quatuor ſyllabis, recedentibus vero in vltima verſus parte duobus pedibus, Dactylo & Spōdeo ſeu Trochæo integrum ſenſum complentibus, ita,

At regina graui ſaucia cura.

Diuulſo e medio verſu, *iamdudum*. Item,

Sic fatur lacrimans mittit habenas.

Et tandem Euboicis labitur oris.

Quod etiam in tertio volumine breuiter attigimus. Diſcuſſis ſeptem ſpeciebus hendecaſyllabis, quiq; ex eo per coniunctionem Heroi atq; Iambici procreantur, ſupereſt vt de Phalæcii etiam Sapphici tam cognatione quam differētia, quæ pedum inter ſe tranſmutatione gignitur, pauca dicamus. Scimus hendecaſyllaborū ſpecies quidem, vt oſtendimus, plures, genera autem e quibus eadem deriuantur, duo, Phalæcium & Sapphicum, quorum diſcretio Phalæcii lege ac ratione cōpoſita erit talis. Notum eſt hendecaſyllabū Phalæcium Spondeo, Dactylo, dehinc trib. Trochæis fine tenus continuatis ordinari, itaq; ſi e tribus Trochæis vnus abſtractus primus in verſu ponatur, dehinc Spondeus poſt Dactylus, vltimis duob⁹ Trochæis locatis, haut diſpar verſus ſub parili lege formabitur, quā ille Saphicus reperitur. nā prima pars verſ⁹ Sapphici, vt,

Iam ſatis terris niuis.

Sub alia quam ſupra oſtendimus, ordinatione recipit Trochæū, Spondeum, Dactylum. Sequens comma, *Atq; diræ.* duos Trocheos. Cui tam aptę ac manifeſtæ rationi vna difficultas occurrit, quod nō ſemper in verſu ita poſſunt verba copulari, vt reuulſus Trochaicus integer, capiti verſus, vt demōſtrauimus, adiiciatur. Etenim ſub hac lege nullum a ſupradicta ratione diſparem comprehendas, cum hi omnes hendecaſyllabi, vt ſit Trochæus primus ſequentibus Spondeo & Dactylo dehinc duobus Trochæis extimis, digeſti videātur, efficientes Sapphicum metrum, deniq; vt exēplum in quo Trochæus ſeparetur afferamus, ſit verſus huiuſmodi,

Curſorem tibi vendo Rufe ſeruum.

qui eſt Phalæcius, cernis hic, Rufe, Trochæum ſecundum ab vltimo nulli cohærere quē ſine mutilatione verſus aut metri poſſis tollere, ſeu ponere, qui ſi præponatur verſui, huiuſmodi formam hendecaſyllabis dabit,

Rufe curſorem tibi vendo ſeruum.

Vt eſt apud Flaccum,

Iam ſatis terris niuis atque diræ:

qui eſt Sapphicus, quem Trochæum ſi ad ſedem ſuam reuocaueris, Phalæcium ex Sapphico rurſus efficies. Et vt per ordinē ipſorum Trochæorum iuxta legem Phalęcii, e carminibus Flacci exempla proferamus, ſit nobis ille verſus, qui eſt primus apud eundem in vltima ode,

Mitte ſectari roſa quo locorum.

Priorē Trochæum liberum vides. *Mitte.* hic ſi mutato ordine iuxta legem Phalæciorum primus e tribus trochæis qui ſunt poſt dactylum collocetur, lōge diuerſam inter ſe figuram, cum ſit idem atque integer, dabit, ſic,

Sectari roſa mitte quo locorū. Sicut illud,

Criſpe Salluſti, niſi temperato:

Salluſti niſi Criſpe temperato.

& cætera, ſcilicet primi e tribus trochæis, Itē ſecundus trocheus ab vltimo pari ratione poſitus, capitiq; verſus abſtractus, ſimilem formam dabit, ſic,

Ales in terris imitaris almæ:

In terris imitaris ales alma. Item,

Pone me pigris vbi nulla campis:

Me pigris vbi nulla pone cāpis. Similiter,

Arbor æſtiua recreatur vmbra:

Aeſtiua recreatur arbor vmbra.

Nec non tertius trochæus, id eſt, vltimus, ſimi-

simili ratione collocatus, eadem verùm implenit, sicut,

Ire directum monumenta regis:
Directum monumenta regis ire. Item,
Serus in cœlum redeas diuque:
In cœlum redeas diuque serus. Item,
Læta quid pubes hedera virente:
Quid pubes hedera virente læta.

Quarum specierum plurima exépla sunt. Accedit his & illa species non absimili modulatione cóposita, vt est apud eundé,

Nota quæ sedes fuerat columbis, Item,
Vile potabis modicis sabinum:
Potabis modicis vile sabinum.

Quod genus in x x x i i. exemplis repertum est, hic enim non, vt in superioribus, tres in vltimo trochæi nectuntur, sed spondeus, pyrrhichius & trochæus locantur, velut,

Nota quæ sedes fuerat columbis.

De quo formatur,

Quæ sedes fuerat nota columbis.

Primum comma,

Quæ sedes fuerat,

constat Spódeo sequente dactylo, superest syllaba, *rat*, huic adiúcta, *nó*, prima sequentis clausulæ syllaba spondeum medium dabit. dehinc, *ta co*, pyrrhichius ex vtraq; breui insertus inter spondeum vel trochæum vltimum, qui est, *lumbis*, disparem speciem tam Phalæcio quam Saphico metro figurabit. Nam cum & numero & modulatione congruat, mutatione tantum pedum innouatú est. DECVRSIS omnibus ab incunabulis artis huiusce generibus metrorú, quibus magni auctores iam nomina dederunt, quá etiá frequenter vsi sunt, nó ab re arbitror ante conclusionem elucubrati a nobis opusculi, prius quá de metris nostri Lyrici carmine comprehensi, quæ singulatim per ordinem ad explendum studiosi lectoris animum persequi placuit, exordiú faciam, id attingere, quod nonnulli tanquam eruditione & profundæ scientiæ necessarium sollicita sciscitatione percótantes exigunt, vnde metrorú atq; omnis musicæ elementa processerint, quo parente, qua origine, quibus exordiis initia earundem artium cœperint. Nec hoc satis, iidem rogant quis articulatam vocem a confusione discreuerit, quis primus syllabas in enuntiando demisso seu leni spiramine extulerit, qui longum tempus aut breue in elocutione vocis nostræ captauerit? Quæ qui anxie scire desiderant, dicant velim, quis nobis in lucem editis gestare, reptare, ridere, quod proprium homini tantum est, quis alimoniá lactis rictu oris appetere, quis sonum cófusæ vocis in verba deducere, seu pro statu erga se mētis atq; animi, nunc fletum ac mœroré, nunc alacritatem lętitiæq; concipere, auctor ostenderit? Ná hæc quoq; sciscitationib. eorundé parili propositione consentanea occurrunt. Quibus tamé sic respondendum est, naturalem nobis hác musicá haud alias quam affectus animo, corporiq; motus existere, eamq; parente natura simul cum luce vitæ sensuiq; traditam, cumq; ipso homine editam exortamq; coalescere ex his quæ in promptu posita sunt, facile intelligi. Namq; vt opinioni nostrę etiam sub exemplis respondeat fides, nonne multa videmus animalia mox vt lucis vsuram hauserint, prout natura sui cuiq; est, alia pennarum vibratione sublime aeris petere, alia sub aquas natandi meatu varie peruagari, hæc per terrá tardo incessu, illa in saltum cursumque procedere, nec minus ad alimoniam vitę alia matris vbera, mox vt elambente matris lingua detersa sint, rictu oris attrahere, hæc visceribus, illa herbis ali, quædá frugibus aut pomis arborum enutriri. vnde procul dubio intelligi datur adęque nobis parente eadem tam ad Rhythmorum conceptionem, quam ad Metrorum numeros ac tonos musicæ, sed & momenta temporum in enuntiatione vocum, insitum ingenio, ac sensibus studium, non doctrina sed natura haustum ac traditum. Cumque in ipso pariter homine procreatur id, postea obseruationis struente magistro, maiores nostros, quod mentis iam pulsu, & naturali conceptione collegerant, arti ac disciplinæ tradidisse; demq; ad modulanda eadem.

etiā alios lōgos, alios breuiores inseruerunt, quorum est hic,

Turdis edacibus dolos comparas amice.

Item,

Ferūt pulcras creterras, aureasq; lepistas.

Et apud Næuium,

Nouem Iouis concordes filiæ sorores.

Videtur tamen e duorum versuum mēbris cōpositus, Dimetri & quadrati. Cōstat autem pedibus sex & semipede. Nā primos tres pedes & semipedem habet, ex parte prima Dimetri: reliquos vero tres pedes, qui sunt vltimi, habet a parte prima quadrati Tragici Trochaici, vt,

Cum victor Lemno classem Doricam appulisset.

Est autem duabus primis syllabis lōgior ab hendecasyllabo, nam vno pede in capite hendecasyllabi posito, Saturni⁹ versus fiet: cuius exemplum, Metelli proposuerunt de Næuio, aliquotiens ab eo lacessiti, ita,

Malum dabunt Metelli Næuio poetæ.

Nam, *Malum dabūt Metelli*, clauda pars Dimetri iambici est: dehinc, *Næuio poetæ*, tribus Trochæis constat, quod Phalæcium vocamus, nec quicquam oberit Trochæo, quod semper in metris indifferenter, sicut superius diximus, ponitur, tres Iambos cum syllaba & tres Trochæos. Ergo erit prima pars, id est,

Malū dabunt Metelli. talis, qualis est, *Adest celer Phaselus.* Itē, *Memphitides puellæ.* Sequens,

(*Næuio poetæ.*) talis, vt est,

Bacche plaude Bacche.

Sane vt in decasyllabo, primus pes incertus est. Ita vt in hoc duo primi pedes variantur,

Iam nunc vocet Camœnas quis nouem sorores.

Qui vt terminus a Spōdeo incipit. Quidam volunt hunc feriri sexies & recipere pedes septē hoc est, Spondeum, Iābum, Pyrrhichium, Pariābum, Dactylū, Trochæum, Anapæstum, e quibus est Thacomestus, & nasci a Trimetro Scazonte: alii vero omnes duodecim pedes admittere, neque semper eum, vt illi asserunt, nasci e Trimetro Scazonte. Vnde apud omnes grammaticos super hoc adhuc non parua lis est.

LIBER QVARTVS DE CONNEXIS INTER SE ATQVE inconnexis, quæ Græci ἀσυνάρτητα vocant, pragmaticus.

EMENSIS atque discussis his secundum propositum nobis ordinem, quæ ex Dactylico atque Iambico genere per multiplices compositionum figuras informata deriuantur, superest vt ea quæ ex vtriusque cōcinnatione ac per[mu]tatione metrorum genera procreantur, quibus aut magni auctores nomina dederunt, aut illustres poetæ frequenter vsi sunt, persequamur. Namq; Archilochum ferunt, quem parentem artis Musicę iuxta multiformem metrorum seriem diuersamq; progeniem omnis ætas canit, acceptum ab his qui ante se inspexerāt summatimque tractauerant Dactylicum, quod est omnium caput ac principium, per abie-

ctiones detractionesque vertisse. E quo primum Iambicum metrum per detractionem vnius temporis formauit, adæque Hexametrũ, qui per Dipodias Trimeter efficitur, dehinc ab his duobus exorsus multa metrorum genera, variaque produxit, mutata per translationem, vt in vtroq;, longa syllaba. Rursus per incisionem singulorum atq; cõiunctionem pleraq; metrorum genera cõmentus est. Itemq; Iambico trimetro detracta parte tertia, id est, Dipodia, dimetrum Iambicum edidit, sic,

Beatus ille qui procul negotiis. Dehinc,
Vt prisca gens mortalium.

Similiter a dactylico eadem parte adempta, id est, duob. tetractis pedibus, Tetrametrũ de Hexametro versum ꝓtulit, vt,

Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Aegon. Dehinc,
Damœtas & Lyctius Aegon.

Eadẽ species erit si supremo similiter pedes detrahas, vt,

O crudelis Alexi nihil mea carmina curas. Dehinc,
O crudelis Alexi nihil mea.

Itẽ Iambico trimetro suprema detracta syllaba hendecasyllabon, quem quidam Miuron vocant, edidit, vt,

Beatus ille qui procul negotiis. Dehinc,
Beatus ille qui procul quæ,ꝗ st.

Similiter Trochaico tribus reuulsis pedibus, metrum Phalæcium protulit, sic,

Tollor in montes vagus entheus repente. Dehinc,
Entheus repente.

Rursus hæc eadem connectens per cola & cõmata inter se, innumerabiles edidit species, quarum aliæ per cõiunctionem, aliæ per iniectionem metrorum cõpositæ formatæq; noscuntur. Nam duobus pedibus & semipede versus Heroi, quæ penthemimeres rome dicitur, diuulsis, rursusq. inter se copulatis, pentametrum Elegiacum figurauit, vt,

Incipe Menalios: Incipe Menalios.

Idem hoc ex tribus Penthemimeres fit, & appellatur ab aliis tripenthemimeres, ab aliis trisynthetõ. Traditur autẽ trisyntheton illa species, quæ tria cola diuersa ac seiuncta metri lege in vnum carmen cõsociat, tribusq; trochæis in fine cõcludit, vnde & trisynthetõ appellatur, quod scilicet sit specierum trina ratione distinctum, tamen copulatis his versus vnius generis propagatur. Phalæcium quoque tetrametro Heroo, assimili quoq; incõsona inter se coniunctione sociauit, ita,

Soluitur acris hyems grata vice, Dehinc,
Veris & fauons.

Tres trochæos eadẽ specie & in Anapæstico dimetro, id est, dipodia eius ante lata, protulit, velut,

Age nũc comites ferte sacra Baccho. Nã,
Age nunc comites,

Anapæstica dipodia.

Ferte sacra Baccho,

Phalęcium metrum est. Item ex Iambica basi & Choriambo, sic,

Nouum melos Lydia dic. Nam,
Nouum melos, duo sunt Iambi,
Lydia dic, Choriambus. Rursus ex dimetro Anapæstico, & dimetro Iambico Catalectico, sic,

Age conscia Musa sacros scopulis refer sonaque cantus.
Age conscia Musa sacros scopulis,

Dimetrum Anapæsticum.

Refer sonaq; cantus,

Dimetrum Iambicum Catalecticum. Itẽ ex dimetro Iãbico Acatalecto, & dimetro Trochaico Catalectico, sic,

Beatus ille qui procul, tollor in mõtes vagus. Nam,
Beatus ille qui procul,

Dimetrum est Iambicum Acatalectum.

Tollor in montes vagus,

Dimetrum est trochaicum Catalecticũ. Adeo fœcundus varietate carminum, & singularis artificii in excogitandis nouis metris hic author est, vt & cæteris vatib. imitationis suæ, in componendis metris obseruãtiam parem studiosa ęmulatione præstiterit. Nam plerique sequentis æuũ his informati metrorum figurationibus, & quibusdam viis authore Archilocho,

varias numerorum species & ipsi cōmenti posteris tradiderunt, vnde innumerabilis, incomprehensibilisq; venit in manus copia. Nam e trimetro Iambico Archilochio, Iambicus pede minor, quem etiam decasyllabon vocant, figuratus est ab Alcæo, vnde & Alcaicus dicitur, vt,

Beatus ille quem potens Deus.

Item heptasyllabon Anacreontium, primam habens longam additam, vt,

Nunc sacras ite ad aras.

Item ex Trimetro Iambico Catalectico, medio trochæo immisso, sic,

Trahuntque siccas machinæ carinas.

Nam a Callimacho medius Trochæus insertus est Iambico versui. Hæc forma conueniens Saturnio versui est. Itē Iambicus dimetrus solutus in Tribrachyn,

Agite, fugite, quatite Satyri.

Item ex basi trochaica & molosso,

Tollor altos in montes.

Item ex Trochaico metro Catalectico hephthemimeri dactylico.

Tollor in mōtes vagus, numina sic stimulāt.

Item Trochaicus tetrametrus Catalecticus pluribus longis in breues solutis, sic,

Agite turba Phrygia nūc & quatite grauia tympana.

Item Trochaicum tetrametrum Catalecticum, quartum Iambum habēs, quod Eupolidium vocant,

Iuppiter vocatus, adest: Dii fauete cæteri.

Item ex trochaico tetrasyllabo & dimetro Ionico ἀπὸ μείζονος, quod est Sotadiū,

Eia nunc mihi.

Item ex Anapæsto dimetro Acatalecto & Iambico dimetro Catalectico, sic,

Age nunc comites rabidæ Cybeles vocent choros ad aras.

Item Sapphicum dimetrum hendecasyllabum ex Anapæsto Catalecticum,

Rapiunt hederas cito Mænades.

Item ex Choriambis & dipodia Iambicū alterna vice, ita vt in vltimo catalexin habeat, sic,

Lydia dic precor mihi, perdere cur sodalem.

Item ex Choriambo & dipodia Iambica & Trochaica, vltimo amphimacro, vt,

Lydia dic precor libēs, vnde dona quæ geris.

Item ex Choriambo & basi Iambica, vltimis trochæis tribus,

Lydia dic precor mihi cur tacere nolis.

Item ex Choriambico dimetro Acatalecto, & Trochaico dimetro, sic,

Lydia dic quid retices, cur venire pernegas.

Item ex Glyconio & Iambico dimetro Catalectico.

Cantu concinuit feros, & impios gigātes.

Item ex Pherecratio & Iambico dimetro Catalectico sic *Ex his Callimachi breuissimis duobus:* item ex Glyconio & Pherecratio iūctis, e quis Priapeus versus fit, sic,

Nereus vt caneret fera grato Pyrrha sub antro.

Item verso eorum ordine, similis superiori versus creabitur, vt,

Ibā forte per agrum mōtis siluicomi nemus.

Item quod vtrosque Glyconios habet, vt,

Ibam forte per arduum montis siluicomi nemus.

Item quod vtrosq; Pherecratios, sic,

Rumpunt carbasa venti, fiunt liba Priapo.

Item ex duobus trochæis & duobus Iambis, vt, *Sancta diua parens Sami.*

Item ex Molosso & Iambo, qui Molossiambus dicitur: vt,

Marcenti gradu nectebant choros.

Item ex penthemimere & syzygia Iambica cum semipede & altera penthemimere, quod Platonicon dicitur: vt,

Arma virumque cano, boni sodales, ludere nunc opus est.

Item dimetron Heroon cum Ithyphallico ex tribus trochæis, sic,

Qua vada cærula molle flumen vrges.

Item e duobus Dactylis & semipede repetiti faciūt Elegiacum, adiecta in primā syllaba vna, & in medio altera inserta, quod Thesmophorion vocatur, vt,

O perpetuo tellus quæ nunc riges vsta gelu.

Item & tome Iambica & Elegiaca quæ Penthemimeres dicitur, sic,

Canam relictus, impiger ipse veni.

Memineris autem generaliter Elegiaci versus cola Iambicis subnexa, sub quacūque versus specie seu lege, Iambelegum ab au-

ab authoribus, cõpoſito vocabulo, nuncupari. Seu contra, ſi præponas Elegum Iambo, Elegiambum, vt,

Impiger ipſe veni, canam relictus. Nam *Impiger ipſe veni*, Tome Elegiaca: *Canam relictus*, Tome Iambica. Item ex dimetro trochæo & penthemimere,

Nunc deos adeſſe dico, poſtquam res Aſiæ.

Item ex trochaico dimetro Acatalecto, & Choriãbico dimetro Catalectico, ſic,

Iuppiter beatus ille, Lydia dic per omnes.

Item ex baſi Trochaica & Choriambo, vt,

Phœbe dulce ſume merum.

Item Trochaicum tetrametrum Catalecticum, quartum Iambum habens, quod Eupolidion dicitur,

Iuppiter vocatus adeſt dii fauete cæteri.

Item ex Trochaico dimetro Catalectico & Ionico ἀπὸ μείζονος vltimis tribus Trochæis & ſemipede,

Iuppiter cælo ſedens fulmen parat acre, cuncta quo tremunt.

Item ex Ithyphallico, ſic,

Mente concitatus tollor in ſcopulos rupente.

Item ex Anapæſto Dimetro Acatalecto & Iambico dimetro Catalectico,

Age nunc comites rabida Cybeles vocēt choros ad aras.

Item ex dipodia Anapæſtica & Ithyphallico,

Age nunc comites ferte ſacra Bacho.

Item ex Choriambo & dipodia Iambica & Trochaica, vltimo Amphimacro,

Lydia dic precor libens, vnde mala quæ geris.

Item ex Pæonico trimetro Catalectico & Ithyphallico, vt,

Nunc agite, nunc tripudiis mihi dulce ferte carmen.

Item ex Pæonico dimetro & Choriambico dimetro Catalectico, vt,

Nūc agitata venit Lydia dic per omnes.

Item ex Ionico ἀπὸ ἐλάσσονος & Pęone tertio & Ithyphallico, ſic,

Miſerarū eſt nec amore nec furore tangi.

Item ex Ionico ἀπὸ μείζονος & Choriambico & vltimo iambo.

Dic nūc age Clio mihi Pegaſeum melos.

Ad ſummam omnia metra, & quæ inter ſe congruunt, & quæ temporum ratione contraria ſunt, ſi plenius conſideres, ab Heroo traducta ſunt, & mehercules, ſi quis excutere penitus velit, inueniet, vt ſupra dixim⁹, omnia genera ab Hexametro Heroo & trimetro Iambico deriuata, quū & Iambicum Heroi ſit traductiuum, nec quicquam ſine his per ſe poſſe cōſiſtere: vnde, vt diximus, hæc duo metra, vt elementa cæterorum ac ſemina habēda merito ac dicenda ſunt. Hæc ita videri atq; eſſe, vt diximus, ſi ſtudioſa cōtemplatione exempla quæ proponuntur aduerteris, approbabis. Nā metrorū ſpecies cū generis ſui priuilegio diſtinctæ ſint, tamen miſceri inter ſe atq; diuerſis communia effici ea videlicet ratione, qua cūcta, vt dictum eſt, ex eadem origine atq; vno fonte deriuentur, ſic comprehenditur. Legimus apud Horatium,

Sic te diua potens Cypri.

Hoc Glyconium metrum dicitur, quod conſtat ex Spondeo Choriambo & vltimo Trochæo vel eodem Spōdeo, cōmune hoc eſſe cum Heroo trimetro, quod conſtat ex ſpondeo, duobus dactylis, cūctis in promtu eſt. Item,

Mæcenas atauis edite regibus.

Apud eundem Lyricum, hoc Aſclepiadeum metrum appellatur, quod conſtat ex diſſyllabis primo & extimo, mediis duobus Choriãbis. Hoc quoq; par & cōmune eſſe Pentametro, ei dumtaxat, cui penultimus Anapæſtus eſt, nemo dubitabit. Pari modo & Trochaicū iambico communione inter eos Tribrachi pedis miſceri reperies, qui diuiſione alternarū iambi & trochæi longarū ſubſiſtit, vt eſt,

Tibi vetus ara caluit aborigineo ſacello.

Hic pro trochæo tribrachus poſitus longa in duas breues ſoluta, *tibiue*, vtriuſque metri diſciplinam tuetur, *tibi* enim, hic pro vna ſyllaba longa accipitur, qui fit vt idem verſus vtriuſq; conditione teneatur. Nam pari lege duę breues, id eſt, media atq; vltima, in vnam longam coeuntes, Iambum & Trochæum formabunt. Quid nūc de Proceleuſmatico dixerim?

qui ex omnibus breuibus subsistit, vt est ille versus Tetrameter Catalecticus;

Perit abit auipedis animula leporis.

Nam fere metris omnibus misceri communisq; haberi poterit pes, si eum per coniunctionem syllabarum ac tēporū prout vnius cuiusq; metri cōditio exigit, informare ac diuidere volueris. Pari ratione syllabarum diuisio vel connexio eandem metris varietatem dabit, vt,

Rei magnai publicai grati.

Nā si seductionē syllabarū ad vnitatē reuoces, vt sit, *magnae & publicae*, ex trimetro catalectico, Brachycatalectū trimetrum efficies. Per connexionē autē, id est, cum duae vocales non interposita cōsonante, media in vnam syllabam coguntur, idem effici, erit exemplo versus hic,

Cum te flagrant deiecit fulmine Phaetō.

scilicet vt disyllabum nomen ex trisyllabo fiat. Nam si connexa diducas vt sit Phaetō, heroo versui vltimus anapaestus adiūgetur, ita fit vt admixtione vnius pedis diuersa metrorum genera misceātur. Versus quoq; hendecasyllabus Sapphicus varia scandendi diuisione diuersis inter se metris communis reddetur. Nam si ita percutias, vt primus in eo pes sit disyllabus, dehinc dactylus residentibus tribus trochaeis vltimis, erit Ithyphallicū metrū, sin vero ita diuidas, vt primū Spōdeū, dehinc Choriambum, post Diiābum & syllabam colloces, erit Phalaecium, vt,

Postquam res Asiae perit procellis.

Sicut quidam qui ea a se, vt supra ostendimus, distinguunt. Et quoniam hendecasyllabi mentionem fecimus, occasione admonente satis opportunum arbitror de speciebus eiusdē, quae sunt ferme VII. ex vna eademque origine descendentes, breuiter dicere, quę scilicet ex vtriusque, id est, dactylici & Iambici metri permixtione, composita & copulata noscuntur. Initium autem ab eo versu sumemus, cui Sapphico nomen est, non vt ab ea inuēto, sed iugiter vsurpato: e cuius fonte plurimae species disparis figurę prolabuntur. Huius prior forma ea lege taxabitur, qua primus in versu Spondeus solēnitet, post dactylus, dehinc & tres trochaei ponantur, e quibus Ithyphallico seu Phalaecio, vt supra diximus, nomen est. Instruendi tamen sumus legem collocandi in exordio Spondei varie veteres custodisse. nā quidā & Trochaeum & Iambum in ea sede collocasse reperiuntur, inter quos & Catullus est sub exemplis huiusmodi,

Cui dono lepidum nouum libellum,
Arido modo pumice expolitum.
Meas esse aliquid putare nugas.

Nam, *Cui do*, Spondeum: *Ari*, Trochaeū: *Meas*, Iambum, tres diuisos pedes esse, quibus supradicti versus inchoantur, in dubium non venit. Huius hendecasyllabi species erunt septem. Feritur autem his cōmatibus, quibus & hexameter per Tomas, vt superius demonstrauimus. Ex quibus aut duo metra, id est, Heroum & Iambicum ex se composita versum copulabunt, aut vnum supplemento sui generi integrum dabunt, vt puta,

Castae Pierides mea camoenae.

Diuiditur sic secundum Heroum metrum, vt prior Spondeus, sequens dactylus adiuncto semipede Penthemimerem Tomen cōpleat, residua autē versus pars iambo assignetur, superfluente syllaba, quod est adaeque penthemimeres. Haec igitur duorum versuum principia, quae copulata in vnius versus formā venerūt, suo quoq; metro compleri potuerūt sic,

Castae Pierides precor aspirate canenti.

Et fit herous. item,

Meae camoenae coelitum testor genus.

Iambicus. Item,

Carmen Pierides struunt sorores.

Ita complebitur, (*Musae:*

Carmen Pierides pangunt memorabile

Dehinc,

Struunt sorores Attica dirum nefas.

Haec erit de hendecasyllabis prima species & diuisio. Secunda vero recipit, vt superior, spōdeū & dactylū, nō admisso semipede, vt supra, quo cōpletur pēthemimeres tome, dehinc tres trochaeos, tāquā,

Siccas ducite machinae carinas.

Nam

Nam si duobus Herois quartos pedes coniungas, erit versus hexameter, sic,

Siccas ducite iam lato cum carmine puppes.

Reliqua pars e tribus trochæis, *machinæ carinas*, suo metro, id est, Ithyphallico stabit. Item,

Pangunt carmina iam nouem sorores.

Hexametro complebitur sic,

Pangunt carmina tergeminæ memoranda sorores.

Resederunt tres trochæi, iam nouem sorores. Tertia autem diuisio latius patet, cuius exemplum,

Sulcos tunc retegunt coma fluentes. Item,

Iamdudum tibi differens probaui.

Nam si retrahas, *fluentes*, remanet.

Sulcos tunc retegunt coma.

Quod est metrum, vt Grammatici, Choriambicum, vt Musici, Bacchiacum siue Anacreontium syllabarũ octo, & in hoc tam primæ quam vltimæ duæ syllabæ incremento, magis quam textui pedum necessariæ, vt putant, habentur. Quæ sunt hæ, initio, *sulcos*, in vltimo, *coma*, superest, *tunc retegunt*, quo pes Choriambus efficitur, e longa & duabus breuibus & longa, quæ si forte breuis incurrerit, vt in illo versu,

Iamdudum tibi differens:

Nam *di*, syllaba in, *dum tibi dif*, qui est choriambus, inuenta, fiet longa positione, sequente alia, f, quia in versu habetur post dif, vltima choriambi, ferens, hoc est differens: superest ergo superiori versui, cuius exemplum induximus, *tunc retegunt*, vt vides, pes medius Choriambus: pars autem prima in hoc versu, vt supra, pedum diuersitate variatur: nam & spondeum & iambum & trochæum admittit, vltima manente semper immobili, quam solus iambus obtinebit: ergo,

Sulcos tunc retegunt coma.

Erit apud Horatium huiusmodi,

Intermissa venus diu.

Hunc quidam alio adiecto choriambo extendunt latius, tanquam,

Sulcos tunc retegunt ambrosiæ comæ,

duobus in medio choriambis positis: nã *sulcos*, &, *comæ*, hic quoque & superius in augmento erunt: ita & illud apud Horat.

Intermissa Venus missa Venus diu.

Nam tam, *inter*, quam, *diu*, superfluunt metro. huius figuræ similes apud eundẽ versus in principio inuenitur sic,

Mæcenas atauis edite regibus.

Nam & in hoc duo medii Choriãbi clauduntur: primo spondeo, extimo Iambo, qui per adiectionem vltimæ syllabæ erit pentameter sic,

Mæcenas atauis edite remigibus.

Idem Phalęcus tres choriambos vno versu copulatos induxit, mutuatus id quoq; ab Alcæo, ita vt tres dipodiæ choriambicę extimis vtrinque simplicibus concludantur: vt,

Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi quem tibi. Item,

Nullã Vare sacra vite prius seueris arborẽ.

Nam binis syllabis ex initio & fine detractis, supererunt tres reliqui choriambici: ex quo etiam Priapei versus origo manat, & huius colo seu commate adæque hendecasyllabus formabitur. Nam Heroi hexametri tres pedes, cum inciderit, interposita vt versus Priapeius exigit distinctione, eundem fecernit, vt,

Cui non dictus Hylas puer, Dehinc, *Et Latonia Delos.*

Qui si inter se enuntiatione copulentur, hexametri versus tenorem integrũ modumq; præstabunt: nequaquã tamen disciplinæ ac dignitati Heroi respondentẽ, nam diuisio huius in secundo commate infracta paululum aemollior, receptis in versu primo & quarto spondeis, efficitur, vt apud Catullum,

Hunc lucum tibi dedico consecroq; Priape,

quos distinctio occultat auribus. Nam si diuisione metri Priapæi separentur, ita sonabunt apud Virgilium.

Fronde super viridi sunt Dehinc,

Nobis mitia poma.

Castaneæ molles, &, Dehinc, *Pressi copia lactis.* Constat autem, vt supra diximus, duobus metris, quorum prius est Glyconium octosyllabũ, sequens Pherecration

syllaba diminutum, ita tamen, vt nouissima Glyconii, id est, octaua syllaba longa sit, si natura breuis fuerit, velut,

Nereus vt caneret fera grato Pyrra sub antro.

Igitur, quod hoc versu Priapi laudes plerique canendo prosecuti sunt, Priapeium metrum nuncuparũt, quod genus hexametri adeo abhorret ab Heroi lege, vt vtraq; pars cõmatis nonnunquã trochæis & iãbis, aut pro spõdeo anapæstis inchoetur, aut & cretico prius cõma pro dactylo terminetur, vt est apud Catullum,

Nam te præcipue in suis, Dehinc,

Hellespontia cæteris,

Quando bina sunt cola, mora distinctionis intercedente; quod genus versuum apud græcos comœdiarum veterum scriptores plurimum est, & magis apud eos qui Satyrica scripserunt, vnde a nonnullis Satyricum prius vocabatur, verum postea abiit in consuetudinem vt Priapeiũ appellaretur. sub ea ergo percussione, de qua supradictũ est, primi cõmatis diuisio & choriãbo medio subsistẽs versũ ab hẽdecasyllabo profectũ declarabit, vt,

Sulcos tunc retegunt coma. Item,

Iamdudum tibi differens.

Nam tale est, quale,

Cui non dictus Hylas puer.

Itaq; si tanquam Glyconium diuiditur, erit primum cõma octasyllabum, in quo prior spondeus, sequens choriambus, tertius tribrach', quod in Hexametrũ Priapeium conuerti sic poterit: soluo choriãbum, & nouissi[illegible]am eius syllabam duabus vltimis breuibus cõiungo, vt ex choriambo & tribracho conficiantur dactyli duo, erit colon hexametri, cui si Pherecratium heptasyllabum apposueris, hexametrum versus complebis, in quo fit primus spondeus, secundus & tertius dactyli, quartus spondeus, quintus dactylus, sextus spondeus. nam,

Cui non dictus Hylas puer: Par est huic,

Hunc lucum tibi dedico,

Octasyllabo, qui Choriambica compositione formatur. Sequens pars,

Et Latonia Delos, Heptasyllabo illi,

Consecroque Priape,

Quę spondeo & dactylo & trochæo subsistit. Cum ergo huiusmodi pedum compositio concurrit, fit ambigua, vt ostendimus versificatio, vt & ad dactylicũ trãsduci possit, & ad hæc quæ diximus Choriambica. continuatis duobus Epodi cõmatibus elatum in ea ode cuius initium est,

Quis multa gracilis te puer in rosa.

Nam præpositis duobus versibus duplici Choriambo subsistẽtibus, subiicit ἐπῳδὰς duas, quæ mutato, contra quam auctor disposuit, ordine, Priapeum versum complebunt ita,

Grato Pyrra sub antro

Cui flauam religas comam.

Horum pręposterato situ memorati versus forma præstabitur sic,

Cui flauam religas comam, grato Pyrra sub antro. tanquam,

Hunc lucũ tibi dedico, consecroq; Priape.

Dehinc cętera asinatis decurrunt eadem Strophe. Sane nihil hic oberit si primi cõmatis vltima syllaba positione fit lõga, vt est, comam grato Pyrra, nam excipitur a, g &, r, quia semper vltima syllaba & integro, & in cõmate omni lege fit libera, seu quia prius comma nonnunquam, vt supra diximus, cretico cõcluditur. Quarta nunc a nobis species inchoabitur, non vt superior perplexa nec multiplex, cuius tome sub hoc versu talis existit:

Carmen suaue dedisti o Camœnæ.

nam detracto primo cõmate versus Heroi, superes erit dipodia, o Camœnę, hęc incisio tertio trochæo terminatur sic,

Carmen suaue dedisti.

De qua in primo volumine plenissime, inter alias Heroi versus tomas, diximus, cuius & exemplum apud Virgilium nostrum ostendimus hoc,

Infandum regina.

nam residua sibi parte adiecta, hexametrum dabit, sic,

Carmẽ suaue dedisti Olympiadis mihi (*Musæ.*

Similiter,

Infan-

Infandum regina iubes renouare dolorē.
Adiecta enim trochæo tertia breuis pedē dactylum metro reddidit, ac sua versum lege conclusit. Quinta autem hēdecasyllabi species admixto Anapæsto Sotadium facit metrū. Nam si ante Dactylum qui post Spondeum solenniter in hoc versu ponitur Anapæstum inferas, Sotadium metrum propria modulatione formabis; erit exemplo versus hic,

Carmen Pierides dabunt sorores.
Huic si adiecceris, *lepida*, qui est Anapæstus inter Spondeum & dactylū, sequētibus tribus trochæis, quibus hēdecasyllabus clauditur fit versus Sotadius, ita,

Carmen lepidæ Pierides dabunt sorores.
Item,

Cantum Pan age carmen ede canna.
Insero spondeo & dactylo medium anapæstum, qui est, docilis, fiet Sotadiū, sic,

Cantu docilis Pan age carmē ede cāna.
Sextus eadem diuisione hēdecasyllabus erit talis,

Iuuere segetes meum laborem.
Quali tome sit iste cōpositus explebo. Nam, *iuuere*, caput est incipientis hexametri, adiectis enim reliquis pedib. versus complebitur ita,

Iuuerunt mentē versus & carmine dulci.
At id quod versui superest,

Segetes meum laborem,
metrum erit Anacreontion: si quidē eo frequentissime vsus sit, sed & apud nos pleriq;. inter quos Arbiter satyricon ita,

Triplici vi tu vt ortu
Triuia rotetur ignis,
Volucrique Phœbus axe
Rapidum pererret orbem.

quod constat, sicut plerique asserunt, ex Ionico quem ἀπὸ μείζονος vocant. Nam si versui quem supra posui,

Segetes meum laborem:
pro prima parte eius quam detraxi *iuuerunt*, apponam clausulam huiusmodi, *o quam releuarunt*, fiet versus Ionicus ἀπὸ μείζονος ita,

O quā releuarunt segetes meum laborē.
qui cōstat ex basi Ionica & Trochæis tribus. Similiter & quem supra posui,

Triuiæ rotetur orbis:
si quis adiiciat, *cernis quotiēs hic*, dabit integrum ionicum huiusmodi,

Cernis quotiens hic Triuiæ rotetur orbis:
quod colon Pyrrhichium, & trochæos tantum tres recipit, velut,

Volucriq; Phœbus axe
Rapidum pererret orbem. ita,
Segetes meum laborem.

nam parili modo solent pedes Ionici vt binas, ita singulas syllabas alternis vicib⁹, aut longis breues, aut breuib longas annectere, versumque basi Trochaica frequētius claudere, ex hoc Galliambicum quod vocant metrū, emollita ac tremula modulatione formatū manare dinoscitur. Nam si cōma superioris versiculi repetendo geminaueris ita tamen vt sequentis clausulæ vltimam syllabam subtrahas, versum Galliābicum efficies sic,

Segetes meū laborē, segetes meus labor.
Hoc genus metri maxime desiderat separari in duas clausulas, tanquam,

Super alta vectus Atis: dehinc,
Celeri rate maria.

Quod quidā Metroiacum, eo quod deū matris cantibus aptum sit, meritoq; etiā Galliambum a Gallis ministris deæ, appellarunt: vt versus isti testantur, (*modos.*

Tremulos quod esse Gallis habiles putant
Sonat hoc subinde cātus Cybeleiū nem⁹,
Nomēq; Galliābis memeratur hinc datū.

Recipit hic versus sub alia percussione Anapæstū aut Spondeum in prima sede, dehinc duos Iambos, interdū & Tribrachyn. Nam superfluit tam in hoc quam in sequenti colo nōnunquam semipede, id est. vna syllaba, quod colon aut pariābo & basi Trochaica aut Tribrachy constabit. Superest hēdecasyllabi tome nouissima, quæ erit septima. constat autem ex hipponacteo trimetro scazonte, quē claudicare supra ostendimus, vt & ipso declarabitur, tanquam,

Carmen nouum facit Sabino.
Hic in hexametrum vertetur sic, (*mero.*
Carmē nemo facit claro quod par sit Ho-

simili ratione collocatus, eadem versum implenit, sicut,

Ire detectum monumenta regis:
Deiectum monumenta regis ire. Item,
Serus in cœlum redeas diuque:
In cœlum redeas diuque serus. Item,
Læta quid pubes hedera virente:
Quid pubes hedera virente læta.

Quarum specierum plurima exẽpla sunt. Accedit his & illa species non absimili modulatione cõposita, vt est apud eundẽ,

Nota quæ sedes fuerat columbis, Item,
Vile potabis modicis sabinum:
Potabis modicis vile sabinum.

Quod genus in XXXII. exemplis repertum est, hic enim non, vt in superioribus, tres in vltimo trochæi nectuntur, sed spondeus, pyrrhichius & trochæus locantur, velut,

Nota quæ sedes fuerat columbis.

De quo formatur,

Quæ sedes fuerat nota columbis.

Primum comma,

Quæ sedes fuerat,

constat Spõdeo sequente dactylo, superest syllaba, *rat*, huic adiũcta, *nõ*, prima sequentis clausulæ syllaba spondeum medium dabit. dehinc, *ta co*, pyrrhichius ex vtraq; breui insertus inter spondeum vel trochæum vltimum, qui est, *lumbis*, disparem speciem tam Phalæcio quam Saphico metro figurabit. Nam cum & numero & modulatione congruat, mutatione tantum pedum innouarũ est. DECVRSIS omnibus ab incunabulis artis huiusce generibus metrorũ, quibus magni auctores tam nomina dederunt, quã etiã frequenter vsi sunt, nõ ab re arbitror ante conclusionem elucubrati a nobis opusculi, prius quã de metris nostri Lyrici carmine comprehensi, quæ singulatim per ordinem ad explendum studiosi lectoris animum persequi placuit, exordiũ faciam, id attingere, quod nonnulli tanquam eruditione & profundæ scientiæ necessarium sollicita sciscitatione percõrantes exigunt, vnde metrorũ atq; omnis musicæ elementa processerint, quo parente, qua origine, quibus exordiis initia earundem artium cœperint. Nec hoc satis, iidem rogant quis articulatam vocem a confusione discreuerit, quis primus syllabas in enunciando denso seu leni spiramine extulerit, qui longum tempus aut breue in elocutione vocis nostræ captauerit? Quæ qui anxie scire desiderant, dicant velim, quis nobis in lucem editis gestare, reptare, ridere, quod proprium homini tantum est, quis alimoniã lactis rictu oris appetere, quis sonum cõfusæ vocis in verba deducere, seu pro statu erga se mẽtis atq; animi, nunc fletum ac mœrorẽ, nunc alacritatem lætitiæq; concipere, auctor ostenderit? Nã hæc quoq; sciscitationib. eorundẽ parili propositione consentanea occurrunt. Quibus tamẽ sic respondendum est, naturalem nobis hãc musicã haud alias quam affectus animo, corporiq; motus existere, eamq; parente natura simul cum luce vitæ sensuiq; traditam, cumq; ipso homine editam exortamq; coalescere ex his quæ in promptu posita sunt, facile intelligi. Namq; vt opinioni nostræ etiam sub exemplis respondeat fides, nonne multa videmus animalia mox vt lucis vsuram hauserint, prout natura sui cuiq; est, alia pennarum vibratione sublime aeris petere, alia sub aquas natandi meatu varie peruagari, hæc per terrã tardo incessu, illa in saltum cursumque procedere, nec minus ad alimoniam vitæ alia matris vbera, mox vt elambente matris lingua detersa sint, rictu oris attrahere, hæc visceribus, illa herbis ali, quædã frugibus aut pomis arborum enutriri. vnde procul dubio intelligi datur adeque nobis parente eadem tam ad Rhythmorum conceptionem, quam ad Metrorum numeros ac tonos musicæ. sed & momenta temporum in enuntiatione vocum, insitum ingenio, ac sensibus studium, non doctrina sed natura haustum ac traditum. Cumque in ipso pariter homine procreatur id, postea obseruationis struente magistro, maiores nostros, quod mentis iam pulsu, & naturali conceptione collegerant, arti ac disciplinæ tradidisse, demq; ad modulanda eadem.

DE METRIS HORATIANIS.

QVum ſciam in ſecundo volumine, in quo de prototypis tractauimus nouem, omnia nos metrorum genera ſub eorundem preceptis & diſciplina comprehendiſſe (neque enim quicquam ad artem metricam pertinens in rerum natura reperiri poterit, quod non iiſdem vti elementis nouem iuxta traditionem veterum inueſtigatū collectumq; ſit) tamē promiſſi memor, ꝙ de Horatianis metris ſpecialiter proſequendis meam fidē obſtrinxeram, ne per conniuentiam id preteriſſe arguar, vt potero ſingula quæque percurram quæ noſter Lyricus cum epodis attigiſſe dinoſcitur. Nunc enim ſingulis ſingulas, nunc binas geminis verſibus ſubdidit, nunc tribus vno commate epodis reſpondit, plerumq; binis, verū diuerſo inter ſe metro & compoſitione figuratis.

PRIMA igitur eiuſdē Ode monocolos inducitur, id eſt, vnius metri qualitate cōpoſita, ſed & ea quæ vni⁹ generis habent cola eadem appellatione cēſentur: δίκωλοι autem duorum, ſimiliter τρίκωλοι vel τετράκωλοι, trium ſeu quatuor generum diuerſitate ſubſiſtunt. Prima ergo Ode, vt quidam putant, a pētametro naſcitur, per detractionem ſyllabę breuis quæ erit ante penultimā, ſubſiſtens metro aſclepiadeo duodecaſyllabo, vt,

Mæcenas atauis edite regibus.

Alii formatum id metrum putant, ab hēdecaſyllabo per adiectionem vnius ſyllabæ, qua dempta fiet hendecaſyllabus, vt,

Mæcenas atauis edite regi.

Feritur hoc metrum vel per ſingulos pedes, vt ſit primus ſpondeus, ſecundus trochæus, tertius iambus, quartus dactylus, quintus dactylus vel creticus, ſi in longā deſinat. vel per dipodias, vt conſtet duobus choriambis mediis, inchoante verſum ſpondeo, claudente autē iambo vel pyrrhichio vel pariambo. Compoſita eſt hæc Ode ſine Epodo. Sane, vt breuiter quotiens hoc, id eſt, Aſclepiadeo metro, Horati⁹ vſus ſit, ſcias, vſus eſt primo libro duodecies, ſecūdo libro ſemel, tertio vndecies, quarto ſepties: quorū exempla inducere operi tardū, & apud eruditos ſuperuacuū, accepta ſemel aſmatum ſtructione, videretur.

SECVNDA Ode cū Epodo Sapphicū metrum continet. quod cum ſit Alcaicū Sapphicū, tamē hendecaſyllabū a numero nuncupatur, & quod eo frequentius vſa ſit Sappho quā Alcæus repertor. Hui⁹ mēſura quarto colo cōcluditur, tres. n. qui ſunt pares hēdecaſyllabi exiſtūt, ita,

Iam ſatis terris niuis atque diræ
Grandinis miſit pater, & rubente
Dextera ſacras iaculatus arces,

Vides ſenſum deeſſe niſi Epodo claudatur, quid. n. fecerit Iuppiter audiendū eſt,

Terruit vrbem,

impleuit expectationē ſenſus. quod metrū vocatur dimetron epicon. ideo quod duos pedes heroos accipiat, dactylū, Spōdeum. Quidam pentaſyllabon epodō dixerunt, a numero ſyllabarum alii trimetron Epicon. Eſt enim pars tertia Epici verſus, vt,

Arma virumque cano Troiæ qui terruit vrbem.

Monoſtropha vocantur hæc carmina, quoniā ad primā ſtrophen cætera reſpōdent, neq, vlla interuenit epodos quæ a prima ſtrophe, id eſt, epodi clauſula, diſcrepet. Tres autē verſus inter ſe cōgruentes conſtant & duobus cōmatibus, quorum quod antecedit ex Trimetro Trochaico Catalectico ſubſiſtit, vt eſt illud,

Eſt celer phaſelus ille quē videtis hoſpites.

Reſiduum autem,

Niuis atque diræ,

erit caput trimetri iambici: quem integrum reddes ſi cæteras ei partes ſui generis copularis, ita,

Niuis atq. dira densior nimbus fuit.
Hic Anapæstus primũ locum pro Spondeo obtinebit vt nonnunquã reperimus, residua pars erit Iambici versus. Ordine autem hemistichiorum mutato, adiectis duabus syllabis, erit trimeter, sic,

Niuis atq. dira iam satis terris dedit.
Quartus enim versus hexametri clausula est, qua carmen Sapphicum dimetrum pentasyllabum superius inter exempla posuimus. Ita,

Primus ab oris, Troius Heros,
Perdita flammis, Pergama linquit.

Quibus numeris frequẽter Sappho carmina cõposuisse cognoscitur. Feritur hoc metrum vel per simplices pedes, quorum primus dactylus, secundus spondeus, tertius pariambus, quartus trochæus, quintus spondeus, vel trochæus: vel per dipodian, vt constet epitrito secundo quem & hippium dicimus, dehinc choriambo, vltimo bacchio vel amphibrachy, cuius exemplum apud Horatium,

Crispe Salusti, nisi temperato.
Hoc metro, id est, hendecasyllabo Sapphico, vsus est primo libro nouies, secundo sexies, tertio septies, quarto ter. Iiẽ epodis epici dimetri, primo, nouies: secũdo, sexies: tertio, septies: quarto, ter.

TERTIA Ode Lyricorum asmatum:
Sic te diua potens Cypri.
Hoc metrum Glyconium, quod & Anacreontion dicitur, detracta syllaba Pherecratiũ, adiecta nouissima hendecasyllabon Sapphicõ erit. Connectitur autem spõdeo choriambo, & dissyllabo, vt euenerit. Est vero hexametri pars prior, cui si residuam clausulam adieceris, fiet versus hexameter, ita,

Sic te diua potens Cypri ferat aere toto.
Et est nunc προωδικὸν, id est, antecantatiuum, nã quotiens maioribus metris minus aliquod subnectitur, ἐπῳδὸς dicitur, quotiens vero comma vel colon integro metro pponitur, προωδικὸν appellatur. Etenim quemadmodũ supra ostẽdimus epodo sententiam claudi, ita in his manifestum est suspensam teneri, nã nisi subsequens metrum adiũgatur, versus claudicabit. sequitur,

Sic fratres Helenæ, lucida sidera.
Asclepiadeum metrum, de quo in prima ode satis dictũ est. Glyconio autẽ metro vsus est libro primo duodecies, secundo semel, tertio decies, quarto quinquies.

QVARTA ode libri primi cum epodo prolata est ita, Soluitur acris hiems grata vice veris & fauoni.
Hoc metrum vocatur Archilochium, vt ab eo inuentum. In quo prius quærendũ est, vtrũ simplex an cõpositum sit. Quod si simplex esse dixeris, vocabis Hexametrum Heroum ὑπερκατάληκτον. nam tertia ab vltima versus syllaba detracta faciet Heroum sic,

Soluitur acris hyems grata vice veris & (oni.
Nec tamẽ credas idem esse ὑπερκατάληκτον, quod est hypercatalectum, ex eo quod in vtroque vna syllaba reperitur, hoc enim distabũt quod ὑπερκατάληκτον inserta procẽditur syllaba, hypercatalectum autem decursis sex pedibus superfluens inuenitur, vt,

Iãq. iter emẽsi turres ac tecta Latinorum.
Hoc enim metrum ita stabit si nouissima syllaba recidatur, vt,

Iamq. iter emensi turres ac tecta Latino.
& capiti sequẽtis versus adiiciatur item,

Omnia Mercurio similis vocemq. colo-
remque qui
& hypermetri dicuntur. Igitur quãdo ostendimus esse id simplex iã, quod magis reor, etiam cõpositum demonstremus:

Soluitur acris hyems grata vice veris &.
Copulãtur versus quẽ dimidim', (*Fauoni.*

Soluitur acris hyems grata vice. Vt,
Saltantes satyros imitabitur.
Comma autem quod superest Ithyphallicum erit e tribus trochæis, vt nouimus,

Veris & fauoni:
Hic etiam subditus loco epodi versus in quo prima pars Iambica est ad æque tres trochæos in vltimo vt superior recipit. Nã, *trahuntq. siccas*. portio est Iãbi superfluente semipedè, *cas*, quæ efficit penthemimereni tomen. Neq; enim hic catalectica

ctica est, nam diximus catalexin esse cum legitimum metrum aut pedē e Syzygia, aut syllabam e simplici pede amittit, hic enim superflu sunt. Ergo & hic sibi coiungit tres trochæos, sic,

Machinæ carinas.

Quis tamen possit & scazon trimetros videri, si per duas Syzygias a prima parte versuum diuidas, id est,

Trahuntq; siccas machinæ:

clauditur antibacchio pede, qui est, *carinas*. sed quando parem formam idem Archilochus videtur induxisse adiiciendo maiori syllabam, & detrahendo minori, quo vterq; tribus trochæis claudetetur, satius est Iambico commati,

Trahuntq; siccas machinæ,

eosdem trochæos adiungi, quā post geminam eius dipodian antibacchium vltimum poni, vt vtriusq; versus clausula vna lege teneatur. Etenim si superiori vnam demseris & inferiori addideris syllabam, hic trimeter Iambicus, ille Herous hexameter fiet, hoc modo, (oni,

Soluitur acris hyems grata vice veris & Trahuntq; siccas machinæ carinulas.

Annota sane hoc metru semel apud Horatium esse positum.

QVINTA Ode tria genera habet, nā priores duo versus Asclepiadei sunt, tertius Pherecratius, quartus Glyconius sic,

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus,
Grato Pyrrha sub antro,
Cui flauam religas comam.

Sed de prioribus duobus qui sunt Asclepiadei, & Glyconio, qui quarto loco est, supra diximus. Nunc Pherecratium inspiciamus & est heptasyllabus. Epigramma cōposuit. Hoc metrum conficitur aut per singulos pedes, id est, spōdeo vel dissyllabo, & choriambo & vltima syllaba. Huic si Glyconium præposueris, Priapeum facies, sic,

Cui flauam religas comam, Grato Pyrrha sub antro.

Pherecratio vsus libro primo quater, tertio bis, quarto bis.

SEXTA ode cū epodo conficitur asclepiadeis tribus, quarto Glyconio, de quibus iam diximus, sic,

Scriberis Vario fortis & hostium
Victor, Mæonii carminis alite,
Quam rem cunq; ferox nauibus aut equis,
Miles te duce gesserit.

Quæ compositio [illegible] dicitur, eo quod quarto versu vertatur, quo periodus clauditur, vsus est hoc genere carminis noníes.

SEPTIMA Ode adæq. cū epodo plata, Heroos habet versus. Nam hexametro epico tetrametrum eiusdem generis habet subnexum, id est, duobus pedib. imminutū, quod Archilochium dicitur, vt,

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenem, dehinc epodos,

Aut Epheson, bimarisue Corinthi.

Cui si duos pedes vltimos adiicias, fiet hexametrus, sic,

Aut Epheson bimarisue Corinthi mœnia cerno.

OCTAVA Ode similiter cū epodo dimetros, qđ tamen [illegible] factum est, nam maiori metro minus prælatum est, qđ constat ex choriābo & bacchio. Hoc quoq. carminis genus dicolon ab Alcæo lyricus noster accepit, qđ est huiusmodi,

Lydia dic per omnes omnes;

Hoc deos vere, Sybarin cur properes amando.

Prior versus, vt diximus, ex choriambo & Bacchio a breui incipiente, sequens e tribus Choriambis adæque claudente versum Bacchio, subsistunt. Quod metrum vtrum errore seu studio poetæ secus quā ratio est processit? Nam fecit illud aspetius, vno immutato pede in principio secundi versus, pro Iambo enim spondeum induxit, sic hoc *deos ve*, quem choriambum esse conuenerat. Nam versus auctore Alcæo e tribus choriambis & Bacchio, in quo catalexis est clauditur, qui erit, *hoc deos vere Sybarin, cur properes amando*. Etenim si imitatus esset Alcæum, ita protulisset, *hoc deum veneror*, tamen eius si non studio factum est, habet ex-

cusationem, quod continuo carmine id genus tuetur, quod duob. cernimus versibus, & legem quam ipse sibi casu aliquo dixerat, usq; ad ultimam asmatis partem obseruando produxit. nec usus hac metri specie nisi semel inuenitur.

NONA Ode tribus generibus composita est. ex quibus duo primi versus erunt Alcaici hendecasyllabi, sequẽtes duo disparis metri, sic,

Vides ut alta stet niue candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
Silua laborantes geluq;
Flumina constiterint acuto,

Primus ex Syzygia Iambica & semipede, dein syllaba,

Vides ut alta.

ascitis sibi duobus Dactylis, in hoc,

Stet niue candidum,

versum implebit. Idem & secundus, sic,

Soracte, nec iam sustineant onus.

Tertius autem erit dimeter cum semipede in syllaba, ita,

Silua laborantes geluq;.

Trimeter Iambicus fiet, si adiicias, *frigido*, sic,

Silua laborantes geluq; frigido.

Nã sesquipede minor est ab Iambico, qui amphimacri adiectione completus est. Quartus duob. dactylis currit cum trochæo & spondeo, ita,

Flumina constiterint acuto.

Qui potest videri mixtus ex duobus metris Epico & Trochaico, inter quos semipodia syllaba posita Heroi Tetrametri Archilochus metrum impleuit, tãquam,

Flumina constiterint & acuto.

Ex quo supra epodum inductum ostendimus, sic,

Aut Epheson, bimarisue Corinthi.

Qui adiectis duobus pedibus fiet hexameter, ita,

Maxima sic cito flumina constiterint & acuto.

Recipit & alteram diuisionẽ ut ad duos dactylos & semipedẽ, qui est pars dimidia pentametri, adiiciatur nunc creticus, nunc amphibrachus, quia non semper in longa syllaba, sed interdũ & in breui definit. Hendecasyllabis igitur Alcaicis usus est libro primo septies, secundo decies, tertio decies, quarto ter. Idem dimetris Iambicis hypercatalecticis, ut hic,

Silua laborantes geluq;.

usus est libro primo septies, secũdo decies, tertio undecies, quarto ter. Trimetris quoq; epicis hypercatalectis, ut est hic,

Flumina constiterint acuto.

Usus est libro primo VII. secũdo X. tertio XI. quarto ter.

DECIMA Ode cũ epodo est, cui⁹ initiũ,

Mercuri facunde nepos Atlantis.

Cõstat hendecasyllabo Sapphico, de quo in secunda ode libri primi plenissime disseruimus, qui est,

Iam satis terris niuis atque dira.

Huius mensura quarto colo cõcluditur: tres enim qui sunt pares hendecasyllabi existunt, qui epodo claudũtur, quod metrũ vocatur dimetron epicon, ideo quod duos pedes Heroos accipiat, dactylum & spondeum. Monostropha autem vocantur hæc asmata, de qua ad primam strophen cætera respondẽt. Idem & de duodecima ode dictũ sit: quæ constat adæq; hendecasyllabo Sapphico cuius initium,

Quem virum aut heroa lyra vel acri.

VNDECIMA Ode lyricorum asmatum:

Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

Hoc metrum quidam inter prototypa, id est, primiformia volunt accipi, & appellãt antispasticon ἑνδεκασύλλαβον Sapphicon, quidã a choriambico deriuatum asserunt. Nã ferunt omne Asclepiadeum, accepta choriãbica syzygia, id est, ut tres iambos copulatos habeat sicut hic facere antispasticũ, quod ita percutiatur, ut habeat primo loco epitritum, quem & hippium dicimus quartum, dehinc duos antispastos, ultimum diiambũ, versum claudentem, qui nonnunquam dibrachy in fine posito in pæona secundum cõuertetur. contra si dettahas inter duo Asclepiadeum, sic,

Tu ne quæsieris quem mihi quem tibi. Itẽ,

Nullã, Vare, sacra vite pri⁹ severis arborẽ.

Quar-

Quarto etiam libro semel, ita,

O crudelis adhuc & Veneris muneribus potens.

TREDECIMA Ode libri primi:

Cum tu Lydia Telephi.

constat ex Glyconio, quod & Anacreontion dicitur, vt,

Sic te diua potens Cypri.

Conficitur aute spondeo, choriambo & pariambo. Huic pro epodo subiungitur Asclepiadeum, de quo similiter in prima Ode dictum est, sic,

Mecenas atauis edite regibus.

subsistens duodecasyllabo versu. Verum quid attinet nos de his metris, de quibus iam dictum est, sæpius loqui? cum præcedentium ideo exempla posuerimus, vt ex illis reliqua possemus agnoscere. Ergo si qua noua metra obuiam venerint, similiter discutietur. Nam omnes fere Odæ in subsequentib. libris iisdem metris subsistūt, exceptis perpaucis admodū, e quib. in secundo libro Ode XVIII, cuius initiū,

Non ebur neque aureum.

nam nouum hoc metrum de quo nondū apud Horatium tractatum est, continet. Est autem ab Alcæo sumptum choriacū heptasyllabum, subdito hendecasyllabo Archilochio. iambico etenim,

Non ebur neque aureum.

erit Trochaicū, proepodicum, Dimetrū, Catalecticum, quod accepta in principio breui syllaba iambicum epodū faciet, sic,

Da non ebur neque aureum.

Penultima autem detracta phallicū reddet ita,

Non ebur neque aurum.

Dimetro vero subnexo, vt,

Beatus ille q procul, non ebur nec aureū.

versum dabit ex quadrato compositum. Aut si e principio creticum tetrahas, non ebur, cuius tertia positione longa est, sequitur enim, n, litera, erit Trimetri Iambici prima portio, *nec aureum*. insequens autem versus mettum habet iambicum catalecticum Archilochium, ita,

Mea renidet in domo lacunar. Nam,

Mea renidet in domo,

dimetrum est, *lacunar*, claudicat. huius exemplum apud eundem est,

Trahuntq; siccas machina carinas.

quo metro semel tantum vsus est. Feritur prior versus ditrochæo, deinde dactylo vel amphimacro, sequens autem diiambo, vltimo bacchio, qui recipit & alteram diuisionem. Nam, *mea renidet*, portio est Iambi superfluente semipede, *det*, quę efficit penthemimerem tomē, dehinc tres trochæi versum complebunt, ita, *in domo lacunar*. Libro tertio, metra omnia fere aut Alcaica, aut Sapphica aut Asclepiadea, aut certe ea sūt de quib. supra disseruimꝰ, preter id quod in duodecima Ode inuenimus, quod est Ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος, vt,

Miserarum est neq; amori dare ludum.

Per totum autem alma diligētia poetica id obseruatum est, vt versus duas primas syllabas breues sequentes autem habeat longas. sic & pes Ionicus minor compositus videtur. Digestum autem ex duob. trimetris coniunctis vno Tetrametro ei subiecto, sic,

Miserarum est neq; amori dare ludum.

Neque dulci mala vino lauere, aut exanimari metuētes patruæ verbera linguæ.

Hoc quoque metro Horatius semel vsus reperitur. LIB. IIII Ode VII. talis est,

Diffugere niues redeunt iā gramina cāpis.

Hæc Ode scripta est ad Torquatum, & est primum epos Heroum hexametrum, secūdum autē epodos penthemimeris, id est, hemistichium pentametri, ita,

Arboribusq; coma.

Sed vt huic prolatione par sit, sumenda eius pētametri pars erit, qui duos primos pedes dactylos habebit. Aliud in quarto lib. nouū metrum non inuenies. LIB. V. qui epodon inscribitur, Ode prima est,

Ibis Liburnis inter alta nauiū. Secunda,

Beatus ille qui procul negotiis. Tertia,

Parentis olim si quis impia manu.

& quæ sequuntur vsq; in decimam. His Iambicis trimetris acatalectis vsus est in lib. epodon, vt diximus, decies. Respōdet adæque Iambico Dimetro Acatalecto. i. quatuor pedib. eiusdē metri. Primo sic,

Amice propugnacula. Secundo,

Vt prisca gens mortalium. Tertio,

Senile guttur fregerit.

Similes Archilochiis illis.

πατὴρ λυκάμβα ποῖ' ἐφράσω τόδε

τίς σὰς παρήειρε φρένας. In eodem, ode XI.

Pecti nihil me sicut antea iuuat,

Scribere versiculos amore percussũ graui.

Scripta ad dicoliã, in qua primus versus erit simplex iambicus trimeter, sequens cõpositus. Nam prælata, *amore percussum graui*, quo metro semel vsus est. In eodẽ, ode XII. (*barris.*

Quid tibi vis mulier nigris dignissima

Munera quid mihi quidue tabellas.

Hæc metra similia sunt illis quę in primo carminum inuenimus. ita,

Laudabũt alii claram Rhodon aut Mitylenen. Dehinc,

Aut Epheson, bimarisue Corinthi.

Vbi tetrametrum epicum heroo subnectitur. Item,

Te maris & terræ numeroq; carẽtis arena,

Herous epodus huius,

Mensorem cohibent Archita.

Nam tetrametri epici qui & Archilochii ab inuentore nũcupantur, adiectis duobus in fine pedibus erunt hexametri, sic,

Munera quid mihi quidue tabellas perfida mittes.

In eodem, ode XII.

Horrida tẽpestas cœlũ cõtraxit & imbres,

Niues deducunt Iouem, nunc mare nũc silua.

Horum metrorum primum Heroum est simplex, sequens cõpositum ex dimetro iambico acatalecto, & penthemimeri epico, quod superiori epodo contrarium est, ita,

Scribere versiculos amore percussũ graui.

Quem cõsequenti ratione præposterum quam superior habetur, induxit, sic,

Niuesque deducunt Iouem, nunc mare nunc silua.

Etenim veritus ne subiecti epodi prius comma ex Heroo subsistens, eundem enuntiationis sonum redderet, iambicum dimetrũ antepoluit, quo variata modulatione gratior redderetur. Nã & in trimetro superiore, ne sui generis versum subiungeret, heroi comma præmisit, ita,

Scribere versiculos.

In eodem, ode XVI.

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas:

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Prior Herous, sequẽs trimeter Iambicus acatalectus est, qua copulatione inter se metrorum Horati^9 semel vsus reperitur. Item dimetrum epodum Heroico versui subiicit, sic,

Mollis inertia cur tantã diffuderit imis

Obliuionem sensibus. Similiter,

Nox erat & cœlo fulgebat luna sereno

Inter minora sidera.

Quo exemplo bis, nec amplius, in epodõ libro poeta vsus est. In vltima ode, quæ est,

Iam iam efficaci do manus scientiæ,

Trimetris omnibus sine epodo vsus est. Et hactenus epodi. Si qua vero sunt alia de quibus nõ diximus, ex his sicut supra memorauimus. nascuntur, aut detractis aut adiectis cuilibet metro syllabis, neq; vllus fere poetarum est qui vel lyrica vel fabularum choros scripserit, qui non sibi aliquod proprium genus ob commendationem ac memoriam sui nominis finxerit. Asinate eo quo scribitur carmen seculare, cuius initium,

Phœbe silvarumque potens Diana,

Lucidum cœli decus, o colendi

Semper & culti, date quæ precamur

Tempore sacro.

Hendecasyllabum est Sapphicum, tribus continuis versibus, epodo quarto epico dimetro, de quibus in secunda Ode libri primi carminum. cuius initiũ, *Iam satis terris niuis atque diræ*, satis dictum est.

DE NVMERO HORATIanorum versuum.

OMnia autem apud Horatium tam carminum quam ἐπῳδῶν metra, erũt vndeuiginti numero, sic, Asclepiadea spondeo, vt, *Mece*, duobus Choriambis,

nat

nas atauis, edite regibus. Sapphica hendecasyllaba, epitrito secundo, *Iam satis ter*, choriambo, *ris niues at*, bacchio, *que dira*. Dimetra epica acatalecta, dactylus, *Terruit*, spondeus, *vrbe*. Glyconia quæ & Anacreontia, spondeus. *Sicte*, choriambus, *diua potens* pyrrhichius, *Cypri* Ἐξεγδωκαιδεκασύλλαβα Sapphica, quę quidam antispastica dixerunt spondeus, *Tu ne*, choriambi, *quæsieris, scire nefas quem mihi quem* pyrrhichius, *tibi*. Epica ἑφθημιμερὴ ἑνναδεκασύλλαβα, dactyli, *Soluitur, acris hi*, spõdeus, *ems gra*, dactylus, *ta vice*, trochæi, *veris & Fauoni*. Trimetra Iambica catalectica *Trahuntq́ siccas machinæ carinas*. Phęrecratia, spondeus; *Grato*, choriambus, *Pyrra sub antro* Epicum hexametrum, quod Heroum,

Laudabũt alii claram Rhodon aut Mitylenam.

Epicũ tetrametrum acatalectũ Heroici,

Aut Ephesum bimarisue Corinthi.

Iambicum dimetrum catalecticum, choriãbus, *Lydia dic*, & bacchius, *per omnes*. Choriambicum tetrametrum catalecticum, epitritus II. *Hoc deos ve*, choriambi, *re Sybarin cur properes*, bacchius, *amando*. Alcaicum Hendecasyllabum, iambi, *Vides vt al*, cum syllaba, *ta*, & duo dactyli, *stet niue candidum*. Dimetrum Iãbicum hypercatalectum, spondeus, *silua*, iambus *labo*, spondeus *rantes*, iambus *geluq́*. Trimetrum epicum Hypercatalectum, duo dactyli, *flamina conslite*, & duo trochæi, *rine acuto*. Trochaicum dimetrum catalecticum, trochæi, *Nõ ebur neq́ aureum*. Iambicum trimetrum Catalecticum,

Mea renidet in domo lacunar.

Trimetrum iambicum acatalectum,

Ibis Liburnis inter alta nauium.

Dimetrum Iambicum acatalectum,

Amice propugnacula.

Compositum ex pẽthemimere elegiaco, & dimetro Iambico catalecto, duo dactyli cum syllaba,

Scribere versiculos. duo iambi, tertius spondeus, quartus iambus, *amore percussum graui*: Cõpositum ex dimetro iambico & penthemimere elegiaco, duo iãbi, *nineq́ de*, spondeus, *ducunt*. Iambus *Iouẽ*, dactylus *nunc mare nunc siluæ*. Metra apud Horatium semel dicta, Choriambus, *Lydia dic*, Bacchius, *per omnes*, *Hoc deos ve*. epitritus secundus.

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.

Non ebur neque aureum,

Mea renidet in domo lacunar.

Scribere versiculos amore percussũ graui.

Niuesque deducunt Iouem, nunc mare nunc silua.

Et super his hactenus. Nunc vero si non omnia, quæcunq; apud Græcos possunt inueniri, hoc commentario comprehenderim (sunt enim apud Lyricos & Comicos poetas innumerabiles metrorũ species) illud tamen non arroganter ausim dicere, id nos his voluminibus quatuor consecutos, vt si nouum atque incognitum auribus metrum commentum se quispiam duxerit, inficias ire non possit, ad hæc velut omnium generum semina quæ inuestigata a nobis, & huic commẽtario tradita reperiuntur, necessario referri, ab iisdemque, vt ita dixerim, fontibus proculdubio deriuari. præterea vtcunque sub incerta atque ambigua specie astu proferuntur, protinus intelligamus qua metrorum origine procreata, vel qua sint ratione studiosa composita, quo simul & ea quæ fallunt inconnexa inter se metra, magistra lectionis instructione noscamus, & ipsi ex nobis noua, instigante gloria, comminisci ac proferre possimus.

MARII PLOTII

AD MAXIMVM ET SIMPLICIVM CL. V.V. De Metris Liber.

MARIVS *Plotius Sacerdos composui Romæ docens de metris.*

Quum de institutis artis Grammaticæ primo libro me tractauisse comperissem, & vir clarissimus Vranius, (nec ei displicuisset, vel quod non absurde compositus, vel quod ad eius filium V.C. mihi contubernalem, ætate pene studiisq́; coniunctum Gaianum scriptus esset) compulit vt etiam de nominum verborumque ratione, nec non de structurarum compositionibus exprimendis breuiter laborarem. Cuius præstantissimi viri iussionibus libens arbitror libro secundo nos explicabiliter obedisse, nunc in hoc siue tertio siue nouissimo artium libro, ab eodem summo viro commendatus, vobis viris amplissimis, nobilitatis splendore prædito Maximo, & omni laude prædicabili Simplicio, quorum & ad quos seria non nisi de literis exercentur, quoniam iubere dignati estis, me posse de Metris etiā tractare iudicastis, breuiter esse componendum decreui. Sed quia metrorum rationem dicturum prius decet pedes considerare, quibus sunt carmina modulāda, de horum numero, nomine, nominum deriuatione, Schematibusque quā verissime poterimus, breuiter explicemus.

Svnt igitur pedes alii dissyllabi, alii trisyllabi, quorū vnde nomina deducta sint doceamus, & quot habeant Schemata. Sunt & ex dissyllabis geminatis pedes tetrasyllabi, quorum & nomina & Schemata subiungemus. Sunt & ex dissyllabis & trium syllabarum pedibus copulatis, pedes syllabarum quinque, & ex duplicatis trisyllabis pedes senarum syllabarum, de quibus non arbitror esse necessarium laborare.

DE DISSYLLABIS Pedibus.

Dissyllabi pedes sunt numero quatuor quoniā vna syllaba duo habet Schemata, nam aut longa est aut breuis: duæ syllabæ quatuor Schemata habent, nam aut ambæ breues sunt, aut ambæ longę, aut vna breuis, vna longa, aut vna longa, vna breuis.

Pyrrhichius pes e duabus breuibus constat, temporum duum, vt *herus*: qui a Pyrrhica lusus genere nomen accepit, quia hoc sono milites vsi sub armis per ludum, vt ille ait, *ciebant simulacra pugnarum*. Ipsa tamen Pyrrhica dicta est a Pyrrho Cydoneo, qui primus Cretenses sub armis saltare ad huius pedis sonū instituit. Alii a Pyrrho Achillis filio, quē dicunt primum in tumulo patris sui armatum honoris gratia saltauisse. Aristoteles autem Achillen ait huius lusus inuentorem fuisse. Quibusdam placet ab ardore, id est, a velocitate sui sonus nomen accepisse hunc pedem, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id est, a flamma, ac per hoc a velocitate. Cognatus enim sensus ardoris & velocitatis est, vnde, *Instant ardentes Tyrii*, id est, festinantes: &, *Ardet abire fuga*, hoc est, festinat.

Pyrrhichio contrarius est Spondeus ex duabus longis, temporum quatuor, vt *heres*: qui a sacrificio nomen possedit quod,

quod Græce ὕμνοι nuncupatur, quoniam hoc sono hymnos, id est, laudes Diis immortalibus decantabant.

Iambus ex breui & longa cõstat temporum trium, vt, *Ceres*. Cuius nomen Iãbe Celei filia dedit, quæ cauillationes iocosas huius pedis sono dicens, risum Cereri hospitanti ibi gratissimũ cõmouerat: vnde etiã huius pedis metrũ Comœdiis, hoc est rei gratissimæ accommodatur.

Trochæus ex longa & breui constat, tẽporum triũ, vt *cera*. dictus a velocitate rotæ, quam suo sono imitatur, quæ Græcè τροχὸς nuncupatur. Alii χορεῖον appellant; quia ad choros aptam modulationis cõtinet rationem: vndè etiã pes qui ex hoc & Iãbo cõstat, Choriambus nominatur.

DE TRISYLLABIS PEdibus.

TRisyllabi pedes sunt octo, ideo quoniam tres syllabæ octo habent schemata; sed vnde traxerint nomen, docebo sine exemplis, quia in primo libro id explicabiliter demonstraui.

Dactylus dictus est a digito, cuius articulis figuratur, incipiens a longa, desinẽs in duas breues. digitus enim Græce δάκτυλος nuncupatur.

Anapæstus Dactylo contrarius, inde dictus, quod ei referiatur, & repercutiatur, quod Græci ἀναπαίειν dicunt.

Tribrachys a suarum syllabarum qualitate n[illegible]n accepit, quod tribus breuibus constet, quæ Græce βραχεῖαι nuncupantur.

Molossus dictus quod a Molosso Cretensi viro repertus est: hũc quidã & Creticum dicunt.

Amphibrachys nominatur, quod ex vtraq; parte (quod Græci ἀμφὶ dicũt,) breuẽ (quã illi βραχεῖαν nuncupant) continet.

Amphimacrus, sicut ante se pes, nomẽ accepit, quod ex vtraq; parte longã, quam Græci μακρὰν dicunt, habet: dictus est tamen hic pes etiam Creticus, quoniam in Creta insula Corybantes, vt vagitum Iouis nati celarent Saturnum, scutis suis sic sonuerunt grauiter, breuiter, [illegible]

Bacchius dictus est, quod Baccho, id est, Libero Patri accepta modulatio huius pedis sono componebatur.

Palimbacchius dicitur, quod Bacchio contraponitur.

Simplices igitur pedes sunt duodecim. Cæteri vero omnes cõpositi sunt, ex dissyllabis quidem xv., quoniã quatuor syllabas, sedecim schemata habent: quorum nomina vnde deriuata sint doceamus.

Proceleusmaticus dictus est, quod choros concitantes, vt celerius saltationem celebrarent inter se, hortabãtur, & hortatio Græce κέλευσις nuncupatur.

Dispondeus dicitur, quod ex duobus Spondeis componitur.

Choriambus, quoniam ex Trochæo, qui & Chorius dicitur, & Iambo constat.

Antispastus, quoniam ex vtraq; parte a breuibus reuellatur, quod Græci ἀντισπᾶν dicunt.

Ditrochæus, quod ex duobus trochæis figuretur, nomen accepit.

Diiambus, ante se pedis ratione dictus est, quod duobus Iambis teneatur.

Ionici, qui sunt duo, ab Ione inuentore suo dicti.

Epitriti quatuor sunt. ideo hoc nomine vocati, quod ad tres breues vna longa variis vicibus teneatur.

Pæones tot sunt numero quot Epitriti; a Pæone poeta nomen inditum possederunt.

Quinq; syllabarum pedes ex dissyllabis & trisyllabis, vel cõtra compositi sunt, numero triginta duo, quoniam quinque syllabæ xxxii. schemata habent: qua ratione etiã metrum Heroicũ, quod quinq; pedibus variatur xxxii. schemata habet.

Sex syllabarum pedes sunt numero sexaginta tres, quoniã sex syllabæ schemata habent totidẽ. Hoc tamen scire debemus, quod quinq; syllabarũ pedes & sex in metro reperiri possunt, & maxime in chororũ modulatione, sed non scanduntur, eorũ pedum more, qui ex quatuor syllabis constant. nam illi iuncti ex dissyllabis vno nomine suo nuncupantur:

lis vero per eas partes, per quas compositi sunt, vt si sit ex spondeo & dactylo pes compositus, non totus in se scanditur, sicut proceleusmaticus, sed spondeo & dactylo: sic etiamsi ex duobus dactylis componatur. Sed horum omnium subiungere schemata, est quidem possibile, sed molestum.

DE METRIS.

Metrorum alia sunt simplicia, alia composita. De simplicib. ante tractemus, in quibus generalia sunt octo, de simplicibus pedibus quatuor, de compositis totidem, & ipsa simplicia nuncupata. Ex dactylo Dactylicum metrum dictum, ex anapæsto Anapæsticũ, ex iambo Iambicum, ex trochæo Trochaicum. Hæc quidem ex simplicibus pedib. facta sunt metra. Ex cõpositis vero, quæ simpliciter metra simplicia nuncupãtur, hæc sunt. A choriambo pede Choriambicum, ex antispasto Antispasticum, ex Ionibus Ionicum, e Pæonibus Pœonicum. Hæc metra diuisa per septem, vndecim reperiuntur. Additur enim Dactylico quidã Spondeazon, vnde etiam apud Homerum inuenitur versus omnibus spondeis cõnstans, Iliad. λ. Ἀτρείδης. τὸ δ᾽ αὖτ᾽ ἐκ δίφρου γυναῖκα. Apud Virgilium, si vnam detraxerimus syllabam illi versui, faciemus Spondiazontem,

Aut leuis ocreas lento ducunt argento.

e litera sublata vbi est syllaba cre. Anapæstico metro Proceleusmaticum additur, quoniam dactylo anapæstus contrarius est: ideo Proceleusmaticum metrũ ex breuibus omnibus constans, contra Spondeadeum vndique longum, quod Dactylico additur, secum habet. Ionicũ duplex est, est enim a maiore, est & a minore. Sic ergo metra sunt generalia ex octo vndecim, Dactylicum, Spondeadeum, Anapæsticum, Proceleusmaticum, Iambicum, Trochaicum, Choriambicũ, Antispasticũ, Pœonicum, Ionicum maius, Ionicum minus. Dactylicum metrum solum simplicib. scãditur pedibus, dactylo, spondeo, trochęo, sed in nouissima parte; quamuis quidã trochęum nec in nouissima Dactylici metri parte cõcedunt, quoniã nouissima syllaba in omni metro indifferẽs est, sed hac sua ratione errãt. Alia metra vero per συζυγίαν, vel διποδίαν scandunt. συζυγία dissyllabis pedibus iunctis vnum facit pedẽ. διποδία vero quinq; vel sex syllabis cõposita, pedib. vnde constat scanditur seperatis. Prępositis metris hęc considerare debemus, an generalia sint, vt Dactylicum vel Iambicum, an specialia sint, vt Heroicum Hipponacticũ. Deinde quantitatẽ, an dimetrum, an trimetrũ, an tetrametrum. Deinde καταληξιν, cuius species quatuor, Acatalectic⁹, qui finit suos pedes, vel suorũ pedum tẽpora habentes, vt puta Dactylici in dactylũ vel in spondeum, vel aliquẽ tot habentẽ tempora, quot etiã dactylus, vt, *Quadrupedãte putrem sonitu quatit vngula pu.nerẽ*, vel, *At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.* Catalectus, species est quæ min⁹ vna syllaba terminatur, quam sui pedis quãtitas exigit, syllabarũ vel tẽporum, vt, *Postquã res Asia, Priamũq; euertere gentẽ.* Trochęus est enim, *gẽtem*, cum deberet aut dactylus esse aut spondeus. Brachycatalecticus, species est quæ in metris scandendis per συζυγίαν, id est, per duos pedes dissyllabos venit, cum in nouissimo pede ce mposito esse debenti tetrasyllabo, vnus pes de simplicib. deest, id est, du[illegible]labæ, vt, *Mecenas atauis edite re.* Hic.n. vnus pes simplex deest, duæ syllabæ, vt sit plenum metrũ Asclepiadeum, quod spondeis & choriãbis cõstat Hypercatalectus, species est cũ finitis pedib. metri ꝓpositi necessariis vna syllaba abũdat, vt, *Omnia Mercurio similis vocẽq; colorẽq;.* Syllaba abundat, quã imperitissimi & omni arte metrica separati, hebetudine quadã decepti sequenti versui iungũt, *que Et crines flauos.* Cum non sit artis, prioris versus pedes sequentibus copulare. Nunc, sicut propoiuimus, de Dactylico metro prius breuiter doceamus.

DE

DE DACTYLICO METRO.

DActylicum metrũ omnibus & simplicius & antiquius est, quod diuiditur in species XVII. Hexametras quidẽ quatuor. Heroicam, Bucolicam Cherileam, Priapeiã. Pentametras quatuor, Catalectã, Pentametrã, Integram, Penthemimericam, Archilochicam, Dactylicam, Sapphicam, Simmiam. Tetrametras duas; Bucolicã tetrametram, vel Heroicam Anacreontiã. Trimetras tres, Hemidexiã Glyconiã Pherecratiã tertiã trochaicã. Dimetras tres, Adoneã, Hymẽaicam, Penthemimericam. Sed simplices de his horũ schematibus per exẽpla tractemus.

DE HEROICO METRO.

HEroicum metrum, quod & Delphicum & Theologicum nuncupatur. Heroicum ex Homero, qui hoc metro heroum facta cõposuit. Delphicum ab Apolline Delphico, qui primus hoc vsus est metro. Theologicũ ab Orpheo & Musæo, qui Deorum sacerdotes cum essent, Hymnos hoc metro cecinerunt. hoc metrum recipit pedes hos, Spondeum, Dactylum; & Trochæum, sed sexto loco. id est nouissimo. Spondeus igitur & Dactylus variati faciunt metrum habere schemata XXXII, quæ aũt exemplis alienis aut nostris docebimus.

DE SCHEMATIS HEROI- ci metri.

MOnoschematistus Dactylicus dicitur, qui omnes pedes quinq; dactylos habet, nã sextus pes non numeratur inter schemata, cuius exemplum hoc est: *At tuba terribilem sonitũ procul are canoro.*

Monoschematistus spondaicus, cum quinque pedibus spondeis versus fuerit compositus, vt,

Armatumque auro suspexit Oriona.

Pentaschematisti Dactylici fiunt modis quinque. Si primus sit dactylus, cæteri quatuor spondei, vt Lucretius libro tertio: *Limine qui finem vitæ fecit.* & ille Virgilii, *Nereidum matri & Neptuno Aegeo.* Si secundus sit dactylus, cæteris spondeis vt est, *Aut leues ocreas lento ducũt argento.* Si tertius dactylus, cęteris spondeis, vt, *Tunc formas molles radimus ducunt auro.* Si quartus dactylus, cæteris spondeis, vt. *Armatũq; auro circũspici. Oriona*, &, *Quæ quondã bustis & culminibus desertis.* Si quintus dactylus cæteris spondeis, vt, *Siluestris raris sparsit labrusca racemis.*

Hoc modo fiunt spondei pentaschematisti. Primus sit spondeus, cæteris dactylis, vt, *O regina nouã cui condere Iuppiter vrbẽ.* Secundus spondeus, cæteris dactylis, vt, *Tu calamos inflare leues, ego dicere versus.* Tertius spõdeus, cæteris dactylis, vt, *Pocula bina nouo spumãtia lacte quotannis.* Quartus spõde⁹, cæteris dactylis, vt, *Nec tibi diua parẽs generis nec Dardan⁹ auctor.* Quint⁹ spõde⁹, cęteris dactylis, *At tuba terribilem sonitum procul are canoro.*

Decaschematisti dactylici fiunt modis decẽ. Si primus & secundus dactyli sint, cæteris spondeis, vt, *Saxa per & scopulos & depressos conualleis.* Primus & tertius dactyli sint, cęteris spondeis, vt, *Dardanidũ fortissime magna genus Hector.* Primus & quartus dactylus cæteris spondeis, vt, *O Danaũ virtus & gloria Nestor.* Primus & quintus dactyli, cæteris spondeis, vt, *De grege non ausim quicquã deponere tecũ.* Secundus & tertius dactyli, cæteris spõdeis, vt, *Non me carminibus superat nec Phœbi cultor.* Secundus & quartus dactyli, cæteris spõdeis, vt, *Postquã res Asiæ magno ceciderunt lapsu.* Secundus & quint⁹ dactyli, cæteris spondeis, vt, *Nõ me Musarũ comitẽ Mariũ non laudo.* Tertius & quintus dactylus, cæteris spondæis, *Tunc alnos primum fluuii sensere cauatas.* Quartus & quintus dactylus, cæteris spondeis, vt, *Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam.* ¶ Eadem ratione fiunt Decaschematisti spondæi, sicut exemplis docebimus. Primus & secundus spondeus, cæteri dactyli, vt, *Infandum regina iubes renouare dolorem.* Primus & tertius spondeus, cæteri dactyli, vt, *Abstinibis laticem deceptaq; non capta ur.* Primus & quartus spondei, cæteri dacty-

li, vt, *Postquam res Asiæ Priamique euertere gentem.* Primus & quintus spondei, & cæteri dactyli, vt, *Fulgor terr bili tonitru qu itit altos montes.* Secundus & terti⁹ spōdei. cæteri dactyli vt, *Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant.* Secūdus & quartus spōdei, cęteri dactyli, vt, *Iamq; tibi ne vana putes hæc fingere somnum.* Secundus & quintus spondei, cæteri dactyli, vt, *Defuit exemplum tibi ponere lectum prius.* Tertius & quartus spondei, cæteri dactyli, vt, *Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.* Tertius & quintus spondei. cæteri dactyli, vt, *Cara Deum soboles, magnū Iouis incremētum.* Quartus & quintus spondei, cæteri dactyli, vt, *Schemata carminibus cecini isthæc vobis plane.*

Huius metri, id est, Heroici, virtutes sunt tres. Si ἀσύνδετος versus fuerit, id est, sine coniunctione vt est illud Græcum, Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Hoc Latine sic, *Hic alienus ouis custos bis mulget in hora.* Si fuerit Tetracolos, id est, si quatuor verbis vel quibuslibet partibus orationis fuerit diuisus. Cuius virtutis exēplum Latinum melius lectum est quam Græcum, *Saltantis satyros mirabitur Alphesibœus.* Græcum sic: Αἰδοίοιο βασιλῆα πλουχρόνιο μυκλᾶναι. sed πλου fecit illū quasi pentacolon. Nam πλουχρόνιο compositum nomen est Si fuerit rhopalius versus qui a monosyllabo verbo incipiens gradatim crescit, & ῥόπαλον id est, Herculis clauā imitatur ab angusto & tenui in latitudinem desinens, vt, ὦ μάκαρ ἀτρεΐδη μοιρηγενὲς ὀλβιοδαίμων. Latinum nō repperi, sed potuit illum Virgilius versum verba cōmutans sine sensus læsione formare, *Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeia*, vt sit sic, *Quæ quarum facie pulcherrima Deiopeia.* De Hexametro Heroico & eius schematibus satis dictum. Nunc de Hexametro Bucolico paulisper tractemus. Quod metrum ab Heroico differt, quod illud habet schemata triginta duo, hoc vero decem. Nam primi pedes tres variati schemata faciunt octo. Nam quartus pes semper dactylus sit necesse est.

Quintus pes duo schemata habet Nam aut spōdeus est aut dactylus. Nā sext⁹, id est, nouissimus, sicut in Heroico metro, indifferens inter schemata nuncupatur.

DE HEXAMETRO BVCOlico & eius schematibus.

BVcolicum Hexametrū Daphnis pastor vel Thyrsis repperisse dicuntur, quia pastores & poetæ fuisse perhibētur de quorum officio nomē est inditū huic metro, vt Bucolicum diceretur. De cuius schematibus exēpla omnia de Bucolico carmine Virgilii cōponamus. Monoschematisticus dactylus Hexametri Bucolici sit hoc modo, si tres primos habuerit dactylos, nam de quarto nulla quæstio est quod dactylus sit, vt, *Vlla dolū meditatur, amat bonus otia Daphnis.* Monoschematisticus spōdeadeus fit cū tres primi pedes sunt spondei, *Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.* Trischematisti dactylici dicūtur, cū duo dactyli sunt & spondeus. Hi enim, id est, dactyli, aut duo iuncti ponūtur, tertius est spondeus, vt est, *Quin age, si quid habes, in me mora non erit vlla.* Dactylus, spondeus, dactylus, vt est, *Lenta salix feto pecori mihi solus Amyntas.* Spōdeus, duo dactyli, vt est, *Si nescis meus ille caper fuit, & mihi Damon.* Hoc modo etiam trischematistici spondei fieri possūt, duo spondei & dactylus, vt est, *Et longum formose vale, vale inquit Iola.* Spondeus & dactylus, spondeus, vt est, *Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me.* Dactylus, duo spondei, vt est, *Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.* De quinti pedis schematibus duobus damus exempla aut Virgilii aut nostra. Virgilii, hoc est, vt dactylus sit quintus pes, *Omnia fert ætas animum quoque, sæpe ego longos.* vt sit spondeus quintus pes. in hoc metro hoc erit exemplum: *Daphnidis hoc metrum vel Thyrsidis esse constat.* Sic igitur Bucolicum Hexametrum schemata habet decem, Heroicum vero hexametrum triginta duo. Nunc de

de Chœrileo metro secūdum dispositionem specierū metri dactylici doceamus.

DE CHOERILEO HEXAMETRO & eius Schematibus octo.

CHœrileum metrum, quod & Delphicum & Angelicum nuncupatur, constat pēthemimerica cęsura & syllaba, & altera penthemimerica. Vnde est metrum Hexametrum catalecticum, vna enim syllaba deest vt sint in eo pedes sex. Sed exemplis Schemata octo doceamus. Ponamus igitur Schemata quatuor, sed duplicata vtriusq; cæsuræ penthemimericæ huius metri, sed sicut ante docui syllabam adiicientes. Primæ cæsuræ est Græcum exemplum: *ἔνθα μὲν βασιλεὺς ἑῶν χείρωνες ἐν σατύροις*. Latine sic, *Inter enim pecudes stant corpora magna boum*. In qua syllaba finiatur pars orationis necesse est. Bini dactyli cum suis syllabis, & nulla syllaba in medio plus, id est, *Arma virumq; cano*. Bis binis spondeis cum suis syllabis & vna in medio plus, id est, in fine primæ cæsuræ: *Mox & frumētis est, mox & frumentis*. Binis dactylis & binis spondeis cū suis syllabis & vna plus in medio: *Omnia Mercurio dant Musæ dulces*. Binis spōdeis & binis dactylis cum suis syllabis & vna in medio plus. Exempla vero nos omnia nostra damus singulis dactylis & singulis spondeis ex vtraq; parte cū suis syllabis & vna syllaba in medio plus, *Cuncta tibi nūc do sic carmina te digna*. singulis spōdeis & singulis dactylis cum suis syllabis & vna in medio plus: *Musarum cecini nunc cuncta metra tibi*. Dactylo, spondeo, sua syllaba, & vna altera plus, spondeo, dactylo, & syllaba: *Optima Musarum do metra Chœrilii*. Spondeo, dactylio, sua syllaba, & vna altera plus & dactylo spondæo, & syllaba: *Præcepta memorans de pectore cælesti*. Hæc sunt schemata metri Chœrilii. Sed ne qui nos imperitiæ arguat quod quatuor schemata promisimus esse huius metri, sed bina singulæ cæsuræ, & exēpla posuimus octo, hoc debet sciri, quod singulæ cæsuræ huius metri percussæ quaterna schemata habēt. In se tamen copulata altera quaterna. Nam aut quatuor sunt dactyli ex vtraq; parte bini, aut quatuor sunt spondei ex vtraq; parte bini, aut primi duo sunt dactyli & duo nouissimi spondei, aut duo spōdei primi & nouissimi duo dactyli, aut in prima parte dactylus & spondeus, & in nouissima sit dactylus & spondeus, aut in prima parte spōdeus & dactylus in nouissima sit spōdeus & dactylus, aut in prima parte dactylus & spondeus, in nouissima spondeus & dactylus, aut in prima spondeus & dactylus, in nouissima dactylus & spondeus. Quorum schematum exempla supra tractaui. Hoc tamen scire debemus, quod ex hoc metro sublata illa syllaba quę plus ponitur in prima cæsura pēthemimerica, & secunda cæsura remanente monoschematista dactylica penthemimerica, erit metri elegiaci secundus versus pentameter, quod metrum ideo non est additum in numero specierum metri dactylici, quoniam non est vniforme per singulos versus sed binos, & quoniā species est speciei, id est, metri Chœrilii, non generis, id est, metri dactylici, tamen demus exempla schematum, id est, metri Elegiaci, quod primū versum habet schematum triginta duo. Nam Heroicum cōtinet, cui⁹ metri schemata supra mōstraui.

Nunc secundi versus schemata habet, sicut exemplis docebo. secunda vero cæsura & ipsa penthememerica monoschematista est. nam semper duos dactylos. Prior vero duos dactylos, vt est, *Accipiet carmina nunc Maxime iussa tua*. Aut duos spondeos, vt est, *Hoc metrum cœptum simplici iussa tenet* Aut dactylum & spondeum, vt est, *Grammaticus dat hæc carmina sicca legi*. Aut spondeum & dactylum vt est, *Et te Maxime nunc gaudet habere Deos*. Elegiacum metrum dictum est. quod esset sonat interiectionem flentis; & hoc metro mortuis fletus cōponebāt antiqui, vel epigrāmata cōsectationū, sicut Horatius docet de arte poetica sic; *Versibus*

impariter iunctis querimonia prima, Post etiam inclusa est votis sententia compos. Auctorem vero huius metri, id est, Elegiaci, alii Pythagoram, quidam Ortygen nonnulli Mimnermum dicunt. Vnde de incerto auctore elegāter Horatius lusit sic: *Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor Grāmatici certant, & adhuc sub iudice lis est.* Nūc secundum ordinationem suprapositam, quartam speciem hexametrā metri Dactylici doceamus, quę est Priapeia.

DE METRO PRIAPEIO *monoschematistico hexametro.*

PRiapcium metrum monoschematisticū est. Constat enim spondeo, duobus dactylis, & spondeo, dactylo & spondeo, vt est apud Homerum versus ille, Κυρήπτε τ' ἰμάχον δ' ἐαιτωνοὶ μαντχάρμαι. Inueni & apud Virgilium hac diuisione, in qua tamen obseruandum est, vt in vtraq; versus diuisione finita sit pars orationis, vt est illud Virgilianum, *Externum tulit, aut cruor hic de stipite manat.* Illud iterum, *Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos.* Hoc metrum diuisum, faciet per singulas diuisiones suas duo dimetra, de quibus opportunius tractabo. Nūc quoniam hexametras species quatuor metri Dactylici tractauimus, consequens est, vt sicut ordinauimus de pentametris doceamus.

DE PENTAMETRO INTEGRO ACATALECTO *monoschematisto.*

EST metrum integrum Pentametrum Dactylicum qđ semper quinq; dactylis constat, quale est exemplum Grecū illud, ΔΕΙΚΟΝΑ ΗΦΑΛΗΝΕΝ ΗΠΓΩ ΜΟΝΟΝΩΑΗΤΟ. Latina exempla hęc, *Italiam sequimur fugientem & voluimur,* &c, *Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula,* &c, *At tuba terribilem sonitum procul aere cit.* Huic metro detracta syllaba nouissima faciet metrum Simmium sic.

De metro Simmio Pentametro Monoschematisto.

SImmium metrum Pentametrum monoschematistum est. Constat enim semper quatuor dactylis & quinto pede syllaba indifferenti. Vnde quasi quintus pes Schemata habet quatuor. Nam aut Spondeus erit, aut pariābus, id est, Pyrrhichius, aut trochæus, aut Iambus. De cuius Schematibus quatuor Latina dabimus, nam Græcum vnum repperi solum. χαῖρε ἄναξ ἱερὲ ζαθέας μάκαρ ἥβας. Latina exempla hæc sunt, quatuor dactyli & spondeus, vt est, *Fulmine magna Iouis ferit oppida grandi.* Quatuor dactyli & pariambus, id est, pyrrhichius, vt, *Ipse pater Iuppiter tuam erige domum.* Quatuor dactyli, & trochæus, vt, *Culminibus crepitans sonat horrida grando.* Quatuor dactyli & iambus, vt est, *Agricolis dedit omnia dulcia Ceres.* Huic metro, id est, Simmio, metrum Æolicum dactylicum Sapphicum contrarium est. Nam incipiens a pede dissyllabo desinit in dactylos, sicut exemplis docebimus.

De metro Æolico Sapphico pentametro Dactylico.

METrum Æolicum Sapphicum Pentametrum, sicut dixi, primo pede dissyllabo quolibet, cæteris quatuor dactylis. Vnde primus pes eius quatuor Schemata habet, sicut Simmii metri pes nouissimus, quod exemplis Latinis quidem quatuor docebimus. Nam Græcum vnū repperi. Gręcum exemplum hoc est, ψάμαι μὲ ἐγὼ σέθεν ἄτε πάλαι ποκα. Latina exempla hæc sunt, Spondeus, quatuor dactyli, vt est, *O regina nouā cui condere Iuppiter.* Pariābus, id est, Pyrrhichius, dactyli quatuor, vt est, *Erat Hectoreus tumulus rapidum prope.* Trochęus, quatuor dactyli, vt est, *Core magna Deum genitrix Phrygiam regit.* De Sapphico Æolico satis dictum est; nunc ad penthemimericū duplex Archilochium Pentametrū veniam.

De metro penthemimerico Archilochio pentametro.

ARchilochium Dipenthemimericum pentametrum constat ex duabus diuisionibus penthemimericis monoschematisticis. Semper enim binis dactylis constat, vt est Græcum, ὦ ζ βατουσιάδης, ὦ ζ βατουσιάδης. Latine sic:

Sim-

Simplici summe virũ, Maxime summe virum. Hoc metrum Archilochiũ Dactyli cum dipẽthememericũ ab Æolico metro hoc differt, quod illud habet primũ versum Heroicũ hexametrum, secundũ vero dimetrũ pẽthemimericũ, hoc vero solũ dipentemimericũ; & quod illud primã cæsurã trischematisticã habet, hoc vero vtrãq; monoschematisticã. De pentametris Dactylicis speciebus quatuor satis dictũ. Nũc ad tetrametras species veniam⁹, quę sunt numero duę sicut supra premisi.

DE TETRAMETRO HEXAmetro Bucolico vel Heroico.

TEtrametrum Bucolicum octo schemata habet. Tres enim pedes primi variãtur. Nã quartus semper dactylus sit necesse est in Bucolico tetrametro. In Heroico vero sunt schemata sexdecim. Nã quatuor pedes variantur in tetrametro Heroico sicut exẽplis docebimus. De Bucolico quidẽ tetrametro ex libro Bucolicorũ vel Georgicorum. De Heroico vero tetrametro de omni corpore Virgilii. Tres dactyli; nã quart⁹ semper dactylus, *Vlla dolũ meditãtur, amat bonus.* Tres spondei & dactylus, vt, *Mutabit merces omnis feret.* Duo dactyli, spõdeus & dactylus, vt *Quin age si quid habes in memora.* Dactylus, duo spondei, & dactylus, vt, *Iudicio nostro tantũ tibi.* Dactylus sponde⁹, dactylus, & dactylus, vt, *Lenta salix fœto pecori mihi.* Duo spondei, dactylus, vt, *Et longũ formose, vale, vale.* Spõdeus, duo dactyli, dactylus, *Et nobis idẽ Alcimedõ duo.* Spondeus, dactylus, spõdeus & dactylus, vt, *Et me Phæb⁹ amat, Phœbo sua.* Sic ergo Bucolicũ quidẽ tetrametrum octo schemata habet, quarto semper dactylo, cęteris tribus variatis. Heroicũ vero tetrametrũ, quãuis & ipsum quatuor habeat pedes dactylicos sicut & illud, tamen schemata habet sexdecim, quoniam quatuor pedes variati sexdecim schemata faciunt, q̃ exẽplis docebimus. Quatuor dactyli, vt, *Sic tibi nulla dies mali inferat.* Tres dactyli, spondeus, vt, *Tityre tu patulæ recubãs sub.* Duo dactyli duo spõdei, vt, *Talia sęcla suis dixerũt.* Dactylus tres spondei, vt, *Candidus insueti miratur.* Quatuor spondei *Flammarũ lõgo a tergo.* Tres spondei, vnus dactylus, vt, *Exportant tectis & tristia.* Duo spõdei, duo dactyli. *Mox & frumẽtis labor additus.* Spõdeus, tres dactyli: *Saltãtis Satyros imitabitur.* Dactylus, spõdeus, dactylus, spõde⁹, vt, *Musa mihi caussas memora quo.* Spondeus dactylus, spondeus dactylus, vt, *Clamorẽq; ferunt ad litora.* Sponde⁹, dactyli duo, spõdeus; *Insignẽ pietate virũ tot.* Dactylus, spondeus, duo dactyli, vt, *Hinc pecudes, armẽta, virũ gen⁹.* Spondeus, dactylus, duo spondei, *Circum perq; duas in morẽ.* Duo dactyli, spondeus, dactylus, vt, *Chalcidicasq; leuis tandẽ super.* Duo spondei, dactylus, spondeus, vt, *Cõtundet moresq; viris, &c.* Huc vsq; de Bucolico vel Heroico tetrametro. Nunc de secunda specie dactylica tetrametra Anacreontia componamus.

De metro Anacreontio tetrametro dactylico monoschematisto.

ANacreõtiũ tetrametrum dactylicũ a tetrametro Bucolico hoc differt, q illud quidẽ octo schemata habet & quartum pedẽ semper dactylũ, hoc vero monoschematistum. Nam semper tribus dactylis percutitur & quarto pede spõdeo. Cuius metri exemplum Gręcum est, *ἀ-δομαλ' ἱ χαῖλτον χηλῶι.* Latinum exẽplum hoc, *O mihi preteritos referat si.* Quoniam de tetrametris dactylicis specieb⁹ docuim⁹, nũc de trimetris dactylicis doceam⁹.

De Hemidexio trimetro acatalecto dactylico.

HEmidexium trimetrum dactylicũ, vt quibusdã placet, monoschematistũ est, vt semper tribus dactylis percutiatur, negantibus aliquod metrũ speciale plus quã vnum schema posse recipere imperitissime. Nã Heroicũ cũ sit speciale, tamẽ nullo quamuis imperitissimo contradicẽte, habet schemata triginta quinque. Ergo & hemidexium trimetrum

dactylicũ ſchemata habet octo. De quibus vnum ſolum ponam Græcum exemplum hemidexium quod repperi, tribus dactylis conſtans, vt, ζῶν τὸν ἀρχιλόχου τύπον. Latinũ exemplũ hemidexium trimetrũ dactylicum hoc erit monoſchematiſtum dactylicum, vt, *Et chaos & Phlegeton loca*. Secũda ſpecies trimetri dactylici Glyconia nuncupatur, de qua breuiſſime doceamus.

De Glyconio trimetro dactylico.

GLyconium trimetrũ dactylicũ monoſchematiſtũ eſt. Conſtat.n. ſemp ſpõdeo, duob. dactylis, ſicut omnib. periſſimis placuit; vt quibuſdam non bene curioſis licet vt primus pes quatuor ſchemata habeat, incipiẽs a quolibet diſſyllabo, & duo pedes ſchemata CCLVI, vt quiuis de triſyllabis pedib. ſint, qui ſunt octo. Græcũ exemplum hoc eſt, ἄριστον μὲν ὕδωρ, ἰἰι. Latinum hoc, *O regina nouã cui*. De tertia ſpecie trimetra dactylica breuiter componamus.

De Pherecratio Monoſchematiſto ſymptycto.

PHerecratium trimetrum quod quidã σύμπτυκτον, alii anapæſticũ dicunt, monoſchematiſtũ eſt. Sẽper.n. ſpondeo, dactylo, ſpondeo, percutitur. Cuius exemplum Græcũ eſt, χωσὸν αἰθέριον πῦρ. Latinũ *Ceſſit condere gentẽ*. His copulatis Glyconio præpoſito, & pherecratio ſubiũcto erit illud metrũ hexametrũ monoſchematiſtũ Priapeũ, de quo paulo ante monſtraui, quod conſtat prima parte ex Glyconio, ſpondeo, duobus dactylis. In nouiſſima vero, ſicut pherecratium, ſpondeo, dactylo, ſpondeo.

O regina nouã, cui ceſſit condere gentem.
Externum tulit, aut cruor hic de ſtipite manat. (Delos.
Cui non dictus Hylas puer & Latonia

De Trochaico trimetro.

TRochaicum trimetrũ quatuor ſchemata habet: duobus.n. pedibus variatis tertium ſemper trochæũ habeat neceſſe eſt, μητὶ φίλῳ ῥέθος ἄλλο. *Oebale quem generaſſe*. Huic contrariũ ex duobus ſpõdeis & trochæo, *Et longũ formoſe*. Dactylo & ſpondeo, *Quidue dolens regina*. Spõde, o dactylo: *Inſignem pietate*. Huc vſq; de trimetris nunc ad dimetra veniamus.

DE ADONIO DIMETRO Sapphico dactylico.

ADonium dimetrum Dactylicũ catalecticũ a Sappho inuentũ eſt. Vnde iam Sapphicũ nuncupatur monoſchematiſtum, ſemper.n. dactylo & ſpondeo percutitur, ὦ τὸν ἄδωνιν. Vnde in Sapphici metri concluſione ſenſus apud Horatiũ ſic, *Terruit, Ora tenebant*. Huic metro, id eſt, Adonio, addita ſyllaba faciet Hymenaicum.

De Hymenaico metro Sapphico.

HYmenaicum Dimetrum dactylicũ Sapphicum monoſchematiſtũ eſt. Semper.n duobus dactylis cõſtat, ὑμήνες, τὸν καλλίνικον. *Inde thoro pater. Mens ſibi cõſcia*. Huic metro acatalecto, id eſt, Hymenaico addita ſyllaba faciet metrũ Archilochium Penthemimericũ, ſed ſimplex.

De Archilochio Penthemimerico ſimplici Hypercatalecto.

ARchilochiũ Penthemimericũ ſimplex Hypercatalectũ monoſchematiſtũ eſt. Cõſtat.n. ſemper duob. dactylis & ſyllaba, ἐν δὲ βαρυτειάδης, &c, μῆνιν ἄειδε θεά. *Arma virumq; cano. Lydia dic per omnes*. Hoc metrũ duplicatũ faciet Archilochiũ Dipenthemimericum Pentametrum de quo paulo ante tractaui. Hoc tamẽ ſcire debemus, quod Dactylicũ metrũ & eius ſpecies ſeptendecim, quatuor catalexibus vnam ſolã non recipit brachycatalecticã.

Has tibi Dactylici ſpecies p carmina metri
Bis ſenas & quinq; ſimul dedit ore Sacerdos.

DE IAMBICO METRO ET eius ſpeciebus viginti tribus.

IAmbicum metrum nõ vt Dactylicum ſim-

simplex est, sed variũ. Cuius species sunt infinitæ, sed principales & nobilissimæ viginti tres. Hæc pura Iambica trimetra quæ Archilochica nuncupãtur, quod solos Iambos recipit & raros spondæos.

De puro Iambico Trimetro Archilochio acatalecto.

DE hoc metro, id est, puro Iãbico trimetro Archilochio exempla Græca hæc sunt, Πάτερ λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε; τίς σὰς παρήειρε φρένας. Latina hæc, *Ibis Liburnis inter alta nauiũ.* &, *Paratus omne Cæsaris periculum.* Huius pedis, id est, Iambici metri ideo additus est pes spondeus vt ei⁹ velocitas tardaretur. Sic enim Horatius de metro Iãbico docet in libro qui inscribitur De arte Poetica, *Syllaba longa breui subiecta vocatur Iãbus Pes citus.* Postea de eo, *non ita pridem Tardior vt paulo grauiorq; veniret ad aures Spõdeos stabiles in iura paterna recepit.* est & Tragicum Iambicum, & Comicum iãbicum & clodum Iambicũ, quod Hipponacticũ nuncupatur. Scandũtur autem pedib. quinque, dactylo, spondeo, iambo, tribrachy, anapæsto. Hoc tamen obseruare debem⁹ quod in prima parte & tertia & quinta hi pedes quinq; reperiuntur. In secunda vero & quarta parte (nã de sexta nulla ratio est, quoniã in omni metro pes nouissimus indifferens est) illos ponere debemus qui ex breui incipiunt, iãbũ, tribrachũ, anapæstũ. Sic Horati⁹ de Arte Poetica propter Iãbum pedẽ, *non vt de sede secunda Cederet, aut quarta.* id est, non permittens spondeo partẽ secundã aut quartam. Sextæ partis ideo non fecit mentionem, quia sicut ante dixi de pede nouissimo nulla ratio est. Notandum tamen sit quod frequẽter docuimus cætera omnia metra, excepto dactylico & eius specieb⁹ per dipodiã vel syzygiã scandi, sicut Horatius docet, *non vt de sede secunda Cederet, aut quarta socialiter,* id est, sociatus & copulatus, cum alter de illis scilicet quatuor quod supra docui, cum spondeo in Iambicum metrũ conuenire. Distant tamen inter se hę species Iãbici metri quas supra posui vsu pedum. Nam in Tragico vt altius sit, spondei frequenter ponuntur. Est enim res tumida Tragœdia, sic Horatius, *Indignatur item priuatis ac prope socco Dignis carminibus narrari cena Thyestæ.* id est, humili & vili sermone, hoc est, Comico. frequenti Iambo res Tragica dici non debet. In Comico vero Iambico frequentiores Iãbi anapæsti vel tribrachi debent poni, quia res Comica. i. vrbana & læta velociore pronuntiatione per breues pedes est cõponenda. Clodũ vero, id est, Hipponactiũ, in cęteris quidem quinq; simplicibus pedibus similior est Tragico quã Comico Iambico, in nouissimo vero ab ambobus discrepat. Nã ante nouissimam syllabam, non vt illa breuem habet, sed longam.

De Hipponactio Clodo trimetro acatalecto Iambico anauto.

HIpponactium trimetrũ Clodũ percutitur sicut Iambicum trimetrum Archilochicum Comicum vel Tragicũ; sed penultimam longam habet contra illorum rationem quæ breuem habent. exemplum Clodi Hipponactii hoc est, Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ, ἀλλ' ἥκω. Latine. *Latina trado carmina sic Sacerdos.* Crescit autem Iambicum metrum a dimetro vsque ad tetrametrum, & catalexis recipit totas. i. quatuor. Quãuis ausi sint multi & pentametra & hexametra Iambica cõponere. De quib⁹ omnibus exẽpla ponem⁹.

De metro catalecto Iambico Anacreontio.

DImetrum Catalecticum Anacreontium heptasyllabũ hoc modo, ἐμὲν θέλων μάχεσθαι. &: Πάρεστι γὰρ, μάχεσθαι. Deest enim vna syllaba vt sit dimetrum plenũ. Ideo Catalecticum.

De catalecto trimetro Archilochio.

A Catalectum Archilochium dime-

trum Iambicũ fit syllaba addita Anacreontio dimetro catalectico, vt est, τί μακρὰ δὴ φρονεῖς τάλαι ; *Obliuionem sensibus*. anacreontius.

De dimetro acatalecto clodo Hipponactio.

Hipponactium dimetrum acatalectum clodũ Iambicũ fiet hoc modo. Cum penultima syllaba pedis quarti simplicis longa sit, cum Iambico deberet esse breuis, χαῖρ' ὦ σὺ λεσβικὰ σάπφω. *salueto Lesbia sappho.*

De Alcmaniaco trimetro brachycatalecto coluro.

Trimetrũ Iambicũ brachycatalectũ colurũ, quod Alcmaniũ nũcupatur, percutitur sic, cum nouissimus pes, id est, tertius, debens & ipse sicut duo ante se quatuor habere syllabas, duas habet, vt est, μελης φιβω δ' ἰυχ' πάσησι κιαρ. *Relapsus atq; notus in vultus*. Huic si addiderim⁹ alterum pedem dissyllabum Iambum, erit trimetrum Iambicum purum acalectum Archilochium, de quo paulo ante tractaui. λοκρις μ' ἰυχ ἐστι μοὶ λύχ' ς βαθύς. *Relapsus atq; notus in vultus honor. Beatus ille qui procul negotiis.*

De metro catalecto Iambico.

Trimetrum catalecticum Iambicũ fit hoc modo, cum vna syllaba deest, vt sex pedes Iambici binis iunctis trimetrũ faciãt. ΑΝΤΩΤΙ ΜΟΥΣΑ ΠΡΟΣΙΜΕΣΟΝ. Hic enim cum vna syllaba in fine deest, catalecticũ fecit esse Non trimetrũ Iambicum, vt est, *Setosa duris exuere pellibus.* Hic enim si fuerit addita in fine syllaba, fiet Archilochium, de quo paulo ante tractaui. ΑΝΤΟΝΙ ΝΟΤΙ ΜΟΥΣΑ ΠΡΟΣΑΔΜΙΣΑΤΟΣ. *Setosa duris exuere pellib.* Πάτερ λυκάμβα ποῖον ἔφρασω τόδε. *Ibis Liburnis inter alta nauium.*

De Palimbacchio Comico trimetro.

Palimbacchicum Comicum trimetrũ acatalecticũ fit hoc modo. Primo pede anapæsto, secundo Iãbo, tertio dactylo, tribus iambis, sed nouissima syllaba indifferens, inuenitur enim Pyrrhichius, qui per cõmunem syllabam finit partem orationis. Δίδυμος πῶ ὑμῖν πέλτυχι ὁμμασιν. *Didymus hares musica poeta lumine.*

De Hipponactio trimetro ananio clodo acatalecto.

Hipponactium ananium clodum trimetrũ Iambicum Acatalecticum fit hoc modo, cum nouissimus pes dissyllabus a lõga incipit cum deberet a breui, vt Iambus sit, non spondeus vel trocheus, vt est exemplum hoc: ἀκούσατ' ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. Ω'ς οἱ μὲν ἁγνοὶ βουπάλω κατηρῶντο. *Nõ vsitatas inferã positiones Cares amore castitas incendenti.*

De duplici clodo Hipponactio trimetro acatalecto.

Duplex Clodum Hipponactium trimetrum acatalectum fit hoc modo, cum tertii pedis quatuor syllabæ sunt lõgæ, vt est exemplum hoc, αἰαῖ ὅσα ἀδμῆτι περιγελαίων κώλω. *Senes quod omnes rideant cunctos canos.* Hic enim pes nouissimus quatuor suas syllabas longas habet. Παίων κώλω. *cunctos canos.*

De amphicelo Hipponactio trimetro acatalecto.

Amphicolum Hipponactium clodũ fit hoc modo, cum ex vtraque parte Iambici metri prima & nouissima clodũ sit metrum. In prima clodum est, cũ in secundo loco debente poni Iambo, vel tribrachy, vel anapæsto. spõdeus vel dactylus ponatur, sic & in nouissima, quale est hoc exẽplum ΟΚΙΕΑ ΡΡΩΝΑ ΙΔΙΟΙΟΣΙΝ ἐν χεροῖς βακχῶν, *Vos isthac intro auferte abite iam nostri*. Nam, *hac in*, secundo pede spõdeus est, cum deberet vnus esse de his qui a breui incipiunt Iambici, & nouissimus ideo amphicolum ex vtraque parte, quod ἀμφὶ Græce dicitur clodũ, sed quod Græci χωλὸν vocant.

De

De tetrametro Iambico brachycatalecto coluro.

Tetrametrũ brachycatalectũ colurũ fit hoc modo, cum nouissim[illegible] pes debẽs habere syllabas quatuor, duas habet, vt est, [illegible] *Post insepulta membra different [illegible] mali.* Hic enim vnus pes dissyllabus deest, vt sit tetrametrum plenum acatalectũ, [illegible] dicitur, quod minus sit (quod Græci [illegible] dicũt) coda, id est, nouissima parte, quã Græci [illegible] vocant. Sic & colurum quod fit [illegible] curtum [illegible], id est, in coda, in fine.

De tetrametro catalecto comico.

Comicum tetrametrum catalecticũ fit hoc modo, cum nouissimus pes tres habeat syllabas debens habere quatuor, Δικαίως ἐστὶν ὁ φθόνος, [illegible] *Indormis cũctis omnium cubilibus malignis.* Hic enim vna syllaba deest vt sit integrum tetrametrum catalectum, de quo breuiter doceamus.

De tetrametro acatalecto Iambico.

Tetrametrum chorium hypercatalectum fit hoc modo, cum in locis quidem parib. pedes Iambici trisyllabi ponuntur, incipientes a breui, hoc est, tribrachys & anapæst⁹. & in nouissimo aut Bacchius, a breui amphibrachys propter nouissimam syllabam indifferentem. In locis vero imparibus dissyllabi Iambici, aut Iambus & spondeus, vt est, *Multos Helena viros lepida suo subegit amore pulchro. &c. Recte Phrygia m[illegible]gna Cereris adit genua sibi benigna.* [illegible] *Cantas nimiũ, volas nimium, cessas modicũ, at erras hirundo.* ΟΜΙΣΑΙΕΟΑΤΕΓΗΝΤΙΑΤΙ ΣΑΤΥΡΟΜΕΠΙΚΑΚΩ ΕΜΑΝ ΜΑΝΘΗΣ *Mones Helena vates Phrygia fatis solita veris moneri.*

De tetrametro brachycatalecto clodo episcazo trimetro.

Tetrametrum clodum brachycatalectum, quod & [illegible] trimetrum nuncupatur, fit hoc modo, cum quartus pes debẽs esse tetrasyllabus, duas habeat syllabas, i[d]eo brachycatalect⁹; clodus propterea quod ipsum pedẽ nouissimũ dissyllabum debens habere iambum habet spondeum. [illegible] *Non vt superbas inuide Carthaginis arces.* Hoc a miuro tetrametro, de quo paulo ante tractaui, in eo differt, quod illud nouissimum pedem Iambum habet, *mali*, hoc vero spondeum, *arces.*

De tetrametro perfecto acatalecto clodo.

Tetramertum acatalectum clodum fit, cum quatuor pedes Iambicos & tetrasyllabos habeat, sed octauũ dissyllabum spondeum pro Iambo, [illegible] ΡΙΟΡΟΝ [illegible] *Parum ne cãpis atq; Neptuno superfusum dextris.* Hoc a tetrametro acatalecto, de quo supra docui, hac ratione differt, quod in illo nouissimus pes dissyllab. a breui incipit: quod in hoc a longa, in illo iambus [illegible] enim eos in hoc spõdeus [illegible] & dextris.

De cinædiambico tetrametro brachycatalecto.

Tetrametrum cinædiambicum brachycatalectum fit hoc modo, duos primos pedes Iãbicos tetrasyllabos habebit, tertium hexasyllabum ex tribrachy & dactylo constantẽ, quartum vero trisyllabum sed a breui incipientem, aut anapæstum aut amphibrachum, [illegible] ΑΕΥΤΑΜΤΥΧΗ [illegible] ΜΑΙΝΕΤΕ [illegible] *Fractosq; remos differat Zephyrus arduus verendus.*

De Satyrico tetrametro coluro.

Tetrametrum Satyricum colurum est, quod constat spondeo iambo, spondeo, tribrachy, & tribus, iambis, vt sit tetramtrum brachycatalectum, [illegible] *Musæ Iouem laudate & agiles choros date.* Hoc a tetrametro brachycatalecto miuro, de quo supra docui, hac ratione distat, quod illud quartũ pedẽ simplicẽ dissyllabum habe[t]

hoc vero trisyllabũ tribrachym in illo.

Secundum rationem metri Iambici, huc vsq; extendi metrum Iābicum deberet, a dimetro vsque ad tetrametrũ, quāuis Horatius vsq; ad trimetrum pręceperit, cum de sexto pede vel septimo Iābico nullā fecerit mentionem. Sed quoniā multi ausi sint & pentametra & hexametra & heptametra & octometra Iambica facere, de his quoq; breuissime doceamus. Metri Iābici schemata sicut quibusdam placet sunt numero MMXLIIX. sicut ratione collegimus CCCXX.

De pentametro catalecto Iambico.

PEntametrum catalectũ Iābicum tale est, quatuor pedes Iambicos tetrasyllabos habet, quintum trisyllabum pro tetrasyllabo, vt, Λύπωλος ἀνὴρ ὑ-̀ ἦ θεν. *Qua tristis Orion cadit quietiuue nec feratur æquor.* Hoc potest diuidi in dimetrum acatalectum Archilochium, de quo supra docui. *Fregit trementes ilices.* Et in trimetrum catalecticũ, de quo similiter supra tractaui. *Nec sidus atra nocte amicum apparet. Setosa duras exuere pelles.*

De hexametro Iambico catalectico.

HExametrum Iābicũ catalecticũ tale est, quinq; pedes Iābicos tetrasyllabos recipiens, & sextum trisyllabum. *Nā qualis aut molossiu aut fuluus Lacon, Amica vis pastoribus*, *per altas.* Hoc diuisum metrum catalecticũ, *Parata tollo cornua*, & tetrametrum catalectum, *Qualis Lycambe spretus infido genere Bupalo.*

De heptametro acatalecto Iambico.

HEptametrum acatalectum septem integros pedes Iambicos tetrasyllabos habet, vt, *Minuitue languet fascinum, Quod vt superbo pronoces ab inguine Ore allaborandũ est tibi.* Hoc diuidi poterit in acatalectum trimetrũ & acatalectum tetrametrum, quorũ supra exēpla tractaui.

De octametro catalecto Iambico.

OCtametrum catalecticum fit septē pedibus Iambicis tetrasyllabis. *Nō vt superbus inuidæ Carthaginis arces vreret Intact⁹ aut Britannicus* Hoc quoq; diuisum facit tetrametrum integrum acatalecticum & tetrametrũ catalecticũ, de quib⁹ supra docui. Hoc tamen scire debemus præter heptametrum cętera superuacua, hoc est, pentametrũ, hexametrum, octametrum, catalectica sunt. Solũ vero heptametrum acatalectum. Nullum tamē de his quatuor aut brachycatalectũ poterit reperiri. Species Iambici metri quas nunc dedi, viginti tres sunt, sicut exempla tradunt.

DE METRO TROCHAICO & eius speciebus.

TRochaicum metrum in prima quidē parte, & tertia & quinta pedes recipit duos trochęũ & tribrachũ. In secũda vero & quarta & sexta vel nouissima, quinq; recipit pedes, trochæum, tribrachym, anapæstum, spondeum, dactylum, vel amphimacrum, propter nouissimam syllabā indifferentem, vnde schemata habet CCLXXXVIII. Crescit tamen a dimetro vsque ad altera metrum.

De Anacreontico trochaico dimetro acatalecto.

TRochaicum Anacreontium dimetrum acatalectum est, quod constat trochæis quatuor, qui iuncti faciunt dimetrũ acatalecticũ, *Aura veris & Fauoni.*

De Euripideo dimetro catalecto.

TRochaicum dimetrum catalecticũ Euripideum fit vna syllaba a superiore metro sublata.

De dimetro catalectico clodo trochaico.

TRochaicum dimetrum catalectum clodum fit hoc modo. Cum penultima syllaba debens breuis esse longa sit, vt *Gratiæ decoræ stant.*

De dimetro brachycatalectico coluro Ithyphallico.

TRochaicũ dimetrũ brachycatalectũ colurum, ꝙ Ithyphallicũ dicitur, fit tribus

tribus trochæis. Ideo colurum brachycatalectum, quod syllabæ sunt in fine, vt sit dimetrum integrũ acatalecticum. μὰ μα κιτῶπ. *pauperum tabernas.* Ithyphallicum dictũ, quod hoc sono cantantes Athenienses Libero Patri φαλλόν, id est, fascinũ virilem ἰθυόν, id est, ciebant dicẽtes, ἰθὺ μ' ἰθύφαλλε. Nunc de trimetris trochæis breuiter doceamus.

De trimetro catalectico trochaico.

TRimetrum catalecticũ fit cũ quinq; pedes sint trochaici & vna syllaba, vt est, *Faunus immolare siue malit se.*

De trimetro catalectico clodo.

TRimetrum catalecticum clodum est tale, quale superius, sed penultima syllaba lõga pro breui. Οἱ θεοὶ τ' ἄπινα πα-πάνω δόντες. *Arma ferte, date tela celata.*

De trimetro brachycatalecto chorio palintrochaico.

TRimetrum brachycatalectum colurum chorium palintrochaicum fit, cum quinq; pedes trochaici metri ponãtur, debẽtes sex esse vt sit trimetrum acatalectum, *Immemor struis domus funeras.*

De tetrametro catalectico.

TEtrametrum catalecticum trochaicum fit cum septem pedes trochaici metri ponuntur & syllaba. *Non ebur nec aureas trabes Laconicas mihi.*

De tetrametro coluro trochaico.

TEtrametrum trochaicum colurum brachycatalectum fit hoc modo. Cũ septem pedes soli trochaici metri ponũtur, cum debeant poni octo. *Hic superbũ Tantalũ conuiuas Iouis alit.* Ausi sunt quidam excedere tetrametra trochaica pentametra facere de quibus per exempla tractemus.

De pentametro catalectico trochaico.

PEntametrum catalecticum fit, cũ nouem pedes dissyllabi trochaici ponũtur, & vna syllaba. *Continete ripa. Quid q; vsq; proximum reuellis agrum agrum hunc.*

De pentametro coluro brachycatalecto.

PEntametrum catalecticum colurũ fit nouem integris positis pedib. trochaicis. In coluro enim semper duæ syllabę desunt vt fit merrũ catalecticum integrũ. *In sinu ferens deos & vxor & vir sordidosq; natos.* Hoc tamen notemus quod vna sola species in trochaico metro acatalecta reperitur, dimetra Anacreontia, de qua prima specie supra notaui. Cæteræ aut catalecticæ sunt, aut brachycatalecticæ, nam hypercatalecta nulla sunt, vndecim. De trochaico fonte riui quos habem⁹ supra titulis bene rufos. Ex hoc metro trochaico scilicet & Iambico constat metrũ Saturnium quod mixtum ideo nec inter species Iambicas posui nec inter Trochaicas. Constat autẽ ex Iambo dimetro catalectico Hipponactio amphicolo & tribus trochaicis, id est, Ithyphallico. Quo metro vsi sunt Cyrides & Callimachus, & apud nos Næuius.

DE METRO SATVRNIO.

SAturnium cõpositum vel mixtum ex Iambico metro & trochaico Iambico dimetro amphicolo, Hipponactio catalectico & trochaico dimetro brachycatalecto Ithyphallico, hoc est, tribus trochęis cõposuit Næuius hoc modo, *Ferũt pulchras creterras.* Huc vsq; Hipponactium amphicolum dimetrum catalecticũ Iambicum est. Nam quod sequitur trochaicũ dimetrum brachycatalectum Ithyphallicum, tale est, *Aureas lepistas.* nouissima syllaba indifferẽs. Totus versus sic, *Ferũt pulchras creterras aureas lepistas* &, *Malũ dabunt Metelli Neuio Poetæ.* &, *Trahuntque siccas multas machinæ carinas.*

DE METRO ANAPAESTICO.

ANapæsticum metrum pedes recipit

Rrrr 3

quatuor, anapæstum, spondeum, dactylum, proceleusmaticum. & est schematũ CXXVIII. Catalexin tamē habet. i. finem ab Ionico maiore vel molosso, crescit tamen a dimetro vsque ad tetrametrũ.

De dimetro catalectico.

ANapæsticum dimetrum catalecticũ fit hoc modo, dactylo, spondeis, dactylo. *Sydera pulchra pulchra sydera.* Huic addita syllaba faciet dimetrũ catalecticũ.

De dimetro acatalecto anapæsto.

DImetrum acatalecticum constat pedibus his; dactylo, spondeo, anapæstis duobus. Latinum exemplum melius est, *Iam tibi Mars ingenitus recubans.*

De dimetro dipygno hypercatalecto.

ANapæsticum dimettum δίπυγον hypercatalectum fit hoc modo: dactylo spondeo, duobus dactylis, syllaba, *Tu fueras formose puer fueras.*

De trimetro catalectico simplici.

TRimetrum anapæsticum catalecticum fit hoc modo. duob⁹ anapæstis, spondæo, *Lacedæmona pastor flens.*

De dimetro acatalecto simplici.

ANapæsticum trimetrum acatalecticum simplex tribus anapæstis constare debet, *Tribuit mihi lex.*

De proceleusmatico tetrametro catalecto.

ANapæsticum tetrametrum proceleusmaticum constat tribus proceleusmaticis & quatto anapæsto, *Memor eris asine moreris asine vapulās.*

De tetrametro acatalecto pleno proceleusmatico.

PLenum proceleusmaticum fit tetrametrum quatuor ꝓceleusmaticis plenis positis, *Id agite peragite celeriter itinera.* Hoc ita euenit in anapæstico, quomodo in dactylo contrario eius σπονδειάζων euenit purus qui contrarius est proceleusmatico.

De tetrametro catalecto pleno Archigenioi

TEtrametrũ anapæsticũ plenũ acatalectum quod Archigeniũ nuncupatur quatuor puris anapæstis componitur. *Chaos & Phlegeton loca nocte silent Boreas pelago tumido crepitans.*

De tetrametro brachycatalecto Aristophanio duplici.

TEtrametrum brachycatalectum duplex Aristophanium fit dactylo, spōdeo, anapæsto, spondeo, tribus anapæstis, & syllaba. *Quid ve dolens sic Veneris natus calamos calidos tibi mittit.*

De tetrametro hypercatalecto Diodorio simplici.

TEtrametrum hypercatalectum simplex Diodorium, fit vna syllaba addita metro Archigenio, de quo paulo ante tractaui; illud n quatuor anapæstos solos accipit, hoc & syllabam, *Lalagen colere speciosæ rationi.*

De Tetrametro miuro simplici.

TEtrametrum miurum simplex fit hoc modo, Archigenii metri nouissimo pede anapæsto, iambico facto. i. tribus anapæstis & iambo constat, *Lapides mare turgidum eluens.* Inter Miurum & Colurum & Catalecticum hoc interest. Miurum est cum nouissimi pedis prima syllaba tollitur, ac si pro anapæsto iambicum ponas. Colurum, cum nouissimi pedis duæ syllabæ nouissimæ tollantur, ac si ꝓ proceleusmatico ponas pyrrhichium. Catalecticum contrarium est miuro, nā nouissimi pedis nouissima syllaba tollitur, ac si pro dactylo spondeum ponas. Brachycatalectum hoc est quod & colurum. Acatalectum vero integrum est. Hyper-

Hypercatalectum vnam plus syllabā accipit, ac si ꝓ trochæo dactylum ponam⁹.

De penthametro anapæstico catalectico simplici.

FEcerunt multi etiam pentametra anapæstica quæ constāt quatuor anapæstis & pyrrhichio, id est pariiambo, *Tuba terrib lem sonitum procul aere dat.*

De tetrametro brachycatalecto Laconico duplici.

HOc metrum Laconicum cōstat dactylo, spondeo, duobus anapæstis, spondeo Trahitur enim ab Aristophanio tetrametro brachycatalecto, de quo paulo ante monstraui, quod constat dactylo, spondeo, anapæsto, spondeo, tribus anapæstis & syllaba. Sed sublata syllaba nouissima, & nouissimo vno anapæsto in spōdeum mutato, fit metrum hoc Laconicum ante. *Quidue dolens sic Veneris natus calamos calidos armas.* Quamuis poteras ex titulis scire numerum istum, tamen anapęsto pede bis senæ sunt species, & vna.

DE CHORIAMBICO METRO & eius speciebus XXI.

CHoriambicum metrum, quamuis de pede composito cōstet; tamen simplex est incipiens a choriambico, desinens in dactylum vel paliambum, vel in talem qualem catalexis exegerit.

De choriambico dimetro catalectico.

CHoriambicum dimetrum catalecticum fit hoc modo, ἰσ πόει μείρακες. *Quæsieris scire quid.*

De dimetro acatalecto Phrynichio.

CHoriambicum dimetrum acatalectum, quod Phrynichium nuncupatur, incipit a dispondeo, & definit in choriābicū, vel in hippium, id est, epitritū primū propter nouissimam syllabam indifferentem; *Cantantes nunc deficiunt.*

De trimetro catalecto.

TRimetrum catalecticum fit, duobus choriambis, & amphimacro, *Diue potens Aeoliæ insulæ.*

De trimetro catalectico.

INterdum dimetrum catalecticum a Iābo incipit, in medio choriambum habet, in nouissimo amphibrachyn. *Nepotem facere studebat.*

De trimetro Pindarico.

TRimetrum choriambicum catalecticum Pindaricū fit prima syzygia ex Iābo & trochęo. i. antispasto. in medio choriābo, in fine amphibrachy, *Canebas eos puero coledo.* Græcum exemplum non inueni.

De Trimetro catalectico Sapphico.

TRimetrum catalecticum sapphicum hēdecasyllabum fit primo pede trochæo, medio choriambo, fine palimbacchio, ita *Immolare calicolis volebas. Mercuri facūde nepos Atlantis.* Aut primo trochęo, secundo spondeo .i. hippio secūdo, choriambico, bacchio. *Iam satis terris niuis atque diræ.*

De trimetro catalecto.

TRimetrum catalectum fit primis di iambis, tertio choriambo. *Beatus ille qui procul scire potest.*

De trimetro acatalecto.

FIt trimetrum acatalectum etiam hoc modo, primis duobus choriābis, tertio iambo. *Carpe diem quā minimū dolens.*

De trimetro acatalecto claudo.

TRimetrū acatalectū cladū fit primo choriābo, in sequentib⁹ syzygiis iābicis, penultima syllaba lōga fit ꝓ breui.

Nouiſſimus enim pes ſimplex trochæus cecidit pro iambo. *Bella fera Numantia dedit Roma.*

De tetrametro catalecto.

TEtrametra, quæ frequẽtius cadunt, catalectica, fiunt tribus choriambis, quarto pede amphibrachi. *Scire nefas, quem mihi finem aut tibi dii dedere.*

De tetrametro catalectico Anacreontio choriambico.

CHoriambicum Anacreõtium tetrametrum catalecticum fit, primi choriambi ſoluta prima ſyllaba longa in duas breues, vt ſit pes primus ex tribrachy & iambo, vel ex pyrrhichio & anapæſto, duobus mediis choriambis, quarto pede, id eſt, nouiſſimo bacchio, vt, *Atauus eras dulce decus præſidiumque genti.*

De tetrametro catalectico Eupolidio choriambico.

CHoriãbicum Eupolidium tetrametrum catalectum fit primo pede trochæo, ſecundo choriambo, tertio ditrochæo, quarto, id eſt, nouiſſimo amphimacro: *Dii boni ſeruate Sacerdotem vos colentem vos.*

De pentametro catalectico Callimachio.

CHoriambicum catalecticum pentametrum Callimachium fit quatuor choriambis, quinto pede amphibrachy. *Nec babylones numeros vt melius quidquid erit geremus.*

De hexametro catalectico philico.

HExametrum catalecticum choriambicum, quod Philicum dicitur, conſtat quinque choriambis, ſexto pede, id eſt, nouiſſimo amphibrachy. *Te poſui Bacche Pater teque decens canto Venus qui modicos amatis.*

De Choriambico Aſclepiadeo.

CHoriambicum Aſclepiadeum fit, cum primus pes ſpondeus ſit, cæteri Choriambi, nouiſſimus pes diſſyllabus. Omnia enim Aſclepiadea Choriambica brachycatalecta ſunt. Tetrametrũ aſclepiadeum brachycatalecticum hendecaſyllabũ, vt, *Mecenas atauis edite regibus.* Fit etiã octo pentamerrũ brachycatalectum Aſclepiadeũ choriambicum, vt, *Tu ne quæſieris ſcire nefas quem mihi quẽ tibi.*

De choriambico Phaleucio.

CHoriambicum Phaleuciũ fit ſpondeo, dactylo, ſyllaba, duob. dactylis. Ex heroico enim venit vel Elegiaco ſine vlla ſyllaba ſecũdæ cęſuræ pẽthemimericę vt, *Mecenas atauis edite regibus.* Fit etiã pẽtametrũ acatalectũ Phaleciũ ſpondeo, dactylo, ſyllaba, ſpondeo, duobus dactylis, *Tu ne quæſieris ſcire nefas quẽ mihi quẽ tibi.* Ergo hoc notemus quod choriambicum a ſpondeo incipiẽs, ſi cæteris choriambis ſc[illegible]datur Aſclepiadeum metrum vocatur. Sin vero dactylo, ſyllaba, & dactylis, Phaleucium nuncupatur. Hę ſedecim ſunt veræ Choriambico pede lectæ ſpecies.

DE ANTISPASTICO METRO & eius ſpeciebus.

QVibuſdam placet vt metrum Antiſpaſticũ inter abortiua vel mixta referatur, ſed errant. Nam generale eſt poſitum contra choriãbicum, cuius ſpecies exemplis docebimus. Cadunt tamen in hoc metro & hippii, id eſt, epitriti & Ionici & choriambici & bacchii.

De dimetro antiſpaſtico acatalecto Glyconio.

ANtiſpaſticum acatalectum dimetrũ Glyconium fit ſpondeo, duobus triſyllabis, dactylo, & amphimacro, *κἀ πεσ λωιχ' ὁ μαινόμης.* *Sic te diua potens Cypri.* hoc differt a Glyconio dactylo, quod illud, ſicut ante tractaui, ſpondeo conſtat & duobus dactylis; hoc vero ſpondeo triſyllabis quibuslibet. Poteſt tamen & ſpondeo & choriambo percuſſum facer metrum

metrum Asclepiadium, ficut ante docui, *Sic te diua potens Cypri.*

De penthemimerico dochmiaco Aeschyleo.

ANtispasticum Penthemimericum dochmiacum Æschyleũ fit antispasto, hippio secundo, & dissyllabo. *Qui sonante te coegit dare.*

De Dochmiaco trimetro catalectico Euripidio antispasto.

ANtispasticum dochmiacum Euripidium trimetrũ catalecticũ fit antispasto, ditrochæo, amphimacro. *Decreta Musis corona pulchra nos.*

De Hepthemimerico antispastico Pherecratio.

ANtispasticũ hephthemimeticũ Pherecratiũ fit hippio quarto, hippio primo, hippio tertio, spondeo vel trochæo. *N n te Ba. che canam, nec non siluestria tecũ* Constat enim Pherecratiũ antispasticum duplici herecratio, dactylico copulato. *Nunc te Bacche canam, nec non sylueſtria tecum.*

De trimetro brachycatalecto Praxilio.

ANtispastum trimetrum Brachycatalectum Praxilium fit hippio, tribus trochæis. *Trahuntq; nũc machina carinam.* hoc etiam Ithyphallicum antispasticum nuncupatur.

De tetrametro puro antispastico acatalecto.

ANtispasticum tetrametrum purum acatalectum fit quatuor antispastis. *Refer Musa precor dulce melos voce sonans sacra.* Græcum exemplum non repperi.

De tetrametro acatalecto mixto.

ANtispasticum tetrametrum acatalectum mixtum fit antispasto, choriambo, hippio quarto, hippio tertio. *Sacerdos docens bene vos formauit ad artes bonas.* Quidam imperiti de hoc metro exemplum dederunt illud Horatianum, *Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem.* Quod aut Asclepiadeum est, sicut ante monstraui constans spondeo, choriambis. *Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem.* Aut Phalecium, cõstans spondeo, dactylo, syllaba, dactylo, syllaba, duobus dactylis. *Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem.*

De tetrametro Sapphico Priapeio catalectico.

ANtispasticum tetrametrum catalecticũ Sapphicum Priapeium fit spõdeo, dactylo, bacchio (sed vt secunda bacchii longa fiat positione, non sit natura) spondeo vel Iambo, & bacchio simili superiori, & spondeo valde vt sit in diuisione finita pars orationis, quod si inuenta fuerit erit laudabilius. *Isthæc composui metra Sacerdos optima nunc.*

De epimicto Sapphico tetrametro hypercatalecto.

ANtispasticum tetrametrum hypercatalectum Sapphicum fit ditrochæo, hippio tertio, syllaba, hippio tertio, syllaba. *Pauperum tabernas regis & beatum regumque turris.*

De hexametro brachycatalecto.

ANtispasticum hexametrum brachycatalectũ fit hoc modo, hippio quatto, hippio tertio, hippio quatto, Ionicis duobus maioribus, trochæo. Latinum exemplum melius est. Antispastus hos nunc pedes conclusos regens tota decem schemata tradit.

DE IONICO METRO ET eius speciebus.

IOnicum metrum, ficut supra docui, duplex est. Vnum a maiote, quod spõdeo constat & pyrrhichio. Alterum a minore, constans ex pariambo & spondeo. Ionicum maius interdum puro Ionico scanditur, Μήμω λίγι. *Solem colo.* Interdum soluta longa prima componitur, vt sit ex anapæsto & pyrrhichio, ἱκανὴν ζυγι. *Niue candidum.* Interdum duabus longis solutis, vt sit compositum ex proceleusmatico & pariambo, ἱκανοῦ λίφαρι. *Colere Cererem.* Commiscetur huic metro & ditrochæo & chorio, sed tribrachy,

κάλλει ἄμαχον. *Armagerere.* & a chorio, sed tribrachy & trocheo, φιλοχορεῦτα. *Fabula leta.* Sed omnibus pedibus téporum sex, finem tamen habet, aut in spódeum, aut in trocheũ, quod etiã Sotadeum metrum dicitur, de quo sub exemplo postea tractabimus. Interdum & molossos omnis habet. vnde & Molossicum metrum hoc dicitur. Nam prima longa molossi soluta facit Ionicum minorem nouissima maiorem. *Mecenã Romani fecerũt summũ vel summi.* Quoniã catalexis, id est, finis Ionici aut trochæo terminatur, aut spondeo. Sunt autem Ionica metra a maiore quidem octo, a minore duo.

De dimetro brachycatalecto clodo Hipponactio Ionico maiore.

IOnicum mai⁹ dimetrum brachycatalectum clodum hipponactium fit spódeo clodum & vna syllaba, ideo brachycatalectũ, vt πολυπαιγνίοις. *Recte dedere.*

De dimetro acatalecto cleomachio Ionico maiore.

IOnicum mai⁹ dimetrum acatalectum Cleomachium fit Ionico maiore & ditrochæo. *Nec prata rigantur anunæ.*

De trimetro brachycatalecto Ionico maiore & Ithyphallico.

IOnicum brachycatalectum trimetrũ fit hippio tertio, & ditrochæo, & trocheo vel spondeo *Seu poscat agna seu malit.* hæc nouissima indifferens.

De trimetro acatalectico Alcaico Ionico maiore.

IOnicum maius trimetrum catalecticum Alcaicum fit hippio tertio, ionico maiore, dactylo vel amphimacro. *Vides vt alta stet niue cãdidum. strauere ventos æquore feruido.* Fit hoc enneasyllabum duobus hippiis tertiis & syllaba, vt fit dimetrum hypercatalectum. *Ludumque fortuna grauesque.*

De trimetro acatalecto Ionico maiore.

IOnicum maius trimetrum acatalectũ, fit duobus Ionicis maioribus & ditrochæo. *Syluas dea sacra niue obruebat.*

De tetrametro brachycatalecto.

IOnicum maius brachycatalectum tetrametrũ fit Ionico maiori, ditrochæo, Ionico maiori, spondeo vel trochæo. *Lecta nobis bona date* vel *dantes.*

De tetrametro catalecto.

IOnicum tetrametrũ catalecticum fit tribus Ionicis maioribus quarto amphibrachy, cum deberet ditrochæo. *Deprome bonũ quadrimum vinũ celer austũ.*

De tetrametro acatalecto Sotadeo.

IOnicum maius tetrametrum acatalectum fit modis tribus, trib. ionicis maioribus & ditrochæo. *Morosa iuuẽtus bona semper dolo eligendo.* Aut tribus Ionicis maioribus & dispondeo *Qui primus ab oris venit.* aut soluitur primi Ionici maioris prima longa, secundus Ionicus maior ponitur integer, tertii Ionici maioris secunda longa soluitur, quartus pes trochæus ponitur, vt faciat tetrametrum brachycatalectum. *Gracilis puer fulget tuus Hyla sub Arethusa.*

De Ionico minori dimetro catalecto.

MInus Ionicorum dimetrum catalectum fit Ionico minore & anapæsto ἴθι μᾶτερ μεγάλη. *Niue candens nimia.*

De dimetro acatalecto.

IOnicum min⁹ acatalectum fit duobus Ionicis minoribus, *Calamis nunc canimus nos.* Interdum & trimetrum acatalecticum inuenimus constans ex tribus Ionicis minoribus, vt Horatius, *Miserarũ est neq; amori dare ludũ.* Cui additus ex vtraq; parte spondeus, faciet vnum genus secundum de Sotadeis, vt, *Prorsus miserarũ est neq; amori dare ludos dulcis.* Species decem hoc sunt pede ionico.

De

DE PÆONICO METRO
& eius speciebus quatuor.

PÆonicum metrum multi creticum nuncupauerunt, quoniam vna longa cretici, id est, amphimacri soluta constat. Vnde Cratinus dicens, ἔγειρε μοῦσα κρητικὸν μέλος. Intulit metrum Pæonicum, χαῖρε δὴ μοῦσα, χορεία μ' ἥκεις, ὅμοιος Δ' ἦλθες, ὃ πρὶν ἰδεῖν ἴσθι σαφῶς ἀνὴρ ὄντως. Hoc ergo metrum, id est pæonicum habet secũ mixtos creticos, id est, amphimacros.

De dimetro pæonico acatalecto puris pæonibus.

PÆonicum dimetrum acatalectum fit duobus pęonibus puris, *Laceda monte sacras.* Græcum exemplum non inueni.

De dimetro puro acatalecto.

ALiud Pæonicum metrum acatalectum fit pæone & amphimacro, ὦ πάι φίλη ... *Flamma gelu gelant.*

De Trimetro acatalecto cratino.

TRimetrum acatalectum fit primo amphimacro, duob. pæonibus. *Candidum Musa mihi fer honorem.*

De Trimetro acatalecto in medio habente amphimacrum.

TRimetrum acatalectum fit etiam in medio habens amphimacrum. *Candidus eras puer nunc refluis.* Græcum exemplum non inueni. Ergo Pæonicum metrũ fit modis quatuor: aut solis Pæonibus, aut primo pæone, nouissimo amphimacro, aut primo amphimacro, nouissimis pæonibus, aut ex vtraque parte pæonibus in medio amphimacro. Quatuor species habet hoc metrum.

HVc vsq; de simplicibus metris & generalibus & eorum speciebus propriis docuimus, ex quibus composita necessario retractemus. Nam omnia ne numero quidem poterunt comprehendi. Vnde si quis inuenerit aliquod metrũ in hoc libro non positum, quem de Græcis nobilib. metricis lectis a me & ex his quicquid singulis fuerit optimum decerpto composui, non imperitia iudicet ignoratum; nam aut aliqua re detracta, aut addita, aut commutata inueniet figuratum. Ergo de compositis breuiter exponamus.

De metro Iambelego.

IAmbelegum metrum constat ex syzygia Iambica monometra & syllaba, ex dipodia dactylica penthemimerica duobus pæonibus dactylicis & syllaba. Vnde etiam metrum nomẽ accepit, quod iambico & elego cõstat. Melius erit Latinum exemplum. Nam in vtraq; cæsura finiam partem orationis non vt Græcum, *Amore cogis scribere versiculos.*

De metro encomiologico Stesichorico.

ENcomiologicum Stesichoricum fit e contrario. In hoc enim pręponitur penthemimericum dactylicum, & subiungitur iãbicum, *Mollibus in pueris aut in puellis.*

De encomiologico Archilochio.

ENcomiologicum Archilochium fit penthemimerica dactylica præposita & quatuor pedibus dissyllabis iambicis subiunctis, *Fabula quanta fui, cõuiciorum pœnitet.*

De logaoedico Archebulio.

LOgaoedicum Archebulium fit duobus dactylis & duobus trochæis, vel trochæo & spondeo. *Iã Cytherea choros veruus dat.* Huic additus alter trochæus faciet Ithyphallicum dactylicum de quo sæpe tractaui.

De Archebulio hemiepi.

ARchebulium Hemiepes cõstat duobus dactylis & spõdeo. *Eruerint Danaii qua. Emicat Oceano lux.* Huic addita syllaba faciet hemidexium trimetrum de quo supra tractaui. Manẽte vero in qualitate sua, sed verso erit Glyconium trimetrum ex spondeo, duob. dactylis. De quo etiam ante docui in specieb. dactylici metri.

De logaoedico Archilochio Ithyphallico.

LOgaoedicum Archilochiũ Ithyphallicum fit quatuor dactylicis pedib. & tribus trochæis. Nouissima syllaba indifferens. *Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.* Huic aditur alter versus constans ex diiambo & syllaba & tribus trochæis. *Trahũtq́, siccas machinæ carinas.* Sed puris trochæis exẽplum hoc est: *Alterno terrã quatiunt pede dũ grauis Cyclopum Vulcanus ardẽs vssit officinam.* Sed vt breuiter doceamus quodcunq; metrum constabit dactylicum & trochaicũ Logaoedicum Ithyphallicum nuncupatur.

De composito Pindarico.

COmpositum Pindaricũ fit penthemimerico Iambico ex vtraq; parte posito, & in medio penthemimerico dactylico. οἱ δ᾽ ἐπ πτωχὸς ἀγχῶ πλέιω τίκτεν ξανθὰν ἀθάναι *Contraq́, lucrum pauperis ingenium nihil valere.*

De composito Susarionio.

COmpositum Susarioniũ fit quatuor pedib. trochaicis præpositis & subiuncto penthemimerico dactylico. χυνήσειν ἀνθρώποιν τὰν θέμιν ἐργασίαν. *Machinæ trahunt carinam, soluitur acris hyems.*

De proposodiaco hyperchematico.

PRoposodiacũ Hyporchematicum fit syllaba & pẽthemimerice dactylo & syllaba & trib. trochæis ithyphallo. *Iam arma virumq́, cano; Iam o beata Musa.*

De asynartetis metris.

Α᾽συνάρτητα metra, id est, inconuenientia fiunt modis duobus, aut cum pes in aliquo metro non suo loco ponitur, ac si quis Iambico metro spondeum pedem secundo vel quarto loco ponat, vt Terentius, *Vos isthæc intro auferte abite Sosia.* Qui versus constare potuisset, vel si in nouissima parte spondeum habuisset, esset enim amphicolum hippo nactium, de quo supra tractaui. Fit asynartetum etiam per antipathiam, id est per cõtrarietatẽ. Ac si quis proceleusmaticum pedẽ qui anapęstico datus est metro cõtrario eius, id est, dactylico pręstet, vt Virgilius, *Arietat in muros: Genua labant: Abiete cingunt.* Quos pedes qui dũ faciunt dactylicos primas duas breues ligatas pro longa accipientes, sicut præcepit Iuba metricus, errant. Nam genus est illud asynartetum, quo vsa est Sappho per totum librum suum primum.

ARS CÆSII BASSI DE METRIS.

MEcoenas *atauis edite regibus.* Asclepiadæon duodecasyllabũ cuius diuisio varia quidẽ sic, *Mæce* Spondeo, *Nas atauis* Choriãbo, *Edite re* idẽ. *Gibus* Pyrrhichio, vel Iambo, propter indifferentiam syllabæ. Alii per dipodias ita, *Mecenas a*, debuit antispastica podia esse, & produxit syllabam primam, & fecit Epitritum quartum ex tribus longis, & breui. *Tauis edi*, Anapęstus est ex breui, duabus longis, & breui. *Te regibus* Pæon secundus ex breui, & lõga, & duabus breuibus, vel si longa fuerit, vltima erit Iambus, si vero ad penultimã partẽ vltimæ dipodiæ breuis syllaba addatur, fiet Elegiacus versus penta eter sic, *Mecenas atauis edite remigib⁹* diuiditur prioribus, aut Dactylo. & spondeo, aut spondeo, & Dactylo, tamen medius spondeus debet semper esse sequentibus Anapęsticis. *Iam satis terris niuis, atq́, diræ.* sapphicum hendecasyllabon, quod est trimetron Choriãbicon catalecticõ cuius

ius syllabam tertiam produxit in prima dipodia, quam corripere debuit, oportuit enim ita esse, *Iam satis ter.* posuit autem *Iam satis ter*, pro Choriambo, Epitritum secundũ, id est, ex longa, & breui, & duabus longis. Secunda dipodia Choriambica est, *Ris niuis at*, tertio, *que dira*, positus pes pro dipodia, bacchius, aut ꝓpter indifferentiam syllabę hoc metrum clauditur Amphibracho, id est, & breui, & longa, & breui, *Sic te diua potens Cypri.* Glyconicon octosyllabon ex genere Asclepiadion est, huic enim si addideris dipodiam, Choriambicon facies Asclepiadion sic, *Sic te diua potens Cypri.* diuiditur autem Spondeo, Choriambo, Pyrrhichio, vel Iambo propter syllabæ indifferentiam, *Sic te diua potens Cypri. Soluitur acris hiems grata vice veris, & Fauoni.* Alcaicon, Ithyphallicon, *Soluitur acris hiems grata vice veris, & Fauoni.* Commixtum est ex Heroico, & Ithyphallico. *Soluitur acris hiems grata vice*, huculque heroicum. *Veris & Fauoni*, hoc Ithyphallicum, *Trahuntq́ siccas*, portio Iambici, sequitur Ithyphallici, *Machina carinas. Vides vt alta stet niue candidum.* Alcaicon hendecasyllabon, cuius diuisio ita est. *Vides vt alta*, ex duobus Iambis & syllaba, & sequentibus duobus Dactylis, vel propter indifferentiã syllabæ Dactylo, & Amphimacro. *Stet niue candidum Soracte, nec iam sustineant onus*, sicut prior scanditur. *Silue laborantes geluque.* hendecasyllabon, *silue*, spondeus, *labo*, Iambus, *rantes*, spondeus, *geiu*, Iambus, *que*, syllaba, *Flumina constiterint acuto*, hoc constat ex quatuor pedibus heroicis syllaba detracta breui in tertio pede. Fit enim integrum sic, *Flumina constiterint ab acuto.*

BREVIATIO PEDVM.

PEdes dissyllabi sunt numero quatuor. Pyrrhichius ex duab. breuibus, temporum duum, vt *Deus*, sed hunc alii hegemona appellauerunt, alii dibrachyn, alii pariambum.

Spondeus ex duabus longis temporũ quatuor, vt *Heros.*

Iambus ex breui, & longa, temporum trium, vt *dies.*

Trochæus ex longa & breui, temporum trium, vt *comma*, sed hunc alii Chorium appellauerunt, alii Cordacem.

Pedes trisyllabi sunt numero octo. Tribrachus ex tribus breuibus, temporum trium, vt *Helena.* sed hunc alii Trochicũ appellarunt, alii Pygmona, alii Brachysyllabon. Cicero enim de Oratore etiam Trochæum appellauit.

Molossus ex tribus longis temporum sex, vt *Æneas.* Hunc alii Hippiona appellauerunt.

Bacchius ex breui, & duabus longis, vt *Athena.*

Palimbacchius ex duabus longis, & breui temporum quinque, vt *Natura.*

Anapæstus ex duabus breuibus & lõga, temporum quatuor, vt *nebula.*

Dactylus ex longa & duab. breuibus. temporum quatuor, vt *Romulus.*

Amphibrachus ex breui, longa & breui, temporum quatuor, vt *dicaru.* hunc alii Meliten, alii Stolan appellauerunt.

Creticus ex longa, breui, & longa tẽporum quinque, vt *sanitas*; & hunc alii Amphimacrum appellant.

Tetrasyllabi Pedes numero sedecim. Proceleusmaticus, qui fit ex duobus Pyrrhichiis, id est, ex quatuor breuibus syllabis, & est temporum quatuor, vt *Habilior.*

Dispondeus, qui fit ex duobus Spondeis, id est, ex quatuor lõgis syllabis temporum octo, vt Mæcenates.

Ionicus minor, qui fit ex Pyrrhichio, & Spondeo, id est ex duabus breuibus & duabus longis, temporũ sex, vt *Diomedes.*

Ionic⁹ maior, qui fit ex Spõdeo & Pyrrhichio, id est, ex duabus longis syllabis & duabus breuibus, temporum sex, vt *Iunonius.*

Antispastus, qui fit ex Iambo, & Trochęo, id est, ex breui duabus longis & breui, i, temporum sex, vt *Clytemnestra.*

Choriambus, qui fit ex Trochæo siue Chorio. & Iambo. i. ex longa, duabus breuib᷑, & longa temporum sex, vt *nobilitas*.

Diiambus, qui fit ex duobus Iambis, id est, ex breui, & longa, & item breui & lõga syllabis, temporum sex. vt *propinquitas*.

Ditrochæus, qui & Dichorius, qui fit ex duobus Trochæis, siue Choriis, id est, ex longa breui, & item longa & breui, tẽporum sex, vt *dimicare*.

Epitritus primus, qui fit ex Iambo, & spondeo, id est, ex breui & tribus longis syllabis temporum septem, vt *venenati*.

Epitritus secũdus, qui fit ex Trochæo, & spondeo. id est, ex longa, breui, & duabus longis syllabis, temporum septem, vt *Nicomedes*.

Epitritus tertius, qui fit ex Spondeo, & Iambo. id est, ex duabus longis, breui, & longa syllabis, tẽporũ septem, vt *Heroici*.

Epitritus quartus, qui fit ex Spondeo, & Trochæo, id est ex trib᷑ longis & breui syllabis temporũ septem, vt *Nutritura*.

Pæon primus, qui fit ex Trochæo, & Pyrrhichio, id est, ex longa, & tribus breuib᷑ syllabis tẽporũ quinq;, vt *Demodoc᷑*.

Pæon secundus, qui fit ex Iambo & Pyrrhichio, id est, ex breui longa, & duabus breuibus syllabis, temporum quinque, vt *Idoneus*.

Pæon tertius, qui fit ex Pyrrhichio, & Trochæo, id est, ex duabus breuibus, lõga & breui, tẽporũ quinq;, vt *Menedemus*.

Pæon quartus, qui fit ex Pyrrhichio, & Iambo, id est, ex tribus breuibus, & lõga syllabis, tẽporũ quinq; vt *Celeritas*.

His multi adiciunt vnum Pentasyllabum. Dochmium vero, qui cõstat ex breui, duabus longis & breui & longa, vt *Senatoria*, & vt idem Cicero posuit, *Amicosthenes*

De pedum compositionibus.

EX Trochæo & Molosso, id est, ex lõga & breui, & tribus lõgis, vt *Dolore compulsi*. Ex Trochæo & Ionico minore, id est, ex longa & breuibus tribus, & longis duabus. *Regina superorum*.

Ex Trochæo & Choriambo, id est, ex longa vna, & breui, & longa vna & breuibus duab᷑, & longa vna, *Mihi perpetior*.

Ex Trochæo & Ionico maiore, id est, ex longa vna, & breui vna, & longis duabus, *Astra cælestia*.

Ex Trochæo & Pẽtasyllabo cuius media longa est, id est, ex longa vna, breuib᷑ tribus, longa vna, breuibus, duabus, *Maiestate miserabili*.

Ex Tribracho, & Molosso, id est, ex breuibus tribus, & longis tribus. *Deserere compellor*.

Ex Tribracho & Ionico minore, id est, ex longis quinque, & longis duabus. *Incredibilia tolerando*.

Ex Tribracho & Choriambo, id est, ex breuibus tribus, & longa vna, & breuibus duabus, & longa vna, *Varia concupiens*.

Ex Tribracho & Ionico maiore, id est, ex breuibus tribus, & longis duabus, & breuibus duabus: *Rapior in turbines*.

Ex Tribracho & pentasyllabo, cuius media longa sit, id est, ex breuibus quinque, longa vna, breuibus duabus: *Temere reuocabitur*.

Item secũdum Compositionis genus. Ex Spondeo, Bacchio, id est, ex lõgis duabus, breuibus tribus, longa vna. *Bellum reficiunt*.

Ex Spondeo & Pæone secundo, id est, ex longis duabus, breui vna, longa vna, breuibus duabus: *Armis repleuerat*.

Ex Anapæsto & Bacchio, id est, ex breuibus duabus, longa vna, breui vna, & longis duabus: *Adstus sonantes*.

Ex Anapæsto & Pæone secũdo, id est, ex breuibus duabus, & longa vna, breui vna, breuibus duabus: *Iaculis frequentibus*.

Ex Anapæsto & Pæone quarto, id est, ex breuibus duabus & longa vna, breuibus tribus, longa vna: *pedites fugiunt*.

Ex Amphimacro & Spondeo, id est, ex lõga vna, breui vna, & longis tribus: *Obuios sternunt*.

Ex Amphimacro & Anapæsto, id est, longa vna, breui vna, longa vna breuibus duabus, & longa vna: *Comminus gladiis*.

Ex

Ex Amphi macro & Dactylo, id est, longa vna, breui vna, longis duabus, & breuibus duabus: *Victoria praediti.*

Ex Amphimacro & Bacchio, id est, ex longa vna, breui vna, & longa vna & breui vna, & longis duabus: *Hostibus repulsis.*

Ex Palimbacchio & Spondeo, id est, ex longis duabus, & breui vna, & longis duabus: *Praeclara Virtus.*

Ex Palimbacchio & Anapaesto id est, ex longis duabus, & breuibus tribus, & longa vna. *Prudentia animo.*

Ex Palimbacchio & Dactylo, id est, ex longis duabus, breui vna, & longa vna, & breuibus duabus: *Laudanda iugiter.*

Ex Paeone tertio & Spondeo, id est, ex breuibus duabus, longa vna, & breui vna, & longis duabus: *Repetebat actus.*

Ex Paeone tertio Anapaesto, id est, ex breuibus duabus, longa vna, & breuibus tribus, & longa vna: *Superatus animus.*

Ex Paeone tertio & Dactylo, id est ex breuib⁹ duab⁹, & lõga vna, breui vna lõga & breuibus duabus: *Aliena quaeritans.*

Ex Amphibracho & Spondeo, id est, ex breui vna, longa vna, & breui vna, & longis duabus: *Repulsus hostis.*

Ex Amphibracho & Anapaesto, id est, ex breui vna, & longa vna, breuibus tribus, & longa vna: *Repente capitur.*

Ex Amphibracho & dactylo, id est, ex breui vna, lõga vna, & breui vna, & lõga vna, & breuib⁹ duabus: *Parantur agmina.*

Ex Spondeo & Iambo, id est, ex longis duabus breui vna: *Causas videt.*

Ex Spondeo & Tribracho, id est, ex longis duabus, & breuibus tribus: *Sumptus temere.*

Ex Anapaesto & Iambo, id est, ex breuibus duabus, longa vna, breui vna, & longa vna: *Fremitus grauis.*

Ex Anapaesto & Tribracho, id est, ex breuibus duabus, longa vna, & breuibus tribus: *Trepidi fugiunt.*

Ex Spondeo, Iambo, & Spõdeo, id est, ex longis duabus, breui vna, & longis tribus: *Cuncti cauent bellum.*

Ex Spondeo, Iambo & Anapaesto, id est, ex longis duabus, breui vna, & longa vna, & breuibus duabus, & longa vna: *Victis malis trepidant.*

Ex Spondeo Iambo & Dactylo, id est, ex longis duabus, breui vna, longis duabus: *Rostris secant gurgites.*

Ex duobus Iambis & Spondeo, id est, ex breui vna, longa vna, breui vna, longis tribus: *Bonos docet ciues.*

Ex duobus Iambis & Dactylo, id est, ex breui vna, longa vna, breui vna, longis duabus: *Struunt moenia.*

Ex Trisyllabo cuius media breuis sit, id est, ex Cretico, & Iambo & Spondeo, id est, ex longa vna & breui vna, & longa vna, & breui vna, & longis tribus: *Praelium cupit fortis.*

Ex Trisyllabo cuius media breuis sit, id est, ex Cretico, Iambo, & Dactylo, id est, ex longa vna, breui vna, longa vna, breui vna, & longis duabus, & breuibus duabus: *Turbines timet fluctuum.*

Ex Trisyllabo, cuius media breuis sit, id est, Cretico, Iambo, & Anapaesto, id est, ex lõga vna breui vna, longa vna breui vna, longa vna, & breuibus duabus, & longa vna, *Gurgites secant trepidi:*

Ex Trisyllabo, cuius media breuis sit, id est, Cretico, Trochaeo, & Spondeo, id est, ex longa vna, breui vna, & longis duabus, & breui vna, & longis duabus *Lateribus auget vrbem.*

Ex Spondeo & Epitrito primo, id est, ex longis duabus, & breui vna, & longis duabus: *Bellum suscitauit.*

Ex Trisyllabo, cuius media breuis sit, id est, Cretico, & Epitrito primo hoc est, longa vna, & breui vna, & longa vna, & breui vna, & longis tribus: *Hostibus resistentes.*

Ex Trisyllabo, cuius media breuis sit, id est, Cretico, & Epitrito secundo. id est, ex longa vna, breui vna, longis duabus, & breui vna, & longis duabus: *Exercitum compul runt.*

Ex Iambo, & Epitrito primo, id est, ex breui vna. & longa vna, & breui vna, & longis tribus. *Fugam capessebant.*

Ex Iãbo & Epitrito secundo .i. ex breui vna, & longis duabus, & vna, longis duabus, *Faces sustulerunt.*

Ex Spõdeo & Pentasyllabo, cuius duę primę breues sunt, *Iustus rationalis*, id est, duæ primę longę duæ sequentes breues, & tres vltimæ longæ, cuius exemplum sursum.

Ex spondeo & Pentasyllabo, cuius secunda breuis sit, *Multum praeferebant*, id est, tres primæ longæ, quarta breuis, tres vltimæ longæ, cuius exemplum sursum.

Ex Trisyllabo cuius media breuis sit, id est, Cretico & Pentasyllabo, cuius secunda breuis, tertia & quarta lõgę, quinta breuis & tribus vltimis longis, exemplum sursum.

Ex Trisyllabo cuius media breuis sit, id est, Cretico, & Pentasyllabo, cuius secunda breuis sit, *Instantia comprobatur*, id est, ex prima longa secunda breui tertia longa quarta breui & tribus vltimis longis, cuius exemplum supra.

Ex Iambo & Pentasyllabo, cuius duæ primæ breues sint, *Rates reparabantur*, id est, ex prima breui secunda longa tertia & quarta breui & tribus vltimis longis *Bonus consulebatur.*

Ex Iambo Pentasyllabo, cuius secunda breuis sit, prima & secunda & tertia longæ & quarta breuis & tribus vltimis longis cuius exemplum supra.

Genera Versuum.

EPos, quod dactylicum dicitur, Iambicum, Trochaicum, Anapęsticum, Antispasticum, Choriambicum, Ionicũ, Tonos, quod ad rhythmum tibicinum conuenit. Nonum Pæonicum dicitur.

Poeticæ species latinæ.

EPos, siue Dactylicum, Epigramma, Iambica, Lyrica, Tragœdia, Satyra, Prætextata, Comœdia Tabernaria, Attellana, Rhyntonica, Mimi.

ATILII FORTVNATIANI ARS.

De Carmine Sotadeo fragmentum.

PRimus spõdeus. Secundus pariambus. Tertius spondeus. Quartus pariambus. Quintus tribrachus. Sext⁹ item tribrachus. Vltimus spondeus. & quod magis mirum videri potest, totus Sotadeus numerus ex Trochæis potest constare pedibus: & duo habet Ithyphallica metra, & vnum Trochæum pedem, sic, *Bacche Bacche Bacche:* quibus si interposueris aliquos brachysyllabos, eiusdem scilicet rationis, erit etiã mollior sic, *Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche.* Nam Ithyphallicum metrum sæpe recipit hũc Tribrachum; vt etiam apud Menandrum in Phasmate & apud Callimachum in epigrammatibus ostẽdi potest. Cuius exemplum subieci, quo notius sit eum cum sit sex syllabarum accrescere modo vna modo duabus, per Tribrachum scilicet pedem. *Huc adeso Lyæe, Bassareu, bicornis, Mænale bimater, Crine nitidus apte, Luteis corymbis Hederate coronis: Hasta viridis arma & Placidus ades ad aras Bacche Bacche Bacche.*

De Archebuleo Metro.

ARchebuleus accepit nomen versus, non quod Archebuleus eũ inuenerit. Nam

rit. Nam Stesichorus antiquior illo poeta, Ibycus & Pindarus & Simonides vsi sunt eo, sed passim & promiscue. Archebuleus autem quia carmen ex hoc vno genere composuit, Archebulium nominatum est. origo eius heroicus hexametrus est; Exemplum: *Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba.* quem facies heroum hexametrum adiectis duabus syllabis sic: *Nam tibi nascitur omne pecus; tibi crescit & herba.* est autem hic versus anapæsticus; quia primus heroi hexametri dactylus syllabā amittit, reliquæ duæ breues iungunt se longæ insequenti, & deinceps cæteræ in eandem formulam veniunt. nec tantum heroo hexametro se . · . · hic versus sed etiam post tres anapæstos accedit ad trimetrum. Nam possis eum sic cōponere, *Tibi crescit herba cœlitum testor genus.* Hic versus dactylicum molle summa cum voluptate autium claudit; de quo cum res coegerit, plura dicentur. est autem pentametrus, ex anapæstis constat fere pedibus, recipit spondęos, clauditur antibacchio. De vltima syllaba breuis an longa sit iam superuacuum est admonere.

De Hipponacteis.

NVnc ad Hipponactica veniam*. Cuius de tetrametri genere vnius iambici, quia res exigebat, nos suo loco diximus. hic auctor trimetrum scazonta fecit, id est, claudicantem. Cuius lex talis est, vt proxima vltimæ syllabæ vtique sit longa, & pro iambo pede versus spondeo finiatur aut trochæo; quoniam nihil interest, nouissima syllaba breuis an longa sit. Cuius exemplum, *Sella in Curuli struma Nonius sedet*; ac pro *sedet*; *sedit*, erit scazon. *Sella in curuli struma Nonius sedit.* rursus permutatione verborum & hunc faciet Iambicum, & illum scazonta. *Nec excitatur classico truci miles.* hoc autem ita fieri obseruabimus; si aut vltimi duo pedes ex syllabis absolutis verbis constabunt; aut quartus semipes posterior, cum in sequente, trisyllabum perficit verbum, tanquam *Nonius*; vtique autem sextus pes perfectum habeat dissyllabū, tanquam *sedet. fecit, dixit.* sed cum facile rectus Iambicus admittat quinto loco spondeum, hic scazon pessimus erit: qui habuerit alium quinto loco quam Iambicum; quo tamen sine religione vsus est Hipponax. eius exemplum; *Nec excitatur classico miles rauco.* Nam si feceris, *Nec excitatur classico pedes rauco.* probabilem facies choriambum, de quo plura alias. Idem fecit Hipponax in scazonte quadrato; quod in trimetro, cuius exemplum est; *Pro pudor sella in curuli struma Nonius sedit.* Item aliter, *Hesitat nec excitatur classico miles truci.* De quo plura dicere superuacuum est; cum omnia quæ accidunt trimetro scazonti, huic quoque accidere possint.

De Hendecasyllabo Phalecio.

VEnio nunc ad hendecasyllabū phalęcium; qui ex simili causa, vt pleriq;, a cultore suo, non inuentore, nomen accepit. Nam hic versus apud Sappho frequens est; cuius in quinto libro complures huius generis & continuati & dispersi leguntur. Huius hendecasyllabi varia diuisio est, & omnis aut ex se efficiens, aut ad aliquod pertinens metrum. Sed prima vulgaris quidem illa diuisio, quæ docet eum partem habere ex heroo, partem ex Iambo exemplum: *Castæ Pierides meæ Camœnæ.* ex heroo sic diuiditur: *Castæ Pierides sonitum dedit ære canoro.* ex iambico sic: *Meæ Camœnæ celitum testor genus.* Altera diuisio est, cuius feceram mentionem, cum de Epodo Callimachi dicerem; hoc exemplo: *Siccas ducite machinæ carinas.* Nam primi duo pedes reliquis quatuor adsumptis faciunt heroum sic: *Siccas ducite remigio subeunte carinas.* Reliqua pars Ithyphallicum facit: *Machinæ carinas.* Tertia diuisio est: *Castæ Pierides meæ Camœnæ.* Detracto enim *Camœnæ*, fit Anacreontiū metrum, syllabarum

octo, quod Musici Bacchiō vocant; Grāmatici Choriambon; qui duplex constat ex longa & duabus breuibus & longa, id est, ex choreo & iambo. Hoc metrum incrementum accipit, & totum ab altero tractum est & ab Horatio nostro. Nam quod est, *Castæ Pierides meæ*, id est apud Horatium, *Intermissa Venus diu*. Demus illi incrementum, id est, pro vno duos choriābos; fiet, *Intermissa diu missa diu Venus*. &, *Castæ Pierides, Pierides meæ*. huic simile erit, *Mæcenas atauis edite regibus, O & præsidium & dulce decus meum*. Hic etenim qui dissyllabo verbo absoluto finitur, si amiserit choriambum, erit illi metro par cui exemplū; *Castæ Pierides meæ*. fiet enim *O præsidium meum*. rursus adcrescat choriambus, fiet, *Castæ Pierides Pierides meæ*; &, *O & præsidium & dulce decus meum*; & *Intermissa Venus missa Venus diu*. Demus etiā nunc illi vnius choriambi incrementum, fiet: *Castæ Pierides Pierides Pierides meæ*. quale est illud apud Horatium; quod & ipsum ab altero sumpsit: *Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi, quem tibi*. Hoc ipsum imminuendo paulatim tria hæc metra quæ retuli manifestiora faciam; *Tu ne quæsieris quem mihi; quem tibi*; hoc par est illi: *Mæcenas Atauis edite regibus*. Alterum detraham Choriambum, fiet: *Tu ne quæsieris tibi*; hoc par est illi: *Intermissa Venus diu*; &, *Castæ Pierides meæ*.

De Priapeo metro.

EX hac diuisione & Priapeus nascitur versus. Cuius exemplum apud Catullum: *Hunc lucum tibi consecro dedicoque Priape*. Nam cum in duo commata hic versus diuidatur, superius comma octo syllabarum, & insequens septē, diminuta superioris commatis parte; vt si facias; *Mater sæua Cupidinum: mater sæua Cupido*. Sed adeo totus hic ex heroo venit hexametro, vt & apud Homerum nullo immutato verbo complures inueniantur Priapei, & apud Virgilium, quorum vnum in præsentia posuimus, qui forte succurrit. Credo & alios inueniri posse complures. *Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos*. quod apparet ita esse, quoniam ita huius versus exigit natura; vt inter duo commata exiguam pronunciando interponas moram. Nam, *Cui non dictus Hylas puer*, par est huic; *Hunc lucum tibi dedico*. sequens autem comma, *Et Latonia Delos*, huic, *Consecroque Priape*. Non ignoro autem variari primas & secundas syllabas vtriusque in Priapeio commate, vt modo ab iambo incipiat, modo ab Trochæo; tanquam, *Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape*. &, *Libens hoc tibi dedico, libens sancte Priape*. Nam & hendecasyllabus, quem phalæcium vocamus, apud antiquos auctores eodem modo solebat incipere alias a spondeo, alias ab Iābico, alias a Trochæo; vt apud Catullum, *Arida modo pumice expolitū*. ab iambo, *Meas esse aliquid putare nugas*. quæ omnia genera hendecasyllabi Catullus, & Sappho & Anacreonta & alios auctores secutus, non tanquam vitiosa vitauit, sed tanquam legitima inseruit. ex quibus quoniam Priapeus nascitur, necesse est easdem habeat varietates.

Quarta diuisio est hendecasyllabi talis. *Castæ quas veneramur sorores*. Nam proprio commate Callimachus in epigrammatibus vsus est, & Bacchylides in carminibus, & alii. Heroi autem dactylici par est hoc modo: *Castæ quas veneramur Olympia templa tenentes*. Quinta diuisio est hendecasyllabi, hoc exemplo, *Castæ Pierides nouem sorores*. Nam secundum primum spondeum, est insertus huic hendecasyllabo anapæstus, Ionicum Sotadeum facit; sic, *Castæ dociles Pierides nouem sorores*. ex quo non est mirandum quod Varro in Cynodidascalico Phalæcion metrum, Ionicum Trimetrum appellat. Quidam Ionicum minorem. Sexta diuisio est hoc exemplo. *Cui dono lepidum nouum libellum*. Par est enim priori, *Cui dono*, quod accidit heroo

roo metro sic, *Cui dono titulum Troiæ qui primus ab oris.* Reliqua pars hendecasyllabi *Lepidum nouum libellum*; Anacreonteion facit metron, octo syllabarum Iambicum ab anapæsto incipiens, quale est illud apud Lepidũ, *Mea Vatiena amabo.*

De Galliambo.

EX hoc nascitur Galliambus repetito hoc metro, sed vna syllaba detracta vt habeat semipedem clausulam, quale est hoc: *Mea Vatiena amabo: Mea Vatiena ama.* Et illud similiter; *lepidum nouum libellum: lepidus nouus liber.* Huic pares sunt apud Mæcenatem. *Ades, inquit, o Cybelefera montium Dea. Ades & sonante tympano quate flexibile caput.* sed quoniam hic versus Matri sacer est Ideæ, vt vibrare videatur, proximum ab vltimo pedem brachysyllabon fecerunt, & græci, & hic ipse Mæcenas, iis quos modo retuli proximum sic *Latus horreat flagello, comitum chorus vlulet.* Et Catullus. *Phrygium nemus cito cupide tetigit.* & illud alterius auctoris. *O qui chelyn canoram plectro regit Italo:* vt si facias illud ex Lepidiano metro ad hanc legem. *Mea Vatiena amabo, mea cura, mea Venus.* Catullus in Anacreonteio. *Ades inquit o Cybele*: potest adhuc fieri crispior, si pro vno iambo brachysyllabum . . . . in hunc modum; *Mea vita, mea voluptas, mea cura, meus amor.* Hic versus habet primum pedem Anapæstum, secundum sæpe Iambum, nonnunquam Tribrachyn; tertium iambum semipedem accipit medium, quia ex duobus commatibus constat. sequens comma accipit Pariambum, Trochæum brachysyllabum, semipede cluditur. si quis autem quæsierit; quid ita, quum sit Galliambicus versus, Iambici quoque nomen acceperit; hoc versu, qui est apud Mæcenatem, lecto, intelligit eum ex iambico quoque nasci: *Hic nympha cingit omnis Acheloum senem.* Adiice syllabam *Acheloo*, fiet Galliambicus sic. *Hic nympha cingit omnis Acheloium senem.* Esse autem huic metro cognationem cum Sotadeo cognoscamus hinc licet, quia facta translatione modica, & Sotadeus qui fuit transit in Galliambum, & eodem modo Galliambum in Sotadeum, ex Galliambo in Sotadeum: *Hinc Phrygum nemus citato cupide pede tetigit.* Contra; *Galli timidi semianimes tergora versant. Galli tergora versant timide semianimes.* Septima diuisio hendecasyllabi talis est, *Viuis, ludis, habes, amas, amaris.* Nã quatuor syllabis detractis, q̃ accedere heroo incipienti cuilibet, relinquitur; *Habes, amas amaris.* Nã quatuor syllabis priorib. Anacreõteio metro quod est syllabarũ septẽ, constat ex trib. Iambis & semipede. Particula posterior est Hipponactei versus iambici quadrati, quem dixi a comicis antiquis & latinis & græcis interponi frequentissime sic. *Quid mœstus incedis Micon? habes, amas, amaris.* Puto me satis diligenter persequutum hendecasyllabi singulos articulos, vt ostenderem cum quot metris ei quædam necessitudo contingeret.

De Phalacio metro.

PHalæcius versus ex duplici pede constat, quem Bacchion musici, choriambicõ grãmatici vocant. habet lõgã & duas breues & longã. i. Trochæũ & Iãbum. Hoc autẽ Phalæcus conscripsit hymnos Cereri & Libero, tali genere metri, quod scilicet est. . . . . deorũ conuenire venerationi credidit. Apud nostros hoc metrũ non reperio. exẽplũ eius tale est. *Frugifera sacra dea quæ colitis mystica iunctaque Ioui nefasto.* hunc hexametrũ ex numero bacchio cõposuit Phalæcus, quo vsus est etiã Archebulus; De quo auctore supra retuli; clusit autẽ antibacchio. Numerus hic frequẽs est apud Lyricos; & præcipue apud Alcæũ, Sappho, Anacreonta. Nascitur tamen & hic ab heroo. nã si Dactylo primo, qui cõstat ex lõga & duab' breuib', iunxeris sequentis dactyli, vel spõdei, syllabã primã facies choriãbũ hoc modo, *Arma virũ*; ex sequẽti versu Italiã, ad sum-

mam pentametrum heroum, qui habet dactylos primos duos, adiectis duabus syllabis longis facies choriambicum, velut hunc: *Vnde meus veniat mollis in ora liber.* velut hunc ex heroo pentametro sic: *Vnde meus veniat mollis in hac ora liber*, &, *Dum meus assiduo luceat igne focus.*

De Paeonico metro.

PÆonicus versus quadratus, ab Aristophane comico compositus est, ex eo pæone, qui constat longa syllaba & tribus breuibus, cluditur autem cretico, qui & ipse constat eiusdem generis, & temporum totidem quo ille, vna parcior syllaba sit, nisi fluat eodem numero rhythmos non metrum fiet, huius exẽplum: *Egregia percoluit ingenia musici carminis. More tenet ingenium, sic Tyberis implacidus in maria labitur.*

De Proceleusmatico.

PRoceleusmaticus constat ex duobus pariambis, id est, quatuor breuibus syllabis, cuius exemplum & in pedũ demonstratione posui, & nunc referam. *Sede tibi bromie denotopede mulier: Pecora rapida caper agitat. Humi caput inanime tepet auida neque manus.* habet hic versus proceleusmaticos tres, quartum pariambum, semipede cluditur: ita vt detracta proceleusmatico syllaba, in tribrachym cadat & insistat, ne (vt dixi) numerus sit.

De Satunio versu.

DE Saturnio versu dicendum est quẽ nostri existimauerũt proprium esse Italicæ regionis, sed falluntur. A græcis enim varie & multis modis tractatus est, non solum a Comicis, sed etiam a Tragicis, nostri autem antiqui (vt vere dicã, quod apparet) vsi sunt eo non obseruata lege, nec vno genere custodito inter se versus: sed præterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breuiores, alios longiores inseruerunt, vt vix inuenerim apud Næuium, quos pro exemplo ponerem. Apud Euripidem & Callimachum inueni tale genus, *Turdis edacibus dolos comparas amice* apud Archilochum tale, *Quem non rationis egentem vicit Archimenes.* Et tertium genus, *Consulto producit eum quo sit impudentior.* Apud nostros autem in Tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, victoriæque suæ titulum Saturniis versibus prosequebantur, talia repperi exempla. ex Regili tabula: *Duello magno dirimendo, regibus subigendis*; qui est subsimilis ei quem paulo ante posui: *Consulto producit eum quo sit impudentior.* in Accilii Glabrionis tabula: *Fundit fugat posternit maximas legiones.* apud Poetam Næuium hos repperi idoneos: *Ferunt pulchras pateras aureas lepidas.* & alio loco, *Nouem Iouis concordes filiæ sorores.* Sed ex omnibus istis, qui sunt asperrimi, & ad demonstrandum minime accommodati, optimus est quem Metelli proposuerunt de Næuio, aliquoties ab eo versu lacessiti: *Malum dabunt Metelli Neuio poeta.* Hic enim Saturnius constat ex hipponactei quadrati Iambici posteriore commate, & Phalæcio metro. hipponactei quadrati exemplum: *Quid immerentibus noces? quid inuides amicis?* nam, *Malum dabunt Metelli*, simile est illi: *Quid inuides amicis?* Cui detracta syllaba prima facit phalæcion metrum: *Inuides amicis*; ex quibus compositus est hic Saturnius, vt sit par huic: *Quid inuides amicis? Inuides amicis.* hoc modo. *Malum dabunt Metelli Nævio Poeta.*

De Reliquis Horatii metris.

NVnc reliqua metra Horatii, quæ nondum attigi, prosequi volo. *Iam satis terris niuis atque, diræ Grandinis misit pater, & rubente Dextera sacras iaculatus*

tus arces Terruit urbem. Hendecasyllabus sapphicus fiet phalecius immutato ordine. *Vile potabis modicis sabinum.* Hoc metrum tricola habet paria, quartam breuem clausulam, sumptum est ab Alcæo. Sappho quoque frequenter eo vtitur. monostropha vocãtur hæc carmina, quia ad primam strophen cætera respondent, nullo interueniente, epodo quæ prima strophe differre faciat eam, quam Musici & grammatici . . . . denominant. composita autem cola huius carminis singula, ex duobus commatibus, quorum quod antecedit ex Archilochio quadrato nascitur, sic: *Iam satis terris, magisque genibus harebo tuis.* hoc enim par est huic, nam ita est: *Magis magisque genibus harebo tuis.* sequens comma trimetri iambici primam habet partem, cõponitur sic: *Huius atque dire genibus harebo tuis*: vt sit par huic, *Magis magisque genibus harebo tuis.* Clausula strophes huius hæc est: *Terruit urbem*; quæ nascitur ab heroo hexametro sic, *Arma virumque cano Troiæ qui terruit urbem.* nam *primus ab oris*, pro qua hanc clausulam posui, par est huic, non tantum numero, sed etiam pedibus. constat enim ex dactylo & spondeo, quæ clausulæ & per se repetitæ & inter se iunctæ Anapæsticon metrũ efficiunt sic: *Terruit urbem: Primus ab oris: Inclyte parua predite patria. Terruit urbem primus ab oris. Inclyte parua predite patria. Terruit urbem primus ab oris, nomine celebri claroque potens.*

Alterum carmen: *Quis multa gracilis te puer in rosa, perfusus liquidis vrget odoribus, Grato Pyrrha sub antro, Cui flauam religas comam.* Prima duo cola paria sunt, *Mecenas atauis edite regibus*; duo commata, quæ subsequũtur, priapei sunt versus, vt iam docui, sed præpostere posita, quorum ordo hic est: *Cui flauam religas comam Grato pyrrha sub antro. Hunc lucum tibi dedico, consecroque Priape.*

De hendecasyllabo Phalecio.

Tertium genus carminis est. *Vides vt alta stet niue candidum soracte, nec iam sustineant onus silue laborãtes geluque Flumina constiterint acuto.* Primum & secundum colon paria sunt. Constant singula ex duobus commatibus, quorum quod ex trimetro Iambico sumptum est, & cum eo compositum sic, *Vides vt alta genibus harebo tuis.* sequitur comma, *Stet niue candidum* ex hemistichio pentametri heroi, delibata syllaba compositum est, reddita enim syllaba fit talis; *Stet niue candidum.* potest etiam videri pars metri illius extrema, quod est tale, *Mecenas atauis edite regibus*; de quo iam disputauimus: vt hoc ita cum illo iungatur- *Mecenas atauis stet niue candidum* constat enim hoc comma ex choriambo quẽ faciunt iuncti trochæus & iambus. ex iambo ita facile. conuenit, & cum choriambo metro, quod Musici bacchion vocant; quale est, *Mecenas atauis edite regibus.* Sed qui altius hæc non perspexerunt grammatici, hoc putant metrum decurtato pentametro factum, vt reddita syllaba fiat pentametrum tale: *Mecenas atauis edite remigibus.* item versum illum; *Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni*; non ex duobus metris compositum putant, vt cum de Archilocho loquebar ostendi. qui tetrametro heroo phalæcium metrũ iunxit. Sed hexametrum maiorem syllaba vocant. Tertium colon *Sylue laborantes geluque*, ex trimetro iambico est detractis ei tribus syllabis, adiice enim ei rursus tres syllabas, id est, semipedem longam & iambum, fiet trimetrus; *Sylue laborantes geluque frigido.* rursus detrahe syllabam huic colo vltimam, fiet, *Sylue laborantes gelu*; qui est epodus ex trimetro, par illi; *Altas maritat populos.* Nam quemadmodum si adieceris idem nomen, erit probabilis trimetrus; *Sylue laborantes gelu Simonides.* Quartum colon est: *Flumina constiterint acuto*, hæc clausula huius strophes, facta est ex tetrametro epodo, cuius auctor Archilochus. exemplum subieci:

Aut Ephesum bimarisue Corinthi. sic, *Flumina constiterint acuto.* Nam sine præposueris duos dactylos pedes siue subieceris, hexametrus herous est præpositis pedibus sic, *Præcipitatque flumina constiterint acuto*, subiectis pedibus sic, *Flumina constiterint & acuto frigoris ictu.* sed detrahitur epodo syllaba vt fiat conueniens clausula sic. *Flumina constiterint acuto.* Archibulio quoque metro si detraxeris primum pedem qui est Anapæstus, aut spondeus, & proximas ei duas breues, id est, semipedem, reliquum erit par huic clausulæ. Sic autem diuides: *neque nubila Nec veteres agitantur orni.* par est huic, *Flumina constiterint acuto.* hoc quoque carminis genus ab Alcæo Lyricus noster accepit.

Quartum metrum est Horatii de quo nihil adhuc diximus. *Lydia dic per omnes Te deos oro Sybarim cur properas amando.* Quod metrum & ipse Horatius ignorãdo quale esset laboriosa obseruatione semel omnino facere conatus est, & in eo tamen parum decenter errauit. nam fecit illud asperius, vno immutato pede. Quod si sciisset choriambicum esse & habere clausulas certas; non in illam salebram incidisset. Nam primum comma ex choriambo & antibacchio compositum est. *Lydia dic per omnes.* Secundum colũ quod est longius tres habet choriambos, & vnum antibacchium scilicet, clausulæ gratia. quod metrum Alcæus sic ordinauit, homo in Musicis exercitatissimus. at Horatius primum choriambum durissimum fecit; pro iambo spondeum infarciendo sic. *Te deos oro Sybarim.* nam si secutus esset Alcæum, sic ordinasset; *Hoc dea vere* error tamẽ illius habet excusationẽ, quod in ea perseuerauerit lege, quã ipse sibi aliquo casu fecerat; vsque ad vltimam partem non mutando. Restat vnum genus carminis de quo nihil adhuc dixim'. *Non ebur neque aurum Mea renidet in domo lacunar.* Et hoc sumptum ab Alcæo, & ab illo tractatum frequenter & ab Horatio semel omnino compositum. Est autem iambicum, & primum quidem comma cum trimetro versu iunge sic: *Beatus ille non ebur neq; aureum.* insequens autem metrum archilochium iambicon currum habet, cuius exemplum. *Trahũtque siccas machinæ carinas.* & hoc. *Mea renidet in domo lacunar.* Omnia metra Horatiana persecutum existimo. Illud in totum naturam metrorum cognoscere volentes possum admonere, etiamsi non omnia cõprehendi quæcunq; apud græcos possũt inueniri metra, quomodo sunt apud lyricos, Tragicos & comicos innumerabiles figuræ cõpositionũ, tantum me tamen hoc libro cõsecutum, quem paucis diebus composui & memoria tantũmodo adiuuante, vt quodcunq; metrũ nouum aliquis se inuenire iudicarit, ad hæc quæ enumeraui vtiq; referatur; cum omnia metra varientur, aut adiectione, aut detractione, aut concinnatione, aut permutatione. esse alias species non ignoro, sed hæc sunt præstantissimę. Adiectione ita, *Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.* accessit enim heroo metro syllaba quæ versum faceret lõgiorẽ. Detractione tanquam, *Trahuntq; siccas machina carinas.* detracta enim trimetro syllaba, fecit illum minorem. Cõcinnatione tanquã, *Iã satis terris niuis atq; dira* pars enim tetrametri prior cum priore trimetri parte cõmissa est. Permutatione tanquã *Occasionẽ de die dumq; virẽt genua.* nã cum Archilochus heroi partẽ priorem cum iambici priore parte cõposuerit, ita vt antecederet herouni in hunc modum; *Scribere versiculos amore percussum graui*; Horatius immutauit vt antecederet iãbici pars, sequeretur heroi sic, *Occasionẽ de die dumque virent genua* & cum ex Galliambo Sotadeus fiat, ex Sotadeo Galliambus; vt iam demonstraui. Habet enim metrorum contemplatio, si exercitatio accessit, in cognoscendo voluptatem, cum & quæcunque dicuntur metra celeriter intelligamus vnde sint; & qua ratione composita, & multa ipsi excogitare possimus. Nam si loculus ille Ar-

le Archimedius quatuordecim eboreas lamellas, quarũ anguli varii sunt, in quadratam formam inclusas habet, componentibus nobis aliter atque aliter, modo galeam modo sicam, alias columnam, alias nauem figurat, & innumerabiles efficit species, solebatque nobis pueris hic loculus ad confirmandam memoriam plurimum prodesse: quando maiorẽ potest nobis afferre voluptatem; quandoq; pleniorem vtilitatem, carmina inter manus habentibus, metrorum varia tractatio cum subinde apud poetas ea quæ fallunt impetitos metra inserta numeris & intermixta carminibus hac parte deprehẽdemus, de quibus in his libris explicabimus, quos de melicis poetis & de Tragicis choris scripturi videmur: Quibus necesse erit etiam græca interponere exempla; quod ne faceremus in hoc libro elaborauimus. Nam si volumus de omni ratione carminum dicere, necesse est ad eorum copias manũ porrigamus: Qui cũ essent non tantum poetæ perfectissimi, sed etiam musici sine magno labore præparatis vtebantur facultatibus.

Et si scio te omni studio atque virtute in hoc maxime laborare, vt oratorem te perfici velis, & hoc vnum in animo reuolnere, quo auo & quo patre sis natus, dies noctesque insistere, vt eloquentia Senatorum cumules dignitatem. Quid enim pulchrius diserto pratore? aut quid sublimius eloquentissimo consule? tamen arbitror ab illa virtutum via aliquando flectendum, discendumque esse praeterea aliquid, pedetentim tamen & tantum, quantum oratorem, & non valeat auocare & possit ornare. Cogita enim te de omnibus bonis artibus iudicaturum, & quanto dignitate omnes homines anteieris, tanto scientia debere praestare. Accipe igitur Horatiana metra quae saepius flagitasti. Nam quid refert hunc poetam imitari, tenere, diligere, si non omnes virtutes eius penitus cognoueris: quare necessario & ab ouo (quod aiunt) repetenda res est, vt de Metris ipsis principaliter ante percurram, quo magis haec, quibus intendimus in aperto esse possint. Sed (vt ille ait) carptim vtque quae memoria digna videbantur, e multis auctoribus excerpta perscripsi. Quod si omnia velis cognoscere & nomina & genera Metrorum, quom tibi ab oratoria ocium fuerit, veteres lege, id est, vt ait Lucillius Archetypa, vnde hæc sunt omnia nata.

Igitur vt a certo initio auspicemur, de literis vocalibus pauca dicam, simul ne onerare te videam, quom Artem grammaticam & intellexeris apud me, & memoriæ mandaueris diligenter præsertim quom satis meminerim me tibi omnem summam metrorum breuitate pollicitũ. Ergo omissis omnibus quæ iam nosti, admonemus. Omnes vocales nostras dichronas esse, & produci & corripi. apud græcos enim accepisti separari natura longas, natura breues, & dichronas.

De consonantibus hoc velim te diligenter tenere, esse apud nos quædam elementa quæ minus vitium habeant, & sic in pronuntiatione (vt ita dixerim) liquescãt atq; soluãtur, vt sunt, L, M, N, R; hęc græci hygra appellant nec forte versum illum contra rationem putes factũ, *At Regina graui iamdudum saucia cura,* nam in illo pede qui est *ginagra*, g litera consonantis vim tenet, r pro nulla habetur, & hygra accipi debet in secundo loco posita, id est, cum alia consonantis vocali priori præcedit. cæterũ si aliqua harum primum locum teneat, id est, prope vocalem, sic vt consonans accipi debet, item cum metri necessitas exigit, consonantes habentur.

De syllabis.

Syllaba est literarum cõsensus per vocalẽ vel vocales cõprehensus. Aliquãdo tamen vnã vocalẽ pro syllaba positam abusiue syllabã vocamus syllaba n. a græcis dicitur ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα.

syllabæ aut breues sunt aut longæ. Breues efficit correpta vocalis. Longæ autē duobus modis fiunt, aut natura, aut positione. Natura cum vocalis extenditur. Positione fiunt modis sex, cum aut duæ consonantes in eadem syllaba vocalem sequuntur, vt *ars*: aut in duas syllabas separatę, vt *arcus*: aut cum duplex litera in eadem syllaba est, vt *nux*: aut in sequenti vt *axis*: aut cum sequitur I vel V loco cōsonantium posita præcedente alia consonante, vt *Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus*, &c, *O nimium virgo nimium crudele vis supplicium*. Breuis syllaba tempus vnum habet. Longa siue natura, siue positione fuerit, duo.

De pedibus.

Pedes simplices fiunt duabus vel tribus syllabis, a sublatione in depositionē certis temporibus terminatis, paucissimis duobus plurimis sex. Sunt autē hi vniuersi pedes duodecim. Ex his dissyllabi. Pyrrhichius ex duabus breuibus. Spondeus ex duabus longis. Iambus ex breui & longa. Trochæus, quem quidam chorion appellant, ex longa & breui. Et trisyllabi octo Dactylus, ex longa & duabus breuibus. Anapæstus ex duabus breuibus & longa. Creticus ex longa breui & longa. Amphibrachys ex breui, longa & breui. Antibacchius ex breui & duabus longis. Bacchius ex duabus longis & breui & breui. Molossus ex tribus lōgis. Tribrachys ex tribus breuibus. Igitur simplices duplicati faciunt cōpositos pedes sex, qui sunt hi. Ex spondeo & pyrrichio Ionicus ἀπὸ μείζονος. Ex pyrrhichio & spondeo Ionicus ἀπ' ἐλάσσονος. Ex chorio & iambo Choriambus. Ex iambo & chorio Antispastus. Ex trochæo & pyrrhichio pæon primus. Ex Iambo, pyrrhichio & trochęo Discolius. . . . Ex pyrrhichio . . . . iambo ex duobus trochæis . . . . Ex pyrrhichio & . . . . Ex duobus Iambis diiambus. Ex duobus spondeis Dispondeus. Ex duobus pyrrhichiis Proceleusmaticus. Ex Iambo & spondeo Epitritus primus. Ex spondeo & Iambo Epitritus tertius. Ex spōdeo & trochæo Epitritus quartus. Ergo cum vnus pes simplex bis positus compositum pedem fecerit, græce συζυγία, latine Coniugatio dicitur. Hæc autem cum duos pedes similes iungit Tauropodia, cum diuersos Dipodia appellatur. Hi sunt qui in versum excepto dactylo omnium carminum veniunt. qui gressibus alternatis quasi incedunt per versus mouentur, hic est motus & ingressio, quam græci basin appellant De sublatione constant & positione q̄ Arsis & Thesis dicitur, *Arma vi*, *Ar* sublatio est temporum duum. *Ma vi.* depositio temporum duum. Pedes qui ex vtraque parte paria tempora habent, Aptioletici; qui inęqualia Perissi & Paricoi appellantur. Depositio est, qua perspicitur qua specie metrum finiatur. Depositionis genera sunt quatuor: aut enim Acatalecticum est, quādo plenum metrum siue versus est: aut Catalecticū, quando syllaba deest aut Brachycatalecticum, quando pes deest: aut quando pes & syllaba deest, ... est vt, *Ante Fontes Ceruli* duo enim pedes integri integrum metrum dederunt . . . . vt *qui sic manus tenellis*, syllaba deest quo minus dimetron sit, pes & syllaba, vt *vallis per imas*. pes & syllaba deest, quo minus dimetron sit. Has omnes species inueniemus in his metris, quæ per Basin. i. ingressionem habent. In Dactylico vero, cui nec pes nec syllaba potest in ingressione deesse, quippe cum eius simplicibus pedib. basis non nisi acatalectum inuenire poterimus, ideo autem dactylica sola simplicibus pedibus ingrediuntur, quoniā dactylus & spondeus æqualitatem temporum habent, aliqua autem per syzygias diuerse. . . . .

Metron est conceptio certis & legitimis pedibus expedita, dicitur autem & vnus pes

pes metrō, vnde hexametron versum appellamus, & vna syzygia, vnde iambicum siue quem alium ex cōiugationibus constantem Trimetrum dicimus. similiter & versum vnum, vnde trochaicum Metrum dico, & paginam metra habere decem cum versus eius numero. vnam quoq. syllabam metron dixerunt a qua mensura incipit. ergo & syllaba a qua pes, & pes a qua syzygia, & syzygia a qua cōma, comma a qua colon, & colon a quo versus nascitur, metra dicūtur. Inter metrum & rhythmū hoc interest quod metrum circa diuisionem pedum versatur, rhythmus circa sonum, quod etiam metron sine psalmate prolatum proprietatem suam seruat, rhythmus autem nunquam sine psalmate valebit. est etiā rhythmus & in corporali motu, cum histrio indecenter signum aliquod expressit arythmos dicimus, decenter eurythmos. Item si fuerit æqualitas corporis modice temperata eurythmos, inæqualis vero & toris quibusdam confusa arythmos appellatur, vnde Virgilius. ***Tum longo nullus lateri modus.*** toris enim exrantibus & interrumpentibus latera, arythma latera facta sunt.

De Colo & Commate.

COlon est pars siue partes versus integris pedibus implet æ, vt *Defecisse videt sua.* habet enim tres pedes similes. Comma pars versus siue partes imperfectæ, vt *Arma virumque cano.* habet enim duos integros pedes & dimidiū. & Colon dictum quasi a corpore abscissum integrum membrum. Comma vero quasi trūca pars membri a corpore amputata.

Nunc dicere aggrediar metra principalia, quæ a græcis prototypa & archegona dicuntur. Cætera enim ex his sunt, quæ mutilata per colos & commata aut paribus agglutinantur sibi, aut sola ponuntur. & sumunt vel a pedibus nomina e quibus constant, vt dactylica anapæstica: vel ab inuentoribus, vt Phalæcia, Sotadica: vel ab his qui ea maxime frequētarunt, vt Aristophania, Asclepiadia: aut ab vsu, vt Priapeia: aut a numero syllabarum, vt hendecasyllaba: aut a numero pedum, vt versus senarios dicimus: aut a numero syzygiarum trimetros & tetrametros dicimus: aut a passionibus, vt colures & scazontas: aut a tempore, vt Saturnios quod eo tempore in Italia vsurpari sunt quo Saturnia vrbs erat. Igitur originalia sunt vt dixi numero octo, quæ omnia proprio suo pede consistunt, vnde nomina acceperunt: & sunt hæc, Dactylicum, Anapæsticum, Iambicum, Trochaicum, Ionicū, a maiore, Ionicum a minore, Choriambicum, Antispasticum, his quidam adiiciūt proceleusmaticum & pæonicum, quæ possunt videri non inter prototypa, hæc duo coniungemus.

De Dactylico.

DActylicum metrum dictum quod ex omnib. dactylis constat. sed melius sonat dactylicus hexameter si catalecticus fiat, hoc est si disyllabum pedē in vltimo habeat, vt est, ***At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.*** sed admissus in societatem dactyli spondeus scilicet propter temporum similem potestatem. Heroum fecit. Volunt enim heroum illo distare a dactylico, quod dactylicus ex dactylo solo fit, herous & ex spondeo. hexametrum autem & Heroum volunt ab eo dictum, vel quod heroum facta primus Homerus hoc versu cecinerit, vel quod vetustissimus & ante omnes primus hic fuerit versus. Heroica enim vetera & antiqua dixerunt, vel quod hoc magna & sobria canantur, vt heroes magni & sobrii. Idem & Epicus dicitur quod sermonum capax: & quod per eius pedes simplicius & facilius verba eant atque decurrant. Hunc Ennius longum vocat, Græci deliacum, quia hoc genere Phemonoe Apollinis vates vaticinata est, & Pythicū a Pythone. nam cum

arcum in eum intenderet Apollo, nymphæ eum hoc versu hortatæ dicuntur. Hexameter autem dictus quod sex metris, hoc est, sex pedibus feritur. Idem tamen quasi herous & dactylicus nominatur, quamuis inueniri possit qui omnes spondeos habeat. recipit vt dixi dactylum & spondeum omnibus in locis indifferenter, aliquando in vltimo & trochæum. Omnis enim vltima syllaba in versu adiaphoros erit. Item diligenter attende quod omnis syllaba, quæ partem orationis finit, in omni versu similiter indifferenter accipitur, vt est, *Inualidus etiamque tremens etiam inscius cui, dus* syllaba indifferens. Maximus qui est versus syllabas habet xvi, vt, *Attuba terribilem sonitum procul ære canoro.* Minimus habet, xii. vt est Ennianus, *Olli respondit rex Albai longai.* Sed hos & eos qui plures spondeos quam dactylos habent, quasi minus bonos, & sine dactylo parum teretes & sonoros, Spondiazontas appellauerunt. Proprium huius est, quod semper a longa incipit & dissyllabo pæne finitur. Optimus habetur, cuius prima censura penthemimerim habet orationis parte finita, vt *Arma virumque cano Troiæ qui primus ab oris*; aut duos pedes & trochæum similiter partem orationis finientem, vt *Infandum regina iubes renouare dolorem.* Hæc interim catholica tibi erunt. Nunc exempla videamus a dimetro. Dimetrum catalectum in quo clausula est hexametri, *Terruit vrbem*, hoc & choriambicum est. Trimetrum acatalecticum, *Ceditur icta securi.* Tetrametrum acatalecticum. *Calicola veneris sacra femina.* Pentametrum acatalecticum. *Hæc mare canificat nec agit freta cærula.* Hexametrum acatalecticum. *Conticuere omnes intentique ora tenebant.*

De Anapæstico.

DActylico contrarium est Anapæsticum metrum, huic naturale catholicum est partes orationis singulis pedibus terminare hic enim versus optimus est. Secũdus ab optimo. qui syzygias parte orationis finit. Nam sicuti in cæteris metris viciosum est si singuli pedes partem orationis finiant, ita hic bonum est quod in aliis contrarium. Recipit pedes, suum scilicet anapæstum, dactylũ & spondeũ, raro & proceleusmaticum, hos omnes omnibus in locis Dimetrum Brachycatalectũ. *Similes nobis volumus.* Dimetrum Acatalectum *Similes nobis volumus pueros.* Itẽ si adiicias *edere* facias trimetrum brachycatalectũ, vt, *Similes nobis volumus pueros edere.* & si sic acatalectum, *Similes nobis volumus pueros edere matres.* Tetrametrus plenus erit si addas, *Tu quoq; perge.* Hic quoque similiter tetrameter acatalectus est. *Operario bis dedimus domini reddere nobis debita similiter.*

De Iambico.

SEquitur vt de Iambico dicere debeamus, cuius auctorem alii Archilochũ, alii Hipponactẽ volunt. Sed primus Homer⁹ hoc vsus est in Margite. Iãbica maledica carmina appellant, quod hoc pede, hoc est, metro, olim lacerare & lædere solebant. Iãbicus qui trimeter est minimus syllabas habet XII. vt, *Beatus ille qui procul negotiis*, qui maximus XVII. vt *Rapite o proceras, rapite o iuuenum decus.* Hic Latine Senarius quod pedes sex simplices habeat, græce trimeter qđ tres dipodias habebat, appellatur. Cõstat aũt Iãbo suo principe. Nã versus qui ex vno est legitimus iambicus erit, quem ὄρθιον vocant, vt ille est . ˙ . ˙ . ˙ . ˙ . ˙ . Sed Iambus, vt ait Horatius Spõdeum in partem recipit, qui pes omnia pene metra ornat atq; disponit Item solutio longæ in Iãbo tribrachyn facit, alterutrius longæ spondei aut dactylum aut anapæstum. vtraq; enim longa spondei in Iãbico metro non potest solui. Fiunt ergo hi vniuersi pedes quinq;, inueniuntur semper hi omnes incipi-

cipientibus locis, id est, sublationibus, quę loca imparia quidam vocant, in desinentibus vero, id est, in depositionibus, quæ loca paria appellãr, nisi quæ a breuib. incipiunt Dimetron hypercatalectō, *Valle perimus*. Dimetron brachycatalecton, vt, *Plenus musti*. Dimetron catalecticum, *Iamq; sonant liquentes quod*: Trimetron acatalectum. *Amare nolo nec dolere Clinia*. Iambicum metrum etiam si desuerit versui Iambus, vel ratus in eo fuerit, appellabimus. Ille enim legitimus solus, quem ἰφθιον dixi, Iambo solo constat. Sed, vt diximus iam, dactylicum hexametrum etiā eum dici, qui omnes spōdeos habeat; ita & hic iambicus dicitur, quamuis vnum Iambum habeat, *Pauidumque leporem & aduenam laqueo gruem*.

De Trochaico.

Contrarium huic Trochaicū metrū, quod æque quinque pedibus cōstat, trochæo & cæteris quibus supra. Nam trochæi longa soluta tribrachyn, alterutra spondei aut anapæstum aut dactylum faciunt. hi pedes omnes paribus in locis, imparibus non nisi hi qui breuibus finiuntur. Dimetrum hypercatalectum, *Nympha rorida*. Brachycatalecton, *Fontium sorores*. Hoc & Ithyphallicum dicitur. Dimetrum catalectum, *Martium canunt tubæ*. Trimetrum catalecticum, *Sol superna qui regis parens deus*. Tetrametrum catalecticum. *Tale quale vere primo sibilat teres donax*. Hic quia quatuor metris constat, & Quadratus vocatur.

De Choriambico.

Choriambicum metrum constat imparibus locis ipso chorio, i. trochæo & tribracho. in sequentibus iambo. Dimetrum hypercatalectum, *O quis Adon iero*. Dimetrum acatalectum, *Sanguine quis purpureo*. Trimetrum catalectum, *Heu miserande volucris martie*. *Quoque te vocarit te volucer choriambus ito*. Tetrametrum acatalectum, *Vi amoris stimulo cor quati ortus pauidos*.

De Antispastico.

Antispasticon enim metrum Sappho inuenit, constat iambo & trochæo, conceditur in prima primo loco pro iambo quouis alio pede dissyllabo vti, pyrrhichio aut spondeo aut trochæo. Dimetrum hypercatalectum, *Volant prepetes*. Trimetrum catalecticum, *Qua rupes habeant hic & opaca*: *Mecenas atauis edite pegee bonis*. Item si vnam syllabam adieceris. *Macenas atauis edite pegee beatis*. *Macenas atauis edite pegee Reatine*.

De Ionico quod a maiore dicitur.

Constat spondeo & pyrrhichio & trochæo, & præterea solutionibus spondei, id est, anapæsto vel dactylo, & solutione trochæi, id est, tribrachy indifferenter in locis omnibus: ita tamen vt omnis coniugatio sex tempora habeat. Dimetrum brachycatalectum, *Veris comma florens*. Dimetrum catalectum, *Quæ opaca sacris fontibus*. Trimetrum brachycatalectum, *Non Idalios sic puer alto*. Tetrametrum brachycatalectum, *Volo litoris in margine solus ambulare*. hoc & Sotadicum dicitur. Tetrametrum acatalectum quod apud Mæcenatem inuenitur ex duobus colis coniunctum. *Vuas nitidis floribus Euhan hederis inligat*.

De Ionico a minore.

Ionicum metrū quod a minore appellatur, constat pyrrhichio & spondeo &-

spondei solutione. Anapæsto & dactylo, hic quoque in singulis coniugationibus sex tempora implere necesse est. Dimetrum acatalectum, *Ararim sicut super altum*. Horatius, *Neque dulci mala vino*. Trimetrum catalectum, *Miserarum est neque amori dare ludum*. Tetrametrum catalectum, *Herus aluo velut vber tumet albo latice*. Tetrametrum acatalectum, *Propere qui residens in gremio Faune colocis*.

De Anadiplumeno.

ANadiplumenũ ex hoc minore Ionico nascitur, quod ab illo sic distat, quod a cretico incipit & est tetrametros, *Defeci neque amori dare ludum libet vltra*. est & aliud ex hoc metro Ionico quod galliambon dicitur. quod in fine degenerat quominus integrum ionicum faciat, *Miserarum est neque amori dare possessore inedia*. Ex hoc genere est quod anachomenon appellatur, quod ordinem pedũ naturalem ac solitum amittit, & immutatis pedum coniugationibus copulatur. Dimetrum acatalectum, *Paphias amor columbas*. Nam constat pyrrhichio & trochæis duobus & spondeo. quarta enim syllaba quæ debet longa esse breuis, & sequẽs longa est quam oportebat breuem esse. hoc metrum si geminetur facit tetrametrum Ionicum a minore anachomenõ, quod eteromeres appellatur. sapphicum hoc modo, *docuit patens labellum diffido iugare rictu*. simile tetrametrum mensura non coniugationibus, vt, *Rudi Palladis vmbra sonat oscinum loquela*. Has tres species ideo iunxi, quoniam pæne idem sunt quod ionicus, *Auis nemora silent*.

De Pæonico.

PÆonicum ex ipso pede suo nomẽ accepit. recipit autem creticum præter ipsum pæona vltima, duos autem pęonas in medio. exemplum vtriusque linguæ sic erit. Tetrametrum catalecticum . . . . Rectene facilis esto magis ad tuos.

Hæc sunt vt dixi metra originalia. Cętera omnia ex his sunt deducta, quæ a Græcis paragoga appellantur, de quibus pauca adhuc dicam. Nam quædam iam suis originalibus iunxi, vt videas quanta horum quæ supra dixi permixtione metra aut facta sint, aut fieri adhuc possint. Et primo quidem de pentametro epodico dicam, vt ad initia redeamus, nam & hic a dactylo nascitur. Nam primæ eius partes duę pedes ex dactylico & spondeo sed varie communicatis vicibus inueniuntur. Tertius spondeus ita vt prima eius syllaba hemistichium & partem orationis incipit; inde mutat dactylicam cõditionem & transit in anapæsticam, nam iam residui erunt duo anapæsti. aut sicut media cęsura duo pẽthemimeris diuidat in primo varie positis pedibus vt dixi, in secundo semper duo dactyli erunt. dictũ penthemimeris quasi . . . . habet enim pars prima duos pedes & syllabam partem orationis finientem, secundo item similiter diuisa, prima sic. *Heu mihi cum domino non licet ire tuo*. Secundo, *non licet ire tuo*. Hic & elegus vocatur quando per vices heroo subiungitur, nec seorsum ac solitarium carmen facere potest, subiũgitur sic. *Pasiphae niueo gaudebat adultera tauro, Inuida formosas oderat illa boues*.

De priapeo dactylico.

PRiapeum dactylicum metrum tertiũ pedem partem orationis finit, producta tamen in vltima syllaba. Nam glyconicus sic habet versus vt duas æquales diuidat partes, quod heroum manifestum esse & Homerus & Virgilius probarunt, qui hoc vsi sunt. Homerus . . . . & Virgilius, *Immotamque coli dedit & cõtemnere*

temnere ventos. & *Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos.* Prima autem pars glyconicus versus est, secunda pherecratius, quæ vtræque partes dactylicæ sunt. Nam ex Horatio hos duos si iungas priapeius fiet. *Cui flauam religas comam grato pyrrha sub antro.* Ergo & glyconium metrum & pherecratium & quod ex his cōponitur priapeium de dactylico nascitur: est alius priapeius qui & bucolicus vocatur, vt, *Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape.* hic quoque octaua syllaba partem prationis finit, ideoque hoc metrum bucolicum dicitur.

De Bucolico.

BVcolic⁹ similiter ab heroo venit, herous si quarto pede partē orationis finiat, bucolicum facit, vt *Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena.* Theocritus hanc legē custodiuit: Virgilius contempsit.

De pentametro heroo.

QVi autem quintum pedem parte orationis finit, pētameter herous dicitur, vt *Decidit ad terram duplicato poplite Turnus.*

De Logaœdico.

ET de anapæstico nasci logaœdicum videmus si metrum anapesticum antibacchio concluseris græce ˙ . ˙ . ˙ . . latine Agathocleus. *Hunc ego me dabo festa bones.*

De Scazonte.

IN iambico metro si penultimam longam feceris Scazon vocatur, quem & choliambon, & Hipponaction vocanr, vt, *Salax taberna vosque contubernales.*

De Phalæcio hendecasyllabo.

ECce & phalæciuta metrum partem primam de antispasto habet, sequentem de Iambico, vt *Passer deliciæ meæ puellæ.* Dimetrum iambicum catalecticum habet. Eadem pars dicitur comma anacreontion, potest prima pars a dactylo nasci, sequens ab Iambico sic: vt *Casta pierides mea Camœna.* diuisio erit talis. *Casta pierides nostris adsistite votis:* & *Mea Camœna vos sorores inuoco.*

De Ithyphallico.

IThyphallicum metrum de Trochaico est, nā ex tribus trochæis constat quod fit si ter Bacche dicas, *Bacche, Bacche, Bacche.* Vt sit, *conditor vel orbis.* dictum est autem inde quod in mysteriis Liberi Athenis vates stipitem rectum in modū fascini tenebant, & qui hoc genere metri canant θαλλοφόροι & phalopodoe dicebantur. hoc & Ascronium vocant.

De Saturnio.

SAturnio metro primum in Italia vsi, dictum autem a Saturnia vrbe vetustissima Italiæ. hic versus obscurus quibusdam videtur, quia passim & sine cura eo homines vtebantur: maxime tamen triumphaturi in Capitolio tabulas huiusmodi versibus incidebant, id est sic. *Summas opes qui regum regias refregit.* Habet autem prima parte iambicon dimetron catalecticon, in secunda trochaicon dimetron brachycatalecticō, quod & Ithyphallicum diximus, vt *Dabunt malum Metelli Nænio poetæ.* cætera partim in Horatio recognosces; partim in archetypis auctorum libris, vnde hæc excerpsimus.

De metris Horatii.

NVnc priusquam ad Horatiana metra veniamus, quæ partim a veteribus græcis transtulit, partim ipse sibi cōposuit, admonitū velim, omnia quæ paragoga diximus, cōponi ex illis principa-

libus metris, aut adiectione, aut detractione, aut concinnatione, aut permutatione. Adiectione; vt *Soluitur acris hyems grata vice veris & fauoni.* Accessit enim heroo metro syllaba quæ versum faceret longiorem. Detractione tanquam. *Trahuntq; siccas machina carinas.* detracta enim syllaba trimetron fecit minorem. Concinnatione: *Iam satis terris niuis atq; diræ.* huius enim prima cæsura trochaica, sequens iambica est. Permutatione, sicut cum Archilochus primam partem heroi fecerit, sequentem iambici, vt est, *Scribere versiculos amore percussum graui*, Horatius permutauit & fecit priorem Iambicam sequentem heroicam sic, *Occasionem de die, dumque virent genua.* Hæc autem Horatii carmina de quibus dicere institui monostropha græci appellauerunt, quod prima strophe duobus vel tribus colis explicata, cæteras sequentes similes habeat, nec in aliqua parte interueniente epodo cola mutentur. Colon quid sit iam c...unus, a quo tricola siue tetracola dicuntur hæc carmina. In cantionibus autem lyricis legitime scriptis, hoc est, monostrophis, hæc tria inueniri necesse est, strophen, antistrophen, epodon. Olim enim carmina in Deos scripta constabant. Circumire aram dextra strophen vocabant, redire a sinistra antistrophen, post cum in conspectu dei consistentes canticis reliqua peragebant Epodon. Hinc translatum nomen est in has epodos quæ binos versus habent, nam vt illic epodos canticum finit, ita hinc versus secundus sensum. hoc est enim legitimum in epodis. ergo secundum hæc & elegia epodicum carmen. Hæc igitur cantio lyrica quæ tres has partes habet, periodos appellatur; eadem trias si ex rebus his constet. solet enim abundantior & plenior cantio habere antistrophen periodon aliquando & in medio, hoc est inter strophen & antistrophen mesodon. Inueniuntur autem in strophe cola vel commata aliqua, ex voluntate scribentis varia metri lege finita. huic antistrophe redditur totidem colis, hisdem metris tertio additur epodos, iam quolibet metro hæc est vt dixi quam triada appellant. Sed quoniam hæc accuratius græci poetæ seruauerunt, melius te græci magistri de exemplis græcis docebunt. nunc veniamus ad diuisionem metrorum. *Mæcenas atauis edite regibus.* Asclepiadion metron vocatur, non quod repertor eius Asclepiades fuerit, sed quod eo familiarius & frequentius sit vsus. Ante illum enim vsi Alcæus & Sappho, hoc integro vsa est in libro quinto. inter binos versus decurrunt melica systematica, hæc binis vel tribus vel quatuor versibus constant. Hoc metrum videtur a pentametro epodico natum. Nam habet duo penthemimere, primum acatalectum, secundum catalecticum. *Mæcenas atauis edite regibus.* huic si reddas in vltimo syllabam, integer erit pentameter. *Mæcenas atauis edite regibus.* Ab eo tamen pentametro nascitur qui XIII. syllabas habet, hoc est cuius prima pars de spondeo & dactylo constet. Cæterum Asclepiadeon duodecasyllabon esse oportet, potest & antispasticon esse trimetron acatalecton, cuius penultimam affectauit pro longa breuem facere, cuius ingressio talis est, *Mæcenas atauis edite regibus*: tetrametron fecit eius generis. *Tu ne quæsieris scire, nefas quem mihi quem tibi.* Quidam volunt adiectis duobus; spondeo ad caput; pyrrhichio ad finem, in medio dimetron choriambicon clausum, vt ingressio talis, *Mæcenas atauis edite regibus.* Nam si solas duas pronuncies choriambicum sonant, eius generis trimetron fecit sic, *Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi quem tibi.* Denique si tertium choriambum tollas, remanet asclepiadius, vt, *Tu ne quæsieris esse nefas tibi.* Alii de hexametro volunt tantum. Nam si tertio loco adiicias, *Pater*, quinto, *Regibus*, hexametrum facies sic, *Mæcenas atauis pater edite regibus*

bus altis. Iam satis terris niuis atque dira Grandinis pater, misit & rubente Dextera sacras iaculatus arces Terruit urbem. Hos hendecasyllabos alii alcaicos, alii Sapphicos vocant: prima in his cæsura trochaica est. Nam habet dimetron brachycatalecton, sequens Iambica habet dimetron hypercatalecton, & ingreditur sic. *Iam satis terris niuis atque dira Grandinis pater.* Alii faciunt primam syzygiam trochaicam, in qua secunda pars aliquando & spondeum habet, secundam choriambicam, tertia bacchium habet. diuiditur sic. *Iam satis terris niuis atque dira.* Nasci autem videtur ab alcaico hendecasyllabo. Et, *Vides vt alta stet niue candidum.* huius si primam syllabam in vltimum transtuleris, facies hendecasyllabum Sapphicum. *Vides vt alta stet niue candidum.* quarto loco clausula est hexametri ex dactylo & spondeo, vt est. *Primus ab oris.* denique si hanc tollas & Horatianam adiicias, facies integrum hexametrum, *Arma virumque cano Troiæ qui terruit vrbem.* eadem clausula & in anapæsticam syzygiam cadit, nam si iungas hanc illi Virgilianæ dimetrum anapæsticum facies, vt *Qui primus ab oris terruit vrbem.* hæc eadem habet choriambicum dimetron hypercatalecton. III. *Sic te diua potens Cypri. Sic fratres Helenæ lucida sydera.* Tertia ode, dicolos est, habet primum octosyllabum Anacreontium, quem & Glyconicum vocant, habet originem ab heroo, constat ex spondeo & duobus dactylis. huic si iungas heptasyllabum Pherecratium, qui constat ex spondeo & dactylo vt *Immotamque coli dedit & contemnere ventos,* Anacreonticon est, vsi sunt hoc genere metri Alcæus, Sappho, Alcman. secundus versus. *Sic fratres Helenæ lucida sydera.* Asclepiadeus de quo iam dictum est. IIII. *Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni Trahuntque siccas machinæ carinas.* Quarta quoque dicolos ad exemplum Archilochi facta. Differunt primi hoc vno, quod in græco secundus spondeus, in latino tertius est. neque cum ordinem Flaccus in omnibus seruauit, sed varie & licenter dummodo ne ab heroo recederet. habet ergo prima cæsura heroum tetrametrum, & talis est hæc pars qualis illa homerica. · · · · Virgiliana. *Solue metus feret hæc aliquam tibi.* Quorum alteri deest · · · · · alteri *Fama salutem.* quæ si adiicere Flacciano & Archilochio volueris, implebuntur & fient solidi Heroici. *Soluitur acris hyems grata vice fama salutem.* posterior pars, *veris & Fauoni.* Ithyphallicus versus est ex tribus trochæis. talis est pars ex Catulliano hendecasyllabo detracta priore parte, *Pumice expolitum,* idque si adieceris ad Horatiani partem superiorem fiet archilochius, *Soluitur acris hyems grata vice Pumice expolitum.* græcus est talis · · · · · · · · · · quod metrum quidam & Ascronium vocant, plerique versum totum ex heroo factum per adiectionem vnius syllabæ tertiæ ante vltimam dixerunt. Et parte sublata siue mutata formam hexametri recipit vt, *Soluitur acris hyems grata vice veris & anni*, vel, *Soluitur acris hyems grata vice vere Fauoni.* Secundus versus, *Trahuntque siccas machinæ carinas*, syllaba breuior est quam trimeter iambicus, quare posita sic expletur, *Trahuntque siccas machinæ carinulas.* vel si malis scazonta facere, *Trahuntque siccas machinæ carinatas.* Archilochus · · · · · · · · . In Archilocho attendendum. Hunc quidam hendecasyllabum Archilochium dixerunt, vt *Quis multa gracilis te puer in rosa Perfusus liquidus vrget odoribus Grato Pyrrha sub antro Cui flauam religas comam.* Quinta ode habet duos primos Asclepiadeos: tertium Anacreontium: quartus glyconicus, de quibus iam diximus, priapei erit pars, præposito tamen glyconico sic. *Cui flauam religas comam Grato pyrrha sub antro.* talis hic qua-

lis ille. *Immotamq; coli dedit & contemnere ventos.* Item hos si iungas idem fiet. Vtraq; hæc pars Anacreontis est. VI. *Scriberis Vario fortis & hostium Victor meonii carminis alite. Quam rem cunque ferox nauib⁹ aut equis, Miles te duce gesserit.* Tres primi asclepiadei, vt *Mecenas attauis edite regibus.* quartus glyconicus vt. · . · . · . · . · . · . · vtraque pars hæc anacreontis est. VII. *Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenem Aut Ephesum bimarisue Corinthi, mœnia.* primus herous secundus item herous, sed tetrameter, cui si reddas duos pedes erit solidus hexameter, sicut *Ephesum bimarisue Corinthi*, vel sic, *Tristis affatus amicos cynthius author.* VIII. *Lydia dic per omnes Te deos oro Sybarim cur properas amando.* Hoc totum choriambicum est metrum. Primum colon dimetron catalecticum est. sed quamuis integrum choriambicum esse videatur facit vltimus bacchius: nam similiter in secundo colo affectauit in vltimo bacchium habere. in hoc etiam recessit ab Alcęo quod primum choriambicum durum fecit, secundum pro iambo spondeum ponendo. nam si secutus fuisset Alcęum sic ordinasset. *Hoc dea vere Sybarim cur properas amando.* Sed affectasse potius quam errasse Horatiū hoc apparet, quod eadem lege vsq; ad finem eglogæ perseuerauit. erit ergo & secundum colon tettametron catalecticum. ex hoc hendecasyllabum sapphicum facies sic. *Quæso Lydia dic deos per omnes.* de secunda hexametrum sic. *Hoc ne deos vere Sibarim cur quæris amando.* Apud Anacreontem · . · . · . · . · . · . · . · . Secundum colon Anacreon sic · . · . · . · . ·Sappho sic. · . · . · . · . · . VIIII. *Vides vt alta stet niue candidum Soracte, nec iam sustineant onus Syluæ laborantes geluque Flumina constiterint acuto.* Iocunda confusio horum metrorum aut permixtione facta, aut detractione; nam in duobus primis prima tome dimetron habet iambicum hypercatalecton, secūda clausulam asclepiadei, id est, duos dactylos: Nam sic est, *stet niue candidum*, vt est, *Edite regibus.* & diuiditur sic, *vides vt alta stet niue candidū Soracte nec iam sustineant onus.* Alii hendecasyllabos appellant factos ex iambico trimetro detractione vnius syllabæ, quam si restitues facias trimetron acatalecton. *Vides vt alta stet niue candidulum Soracte, nec iam sustineant onusti.* Tertium colon trimetron hypercatalecton. *Syluæ laborantes geluque candido* quartum compositum est ex penthemimeri & bacchio, hexametrum de hoc facies redditis quibuscunque partibus sic; *Flumina constiterint scopulo pugnantia acuto.* X. *Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi quem tibi.* Hic hendecasyllabus sapphicus, de hoc iam supradictum est, adiectione spondei ad caput, & pyrrhichii, in medio esse choriambicum trimetrum, vt illud dimetrum diximus habere. *Mecenas atauis edite regibus.* & nota quod & in hac, & in illa egloga strophen in singulis versibus expediuit; his & Alcæus vsus. Cætera quæ sequuntur eadem metra sunt de quibus iam dictum est in secundo libro. Metrum nouum est: *non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar.* hoc semel omnino vsus est Horatius; Alcæus frequenter, ab Iambico natum est, nam si reddas huic partem suam, integrum trimetrum facies sic. *Beatus ille non ebur neque aureum.* Philoxenus ait hoc heptasyllabon choriambicon vocari, & esse dimetron catalecton Euripidion, ille inquit sic. · . · . · . · . · . reliquum in Euripide attendendum, & sequens pars talis est qualis illa. *Trahuntque siccas machinæ carinas*, Iambicum currum quod & hendecasyllabon dicunt, & facit trimetrum plenum. *Mea renidet in domo lacunar*; sicut, *Trahuntque siccas machinæ carinas. Miserarum est neque amori dare ludum Neque dulci mala vino lauere aut exanimari metuentes patruæ verbera linguæ.* omnes Ionici sunt Catalectici, duo primi trimetri, tertius tetrameter. *Diffugere niues redeunt iam gramina campis, arboribusque*

busque coma: primus hexameter herous. secũda pars penthemimerim habet, quod iteratum integrum pentametrum facit. *Arboribusque coma. O crudelis adhuc & Veneris muneribus potens.* Hi omnes quo minus heroici hexametri dici possent commutatio quarti pedis fecit. nam pro dactylo anapæstum habet. simul & illud videndum quod nullam habent varietatem pedum. sed ordo idẽ omnibus, & primum & tertium spondeum habent, secundum & quintum & sextum dactylos, quartum anapæstum, per quod & syllabarum XVI numerus in omnibus perseuerat. Nunc de epodis, quoniam supra originem nominis dixi, metra eorum quanquam simplicia sint, & intellectu facilia, tamen breuiter excurram. *Ibis Liburnis inter alta nauiũ Amice propugnacula.* ambo iambici acatalecti. primus trimeter, secundus dimeter, & deinceps omnes eclogę quę sequũtur, similes sint vsque ad illam quæ sic incipit. *Pecti, nihil me, sicut antea, iuuat Scribere versiculos amore perculsum graui.* primus iambicus trimeter, secundi prima tome pentemimeren habet, sequens dimetron iambicon. *Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris. Munera cur mihi cur ve tabellas.* Primus herous hexameter, sequens tetrameter, similiter dactylus, qui bucolicõ facit, si illi duos pedes reddas sic. *Munera cur mihi cur ue tabellas omnia plena*; qualis est, *Ab Ioue principium musæ, Iouis omnia plena. Horrida tempestas coelum cõtraxit & imbres Niuesque deducunt Iouẽ, Nunc mare nunc syluæ.* Primus hexameter, secundus compositus ex dimetro iãbico & pentemimere. *Mollis inertia cur tãtam diffuderit imis Obliuionem sensibus.* Hexameter primus, secundus Iambicus dimeter. *Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas Suis & ipsa Roma viribus ruit.* Hexameter & iambicus trimeter, *Iam efficaci do manus scientiæ.* omnes hi trimetri iambici erunt.

COMMENTARIVM

RVFINI V.D. GRAMMATICI ANtiochensis in Metra Terentiana.

EVanthius in commentario Terẽtii de fabula, hoc est, de comœdia sic dicit: Cõcinna argumento, cõsuetudini congrua, vtilis sententiis, grata salibus, apta metro. & postea sic: Veteres etsi vti ipsi quoque metris negligentius iambici versus duntaxat in secũdo & quarto loco, tamẽ a Terentio vincũtur resolutione hui⁹ metri quãtũ potest comminuri ad imaginem prosæ orationis. Asper in commentario Terentii sic: hosce versus agere cœpisset: *Ită nĕ pătrĕ ăis ădueniĕm vĕrĭtŭ hinc ăbĭssĕ dŏmŭm.* Et deinceps quæ sequuntur quadrati Diomedes sic: Septenariũ versum Varro fieri dicit hoc modo, cum ad i. mbum trisyllabus pes additur, & fit tale: *Quĭd īmmĕrĕntĭbŭs nŏcēs? quid inuĭdēs ămĭcĭs?* Similiter in Terentio versus est: *Nām sī rĕmĭttānt quĭppĭām Phĭlūmĕnæ dŏlōrēs.* Et in Plauto sæpe tales reperiuntur. Varro de lingua latina ad Marcellũ sic: Quare in huiusmodi locis poni oportet notam in transuersum inter syllabas, frequentius ad extremum versum, senarium, & similes, si pro longa breuem habebũr, vt in hoc: *ămĭcŭs sūmmŭs mĕŭs ĕt pŏpŭlārĭs Gĕta.* Charisius sic: Septenarium versum fieri dicit Varro hoc modo,

Tttt

cum ad iambum trisyllabus pes additur, vt præfatum est. Basius ad Netonem de iambico sic dixit: Iambicus autem cū pedes etiam dactylici generis assumat, desinit iambicus videri, nisi percussione ita moderaueris, vt cum pedem supplodis, iambicum ferias: ideoq. illa loca percussionis non recipiunt alium quam iambū, & ei parē tribrachum: aut si alterius exhibuerint metri speciem, quod dico, exemplo faciam illustrius. Est in Eunucho Terentii statim in prima pagina hic versus trimetrus. *ĕxclūsit,rĕuŏcăt, rĕdĕām? nōn si mē ōbsĕcret.* Iunc incipe ferire, videberis herouin habere inter manus ad summā paucis syllabis in postremo mutatis totus erit herons *Exclusit,reuocat, redeam? non si mea fia*. Ponam dubium secundo loco pedem, propius accedam. *Hēros ătrīdēs cœ ītūm tēstor fidem*. Varro in VII Clausulas quoq; primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, vt apud Accium: *An hac iam oblita sunt Phryges?* Nonnunquam ab his initiū fit, vt apud Cæcilium: *Dī bŏnī quĭd hōc?* Apud Terentium: *Dĭscrŭcĭōr ănĭmī*. Idem Varro in eodem lib. VII de lingua Latina ad Marcellum sic dicit: Aut in extremum senarium totidem semipedib. adiectis fiat comicus quadratus, vt hic: *Hēri ăliquŏt ădŏlĕscēn ŭlī cōimūs in pīrǣō*. Trimerros versus iambicos Terentii & Plauti & cæterorū comicorū & tragicorū M Tulli⁹ senatios dicit & nominat. Quintilianus etiā trimetros senarios nominauit. Et Flauius Caper in artib suis trimetros versus iābicos Terētii senarios appellauit. De metris Terentii & Plauti & cęterorū comicorū & tragicorū Victorinus sic dicit: Quātum aūt ad versū comicum spectat, vt paululum euagemur, scio plurimos affirmare, Terentianas vel maxime fabulas metrum ad disciplinam græcatū comœdiarū nō custodisse i. quas Menander, Philemon, Diphilus, & cęteri ediderunt. Nostri .n in modulandis rhythmis seu metris, veteris comœdię scriptores se quinaluerūt. i. Eupolim, Cratinū, Aristophanē. prologos itaq;, & primarū scenarū actus trimetris cōprehēderunt: deinde lōgissimos. i. tetrametros subdiderūt qui appellātur quadrati: postea in sequētibus variauerūt: modo n. trimetros, modo addito quadrāte vel semisse posuerūt; .i. semipede adiecto, vel integro pede iābo vel sesquipede. hæc per medios actus, varie rursus in exitu fabularū quadratos, quales diximus in secunda scena locauerunt. Sed idē quadrati legitimi cum XVI. syllabis iuxta ius proprii cōstare debeāt, plerunq. inueniūtur XX aut ampli⁹ syllabarū: hinc existimātur metrū nō tenuisse, nec sua lege cōposuisse. Quod vero ad clausulas. i. minuscula cola pertinet, quot genera versuum sunt, totidē mēbra ꝓ clausulis poni possunt, & solēt in cāticis magis quā diuerbiis quę ex trimetro magis subsistunt, collocati, & præcipue apud Plautum & Næuium & Afranium. Nā hi maxime ex omnibus. membris versuum; colis ab his separatis licēter vsi reperiuntur in clausulis Idē Victorinus in alio loco de iābo sic dicit: Improbatur aūt apud tragicos, versus ex omnibus iābis cōpositus: n: quo fit amplior, & par tragicæ dignitati, interponunt frequēti⁹ locis duntaxat inpatib. pedum dactylicorum moras & spondeum. Similiter apud comicos laxius spacium datū est. nā & illi loca quę proprie debentur iābis, spōdeis occupāt, dactyloq; & anapæsto locis adæq; dispanb⁹ Ita dum quotidianum sermonē imitari nituntur, metra viti t, studio nō imperitia: quod frequentius apud nostros q̄ apud Græcos inuenies. Genera autē iābici metri sunt duo: nā ex iis alia integra, alia clauda quæ scazonta seu choliāba vocant sunt: quorum differentiā penultima versus syllaba demonstrabit. Nā si breuis contigerit erit rectum & integrum iābicum, ita, *Vĭgŏrĭs ăddĕ cŏncĭtūm cĕlĕrēm pĕdĕ*. Sin vero lōga, delumbe & claudum, vt est: *Nouĭtātē dūctūs nōn est īnscĭus lēgis*. *Lē* longa, quæ penultima repetitur, metrum corrumpit. huius repertor Hipponax. nā pro iābo inductis trochæis cōtra legem trimetri iābici, metrum innouauit, quod adæq; ex spōdeo contingit.

VERSVS RVFINI GRAMMATICI DE metris Terentii & Plauti & aliorum.

AGNOSCIT *metrum, seruatq; Terentius artem,*
Nam prologos trimetro didicit componere versu.
Scenarumq; actus primos pede claudit eodē.
Vt sunt hi versus prologi:
Poëta cum primum animum ad scribendum appulit,
id sibi negoti credidit solum dari
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.
Vos istaec intro auferte, abite. Sosia
adesdum paucis te volo. Dictum puta.
Tetrametros sequitur quem finxerat ille Boiscus. Quales sunt isti versus:
Mirabar hoc si sic abiret, et heri semper lenitas.
Qui sequitur dimetrus est, id est, quatuor simplices pedes habet.
Verebar quorsum euaderet.
Item tetrametri similes hi de iambo:
enimuero Daue nihil loci est segnitiae, neque socordiae.
De iambo trochaicum archilochicum vnde fieri dicunt metrum.
Creticō Archilochus supra caput addit iãbi.
Quales sunt isti.
Dii boni quid porto,
Sed ubi inueniam Pamphilum,
Laetus est nescio quid.
Nihil est, nondum haec resciuit mala.
De iambo Hipponactico,
Vltimus amphibrachys velocem claudit iãbum,
Aut bacchius erit finis discrimine nullo.
Vtitur Hipponax hoc metro maximus auctor.
Quales sunt hi versus:
Ne forte imprudens faciam quod nolim, sciens cauebo.
Nam si remittant quippiam Philumenae dolores.
Legitimum interdum subscenis ponit iābū.
obsequium amicos, veritas odium parit.
Vtitur his Plautus metris & mille poetae.
De pedibꝰ quibꝰ haec cōstāt metra notabis:
Dactylus aut spondeꝰ inest, vel cursor iābus,
Aut anapaestus erit, possit quoque crimine nullo
Tribrachus in primis, quod celer extat iābis.
Pyrrichius necnon, spondeum cui dedere possit.
Vt sunt hi tales:
excludit, reuocat, redeā? non si me obsecret:
Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.
De nomine taliū versuū siue metrorum.
Graecus apūphanonta solet memorare poeta,
Immanifesta vocant haec carmina voce Latini.
Hunc trimetrum veteres Graii cognomine (dicunt,
Quod pedibus iunctis hunc scandere saepe solebant.
Ponitur aut scazon, spondeum finis habebit.
Quales sunt isti:
Nec fonte labra prolui caballino.
Nec in bicipiti somniasse Parnasso.
De metris comicis:
Tetrametros trimetrosque capit comoedia versus.
Tetrametrum primus fertur posuisse Boiscus,
Creticon Archilochus, trimetro superaddidit ingens,
Amphibrachum trimetro Hipponax supponit iambo.
Fulserat hac Plautus, pulcherq; Terentius (arte.
Terētianus de iābis fabularū sic dicit.
Culpatur autem versus in tragoedis,
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Vt ille contra qui secundo & talibus
Spondeon, aut quem comparem receperit.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quae loquuntur sumpta de vita putes,
Vitiant iambum tractibus spondaicis,
Et in secundo, & in caeteris aeque locis,
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia,
Ne sint sonora verba consuetudinis,
Paulumque rursus a solutis differant.

Mage ista nostri: nam fere Graecis tenax
Cura est iambi, vel nouellis comicis,
Vel qui in vetusta praeluent comoedia.
Aristophanis ingens emicat sollertia,
Qui saepe metris multiformibus nouis
Archilochon arte est aemulatus musica.

Sisenna in cōmentario Poenuli Plautinae fabulae sic: Halonium poeni dicunt deum & producenda syllaba metri gratia exigit iambus.

Scaurus in cōmentario Plauti in Pseudulo dicit: Malai διαίρεσις metri causa. Scaurus in eadē fabula sic: Nunc iam, Iam diuisit in duas syllabas metri causa.

Sisenna in Rudente sic:
Fuit extente prima syllaba metri causa & postea sic: Habiliore metro vsus est vt solet in mulierum oratione. Postea sic: Latronem producit metri causa.

Idem Sisenna in Amphytrione sic:
His quatuor generibus quintum accedit, De genere versuum qui non sunt vniusmodi.

Idem Sisenna in Captiuis sic:
Hic ornatu S literam metri causa amisit.

Idem Sisenna in Aulularia sic:
Haec scena anapaestico metro est, sed cōcisa sunt, vt non intelligas.

Iuba in libro quarto sic dicit:
Iamborum itaque exempla quae maxime frequentata sunt subdidi: πῦρ συκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε. Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ. ξανθὴ παλαιὰ γρηὶ πολλῶν φίλη. οὐδ' ὑπὸ δ' ὑμῶν παρεσάθη ἐν περικλεῖ σοι. ἱμάτιον ἐρ' ρίμα ἀκὼν ἐρίων σικελικῶν. πᾶς περσεφάλαιος φησὶν ἅμα σοὶ βούλομαι.

Videre non vult Caelium Panatius
Misera marino quae tumida litore
Vallis per imas amne labens caerulo.
Armiger in Idapede vago litora petens
Caerula, nō aliter superans liquida malacie.
ἀμφὶ σοφῶ μάθε χλόων ὅστε τίνας καταμάθεν.
Rape facis, cape puer, sopor abit, cane melos.

In alio loco sic: Iambicū metrum non ex solis iambis cōscribitur, sed quinq; suscipit pedes, id est, iambum, tribrachū, anapaestum, dactylum, & spondeum, hoc est iambum & spondeum & solutiones eorū, scilicet ex iambi solutione tribrachū. Nam si sequentē longam syllabā in duas breues soluas, fiet de iambo tribrachus. Spondei autem solutiones duas, dactylū & anapaestum. Nā si prior syllaba spondeī soluatur in duas breues, fiet anapaestus: si vero secūda, fiet dactylus. Vnde datur intelligi, iambica metra de iambo & spondeo fieri, & de eorum solutionibus.

De choliambo sic: Est aūt proceritas eiusdem versus qui vnius pedis differentia nomē amittit. nā quod sexto loco, qui locus par est, non iambus, sed spondeus vel trochaeus accipitur, & a longa incipit syllaba, claudum carmen facit, & choliambicū nominatur, vt est ὦ χλαζομένοισι ἴσα κατέχεται ἀκολοῦθ' ἐπιπώακτος ὁ δ' ἀλλ' ἔχω.

O quae tenerulae comparis tenes crinem,
Sudus in ista via latet fossa. Quod autē binis pedibus & nō singulis scāditur, vetus institutum est quippe Herodotus antiquus historiç auctor, cū de heroico diceret versu, quē singulis partiri pedib. moris est, ita dixit: ἐν τῷ ἐπιδάμνῳ φίλον ἄλνεν. Vnde apparet heroicum singulis pedibus scandi etiam apud veteres solitum, iābicum autem binis. Idē autē ait, cum de Archilocho Pario refert, qui Gigē fabulā optime cōplexus est ita, γίγην αὐτῶ ἐν ἀρχιλόχος πάριος κτ' τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος ἐν ἰαμβῳ τριμέτρῳ.

Meminit autē versus eius Herodotus, quem applicui, ὦ μήτι γίγεω πολυχρύσου μέλει. Et hactenus de catalectico trimetro dictum. De octometro Boiscio idem sic dixit: Octometrum catalecticum quod appellatur Boiscium. Βοΐσκος ὁ ἀπὸ κυζίκου ποιητής γραφεὺς ποιήματος, τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον φοίβῳ τίθησι δῶρον.

Boiscus iste Cyzico noui repertor carminis:
Nā primus versum octonū pedū deo dicauerat. Firmianus ad Probum de metris Comoediarum sic dicit: Nā quod de metris Comoediarū requisisti, & ego scio plurimos existimare Terentianas vel maxime fabulas, metrū nō habere comoediae graecae. i. Menandri, Philemonis, Diphili, qui trimetris versibus constant. Nostri enim vete-

veteres comœdiæ fcriptores, in modulãdis fabulis fequi maluerũt Eupolim, Cratinum, Ariftophanem, vt præfatum eft. Menfuram effe in fabulis, hoc eft μέτρον, Terentii & Plauti, ac cæterorum comicorum & tragicorum dicant hi, Cicero, Scaurus, Firmianus, Varro, Victorinus, Cæfius Baffus, Terẽtian⁹, Cęcilius Vindex, Sifenna, Cinna, Diomedes, Albinus, Quintilianus, Sofipater Charifius, Helenus, Afper, Flauius Caper, Aruntius, Probus, Plinius Euanthius, Sacerdos qui & Domatus, Iuba.

Hæc ego Rufinus collegi mente benigna,
Difcipulisq́ dedi munera pulchra libens.

Verfus Rufini clariffimi literatoris de compofitione & metris oratorum.

Mufigena numeros vates, et metra fequũtur,
Orator numeros, hæc illi maxima virtus,
Ne vagus errando laudandam nefciat artẽ,
Rhetoricus Aufonios & Graios dactyl⁹ armat.
Dactylus armauit Ciceronẽ, armauit iãbus
Spõdeusq́ grauis, numeroq́ aptiffime pæan.
Tẽporibusq́ pares, quãuis & fyllaba crefcat.
Continuos fugito multos (fit verfus) eofdem.
Optimus orator fequitur ratione poetas.
Cognatus virtute fua, metrumq́ recufans.
Hic quoque vult numeris voces frenare vagantes.

Item fic:

Doctus Ariftoteles pæanem laudat vtrũq́,
A longa incipiẽs primordia pulchra locabit,
ãſpĭcĕrĕ vt verbũ eft, cõtrarius illẽ sŭprẽm⁹.
Tullius hunc laudat, cui fit penultima longa
ĕ ſſĕ trŏchæus adeft, vĭdĕãtŭr, tertius ille
Quem pæana vocat, mufis deuota vetuftas,
Hic membris melior noftris cui tertia lõga.

Verfus eiufdem de numeris & pedibus oratorum:

Rhetoricas pulchre ftructuras dochmius ornat,
Principium bacchius erit, concludet iãbus,
Aut vice mutata nomen mutabitur vni.
Primus iambus erit, cum finem creticus explet.
Prima breuis, lõgæq́ duæ, breuis vltima lõga,
Exemplumq́ artis debitur refpublica nobis,
Quem Cicero cafu genitiuo ponere gaudet.
Hoc pede cõpofito laudatur fama pedeftris,
Vt docet Aufonius orator Tullius ingens.
Omnibus ifte locis numerum pes efficit aptũ,
Longa breuem fequitur, longam breuis adiice longam,
Syllaba prima breuis cũ fyllaba lõga fecũda,
Tertia longa, breuis quarta, productaque quinta
Tullius orator, ceu multi dochmion ornat.

Item fic:

Creticus, atque trochæus erit qui claudere poffunt.
Aut fpondeus ineft nullo difcrimine finis.
Aut vice mutata nomen mutabitur illis.
Principioq́ trochæon habes, in fine moloffum.
At finis bacchi⁹ erit, breuis vltima claudet.
Longa fit an ne breuis, nullũ difcrimen habetur.
Vt folet in metris doctus componere vates.
Aut Afiæ numeris pulcher, bis fine trochæus.
Sed magis erigitur fpondeo claufula fortis.
Hanc docet eloquium fummi Demofthenis artem.

Item Verfus Rufini.

Spondeo narrare folent, tibi rhetores acta.
Quod grauis & tardus, res geftas mentibus affert,
Dactylicis certãt pedib⁹, qui currere poffunt.
Dicimus egregios Theopompi more labores,
Et vitam infignẽ laudamus Ifocratis arte,
Hic ftilus hiftoriis, hic laudib⁹ aptior hæret.

De ambitu fiue circuitu, quem græci περίοδον dicunt.

Dicere mufa iubet, me dicere iuffit Apollo,
Circuitum orator quot membris reddere debet,
Vos Phœbi comites animis hæc condite veftris.
Et memores doctis componite mentibus artem:
Non vnum natura dedit nos ferre laborem.
Legibus æternis quæ pulchras iũxerat artes.
Quatuor e mẽbris plenũ formare videmus
Rhetora circuitum, fic ambitus ille vocatur,
Quatuor ex metris hunc verfibus afpicis æquum.

De genete Iudiciali. περὶ τοῦ δικανικοῦ

Iudiciis pæona refert tibi Tullius aptum.

De genere deliberatiuo περὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ.
Si quis rem dubiam deliberat armat iābus.
Dactylus his causis tibi dicitur aptus vtrisq;.
De Theophr. idē Rufin. metro sapph. sic:
Rhetoras pulchros Theophrastus ornat,
Membra dispergens bona dithyrambi
Fusa per artes, anapastus idē Floret in arte.
Longior fluxit numerus per artem,
Quē dedit nobis anapastus ille. (aptāt.
Hinc pedes claros loca dithyrābi Rhetores

Cicero de numeris oratoriis sic dicit: Insistit autem ambitus modis pluribus, e quib. vnū est secuta Asia, maxime qui dichoreus vocatur, cū duo chorei extremi sunt. i e singulis lōgis & breuibus. Explanandū est n. quod iā ab aliis iidē pedes aliis vocabulis nominantur. Sed in orationis numero, nihil est tā vitiosum quam si semper est idē Cadit aūt per se ipse ille pclare, quo etiā satietas formidāda est magis. Quintilianus in arte de numeris & structura Demosthenis sic dicit. Nā eo fit vt Demosthenis seuera videat cōpositio, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. & illa: Quod ab vno, quod sciā, Bruto minus probatur, cæteris placet, κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ. Idē in alio loco sic: Talia sunt Demosthenis πᾶσι καὶ πάσαις καὶ πᾶσιν ὑμῖν. Et pene totū principiū. In alio sic: Est & dochmius qui fit ex bacchio & iābo, vel ex iābo & cretico, stabilis in clausulis & seuerus. Spōdeus quoq;, quo plurimū est Demosthenes vsus. Diomedes sic dicit in libro 2. artis suę: Igitur spondeus e duab. syllabis lōgis aptus est clausulis, qualib. maxime Demosthenes vtitur, πᾶσι καὶ πάσαις καὶ πᾶσιν ὑμῖν. Habet. n. graues sonos, finemq; sensus, & clausulæ firmas sedes constituit, vt *reipublicæ causā, & armā sūmpsī, & esse prō nōbis*. Grauior est autē longa syllaba præcedente quā breui: aliter enim sonat *armā sūmpsi*, aliter *esse prō nōbis*. Cicero ad Herennium in arte sic περὶ ὑπερβάτου Huiuscemodi transiectio quæ rē nō reddit obscuram multum proderit ad cōtinuationes, de quibus ante dictum est: de quibus oportet verba sicuti ad poeticū extruere numerū, vt perfecte & politissime possint esse absolutę. De numeris. i. de structuris siue de continuatione, siue de cōpositione Cicero sic dicit: Longissima est igitur cōplexio verborum, quæ volui vno spiritu potest: sed hic naturæ modus est, artis alius. Nam cum numeri sint plures, iambum & trochæum frequēter segregat ab oratore Aristoteles Catule vester: q natura tamen incurrunt ipsi in orationē, & sermonem nostrū. Sed sunt insignes percussiones eorū numerorū & minuti pedes, quare primum ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spōdei pedem inuitat, in quo impune progredi licet, duos duntaxat pedes aut paulo plus, nec plane in versum aut in similitudinē versus incidimus. Aliæ sunt geminæ, quib. hi tres heroici pedes in principio cōtinuandorum verborum satis decore cadunt. Probatur autem ab eodem illo maxime pęan, q est duplex. Nā aut a lōga oritur quā tres breues consequuntur, vt hæc verba, *dēfinītē, īncipītē, comprīmītē*: aut a breuibus deinceps trib. extrema pducta atq; lōga, sicut illa sūt, *dōmŭĕrūnt sŏnĭpēdēs* Atq; illi philosopho ordiri placet a superiore pæane, posteriore finire. Est aūt pæan hic posterior nō syllabarū numero, sed aurium mēsura, qd est acrius iudiciū & certius, par fere cretico, qui est ex lōga & breui & lōga. *Quid pĕtām præsidi, aut exequar, quo ne nūc.* A quo numero exorsus est Fannius. *Si quirites minas illius*, hūc ille clausulis his aptiorē putat quas vult longa plerūq; syllaba terminare. Postea in eodē tertio lib. de oratore sic dicit: Sed sępe carpēda mēbris minutiorib. oratio est, quæ tamē ipsa mēbra sunt numeris vincienda, neq; vos pæan, aut herous ille conturbēt, ipsi occurrēt orationi, ipsi inquā se offerent, & respōdebunt nō vocati. Cōsuetudo modo illa sit scribendi, atq; dicendi vt sententiæ verbis finiātur, eorūq; verbōrū iunctio nascatur a pceris, ac liberis, maxime heroo, aut pæane priore, aut cretico, sed varie distincteq; considat: notatur enim maxime similitudo in conquiescendo. Et si primi ac postremi pedes sunt hac ratione seruati, medii possunt latere, modo ne circui-

circuit⁹ ipse verborũ sit aut breuior quã aures expectant, aut lõgior quã vires atq; anim⁹ patiatur. Clausulas aũt diligentius etiã seruãdas esse arbitror quã superiora, qđ in his maxime perfectio atq; absolutio iudicatur. Nã versus æq; prima & media & extrema pars attenditur, qui debilitatur in quacunq; parte titubatũ est. In oratione aũt pauci prima cernũt, postrema pleriq; quoniã apparent & intelligũtur. Variãda sunt, ne aut animorũ iudiciis repudietur aut auriũ satietate. Duo.n. aut tres fere sunt extremi seruandi & notandi pedes: si modo non breuiora & præcisa erũt superiora, quos aut choreos, aut heroos, aut alternos esse oportebit, aut in pæone illo posteriore, quẽ Aristoteles ꝓbat, aut ei pari cretico. Horũ vicissitudines efficiẽt vt neq; ii satietur q audiẽt fastidio similitudinis, nec nos id qđ faciem⁹ opera dedita facere videamur. postea sic: Verũ vt in versu vulgus, si est peccatũ videt, sic siquid in nostra oratione claudicat, sentit, sed poetę nõ ignoscit, nobis cõcedit. Taciti tamen oẽs non esse illud, qđ dixim⁹, aptũ perfectũq; cernunt. Idẽ M. Cicero in oratore de pedib. & numeris incisorũ i. κομμάτων & membrorum. i. κώλων, & ambituũ siue circuituum. i. περιόδων sic dicit. Apud Grecos quidem iã anni quadringenti sunt prope cũ hoc ꝓbatur, nos nuper agnouimus. postea sic: Quod si autes tã inhumanas, tamq; agrestes habent, ne doctissimorũ quidẽ virorũ eos mouebit auctoritas. Omitto Isocratẽ discipulosq; ei⁹. Ephorũ & Naucratẽ, quãq̃ orationis faciẽdæ & ornãdę auctores locupletissimiq; ipsi oratores esse debeant. Sed quis hominũ doctior? quis acutior? quis in reb. vel inueniendis vel iudicãdis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati aduersus infensius? Is igitur versum in oratione vetat esse, numerũ iubet. eius auditor Theodectes in primis, vt Aristoteles sępe significat, polit⁹ scriptor atq; artifex hoc idẽ sentit & præcipit. Theophrastus vero eisdẽ de rebus etiam accurati⁹. Quis ergo istos ferat q hos auctores nõ ꝓbent, nisi omnino hęc esse ab iis ꝓcepta nesciant? in alio loco sic dicit: Fluit omnino numer⁹ a primo tũ incitat⁹, breuitate pedũ, tũ ꝓceritate tardius; cursũ, cõtentiones magis requirunt, expositiones rerũ tarditatẽ. In alio sic: *Cur de perfugis nostris copias cõparant cõtra nos.* Sunt illa duo prima, quæ κόμματα græci vocant, nos incisa dicimus: deinde tertiũ κῶλον illi, nos membrũ: sequitur non longa (ex duobus .n. versibus. i. membris perfecta) cõprehensio, & in spondeos cadit. Et Crassus quidem sic plerunq; dicebat, idq; ipsũ genus dicendi maxime probo. Sed quæ incisim, aut membratim efferunt, ea vel aptissime cadere debent, vt est apud me: *Dom⁹ tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas* hæc incise dicta sunt quatuor. At membratim quæ sequũtur duo, *incurristi amens in colũnas, in alienos insanus insanisti.* Deinde omnia tãquã crepidine quadã cõprehensione largiore sustinentur. *depressam, cæcã, iacente domũ pluris quã te & fortunas tuas æstimasti.* dichoræo finitus, at spondeis proximum illud, Nã his quibus vt pugiunculis vti oportet breuitas faciet ipsa liberiores pedes. Sępe .n. singulis vtendum est, plerunq; binis, vt vtrisq; addi pars pedis potest, non fere ternis ampli⁹. Incisim aũt & membratim tractata oratio in veris causis plurimum valet, maximeq; iis locis cum aut arguas, aut refellas, vt nos in Corneliana secũda: *O callidos homines, o rẽ excogitatã, o ingenia metuenda*, mẽbratim adhuc, deinde cæsim dixim⁹. Rurs⁹ membratim: *Testes dare volumus.* Extrema sequitur cõprehensio sed ex duob. membris qua non potest esse breuior: *Quẽ quæso nostrũ fefellit, ita vos esse facturos.* nec vllũ gen⁹ dicendi est aut meli⁹, aut fortius, binis aut ternis fere verbis, nonnunq singulis, paulo alias plurib⁹ inter quæ variis clausulis se interponit raro numerosa comprehensio. Idem sic dicit de Theophrasto: Nãq; ego illud assentior Theophrasto, qui putat orationẽ quæ quidẽ sit polita atq; facta quodammodo, nõ astricte, sed remissius numerosam esse oportere. Etenim sicut ille suspicatur, post anapæstus procerior quidem numerus effloruit, inde ille licentior &

diuitior fluxit dithyrambus, cuius membra & pedes, vt ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa. Idem Cicero in Bruto sic: Extitit igitur iam senibus illis, quos paulo ante diximus, Isocrates, cuius domus cunctæ Græciæ, quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi, magnus orator & perfectus magister: quanquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo, meo iudicio, est poeta consecutus. is & ipse scripsit multa præclare, & docuit alios, & cum cætera melius quam superiores, tum primus intellexit etiam in soluta oratione, dum versum effugeret, modum tamẽ & numerum quendam oportere seruari. Ante hunc enim verborum quasi structura, & quædam ad numerum conclusio nulla erat: aut si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quæsitam. Quæ forsitan laus sit, veruntamen natura magis tunc, casuque nonnunquã, haud ratione aliqua, aut vlla obseruatione fiebat. Fl Sosipater Charisi⁹ de numeris sic dicit: Bacchium metrum tale est, *Bacchare, letare præsente Frontone.* hoc videtur ad prosam conuenire. Et sane multis pedibus in oratione vtimur, licet stulti putent liberum a vinculis pedum sermonem prosæ esse debere. Cicero de numeris sic dicit: Versus enim illi veteres in hac soluta oratione propemodũ, hoc est, numeros quosdam nobis esse adhibendos putauerunt. postea sic: Idque princeps Isocrates instituisse fertur, vt inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa (quemadmodum scribit discipul⁹ eius Naucrates) numeris astringeret. Namque hæc duo musici qui erant quondam, item poetæ, machinati ad voluptatẽ sunt versum atq; cantũ, vt & verborum numero, & vocum modo & delectatione vincerent aurium satietatẽ. Hæc igitur duo, vocis dico moderationẽ, & verborũ conclusionẽ, quoad orationis seueritas pati posset, & a poetica ad eloquentiã traducenda duxerunt. In quo illud est vel maximũ, quod versus in oratione, si efficitur cõiunctione verborũ, vitiũ est & tamen eã coniunctionẽ, sicuti versũ numerose cadere & quadrate, & perfici volumus. Neque est ex multis rebus quæ magis oratorem ab imperito dicendi ignaroq; distinguat. Idẽ Cicero: Nã etiã poetæ quæstionẽ attulerunt, quidnã esset illud quo ipsi differrẽt ab oratoribus: numero maxime videbantur antea & versu, nunc apud oratores iã ipse numerus concrebuit. Quicquid enim est quod sub auriũ mensurã aliquã cadit, etiã si abest a versu (nam id quidẽ vitiũ orationis est) numer⁹ vocatur, qui græce dicitur ῥυθμός. Itaq, video visum esse nõnullis Platonis & Democriti locutionẽ, & si absit a versu: tamen quod incitatius feratur, & clarissimis verborũ luminibus vtatur, potius poema putandũ, quã comicorũ poetarũ apud quos nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Victorinus de cõpositione sic dicit: Creticum, qui est ex longa & breui & longa, si sequatur spõdeus vel trochę⁹, bonã cõpositionem facere dicunt. *Quousq; tandẽ abutere Catilina patiẽtia nostrã*, duo extremi pedes sunt creticus & spondeus. Itẽ multa dicit de cõpositione & numeris & pedib⁹ oratoris. Vt Cicero dicit, Isti scripserunt apud græcos, Thrasymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus, Isocrates, Theodectes, Aristoteles, Theodorus Byzantius, Theophrastus, Hieronymus. latine de numeris hi, Cicero, Victorinus, Eusebius, Terentianus, Varro, Probus, Charisius, Diomedes, Quintilianus, Donatus, Seruius, Victor. Item Cicero de numeris & de cõpositione sic. Nã qui Isocratẽ maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. Cũ n. videret oratores cum seueritate audiri, poetas autẽ cũ voluptate, tũ dicitur numeros secutus, quib⁹ etiã in oratione vteretur, tũ iucũditatis causa, tũ vt varietas occurreret satietati. quod ab his vere quidẽ ex parte, nõ totũ dicitur Nã in eo genere scientius versatũ Isocratẽ, confitendũ est: sed princeps

ceps inueniendi fuit Thrasymachus, cui⁹ omnia nimis extãt scripta numerose. nã (vt paulo ante dixi) paria parib. adiũcta, & similiter definita: itẽ contrariis prolata contraria, quæq; sua sponte, si id nõ agas, cadunt plerunq;. Numeros Gorgias primus inuenit: sed his est vsus intẽperãtius. Id autẽ est gen⁹ (vt ante dictũ est) ex tribus partibus collocationis alterũ. eorũ vterq; Isocratẽ ætate præcurrit: vt ille eos moderatione, nõ inuentione vicerit. Est .n. vt in transferendis faciendisq; verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem auidior est generis eius, & iis festiuitatibus (sic.n. ipse censet) insolentius abutitur: quas Isocrates, cũ tamen audisset adolescens etiã in Thessalia senẽ iam Gorgiã, moderatius temperauit. In alio loco sic: Sed hos cũ in clausulis pedes nomino, non loquor de vno pede extremo, adiungo (quod minimũ sit) proximũ superiorẽ, sæpe etiã tertiũ, ne iabus quidẽ, qui est e breui & lõga, aut par est choreo, qui habet tres breues, trochæus: sed spacio par, non syllabis, aut etiã dactylus, qui est e longa & duabus breuibus. si est proximus a postremo, parũ volubiliter peruenit ad extremũ, si est extrem⁹ choreus aut spondeus. Nunquã.n. interest, vter sit eorũ in pede extremo, sed iidẽ tres pedes male concluduntur, si quis eorũ in extremo locatus est: nisi pro cretico postremus est dactyl⁹. Nihil.n. interest, dactylus sit extremus an creticus: quia postrema syllaba breuis an longa sit, ne in versu quidẽ refert. Quare etiã pæana qui dixit arctiorẽ, in quo esset longa postrema, viderparũ: quoniam nihil ad rem est, postrema breuis an longa sit. iam pæan quod plures habet syllabas, numerus a quibusdã, non pes existimatur. Idẽ Cicero in Dialogis de Republica multa dicit, referẽs Asianos oratores ditrocheo clausulas terminare. Terentianus de cretico, hoc est, de amphimacro pede sic dicit:

Optimus pes, & melodus & pedestri gloria.
Plurimum orantes decebit, quando pene in vltimo obtinet
Sedem beatam, terminet si clausulam
Dactylus, spondeus imã, nec trochaũ respuo.
Bacchios vtrosq; fugito. nec refellas tribrachyn.
Nã solet lõgã trocha⁹ soluere in duas breues.
Vnde & appellant trochaeum, quem vocamus tribrachyn,
Pleni⁹ tractatur istud arte & prosa rhetorũ.

Pompeius Messalinus de numeris & pedibus oratorũ sic dicit: Cicero spondeum incisis idoneũ putat. qui (vt ait) paucitatẽ pedũ grauitate sua & tarditate cõpensar. Dochmiũ aptũ dicit quouis loco esse dũ semel ponatur: quoniã cõtinuitas numerũ asperũ efficiat. Ditrochæũ quoq; præclare cadere. Palmã de omnibus cretico tribuit. Itẽ de Sallustiana cõpositione siue numero & structura sic dicit: Nunc si videraur, Sallustianæ periodi numeros inspiciamus, *Rēspŏpŭ*, dactylus: *lirō, mānī, Mārcō*, tres spondei. *Lĕpĭdō*, anapæstus: *Quīntō Cătŭlō*, spondeus & anapæstus: *cōsŭlĭbŭs*, pæan primus: *ăc dĕindĕ*, dichoreus siue ditrochæ⁹: *mīlĭtī*, dactylus: *ădŏmī*, creticus: *gĕstīs*, spõdeus: *cōpŏtāī*, choriambus ex longa & breui, & breui & lõga. Cicero de cõpositione Demosthenis sic dicit: Quasi vero Trallian⁹ fuerit Demosthenes, cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrẽtur.

Versus Rufini viri clarissimi de numeris & pedibus oratorum:

Creticus aut spõdeus erit pæanve supremus.
Dactyl⁹ atq; trocha⁹ adest, vel cursor iãbus,
Partib⁹ in cũctis qui ponitur ante supremũ.
Tẽporib⁹ ne pares hos omnes reddere possunt,
Soluere seu longas malis vt syllaba crescat.
Rhetoricis Asia placuit bis fine trochæus.
Principia & medium, & finem tibi dochmius ornat.

Cicero de incisis, & membris, & de circuitu sic:

O M. Druse patrem appello, hæc quidem duobus in his pedib⁹ incisim, deinde mẽbratim, *Tu dicere solebas sacrã esse rẽp.* hæc itẽ membra ternis, *post ambitus, quicunq; violasset ab omnibus esse ei pœnas persolutas*, dichoreus. Nihil enim ad rem, extrema

silla longa sit an breuis: deinde, *patris dictū sapiens temeritas filii comprobauit*, hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, vt admirabile esset. Quæro nunc ne id numerus effecerit: verborum ordinem immuta, fac sic: *cōprobauit filii temeritas*: iā nihil erit, & si *temeritas* ex tribus breuibus & longa est. quē Aristoteles vt optimum probat.

Idem Cicero postea sic dicit:

Sed sunt clausulæ plures quæ numerose & iucunde cadunt. Nam creticus qui est ex longa & breui & longa, & eius ęqualis pæan qui spacio par syllaba longior, qui cōmodissime putat̄ in solutā orationē illigari, cum sit duplex: nā aut e longa est & tribus breuib⁹, qui numerus in primo viget, iacet in extremo: aut e totidē breuibus & longa, quē optime cadere censent veteres ego non plane reiicio, sed alios antepono. Nā spondeus est quidē funditus repudiandus: & si quod est e longis, hebetior videtur & tardior, habet tamen stabilem quendā & non expertē dignitatis gradū, in incisionibus vero multo magis & in membris. paucitatē enim pedum grauitate sua & tarditate compensat.

Donatus de structuris & pedib. oratoriis numerorū sic dicit: Cicero in exornatione sententiæ clausulaq; ponenda modo ditrochęū probat pedē, modo pęana primū aptū incipiētibus, modo pæana quartum finientibus cōgruū, modo dochmium ex breui & duabus longis & breui & longa, cuius exempla posuit, *amicos tenes*, modo amphimacrum pedem, & rursus modo dactylum, modo anapæstum, modo dithyrambum laudet.

Probus de numeris oratoriis:

Trochæus & pæan tertius, faciet illam structurā Tullio peculiarē, *esse videatur.*

Cicero de numeris & pedibus oratoriis sic:

Iam pæan quod plures habet syllabas quā tres, numerus a quibusdā, non pes nominatur. Est quidē (vt inter omnes cōstat ātiquos, Aristotelē & Theophrastū, Theodectem, Ephorum) vnus aptissimus orationi, vel orienti, vel mediæ: putant etiam cadēti, quo loco mihi videtur aptior creticus. Dochmius autē e quinq; syllabis, breui & duabus lōgis, breui & longa, hoc est *amicos tenes*, quouis loco aptus est.

Idem Cicero de pedibus & structuris sic:

Iambus. n. frequentissimus est in eis, quę demisso atq; humili sermone dicuntur: Pæan autē in amplioribus, in vtroq; dactylus. Itaq, in varia & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi & tēperādi. Cicero ad Herennium in Arte rhetorica de membro. i. κῶλον, Membra orationis appellat, res breuiter absolutas, sine totius demonstratione sententiæ, quæ denuo alio mēbro orationis excipiatur hoc pacto: *Et inimico proderas*. i. vnū quod appellamus membrū. Deinde hoc excipiat oportet altero: *Et amicū lædebas* Ex duobus membris hæc exornatio potest constare. sed commodissima & absolutissima est quæ ex tribus constat, hoc pacto: *Et inimico proderas, & amicū lædebas, & tibi nō cōsulebas*. Item: *Nec remp. cōsuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti.*

CENSORINO ADSCRIPTVM

FRAGMENTVM DE METRIS.

DE METRIS ET PEDIBVS.

Metrum Græce, latine numerus vocatur. Numerus est æqualium pedum legitima ordinatio huius artis & thesis partes sunt. Pedum syllabę elementa, numeri modorum elementa, spatia syllabarum ac tempora. Pedes componuntur ex syllabis, vt minimum binis, vt plurimū ternis, incipiunt temporib. binis, ad sex perueniunt. dissyllabi quatuor, trisyllabi octo plures, quam duodecim esse nō possunt. Pyrrhichius ex duobus breuibus; cuius

cuius exemplum, *Deus*. Chorius ex longa & breui, vt, *Roma*. Iambus ex breui & longa, vt, *falus*. Spondeus ex duabus longis, vt, *vates*. Duo igitur quantitate contrarii, Spōdeus & Pyrrhichius, duorum alter, alter quatuor tēporum. duo in ordine, quorum vterq; trinotum temporū, Iambus & Chorius. Ita non plures quam quatuor pedes dissyllabi sunt, nec esse possunt. Trinarum syllabarū primus est Dactylus, qui cōstat ex lōga & duab. breuib. cuius exemplum, *Aeolus*. Huic contrarius Anapæstus ex duab. breuib. & longa, vt *pietas*. Amphibrach⁹ ex breui & longa & breui; cuius exemplū *auarus*. Brachysyllabus ex tribus breuibus, cuius exemplum *Cicero*. Et contrarius Molossus, ex tribus longis; cuius exemplū *Mæcenas*. Item tres quinum tēporum, Bacchius ex duab. longis & breui, cuius exemplū *Latona*. huic ordini aduersus Palimbacchius ex breui & duab. longis, vt *Aquinas*. Creticus & Amphimacrus ex longa breui & longa, vt *sanitas*: duobus a quantitate contrariis Brachysyllabo & Molosso, quorum alter trium tēporum est, alter sex, ordine tres in quaternis, tres in quinis temporibus.

DE LEGITIMIS NVMERIS.

PRimus est & legitimus maxime numerus hexameter heroicus. hui⁹ pedes aut dactyli sunt aut spondei, raro & in versu extremo reperietur trochæus, hui⁹ exemplum: *Auia Pieridum peragro loca nullius ante*. Totus iste dactylicus fuit & habuit summum Trochæum. Sed mixtus ex spondeis hic erit: *Italiam fato profugus Lauinaq; venit*. totus ex spondeis: *Ciues Romani tunc facti sunt Campani*. Hoc genus numeri paucissimarum XII. syllabarum, plurimarum octodecim tempora recipit, vigintiquatuor, interdum viginti tria: pedibus trib. tantum conficitur. formas excipit triginta duas, quas enumerare festinantibus longum est. Pentameter elegiacus habet exēplum: *Dum meus assiduo luceat igne focus*. recipit dactylum spondeum anapæstos duos in fine versus aliquando brachysyllabos. fit syllabarum paucissimarum duodecim, plurimarum quatuordecim, tertium pedē spondeum semper habet. quartum & quintum aliquando brachysyllabum. Trimetros Iambicus Latine senarius dicitur: cuius exemplū, *Phasellus iste quē videtis hospites*. duodecim syllabarum est. recipit aliquando prętet cęteros Iambos, extremo pyrrhychion. Trimetros tragicus: *Pro veste pinnis mēbra textis contigit*, &, *Aquilonis stridor gelidas molitur niues*. recipit in parte prima gressionis spondeum & alio loco dactylon & anapęston & pro iambo chorium & tribrachyn. Fit syllabarum paucissimarum duodecim, plurimarum septendecim. recipit tempora plurima vndeuiginti, paucissima tredecim. Comicus trimetros solet magis in breues minui. Trimetros Hipponactius pedē nouissimum assumens spondeū vel chorium talis est: *Calentibusq; limpha fontib*. Sēper eosdem pedes, quos reliqui trimetri, prętet nouissimū, recipit, & tetrametros, qui Latine quadratus vocatur. Choriac⁹ talis est: *Tela famuli tela propere sequitur me Thoas*. recipit eosdem pedes: peruenit ad septem & semipedem, summū pedē patitur aut creticum aut dactylum. Octonari⁹ Iambus. *Proinde & abs te regimē Argos dū est potestas cōsuledi*. Septenari⁹, *Hac bellicosus, cui pater, mater cluet Minerua*. Cōstat ex pedibus iisdem Ionicus septenatius. *Ibāt mala viere Venereā corona*. Ionicus maior est. *Ille ictus recrocecidit in natē supinus*. habet vitiū in tertia syllaba minor, *Metuētis patrue verbera lingua*. Percipiunt pedes, maxime pyrrhichiū & spōdeos: & solēt diuisi syllabis longis pluriū syllabarū pedes admittere. Aristophani⁹ anapęstus: *Axena pōti per freta Colchos deniq; delatus adhasi*. recipit pedes quaternorum temporum, omnis implet pedes septem & semipedē. anapæstus Octonarius: *Ore beato lumine volitāsqui per celū cādidus equitas*. recipit eosdē pedes prętet semipedē. Aristoboli⁹ *Quędā terribilis tua pectora turbat terrifico sonitu intulit*. hic circuitus magis quā versus est. dactylum crebrum habet, rarum spondeum. Pęon duodenatius, *Quis me-*

um nominans nomen exciet, *quis tumultũ inuocans incolarum fidem?* & hic circuitus magis quã versus est. huic suberit denarius. *Qui repens semipulsus onere graui fores strepitu terrent?* recipiunt pedes, creticos, chorios, spondeos, iãbos brachysyllabos anapæstos, vndecim syllabarũ. Phalæci⁹. *Passer deliciæ meæ puellæ.* recipit pedes spõdeum, dactylum, creticum, palimbacchium. Angelicus numeros & syllabã coarctat hexametro: vt, *Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas.* Anacreontius: *Miseri inuidi viuimus scientes.* recipit pyrrhichios, Chorium, spondeũ, brachysyllabum anapæstũ, primus semper est pyrrhichius. Numerus Saturnius *magnũ numerũ triumphat hostibus deuictis.* Sunt qui hunc Archebolion vocãt. recipit pedem spondeum, iambum, pyrrhichium, chorium, dactylum, brachysyllabum, anapæstum. Priapeius. *Hunc lucũ tibi dedico cõsecroq́, Priape.* tertium pedem pro dactylo creticum habet, alioqui hexametros esset.

DE NVMERIS SIMPLICIBVS.

PYrrhichius, *Rapite, agite, ruite, celeripedes.* Contrarius est huic & duodecasyllabos spondiason. *Olli crateribus ex auratis hauserunt.* Dactylicus: *Puluerulenta putrẽ sonitu quatit vngula campũ.* Amphibrachus non facit numerum. Anapæstus: *Agilis sonipes rapitur celeri sonitu trepidãs.* Creticus. *Horridi transeunt ad pedes ex equis.* Palimbacchius, *Amicos ad hanc rẽ si voles aduoca.* Bacchius non facit numerum. Molossus idem est qui spondiason. Nunc quemadmodum a principali heroico plures numeri transfigurantur ostẽdã. ac primus trimetrus fit heroicus spõdiason: *Ciues Romani tunc facti sunt Campani.* syllabam vnam, quæ est ante extremam, ex longa cõtraho: vt, *Ciues Romani tũc facti sunt Appuli.* & esse cœpit trimetros. Elegiacum transibit, *Bella per Emathios*, rursus ad pentametros, ut cõponam heroicos, sumo partem posteriorem, *Dũ meus assiduo luceat igne focus*, & cõpono. *Luceat igne focus Troiæ qui primus ab oris.* Phalæcium numerũ qui est, *Altis flumina vallibus tumescunt*, insertis verbis facio heroicum, *Altis flumina prodita vallibus inde tumescunt.* Ionicus est, *Metuentis patruæ verbera linguæ*, adiiciam trinas verbis singulis syllabas: *Nunc metuentis nũc patruæ nunc verbera linguæ.* verto, *Italiã fato profugus Lauinaq́, venit:* Aristophani⁹ fit heroico: *Arma virumque cano Troiæ qui primus ab oris.* Numerum angelicum syllaba breuiata esse monstraui heroicum: item Priapeium si syllabam surripias, fit heroicum.

AMBROSII MACROBII THEODOSII DE DIFFERENTIIS & societatibus Græci Latiniq; verbi, libellus.

GRÆCÆ *Latinæque linguæ coniunctissimam cognationem natura dedit. Nam & iisdẽ orationis partibus absque articulo, quem Græcia sola sortita est, iisdem pene obseruationibus, figuris, constructionibusq́, vterque sermo distinguitur; vt propemodum qui vtramuis artem didicerit, ambas nouerit: in multis tamen differunt, & quasdam proprietates habent, quæ Græce idiomata vocantur.*

De verborum vtriusque differentiis vel societatibus.

ACcidunt verbis vtriusq; linguæ persona, numeri, figura, coniugatio, tem-

tempus modus quem Græci enclisin vocant. Latini cum formis qualitatem posuerunt, eius, quod apud Græcos diathesis nũcupatur, eandem pene cum casibus constructionem seruant, vt *misereor illius, pareo illi, veneror illum*: φειτίζω τῶδε, πειθ μαι τῶδε, φιλῶ τόδε. Ablatiuum Græcia non recipit. Eadem illis personarum similitudo: prima *voco*, secunda *vocas*, tertia *vocat*: καλῶ, καλεῖς, καλεῖ. In numeris vna dissensio est, quod δυϊκὸν, id est dualem, nulla Latinitas admisit. Græci vero in verbis nominibusque δυϊκὰ videntur habere.

De figuris.

Figuræ ambobus non sine discretione pares. Nos dicimus *curro, percurro*: illi τρέχω, διατρέχω. Quatuor quoq; modis & hæc & illa componuntur: ex duobus integris, *produco*; ex integro & corrupto, *perficio*, ex corrupto & integro, *accedo*; ex duobus corruptis, *occipio*: Similiter ἐκ δύο τελείων, συντρέχω· ἐκ τελείου καὶ ἀπολείποντος, φερεσκιμῶ· ἐξ ἀπολείποντος & τελείου, συμβάλλω· ἐκ δύο ἀπολειπόντων, κωμωδῶ. Sunt quædam composita quæ non possunt resolui, vt *suspicio, complector*, ita apud illos τὸ μὲ συντύχω. Sunt apud Græcos admissa post compositionem, cum essent simplicia non recepta: νομῶ nihil significat, ramen οἰκονομῶ dicitur; similiter δομῶ & δομεύω, οἰκοδομῶ & ζυοποδομεύω componuntur. Ita *facior* & *grego* non dicunt; *conficior* vero, & *afficior*, & *congrego*, probe dicunt. Vtrique verbo binæ præpositiones iunguntur. Homerus, προπροκυλινδόμενος. Virgil. *pede prosubigit terrã*. Latinitas compositi verbi sæpe primam syllabam mutat, *teneo, contineo*; sæpe non mutat, *lego, neglego*. In Græco verbo nunquam prima syllaba adiecta præpositione violatur, βάλλω, ἀμφιβάλλω, διαβάλλω, καταβάλλω· ἄγω, συνάγω, προάγω, διάγω· φέρω, προφέρω, διαφέρω, αἰαφέρω· δέρω, ἐκδέρω· φιλῶ, καταφιλῶ. Vltro equidem intemerato verbo præpositio sæpe corrumpitur, λέγω, συλλέγω, βάλλω, συμβάλλω, τρέχω, ἐκτρέχω. Hoc item in Latinis; *fero*, *ecfero*: *aufugio* & *aufero* a præpositione *ab* componuntur, & in his solis *ab* mouetur in auctore Cicerone, sensumque habent retrorsum trahendi. Nigidius tamen putat verbum *autumo* eadem præpositione componi, quasi *ab* & *æstimo*, sicut *abnumero* idem est & *numero*. *autumo* vero & *dico* & *censeo* significat. Græca verba quando componuntur cum præpositione, eundem accentum sine dubio seruant, καταγράφω, πρόσειμι, ἀπαγλύφω, ὑπομένω, διατρέχω, καταλαλῶ, προφορῶ. Cum vero eis alia pars orationis adiungitur, modo mutãt priorẽ, modo tuentur accentum. Seruant in his, τίω, ἀτίω· ἔοπω, κακόοπω vnde κακοσπώμενος· νίπτω, χερνίπτω, vnde est χερνίψαντο δ' ἔπειτα· κιθαρίζω, χειρικιθαρίζω. In aliis mutant, γλύφω, καλαμογλυφῶ· γράφω, χειρογραφῶ. οἰνῶ, εὐοινῶ· οἴδω, εὐοιδῶ. Latini similiter seruant, *prepono, precurro*: mutant, *colligo, affero*. Apud Latinos nulla præpositio adiuncta mutat coniugationem, *clamo clamas, declamo declamas*: Græci nõnunquam in compositione mutant coniugationem, συλῶ συλᾷς, ἱεροσυλῶ ἱεροσυλεῖς· τιμῶ τιμᾷς, ἀτιμῶ ἀτιμοῖς· πειρῶ πειρᾷς, ἐμπειρῶ ἐμπειρεῖς. licet sint qui dicant hęc non σύνθετα, sed παρασύνθετα, id est non ipsa composita, sed ex compositis facta nominibus; vt ἱεροσυλῶ non fit ἀπὸ τοῦ συλῶ, sed ἀπὸ τοῦ ἱεροσύλος: & ἀτιμῶ, non ἀπὸ τοῦ τιμῶ, sed ἀπὸ τοῦ ἄτιμος: & ἐμπειρῶ, nõ ἀπὸ τοῦ πειρῶ, sed ἀπὸ τοῦ ἔμπειρος. & hęc vocant παρασύνθετα, quæ ex συνθέτοις, id est compositis veniũt. nam ἀβλεπτῶ non ἀπὸ τοῦ βλέπω deriuatum est (cæterum τ non haberet) sed ἀπὸ τοῦ ἀβλεπτος. Contra χειροκοπῶ non ἀπὸ τοῦ κόπτω (cæterum τ haberet) sed ἀπὸ τοῦ χειροκόπος. Vnde hęc nomina σύνθετα vocant, & verba ex ipsis facta παρασύνθετα. Sunt alia cõposita quę foris declinantur; κιθαρωδῶ ἐκιθαρώδουν, δημηγορῶ ἐδημηγόρουν, παιδαγωγῶ ἐπαιδαγώγουν, δυσφορῶ ἐδυσφόρουν Intus vero declinãtur, καταγράφω κατέγραφον, περιτρέχω περιέτρεχον, διαβάλλω διέβαλον: quæ imperatiuo faciũt κατάγραφε, περίτρεχε, διάβαλε. Accen-

tus autem de verbo nō tolleretur, nisi ei præcedentem partē orationis cōpositio agglutinasset: quod euenit & in aliis verbis in quibus modo longi temporis pondus priorē retinet accentum, modo correpti leuitas sursum repellit: εἶπον, εἶπον, πολλοὶ δ' ἴσασι συνιόντες εἶπον. αἴνησα, αἴνησα, ἄλλοτε δ' ἄρ' αἴνησα. κάπιχε, κάπιχε, νὺξ ἡ μάλα ὀρφναίη κάτεχ' οὐρανόν: item συνῆψας συνάψον, συνῆξας συνάξον, συνεῖλον συνελε, συνῆλθον συνελθε. ὅπως ἐπιτρέπω, περίτροπε. Memineris nullam fere inueniri apud Latinos præpositionē, quæ nihil addat sensui, sicut apud Græcos sæpe præpositio nullā sensus facit permutationem: hoc est .n. εὕδω quod καθεύδω, hoc ἵζομαι, quod καθίζομαι, hoc μύω quod καμμύω: sicut surgo & cōsurgo.

De coniugationibus.

APud Græcos eorum verborū in quorum prima positione circumflexus accentus vltimā syllabam tenet, tres sunt cōiugationes, quib. discretionē facit secūda persona, qa prima cōiugatio habet in εῖς diphthōgū desinētē, vt λαλεῖς: secūda in ᾷς, cui ascribit̄ quidē ι, sed nihil sono cōfert, vt τιμᾷς: tertia in οῖς diphthōgū, vt στεφανοῖς. Eorū vero verborū in quorū prima positione grauis accentus penult. syllabā signat, sex sunt cōiugationes, sed in his nō secunda persona discretionē facit, quippe cum in omnibus secunda persona in εις diphthongum finiatur: sed harum cōiugationum in prima persona differentiæ deprehēduntur. quæritur enim in prima positione verbi cuiusq;, quæ literæ præcedant ω finalem literam verbi, & si inueneris ante ω, β, φ, π, πτ, λείβω, γράφω, τέρπω, κόπτω, primæ coniugationis pronuntiabis. si autem repereris γ, κ, χ, λέγω, πλέκω, τρέχω, secundam vocabis. quod si δ, θ, τ, ᾄδω, πλήθω, ἀνύτω, tertiam dices. quarta erit, si habuerit, ζ aut duo σσ, φράζω, ὀρύσσω. si vero fuerint liquidę λ, μ, ν, ρ, ψάλλω, νέμω, κρίνω, σπείρω, quintā notabunt. Sexta profertur διὰ καθαροῦ τοῦ ω, ῥέω, θεραπεύω. Nōnulli & septimam esse voluerunt præcedentibus ξ, ψ, ἀλέξω, ἕψω. Apud Latinos quorum nullum verbum in finalem syllabam admittit accentum, cessant differentiæ quas apud Græcos circumflexus grauisue fecerūt, quorum alterum in verbis vltimæ, alterū penultimæ Græciam diximus deputasse. Restat igitur in his Latinitati vnus accētus, grauē dico, qui sonus Romana verba sortitus est; sed hoc proprium in verbis Latinis habet, quod non semper, vt apud Græcos, vbi fuerit in penultimā syllabam cadit, sed sępe & a fine tertiā tenet; vt *aggero, refero*. qd' apud Græcos nō potest euenire, apud quos in communi lingua fieri nō potest. vt cum finalis syllaba longa est, tertius a fine habeatur accentus. ω aūt naturaliter longa est. ergo nunquā accētus in huiusmodi verbis apud illos in tertiū gradū syllabarū recedit. Singula tēpora Græcorū verborū nō simpliciter sicut Latinitas cōpendio vtitur, proferuntur; & vt exempli causa vnius verbi declinatio notetur, τύπτω perfectum facit τέτυφα, & sequitur altera eiusdē temporis declinatio, quod medium perfectum vocant, τέτυπα. itē plusquāperfectum ἐτετύφειν, medium plusquāperfectum ἐτετύπειν: ἀόριστος πρῶτος ἔτυψα, μέσος ἀόριστος ἔτυπον: futurum primum facit τύψω, futurum secūdum τυπῶ. similiter in passiuo variantur tempora.

De tempore præsenti.

GRæcorum verba omnia quæ in ω exeūt, seu perispomena seu barytona sint, in quacunq; cōiugatione eundē tā in primaq; in secūda persona seruāt numerū syllabarum: omnia vero in μαι terminata, varia syllabarum vicissitudine pensantur. Porro pręsens omne tempus quod in μαι terminatur, omnimodo in secunda persona vnam syllabam minuit, φιλοῦμαι φιλῇ, τιμῶμαι τιμᾷ, στεφανοῦμαι στεφανοῖ, λέγομαι λέγῃ, γράφομαι γράφῃ: cum in actiuo pares syllabas vtraq; persona seruauerit. Item præsens tēpus apud Græcos primę positionis qd' in ω exit, alios modos de se generat. Nā tertia psona eius adhibito sibi ν, facit ex se infinitū modum, ποιεῖ ποιεῖν, τιμᾷ τιμᾶν, χρυσοῖ χρυσοῦν. Tertia.n. coniugatio περισπωμένων οι diphthongum in prima positione tantum tenet, in reliquis autem verbi declinationib. mutat eā in ου. Sed & in bary-

rytonis eadem infiniti modi creandi obseruatio reperitur: τύπτει τύπτειν, λέγει λέγειν, &c. Nec nõ & imperatiuum modum eadem tertia persona de se creat in perispomenis quidem accẽtu ad superiorem syllabã translato, ποιεῖ ποίει, τιμᾷ τίμα, χρυσοῖ χρύσου: in barytonis autẽ subtracto ι, λέγει λέγε, χαίρει χαῖρε, ἄρχει ἄρχε. In coniunctiuo modo nihil omnino mutatur, sed prima persona præsentis temporis modi indicatiui, eadẽ in cõiunctiuo modo prima persona præsentis, ποιῶ, ἐὰν ποιῶ, βοῶ, ἐὰν βοῶ, θέλω, ἐὰν θέλω, χαίρω, ἐὰν χαίρω. Verum differentiã facit secunda persona, ποιῶ, ποιεῖς, ἐὰν ποιῶ, ἐὰν ποιῇς. Item apud Græcos prima persona præsentis adiecto sibi ν, facit participium καλῶ καλῶν, χαίρω χαίρων. Presens tempus Græcorum verborũ quod in μαι syllabã terminatur, in περισπωμένοις quidẽ si abiiciat μαι syllabã, facit imperatiuum, φιλοῦμαι φιλοῦ, τιμῶμαι τιμῶ, χρυσοῦμαι χρυσοῦ: in barytonis vero, si abiecta μαι syllaba, accipiat υ literã, λέγομαι λέγου, χαίρομαι χαίρου.

De præterito imperfecto.

GRæca verba omnia, seu barytona, siue perispomena, in tempore imperfecto eandem habent primam personam numeri singularis, quæ tertia pluralis, ἐποίουν ἐγὼ, ἐποίουν ἐκεῖνοι. Item in Græcis verbis omnibus, quorum positio prima in ω desinit, imperfectum tempus vltimã syllabam suam ab his incipere literis facit, a quibus vltima syllaba præsentis cœpit, τιμῶ ἐτίμων, χαίρω ἔχαιρον, τρέχω ἔτρεχον aut si vocalis sola illic fuit, & hic in capite vltimæ syllabæ vocalis erit, ποιῶ ἐποίουν, θηρεύω ἐθήρευον. Omne Græcorum imperfectum actiuum vel activo simile in ν literam desinit: sed barytona in breuem syllabam finiuntur id est in ον semper, ἔτρεχον, ἔχαιρον: perispomena vero vel a verbis in μι exeuntibus longa terminantur, ἐκίνουν, ἐτίμων, ἐτίθην, ἐποίουν. Deniq; ῥίπτω quia modo acuto modo circumflexo accentu pronuntiatur, & ἔρριπτον & ἐρρίπτουν, facit. Κινῶ propter eandem causam & ἐκίνουν & ἐκίνον. Et hoc etiam obseruandum, vt aut imperfectum retineat numerum syllabarum quem præsens habet, aut crescat vna. Manet æqualitas in illis quorũ præsens a vocali cœpit: incremẽtum patiuntur quorum presens a cõsonãte inchoat: ἀγρεύω ἤγρευον, λέγω ἔλεγον. Nec sine ratione. Nam quæ syllaba non crescunt, adiectione temporis crescunt dum incipientẽ vocalẽ de breui longã faciunt. vt ἄγω, α breuis mutata est in η lõgum, ἦγον. Sæpe tamẽ licentia poetica incremẽto caret. Nõnunquã prima ipsa vocalis, si breuis est, immobilis manet, sed vocalẽ alterã recipit, vt iunctæ longã faciant syllabã: ἔχω εἶχον, ἕλκω εἷλκον, ἕρπω εἷρπον. Aliquotiẽs nec mutata nec altera recepta, quæ fuit ipsa producitur, ἱδρύω ἵδρυον, ὑδρεύω ὕδρευον. hic enim ι & υ in præsenti correpta, in imperfecto vero lõga pronuntiãtur. ἠθετῶ aũt manet vt fuit, ἠθέτουν quia nõ potuit habere quo cresceret. in præsenti enim lõga fuit diphthongi priuilegio. Licet in diphthõgis maxime cõmunib. permutatio sit recepta in diphthongos lõgiores. Vt αι & οι quia cõmunes sunt, & nõnunquã pro breuib. habeãtur, in η aut in ω mutãtur, αἰνῶ ᾔνουν, οἰκῶ ᾤκουν. Nec me præterit etiã αυ diphthõgum, quæ nunquã pro cõmuni habita est, solere mutari, αὐδῶ ηὔδων, αὐχῶ ηὔχουν: licet ευ & ει immutabiles maneant, εὑρῶ εὕρουν, εἰκάζω εἴκαζον, εἰκονίζω εἰκόνιζον, εἰκάζω εἴκαζον. τὸ γὰρ ἤκαζον ἀττικόν ἐστι. Multo constãtius manẽt quæ incremẽtum perfectio tãta nõ recipit, ὠνοῦμαι ὠνούμην, ὀχῶ ὤχουν. excipiũtur ἑορτάζω & ὠθέω. Cũ enim apud Græcos omnia imperfecta nunquã medias, sed tantum vltimã vel primã moueãt, illorum alterum solã mediã mouit, ἑώρταζον, cũ ἥορταζον facere debuisset: alterum & primã & mediã, ὠθέω ἐώθουν, ὁρῶ enim & ἑώρων non sunt cõtra regulã; quia ὁρῶ cum ὥρων facere debuit, ex abundãti principio ε addita est, & fecit pro ὥρων ἑώρων: vt οἰνοχοέω ᾠνοχόουν. & tamen dicitur ἐῳνοχόουν & pro ἑῖλον ἕλον dicunt. Nõ solũ in verbis hæc supuacua adiectio, sed etiã in nominib vsurpata est ἰδέα ἐϊδέα & similia. αἰσθάνομαι & ἀνέχω non primã sed secundã syllabã mutauerunt quia prima nõ verbi sed ppositionis est Verba enim sunt βαίνω, ἔχω, & faciunt ἔβαινον εἶχον inde ἀνέβαινον, ἀνεῖχον. αἰματοῤῥοῶ mutat primã ... quia ex nomine cõposita est ...

ἱματικῶν: αἰαἰχυντος, αἰαἰχυντῶ. Verba autem ex compositis nominibus parasyntheta vocantur, & a prima syllaba declinantur, vt φίλιππος, φιλιππίζω, ἐφιλιππιζον. Licet non ignorem, quod σύμμαχος & συνήγορος composita sint nomina, & ex se faciāt verba parasyntheta, συμμαχῶ, συνηγορῶ: quæ tamen non foris, sed intus declinantur, συμμαχῶ συνεμάχουν, συνηγορῶ συνηγόρουν. Sed hoc ideo, quia præpositio hic habet significationem suam. Cæterum vbi nullus ex præpositione sensus accedit, foris declinatur imperfectum, id est, adiicitur illi vocalis, tanquam præsens tempus incipiat a consonanti καθίζω ἐκάθιζον, καθεύδω ἐκάθευδον. hoc est ἵζω quod καθίζω, hoc εὕδω qđ καθεύδω, qa præpositio nihil significat. vbi vero additur ex ppositione sensus, tūc in declinatione imperfecti quærimus, vnde incipiat verbum ipsum sine præpositione: & si verbum a vocali incipit, quamuis præpositio habeat consonantem verbi, tamen vocalem ex breui mutamus in longam: vt συνάγω, συνῆγον, quia aliud est ἄγω, aliud συνάγω. Item si præpositio quæ sensum confert, incipiat a vocali, incipiente verbo a consonante, imperfectum manente eadem nec mutata præpositionis vocali, aliā addit consonanti verbi vocalem, vt est ἐπιχαίρω, ἐπέχαιρον, quia aliud est ἐπιχαίρω, aliud χαίρω. Sane hoc obseruatur, vt vocalis quæ additur consonanti, breuis sit, quia non potest vltra vnum tempus excrescere: λέγω ἔλεγον, λέγομαι ἐλεγόμην. vnde βούλομαι & δύναμαι secundum cōmunem regulam ex se faciunt ἐβουλόμην. ἐδυνάμην sed quod sæpe legimus ἠβουλόμην, ἠδυνάμην, Attica licentia est. Vltima quoque syllaba imperfecti nonnihil diuersitatis habet, vt in perispomenis prima & tertia in ων mittunt, ἐποίουν, ἐχρύσουν: secunda in ων ἐβόων: quæ fiunt in passiuo vel passiuis similibus, ἐποιούμην, ἐχρυσούμην, ἐβοώμην. Apud Græcos solus diffinitiuus modus præsens ab imperfecto disiungit, cæteri omnes modi iungunt, vt φιλῶ, ἐφίλουν. At in imperatiuo φίλει, præsens & imperfectum cōfunditur: similiter in coniunctiuo ἐὰν φιλῶ, & in optatiuo εἰ φιλοίμι, & in infinitiuo φιλεῖν, vtrumque simul tempus appellāt.

De tempore perfecto.

PErfectum tempus apud Græcos non a præsenti, sed a futuro figuratur: nec sine ratione. omne enim quod factū est, prius faciendū fuit. In Græcis omne perfectū aut syllaba aut vno tempore maius ptima positione sui profertur, vt λέλυκα, ἄνυκα. Nec moueat φ πεποίηκα vel πεφίληκα, & similia nō vna, sed duab. syllabis primā verbi vincūt positionē. Diximus. n. primā perfecti positionem nō esse præsens, sed futurum, quod vna, non duabus syllabis superant: vt ποιήσω πεποίηκα, φιλήσω πεφίληκα. Hoc etiam argumento probatur. nam cum nunquam perfectum tempus a prima positione sui & syllaba crescat & tempore, sed tantum altero; restat vt ὤπτηκα, ἠγάπηκα, si a præsentibus facta sunt ὀπτῶ, ἀγαπῶ & syllaba maiora inueniantur & tempore: quod fieri per regulam nō potest a futuro igitur veniunt, ὀπτήσω, ὤπτηκα, & ἀγαπήσω, ἠγάπηκα, primæ vocalis correptæ productione facta. Item cum nunquam perfectum a consonanti incipiens par origini suæ sit numero syllabarum, aduersabitur regulæ omne perfectum τὸ εἰς μι, quia parem præsentis syllabarum numerum tenet, δίδωμι δέδωκα, τίθημι τέθεικα. Sed non ita est. δώσω enim δέδωκα fecit, & θήσω τέθεικα, & creuit syllaba. Nunquam apud Græcos perfectum minus præsenti vel futuro inuenitur. hīc cum præsens a vocali incipit, omnimodo in præterito mouetur in longam. Nunquam apud Græcos præteritum perfectum in duabus syllabis inuenitur, sed est interdum sex syllabarum, vt πεπολεμάρχηκα, est quinque πεποίηκα est quatuor πεφίληκα, est trium λέλυκα. Nec vnquam inuenies trisyllabō minus. Necesse est enim vt prima syllaba declinationis sit, vt λε: secunda originis, vt λυ: tertia finalis, vt κα. Quicquid igitur plus fuerit, ad mediam

mediam syllabā, quę quidem originis est, refertur: declinatio vero & finis singulas possident, vt est πεφίληκα, πε declinationis, φιλ originis, κα finis. Ergo παρακείμενος, id est, perfectum minus trisyllabo nō inuenitur, excepto οἶδα, quod dissyllabum est & παρακείμενος. Nec mirum, cum hoc verbum in multis regulæ resistat. Nullum namque perfectum hoc excepto, ab οι diphthongo inchoare reperies. Item cum prima verbi positio ει diphthōgo inchoat, in nullo tempore mutatur. Huius verbi origo, id est, εἴδω, mutauit ει in οι. Quotiens perfectum a longa oritur, necesse est plusquam perfectum ab eadem semper incipere: quod hoc verbum neglegit. nam plusquāperfectum εἴδειν est, cum perfectum οἶδα sit. Deinde omne participium in ως desinens solam vltimā syllabam in α mutando idem tempus efficit, γεγραφηκὼς γεγράφηκα, λελυκὼς λέλυκα· εἰδὼς autem non facit εἶδα, sed, οἶδα. Solus igitur iste παρακείμενος vitiis obsessus non nocebit. Omne verbum Græcum si in præsenti a simplici (excepto γ) incipit consonāte, primam in tempore perfecto syllabam geminat, γράφω γέγραφα, λέγω λέλεχα. Nec talis geminatio præpositionis adiectu impeditur, περικομίζω περικεκόμικα, συγγράφω συγγέγραφα. Omne perfectum tempus in perispomenis, vel solum primum in barytonis, desinit aut in κα, aut in φα, aut in χα, πεποίηκα, γέγραφα, πέπληχα. adeo vt omne pæne verbū similium declinationem sequatur: τηρῶ τηρεῖς, χωρῶ χωρεῖς, τετήρηκα, κεχώρηκα. γράφω γράφεις, τρίβω τρίβεις, γέγραφα, τέτριφα· πλήσσω πλήσσεις, πάσσω πάσσεις, πέπληχα, πέπαχα. Nec te moueat, quod si Græcum verbum incipiat ab vna de his literis quas δασέα σύμφωνα vocant, cum ad geminationem venitur, non δασὺ iteratur, sed ἀντίστοιχον eius, θαρρῶ τεθάρρηκα, φονεύω πεφόνευκα, χέω κέχυκα. In Latinis vero eadem litera geminatur, *fallo fefelli*. f enim apud Latinos δασὺ non est, quia nec habent consonantes δασείας, & f digammon est Αἰολέων: quod illi solēt magis contra vim aspirationis adhibere, tantum abest vt pro φ habendum sit. Ipsum autem φ adeo Latinitas non recipit, vt pro ea etiam in Græcis nominibus *p* & *h* vtatur, vt *Philippus*, *Phædon*. *Frigeo*, *frixit*, facit a secunda coniugatione: *frigo* vero, *frixi*, a tertia: vnde *frixum*, *frixorium*, id est, calefactorium. Similiter *aceo*, *aces*, *acui*, vnde inchoatiuum *acesco*; & *acuo*, *acuis*, *acuit*. *fero*, *tuli*, & *tollo tuli*; *sustulo sustuli*; *adtulo*, *adtuli*. Accius vero in Andromeda etiam ex eo quod est *tulo*, quasi a rhemate, *tuli* declinat: *nisi quod tua facultas nobis tulat operam*. *Vertor* & *verror*, *versus sum*. *Patior* & *pandor*, *passus sum*, non *pansus*. Virgilius, *passis crinibus*. *Explico*, *explicui*, quia *plico*, *plicui*: sed Cicero pro Tullio *explicauit* ait.

De plusquamperfecto.

IN Græcis verbis quæ in ω exeunt, omne perfectum tempus mutat in fine α in ειν, & facit plusquamperfectum, quod illi ὑπερσυντελικὸν vocant. In capite vero si perfectum a vocali incipit, ab eadem vocali & plusquamperfectum incipiat necesse est, ἔφθαρκα ἐφθάρκειν, εἴρηκα εἰρήκειν: si vero initium perfecti consonās fuerit, tunc ὑπερσυντελικὸς ab adiecta sibi vocali incipit, πεποίηκα ἐπεποιήκειν, γέγραφα ἐγεγράφειν. nec immerito. Bina enim tempora, vt & supra diximus, naturalis quædam cognatio copulauit: cū præsenti imperfectū, cū perfecto plusquamperfectū, cum aoristo Græcorum futurum. Ideo apud illos sicut incipiente præsente a vocali, imperfectum similiter a vocali incipit; si vero pręsens a consonante cœpit, additur imperfecto vocalis, φθείρω, ἔφθαρκα: ita & plusquamperfectum simili obseruatione de initio perfecti cognati sibi leges assumit, excepto eo quod breuem quam in principio perfecti reperit, non mutat in longam, sicut mutat imperfectum de capite præsentis acceptam, ἄγω ἦγον. Post plusquamperfectum consequens erat vt de infinito tempore, id est, περὶ ἀορίστου, tra-

ctaremus, sed ideo prætermittimus, quia eo Latinitas caret.

De futuro.

TRes sunt omnino syllabæ q̃ in Græcis verbis futuro tempori terminũ faciunt. Aut enim in σω exit, aut in ξω, aut in ψω, λαλήσω, φράξω, γράψω, nisi quod quinta barytonon ante ω liquidam suam retinet. Itẽ Græca verba, si perispomena sint, cuiuscunq; coniugationis, vltra numerum syllabarũ præsentis augent vna syllaba futurum, τιμῶ τιμήσω, πνῶ πνήσω, δηλῶ δηλώσω. Barytona in quacunque cõiugatione eundem numerum seruant λέγω λέξω, ἄγω ἄξω, ἐγείρω ἐγερῶ, λωποχύω λωποχύσω. In Græcis Latinisque verbis penultima præsentis manet in futuro, ἀγαπῶ, ἀγαπήσω, πα mansit; θερμαίνω, θερμανῶ, τυ mansit; *cogito*, *cogitabo*. *gi* mansit. Si verbum barytonon sit habens in præsenti μεταβολον ante ω, id est, liquidam consonantem, tunc penultima quæ in præsenti lõga fuit, fit breuis in futuro, πλύνω πλυνῶ, χαίνω χανῶ, ἐγείρω ἐγερῶ. Diximus perispomena augere vna syllaba futurum, quia crescit vltima, φιλῶ φιλήσω, νικῶ νικήσω, σταυρῶ σταυρώσω, sed non semper sub eadem præcedentis literæ obseruatione succedit adiectio. Nam in prima coniugatione aut η, aut ε, ante σ reperitur, ποιῶ ποιήσω, φορῶ φορέσω. Et apud illos quotiens in futuro ε ante σ ponitur, breuem esse præsentis penultimam obseruatum est. Nec tamen reciproca est necessitas, vt quotiens breuis est penultima præsentis, ε ante σ sit in futuro: ecce enim νοῶ νοήσω, φιλῶ φιλήσω. Secunda coniugatio aut η ante σ in futuro habet, vt ὁρῶ ὁρήσω, aut α productum, vt δρῶ δράσω: aut α correptum, vt γελάσω. Deprehensumq; est eorum futurorum α in penultima produci, quotum præsens aut nullam consonantem ante ω, aut ρ habet, ἰῶ ἰάσω, δρῶ δράσω, contrarium non redeunte necessitate: siquidem χρῶ χρήσω facit, ἰσχνῶ ἰσχνήσω. Illic vero corripi, vbi in præsenti ante ω, λ inuenitur, γελῶ γελάσω: sed nec in hoc hæc in se necessitas redit κομῶ κομήσω. πεινῶ autẽ & διψῶ Dorica sũt per solam literam, non etiam per accentum. Illi enim in omni futuro in ω desinente vltimam circumflectunt. Tertia aut ω in penultima futuri habet, aut ο: sed hic certa distinctio est. Nam verba quę deriuatiua sunt, ω habent; quæ vero principalia, nec ex alio tracta, ο: πνῶ, πνοῶ, πνεύσω· σιτῶ, σιτώσω, σταυρῶ, σταυρώσω· ἐμῶ autem, ἐμέσω, quia non deriuatum est, ὀμόσω facit, & ἀρῶ ἀρόσω, ἀρόσω. Apud Græcos nõ facile prima syllaba præsentis mutatur in futuro, quod præmissis patebit regulis. Futurum apud illos altero e duobus locis mouetur, aut vltimo, aut penultimo. Vltimis duobus modis mouetur, aut literis, aut accentu: literis, vt γράφω γράψω, νύσσω νύξω: accentu, vt νέμω νεμῶ, δέρω δερῶ. Et cum mouetur vltimus, non omnimodo mouet penultimum: motus autem penultimæ omnimodo vltimam mouet, ἀγείρω ἀγερῶ, μιαίνω μιανῶ. hic enim & de penultima subtracta est litera, & in vltimam cecidit accentus. necnon & πήγω πήξω, ἐρείκω ἐρίξω, mutata est & finalis in littera, & quæ antecedit in tempore. siquidem ι υ verborum supra dictorum in præsenti quidem producuntur, corripiuntur autem in futuro. Si ergo necesse est vt in barytonis verbis quæ habent in præsenti ante ω liquidam consonantem, in futuro penultima ex lõga breuis fiat, vt ἀγείρω ἀγερῶ, μιαίνω μιανῶ: sequitur vt cum huiusmodi verba bisyllaba reperiũtur, in quibus syllaba quæ incipit ipsa est vtiq. in penultima, tunc mutetur non quasi prima, sed quasi penultima, κείρω κερῶ, σπείρω σπερῶ. Ita fit vt apud Græcos mutari nõnunquã futuri syllaba prima dicatur Itẽ τρέφω primã litterã permutantes θρέψω faciunt, & ἔχω ψαυ, ἕξω ἕξω pronuntiant: sed θρέψω qnidem vt diceretur, Iones obtinuerunt, quibus libido est aspirationem modo addere, modo demere: addere, vt τρέφω, θρέψω, & τρέχω, θρέξω: demere, cum

cum ἕξω τρίχω faciunt. Ἔχω aūt & ἕξω circa aspirationem certa ratione dissentiūt, quia cum fas esset vtriq; aspirationē dari, vt ἵσχω ἰσχῶ. hanc τῷ ἔχω assign ri necessitas illa nō passa est. quia fieri non potest vt vlla vocalis præposita χ literæ aspirationem habeat. Deniq; υ quia nunquam sine aspiratione incipit, nunquam χ literæ præponitur, ne alterius natura violetur, aut τῶ υ, si incipiat sine aspiratione; aut τῶ χ, si qua vocalē cum aspiratione sustineat. Futurum ergo ἕξω, subducta aspiratione necessitate χ literæ, spiritum vehementiorem aut recipit aut tenuit. In nōnullis vero verbis in μι exeuntib. fit primæ syllabæ non permutatio, sed amissio, vt τίθημι θήσω, δίδωμι δώσω, κίχρημι χρήσω.

De præsenti tempore passiuo.

OMne præsens tempus apud Græcos in ω desinens modi indicatiui, generis actiui, verbi perispomeni, si secundæ coniugationis sit, adhibet fini suo μαι syllabam, & facit de se passiuum; βοῶ βοῶμαι, τιμῶ τιμῶμαι. Si vero sit primæ vel tertiæ ω in ο mutato & accepta similiter μαι passiuū creat, ποιῶ ποιοῦμαι, χρυσῶ χρυσοῦμαι. Permutationem aūt ω in ο de circumflexo accentu nasci, indiciū est futura linguæ Doricæ, quod hanc permutationē cum in alterum genus transit, sibi vindicat, ποιήσω ποιησοῦμαι. λέξω λεξοῦμαι At in barytonis omnib. ω in ο mutato & adiecta μαι passiuum figuratur, λέγω λέγομαι, τύπτω τύπτομαι, φεύγω φεύγομαι. Ita ergo breuiter distincteque dicendum est: Omne præsens passiuum habet in penultima aut ω, aut ο, aut ο: τιμῶμαι, ποιοῦμαι, λέγομαι. Quæ aliter habuerint, ex illis verbis sunt quorū prima positio in μι exit, quæ semper passiui penultimam breuem faciunt vt τίθεμαι, ἵσταμαι, δίδομαι Item cum secunda vel tertia cōiugatione eadem est secūda persona passiui quæ actiui tertia, τιμᾷ τιμᾷ, ποιεῖ ποιεῖ, στεφανοῖ στεφανοῖ. Item præsens quod in μαι desinit, seu perispomenon, seu barytonon, & cuiuscunque cōiugationis sit, præter illa quorum prima positio in μι exit, secūdam personam vna syllaba minorem profert, καλοῦμαι καλεῖ, τιμῶμαι τιμᾷ, στεφανοῦμαι στεφανοῖ, λέγομαι λέγῃ, δεικνύομαι δεικνύῃ.

De tempore minus quam perfecto passiuo.

MInus quam perfectum passiuum apud Græcos duobus nascitur modis. Aut enim omne præsens tempus passiuum mutat in fine αι diphthōgon in ην, cum adiectione temporis crescētis in capite, facit ex se minus quam perfectum, ἄγομαι ἠγόμην, τρέφομαι ἐτρεφόμην: aut minus quam perfectum actiuum ante vltimam literam suam inserit μη & facit ex se passiuum. ἐποίουν ἐποιούμην, ἔγραφον, ἐγραφόμην Apud Græcos minus perfecto passiuum minorem syllabam in verbis omnibus profert secundam personam, præter illa quæ in μι exeunt ἐποιούμην ἐποιοῦ, ἐτιμώμην ἐτιμῶ, ἐδεικνύμην ἐδείκνυ ἐλεγόμην ἐλέγου.

De perfecto plusquamperfecto passiuis.

PErfectum actiuum quod in κα desinit, si habuerit penultimam natura longā transfert finalē syllabā in μαι, & facit de se passiuum: πεποίηκα πεποίημαι, πετίμηκα πετίμημαι, κεχρύσωκα κεχρύσωμαι. Si vero penultima breuis sit σμαι super addit vltimæ. Oportet enim penultimam in hoc tempore aut natura aut positione longā fieri. πέπλεκα πέπλεσμαι, γέλακα γέγέλασμαι, ἤρακα ἤρασμαι. Deniq; & in sexta verbi barytoni, quia interdum in illa περισπώμενα habet penultimam longam, interdum breuem: vbi longa est, tantum mutat κα in μαι: vbi vero breuis est, addit & σμαι: δεδεικνύκα, πέπτωκα, πέπεισμαι, δέδυκα, ἔσβηκα, ἔζευκα, ἔζευγμαι, λέλυκα item λέλυμαι, & τέθυκα τέθυμαι, non caret vitio: quia cum breuis υ, σ non recipit. Sane in barytonis tertia cōiugatio & cū penultimā lōgā habeat, tamē adhibet σμαι, πέπεικα πέπεισμαι Quæ in φω desinūt vel

quæ ante κ habent, γ, κ, hæc διὰ δύο μμ in passiuo pronuntiantur; πέπυφα, πέπυμμαι. Quæ vero in χα, transeunt in γμαι; νένυχα νένυγμαι, πέπληχα πέπληγμαι. Cum ante vltimam syllabam aut ρ, aut λ reperitur, κα transit in μαι, ἔψαλκα ἔψαλμαι, κέκαρκα κέκαρμαι. Idem seruant & verba quæ in prima positione ν habent in vltima syllaba, κρίνω, κέκρικα, κέκριμαι, πλύνω, πέπλυκα, πέπλυμαι. Ὑπερσυντελικὸς passiui generis de paracemeno suo nascitur. ille enim incipiens a vocali in ἦν terminum mutat, & hunc efficit, ἔφθαρμαι ἐφθάρμην, ἦγμαι ἤγμην: aut si ille cœpit a consonanti, hic præter finis mutationem quam diximus, etiam vocalem principio suo adhibet, πεποίημαι ἐπεποιήμην, λέλεγμαι ἐλελέγμην.

De futuro passiuo.

PEnultima syllaba apud Græcos futuri actiui, quarta fit a fine passiui, νοήσω νοηθήσομαι, θεραπεύσω θεραπευθήσομαι, ἐλάσω ἐλασθήσομαι. Secunda persona minor syllaba fit quam prima, λαληθήσομαι λαληθήσῃ, τιμηθήσομαι τιμηθήσῃ. Illa vero species propria Græcorum est, quod habet in genere passiuo futurum quod rem significat non multo post sed mox futuram, vt πεποιήσομαι, γεγράψομαι. Hoc autem tempus ex perfecto eiusdem generis nascitur. Insertis enim secundæ personæ perfecti duabus literis σ καὶ μ, futurum paulo post, quod Atticum vocatur, efficitur; πεποίησαι πεποιήσομαι, γέγραψαι γεγράψομαι. Nec ab re erat paulo post futurum ex paulo ante transacto tempore procreari. Inueniuntur huiusmodi tempore figurata & ex verbis in ω exeuntibus, vt est διδοικήσω, quod proprium Syracusanorum est. & δεδώσω, vt apud Dracontem, αὐτὰρ ἐγὼ δῶρα δεδώσομεν, quasi *paulo post dabimus*.

De indicatiuo, qui & diffinitiuus.

INdicatiuus habet solutam de re quę agitur pronuntiationem. Nam qui dicit ποιῶ, ostendit fieri; qui autem dicit ποίει, vt fiat imperat; qui dicit εἰ ποιοίμι, optat vt fiat; qui dicit ἐὰν ποιῶ, nec dum fieri demonstrat; cum dicit ποιεῖν, nulla diffinitio est. Solus igitur diffinitus perfecta rei diffinitione continetur. Vnde Græci ὁριστικὴν ἔγκλισιν, Latini modum diffinitiuum vocitauerunt. Denique omnia tempora in hoc solo modo disiuncta & libera proferuntur. Dicunt enim ἐνεστῶτος ποιῶ, παρατατικοῦ ἐποίουν. At in imperatiuo iunguntur hæc tempora, ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, ποίει. item in coniunctiuo ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, ἐὰν ποιῶ. & in optatiuo ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, εἰ ποιοίμι. in infinito ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, ποιεῖν. Similiter indicatiuus παρακειμένου facit πεποίηκα, & ὑπερσυντελικοῦ ἐπεποιήκειν. Imperatiuus vero παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ facit πεποίηκε, πεποιηκέτω. Et coniunctiuus παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ, ἐὰν πεποιήκω. Optatiuus παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ, εἰ πεποιήκοιμι. Infinitus πεποιηκέναι. Rursus indicatiuus vtitur temporibus separatis, cum dicit ἀορίστου ἐποίησα, μέλλοντος ποιήσω: sed imperatiuus facit ἀορίστου καὶ μέλλοντος, ποίησον. Coniunctiuus ἀορίστου καὶ μέλλοντος, ἐὰν ποιήσω. Optatiuus vero & infinitus hæc sola tempora proferunt separata, ποιήσαιμι καὶ ποιήσοιμι, & ille ποιῆσαι καὶ ποιήσειν. Optatiuus Græcorum nec minus quam perfectum nec perfectum tempus admisit. Vtrique ergo modum integritate temporum liberum contractis & coartatis iure præponunt. Deriuatiua verba, id est, quæ ex verbis aliis deriuantur, non nisi ex diffinitiuo originem sortiuntur, vt est θεῶ principale, & ex eo deriuatiuū θεαύω. Sic apud Latinos meditatiua, & inchoatiua, & frequentatiua verba sunt ex diffinitiuo modo verborum principalium deriuata. Speciatim vero verba apud Græcos quæ in μι exeunt, ex diffinitiuo tracta sunt verbi in ω exeuntis, vt τιθῶ τίθημι, διδῶ δίδωμι, ἱστῶ ἵστημι. Item nomina ex verbis nascentia, quæ illi ῥη-

li ὀνόματα ῥηματικὰ vocāt, de hoc solo modo sub varia vel personarū vel temporū declinatione procedunt. Nam nomen χάμμα ex prima persona id est, κέχαμμαι, natum, & nomen ... ex tertia persona, quæ est ..., profectum, literarum quæ in vtroque sunt similitudo docet. Item τύμμα ἀπὸ ... τέτυμμαι ... aūt ἀπὸ ... compositа sunt. Omnia tamen hæc nomina ab indicatiuo veniunt. Denique Stoici hunc solum modum rectū veluti nominatiuū, & reliquos obliquos sicut casus nominū vocauerunt. Rationabiliter aūt declinatio ab actiuo inchoat, quod actus passionē præcedit. Bene etiam a prima, non alia persona; quod prima de tertia ad secundam loquitur. Apte quoque a singulari numero. ... Et si omnis multitudo cōstat ex singulis, recte est præmissa vnitas & secuta populositas. Iuste etiam a præsenti. ex instanti enim tempore possunt reliqua cognosci, non instans apparebit ex reliquis. Siquidem ἀπὸ τοῦ λείβω, ... item ἀπὸ τοῦ λείπω fit ... Cum ergo dico vel ..., vel ..., quod esse velim huius præsens verbi tempus incertum est: cum autem dico λείπω aut λείβω, de reliquis eius temporibus nemo dubitat. ἠρχόμην imperfectum tempus est a præsenti ἔρχομαι. similiter a præsenti ἄρχομαι. Cum ergo dico ἠρχόμην, incertum relinquo vtrum *veniebam* an *incipiebam* intelligi velim, & ideo ... eius in dubio est, ἔρχομαι sit an ἄρχομαι: cum vero dico ἄρχομαι aut ἔρχομαι, nihil de imperfecto dubitabitur. Coniugationum quoque diuersitates in Græco Latinoque verbo præsens facit. ..., nisi instantis secunda persona discernit. Cæterum in ... & ... item in ... & ... nulla discretio. Sed & in barytonis ... primæ esse coniugationis faciunt π & τ, quæ in præsentis prima persona ω literam antecedunt: quæ signa desunt & in πέπτα, & in ἔτυψα. & in τύψω. λέγω propter γ secundæ est; quod signum habere desinit in λέλεχα, ἔλεξα, λέξω, sic in reliquis coniugationibus. Præsens tempus ostendit & genera verborum. Nam actiuum aut neutrum Græcus intelligit, si in ω præsens desinat: passiuum vel commune & his similia, si in μαι. Declinandi autem verbi series non nisi cum de modis tractatur, apparet: hinc modus apud Græcos ἐγκλίσεις nuncupatur, id est, ... κλίσις.

De declinatione indicatiui.

OMne apud Græcos verbū indicatiuum in ω desinēs, seu barytonū seu perispomenū sit seu præsentis, seu futuri, omnimodo in secundæ personæ fine diphthongū habeat necesse est, id est, ἰῶτα vel cum ε, vt ποιεῖς, vel cum α, vt τιμᾷς, vel cum ο, vt δηλοῖς. In omni autem futuro cū ε, vt νοήσεις, βοήσεις, χρυσώσεις, λέξεις, τύψεις. Itē in omni Græco verbo cuius prima positio in ω desinit, secunda persona amisso σῖγμα tertiam facit. Omne verbum in ω desinens, cuiuscunque coniugationis & temporis ἰσοσυλλαβῶν, in prima, secunda, & tertia persona, ποιῶ, ποιεῖς, ποιεῖ. ... ἀργυρῶ, ἀργυροῖς, ἀργυροῖ. λέγω, λέγεις, λέγει. λέξω, λέξεις, λέξει. νοήσω, νοήσεις, νοήσει. In verbis in ω desinentib. prima pluralis a prima singulari fit, operose tamē ac varie. In præsenti enim tempore μεν syllaba semper adiicitur, sed modo nihil additur vel permutatur, vt in secunda ..., βοῶ, βοῶμεν, τιμῶ τιμῶμεν: modo ω in ου diphthongū mutantes, vt in prima & tertia ..., νοῶ νοοῦμεν, φανερῶ φανεροῦμεν: in reliquis autem, id est, barytonis omnibus, vel etiam perispomenon futuris, ω in ο transferentes, λέγω λέγομεν, τρέχω τρέχομεν, θεραπεύσω θεραπεύσομεν, λαλήσω λαλήσομεν, ἐάσω ἐάσομεν, ἀργυρώσω ἀργυρώσομεν. Secunda pluralis a tertia singulari nascitur; primæ quidem & secundæ syzygiæ perispomenon instanti τε addentes, ποιεῖ ποιεῖτε, βοᾷ βοᾶτε: in tertia vero vltimum ἰῶτα in υ mu-

tantes, & idem τι addentes, χρυσοῖ χρυσοῦτι: at in omnibus barytonis & in παρεσχηματισμένων futuris ipsum ἰῶτα vltimum detrahentes, & eandem addentes syllabā τι, τύπτει τύπτετι, τρέχει τρέχετι, ἀθλεύσει ἀθλεύσετι, ποιήσει ποιήσετι, ἀποτελέσει ἀποτελέσετι, ἱδρώσει ἱδρώσετι. Tertiam quoque personam pluralem eorundem verborum de prima eiusdem numeri faciunt, μεν mutantes in σι, & quia pluralis tertia semper exigit penultimam longam, ideo in præsentibus perispomenis in quibus hoc euenit, solam facit mutationem syllabæ, vt diximus, μεν in σι, φιλοῦμεν φιλοῦσι, τιμῶμεν τιμῶσι, στεφανοῦμεν στεφανοῦσι. At in barytonis & in παρεσχηματισμένων futuris addit penultimæ υ, vt longam ex breui faciat; ἔχομεν ἔχουσι, τύπτομεν τύπτουσι, ἀλλήσομεν ἀλλήσουσι. ο enim litera cum apud illos naturaliter corripitur, adiecta υ producitur, vt in nominibus κόρη, κόρος, κούρη, κοῦρος, ὄλυμπος, οὔλυμπος: eademque retracta corripitur, βούλεται βόλεται, πτεράπους πτεράπος. Omne ergo verbum Græcum quod in σι repereris terminari, tertiæ personæ pluralis esse pronuntia, excepto ἐσσὶ, quod solum cum sic desinit, secundæ est, cuius prima ἐσμὶ, & pluralis prima ἐσμὲν. Omnia autem verba in μι mutant μι in σίγμα, & faciunt secundam personam, φημὶ φὴς, τίθημι τίθης, sic debuerat ἐσμὶ ἐσ, sed quia nulla syllaba in geminum σῖγμα desinit, additum est ἰῶτα, ἐσσὶ: & propter differentiam a secunda singulari, tertia pluralis quæ similiter ἐσσὶ debuerat fieri, assumpsit τ, ἐστὶ. Verba enim in μι terminata, tertiam pluralis in σι mittunt, διδόασι, ἵστασι. Omne παρατατικὸν naturaliter in ον terminatur, & secundam personam ν in σῖγμα mutando & ο in ε transferendo figurat, ἔλεγον ἔλεγες, ἔφερον ἔφερες. Tertia de secūda vltimæ literæ detractione procedit. Sed quod perispomena in ουν vel in ων desinunt, ὠκάλουν, ἐχρύσουν, ἐτίμων, duarum syllabarum in vnam contractio fecit. Nam integrum erat ὠκάλεον, ἐχρύσοον, ἐτίμαον, ex quo cum breues duæ contrahuntur, in vnam longam coalescunt. Ideo ε & ο in υ familiarem sibi diphthōgum conuenerunt, ὠκάλεον ὠκάλουν, ἐχρύσοον ἐχρύσουν: α vero & ο in ω, ἐτίμαον ἐτίμων. Ideo & secunda persona ω in α, vnde fuerat natum, reducit, ἐτίμων ἐτίμας. υ autem diphthongum illic seruat, vbi reperit primam eius literam familiarem primæ positioni fuisse, χρυσοῖς, ἐχρύσουν ἐχρύσους: ibi trāsiit in ει, vbi ει primæ positioni meminit contigisse, καλεῖς, ὠκάλουν ὠκάλεις. In omnibus vero his diuersitatibus detractio finalis literæ personam (vt diximus) tertiam facit, ἐποίεις ἐποίει, ἐβόας ἐβόα, ὠκεανοῦς ὠκεανοῦ, ἔλεγες ἔλεγε, ἔφερες ἔφερε. Ex hoc apparet quod in ἔλεγεν & ἔφερεν ν superuacuum est, & integrū est ἔλεγε, ἔφερε. quod asserit & apostrophos, quæ facit ἔλεγ', ἔφερ'. quando enim hæc vsurparetur, si ν naturaliter adhæreret, cum duas literas nunquam apostropho liceat excludi? Indicio est imperatiuus, cuius secunda persona præsentis semper de tertia imperfecti indicatiui nascitur, amissa in capite vel syllaba, vel tempore: ὠκάλει κάλει, ἐτίμα τίμα, ἐδήλου δήλου, ἦγου ἄγου. Ergo si imperatiuus λέγε, ibi sine dubio ἔλεγε, non ἔλεγεν. Sed ε litera sæpe sibi τὸ ν familiariter adhibet. Testes huius rei Αἰολεῖς, apud quos λεγόμεθα, φερόμεθα, & similia, finale ἄλφα in ε mutatur, & mox ε aduocat sibi τὸ ν, & fit prima persona λεγόμεθεν, φερόμεθεν. Contra si quando ε in ἄλφα mutatur, ν inde discedit, sicut Δωριεῖς τὸ πρόσθεν, πρόσθα dicunt, & τὸ ἔνθεν ἔνθα. Sed & Ἴωνες cum ἤδειν ἤδεα faciunt, & ἐτύπτεσαν ἐτύπτεσα, ν repudiant, ne cum ἄλφα iungatur. Ex his omnibus facile colligitur sufficere tertiæ personæ de secunda faciendæ, si σῖγμα retrahatur. quod in capite Græci pronominis sæpe contingit, σέθεν ἔθεν σοί οἱ. Græci primam pluralē παρατατικοῦ faciunt interponentes με ante ν finalem primę singularis, ἐνόουν ἐνοοῦμεν, ἐκέρδουν ἐκερδοῦμεν, ἐφαιέρουν ἐφαιροῦμεν, ἔλεγον ἐλέγομεν. Et secunda illis pluralis efficitur addita τε tertiæ singulari, ἐποίει ἐποιεῖτε, ἐτίμα ἐτιμᾶτε, ἱδροῦ ἱδροῦτε, ἔλεγε ἐλέγετε. Ex quo iterum ν litera superuacua probatur. Tertia vero pluralis in hoc tempore semper eadem est primæ singulari,

lari, ἐγάμειν ἐγὼ, ἐγάμειον ἐκεῖνοι. ſic ἐτίμων, ſic ἐστεφάνουν, ſic ἐπέτρεχεν. Vnde Δωριεῖς in illis verbis quæ in ω mittunt parataticon, & propter βραχυκαταληξίαν tertiam a fine patiuntur accentum, tertiam numeri pluralis diſcretionis gratia βαρυτονοῦσιν: ἐπέτρεχον ἐγὼ, οἱ πρεσβύτεροι, ἐτρέχον ἐκεῖνοι, βαρυτόνως. Prima perſona paraceimeni ſemper in α terminatur, & de hac cæteræ ſine operoſa circuitione naſcũtur. Accepto .n. σῖγμα facit ſecundã & hoc rurſus abiecto, atque ἄλφα in ε mutato, tertiam creat, πεποίηκα, πεποίηκας, πεποίηκε. Primam quoque pluralem addita ſibi μεν ſyllaba facit, πεποίηκα, πεποιήκαμεν. Si pro μεν, τε acceperit, ſecunda pluralis eſt, πεποιήκατε: ſi σι, tertia, πεποιήκασι. Ὑπερσυντελικὸς de prima perſona facit tres ſingulares, tres vero plurales de tertia ſingulari, ἐπεποιήκειν, ν in σῖγμα mutato fit ἐπεποιήκεις, ν abiecto fit ἐπεποιήκει: ipſum vero ἐπεποιήκει aſſumpta μεν facit ἐπεποιήκειμεν, aſſumpta τε ἐπεποιήκειτε: ſi σαν acceperit, pluralem tertiam ἐπεποιήκεισαν. Nã ἐπεποιήκεσαν correpta penultima Ἴωνες protulerunt. Ideo autem prætermiſimus diſputare de duali numero, & de tempore aoriſto, & de multiplici ratione temporum, quia his omnibus carent Latini, id eſt, περὶ δευτέρων ἢ μέσων, ἢ παρακειμένων, ἢ ὑπερσυντελικῶν, ἢ μελλόντων. quibus latius gratia ſola diffunditur. De paſſiua igitur declinatione dicamus.

De paſſiua declinatione.

GRæci actiuo inſtanti verborum in ω exeuntium addunt ſyllabam μαι, & fit paſſiuum, quæ ſyllaba omni verbo ſola ſociatur, ita vt ω prius vltimum, nunc penultimum, aut maneat, vt in ſecunda periſpomenωn ἀποτείνομαι: aut in ου diphthongũ tranſeat, vt in prima & tertia ποιοῦμαι, στεφανοῦμαι: aut in ο corripiatur, vt in omnibus barytonis, τύπτομαι, ἄγομαι. Ergo nunquam paſſiuum Græcum inuenitur non ſuo actiuo maius Verbum Græcum in μαι deſinens ſi in ſecunda perſona μ in σῖγμα demutet, hoc aut eſt præſens τῶν εἰς μι, vt τίθημι, τίθεμαι, τίθεσαι· δίδωμι, δίδομαι, δίδοσαι· ἵστημι, ἵσταμαι, ἵστασαι: aut eſt τῶν εἰς ω temporis præteriti perfecti, πεφίλημαι πεφίλησαι, τετίμημαι τετίμησαι. Et in his ſemper ἰσοσυλλαβεῖ primæ ſecunda perſona. alioquin reliqua omnia quæ in μαι deſinunt, ſiue præſentis ſeu futuri ſint, tam paſſiui generis quam communis, vnam ſecundæ perſonæ ſyllabã detrahunt; καλοῦμαι καλῇ, ὁρῶμαι ὁρᾷ, δηλοῦμαι δηλοῖ, βλέπομαι βλέπῃ, πληθύνομαι πληθύνῃ, λεχθήσομαι λεχθήσῃ, τιμήσομαι τιμήσῃ, λέξομαι λέξῃ. Et vt aduertas faciliori compendio quæ Græca verba paſſiua ſecundam perſonam minorem ſyllaba proferunt, accipe generalis regulæ repertam neceſſitatem. Omnis apud illos prima perſona paſſiua quã actiuo ſuo ſyllaba maior eſt, hæc ſyllaba detrahit de ſecũda; quæ æqualis actiuo eſt, parem & in ſecunda tenet: φιλῶ φιλοῦμαι, quia paſſiuum maius actiuo eſt, φιλῇ facit: ἕλκω, ἕλκομαι, ἕλκῃ· ἔλεγον, ἐλεγόμην, ἐλέγου. ἐβόων, ἐβοώμην, ἐβοῶ. λαλήσω, λαληθήσομαι, λαληθήσῃ. Contra εἴρηκα, εἴρημαι, quia par actiuo ſuo eſt, facit ſecundam ἰσοσυλλαβοῦν primæ, εἴρησαι· εἰρήκειν, εἰρήμην, εἴρησο· λελάληκα, λελάλημαι, λελάλησαι· ἐλελαλήκειν, ἐλελαλήμην, ἐλελάλησο. In omni verbo cuiuſcunq; temporis prima perſona in μαι terminata, tranſlato μ in τ literam, migrat in tertiam ſeruato numero ſyllabarum. Sed penultimam retinet in παρακειμένω quidẽ omne verbum, πεφίλημαι, πεφίληται: in præſenti vero ſola tertia συζυγία περισπωμένων, χρυσοῦμαι, χρυσοῦται. Cæterum prima transfert in ει diphthongum, quæ in prima verbi poſitione fuerat eius indicium, καλοῦμαι, καλεῖται, ὅτι καλῶ καλεῖς: ſecunda in α propter eandem cauſam, τιμῶμαι, τιμᾶται, ὅτι τιμᾷς. nam & χρυσοῦται ideo retinuit υ, quia propinqua priori eſt. Vtraque enim diphthongus οι & ου, per ο literam componuntur. Futurum autem periſpomenωn, & in barytonis tam præſens quam futurũ, ο literam quæ fuit penultima primæ, per tertiã in ε transfert, vt naturalis breuis in natura breuẽ, φιληθήσομαι φιληθήσεται,

λέγομαι λέγῃ, λεχθήσομαι λεχθήσεται. Cuiuscunque verbi passiui vel passiuo similis prima persona pluralis in quocunque tempore in θα syllabam desinit, νοούμεθα, ἐνοούμεθα, νενοήμεθα, ἐνενοήμεθα, νοηθησόμεθα. ἀόριστον enim qui solus in μεν exit, ἐνοήθημεν, transeo, quia Latini ignorant. Per omnia tempora primam personam pluralem maiorem proferunt singulari, ποιῶ ποιοῦμεν, ἐποίουν ἐποιοῦμεν, πεποίηκα πεποιήκαμεν, ἐπεποιήκειν ἐπεποιήκειμεν, ποιήσω ποιήσομεν: sic & ποιοῦμαι ποιούμεθα, ἐποιούμην ἐποιούμεθα, πεποίημαι πεποιήμεθα, ἐπεποιήμην ἐπεποιήμεθα, ποιηθήσομαι, ποιηθησόμεθα. Sic & apud Latinos, *amo amamus*, *amabam amabamus*, *amaui amauimus*, *amaueram amaueramus*, *amabo amabimus*: sic & *amor amamur*, *amabar amabamur*, *amabor amabimur*. In Græcis verbis secunda persona pluralis actiua vnam vltimæ syllabæ suæ literam τ mutat in σ & θ, & fit passiua, ποιεῖτε ποιεῖσθε, γράφετε γράφεσθε. quod non mireris in præteritis perfectis non euenire, cum πεποιήκατε πεποιήκασθε non faciet, sed πεποίησθε, nec λελύκατε λελύκασθε, sed λέλυσθε, nec πεφράκατε πεφράκασθε, sed πέφρασθε, & similia. Alia.n. regula his tẽporib. obuiauit, cuius imperiũ est vt omnia verba quorũ prima persona in θα exit, secundã minorem syllaba proferant. Si ergo fecisset πεποιήκασθε, par foret numerus syllabarum cum prima πεποιήμεθα, si λελύκασθε, cum λελύμεθα, si πεφράκασθε, cum πεφράμεθα. ideo necessario syllaba media subtracta resedit, πεποίησθε, λέλυσθε, πέφρασθε. Ceterũ ποιεῖτε ποιεῖσθε, λέγετε λέγεσθε, priori regulæ obsequitur, quia non repugnat sequenti. ποιούμεθα enim ποιεῖσθε, λεγόμεθα λέγεσθε. In verbis passiuis vel passiuo similibus persona secunda pluralis addito ν ante τ cum primæ personæ penultima tertiam pluralem facit, λέγεται λέγονται, ποιεῖται ποιοῦνται, πεποίηται πεποίηνται, εἴρηται εἴρηνται, ἐλέγετο ἐλέγοντο, ἐὰν λέγηται, ἐὰν λέγωνται, εἰ λέγοιτο, εἰ λέγοιντο. Vnde illa præterita perfecta quæ his literis in medio contexta sunt, vt in tertia persona plurali ν non possit adiungi, aduocant sibi participia. πέπλεκται; quia inter λ, & τ, ν esse non potuit, cum nec finali esse post λάμβδα, nec incipere ante ταῦ fas erat, factum est πεπλεγμένοι εἰσί. γέγραπται similiter, quia inter π καὶ τ non admittebat ν, γεγραμμένοι εἰσί, sic τέτυπται, τετυμμένοι εἰσί, ἐστράγγισται, ἐστραγγισμένοι εἰσίν, & similia. Omne Græcum verbum indicatiuum cuiuscunque generis in prima sui positione aut in ω exit, vt λαλῶ, πλουτῶ: aut in μαι, vt λαλοῦμαι, βούλομαι: aut in μι, vt φημί, τίθημι. licet & in α esse credatur, quia ἐγρήγορα nonnulli ausi sunt primum thema verbi pronuntiare. Apud Græcos ω non solum in verbis, sed in omni parte orationis litera est naturaliter longa. Latinorum verborum finale *o* sunt qui longum æstiment, sunt qui breue diffiniant. Nam *scribone, cadone*, *o* non minus consensu omnium productum habet, quam *amone, doceone, nutrione*. Ego tamen de re quæ auctores magni nominis dubitare fecit, certam quidem non ausim ferre sententiam: asseuerarim tamen Virgilium, cuius auctoritati omnis retro ætas & quæ sequuta est vel sequetur, libens cesserit, *o* finale in vno omnino verbo, aduerbio, nomine, vno pronomine corripuisse: *scio, modo, duo, ego*:

—scio me Danais e classibus vnum.
—modo Iuppiter assit.
Si duo præterea.—
Non ego cum Danais.—

De imperatiuo modo.

SEmper apud Græcos modi indicatiui temporis præsentis secunda persona pluralis eadem est quæ & imperatiui. ποιεῖτε & indicatiuo secunda est & in imperatiuo. τιμᾶτε, χρυσοῦτε, γράφετε, ποιεῖσθε, τιμᾶσθε, χρυσοῦσθε, λέγεσθε, γράφεσθε, & similia. Hac regula memoriæ mandata alteram subiiciemus, vt vna ex vtraque obseruandæ rationis necessitas colligatur. Omne verbum quod in μεν desinit, qualem penultimam habuerit in pri-

prima persona, talem transmittit secundæ, id est, tempus retinet vel productæ vel breuis syllabæ: λαλῶμεν λαλεῖτε, quia in prima ω erat, & in secunda ει diphthongus æque longa successit. τιμῶμεν τιμᾶτε, μα longa syllaba locum quem in ωμ habuerat, occupauit. στεφανῶμεν στεφανοῦτε, eadem diphthongus perseuerauit. λέγομεν quia litera breuis est, λέγετε, ε æque natura breuem recipit. At in coniunctiuo quia producit penultimam, ἐὰν λέγωμεν, ideo & in secunda persona, ἐὰν λέγητε produxit, ε in η mutando. Si igitur φεύγωμεν primam personam imperatiui esse dicemus, sequitur vt quia in μεν exit ω præcedente, etiam secundæ personæ penultimam ex necessitate producat. quod si est, φεύγητε faciet, quemadmodum ἐὰν λέγωμεν, ἐὰν λέγητε. sed constitit eandem semper esse secundam personam imperatiui, quæ & indicatiui fuit: φεύγετε autem in indicatiuo fuit, non φεύγητε. Ex his colligitur neque aliam imperatiui secundam personam esse nisi φεύγετε, nec in declinatione φεύγετε secundam esse posse post φεύγωμεν, & ideo φεύγωμεν nō potest imperatiui prima esse persona. Manifestum est ergo imperatiuum nec singularem nec pluralem habere primam personam Cum autem dicimus, *fugiamus, discamus, nutriamus, aremus, doceamus* & similia, ad exhortatiuum sensum, non ad imperatiuum modum pertinere dicenda sunt. Apud Græcos imperatiuus singularis actiuus temporis præsentis & præteriti imperfecti, in secunda scilicet persona, aut in ει, aut in α, aut in ου, aut in ε, aut in θι terminatur. prima tria ad perispomena pertinent, νόει τίμα δήλου: quartum ad barytona λέγε, γράφε: quintum ad verba τὰ εἰς μι, vt ἵσταθι, ὄμνυθι, φάθι. Sed & illa similem habent terminum, quorum infinitiuus in ναι exit, etsi non sint τῶν εἰς μι, βῆναι βῆθι, γνῶναι γνῶθι, δαμῆναι δάμηθι. excepta sunt δοῦναι, θεῖναι Cæterum νοῆσαι vel huic similia, vt magis νόησον vel νοησάτω quam νόηθι faciat, multiplex ratio cogit: de qua vnum pro exemplo argumentum ponere non pigebit. Quæ in θι exeunt ab infinitis in ναι desinentibus, necesse est vt sint infinitis suis ἰσοσύλλαβα, γνῶθι γνῶναι, δάμηθι δαμῆναι, βῆθι βῆναι. νόηθι autem νοήσαι æqualitate iam caruit, inde non receptum est νοήθι, sed νόησον. Similiter apud Latinos imperatiuus nascitur ab infinito adiecta vltima, *cantare canta, monere mone, legere lege, ambire ambi ferre fer, esse es*, & *ades*, & *prodes*. Lucillius, *Prodes amicis*. Virgilius, *Huc ades o Lenae*. Terentius *Bono animo es. Facere face, dicere dice*, & per syncopā *fac, dic*. Græci secundę personę addita τω syllaba tertiam eiusdem præsentis efficiunt, ποίει ποιείτω, τίμα τιμάτω, χρύσου χρυσούτω, λέγε λεγέτω. Quod si secunda in θι desinit, ipsam mutat in τω, βῆθι βήτω. τε vero syllabam adiicientes præsenti singulari imperatiuo pluralem faciunt, ποίει ποιεῖτε, βόα βοᾶτε, δήλου δηλοῦτε, τύπτε τύπτετε. Tertiam pluralem faciunt addendo σαν tertiæ singulari, ποιείτω ποιείτωσαν. Hanc declinationem quæ decursa est, Græci duobus simul temporibus assignant, instanti & præterito imperfecto. Et re vera si pressius quæras, magis de imperfecto quam de instanti tantum apud illos imperatiuum videbis. Tertia enim imperfecti indicatiui persona capite deminuta, vel in syllaba, vel in syllabæ tempore, facit imperatiui secundam, ἐλάλει λάλει, ἐβία βία, ἐστεφάνου στεφάνου, ἔλεγε λέγε, ἦγε ἄγε, εἷλκε ἕλκε ita & in passiuis, ἐνοοῦ νοοῦ, ἐτιμῶ τιμῶ, ἐχρυσοῦ χρυσοῦ, ἐτύπτου τύπτου, ἤγου ἄγου, εἵλκου ἕλκου. Latini non æstimauerunt vllum præteritum imperatiuo dandum, quia imperatur quid, vt aut nunc, aut in posterum fiat. ideo præsenti & futuro in modi huius declinatione contenti sunt. Sed Græci introspecta sollertius iubendi natura, animaduerterunt posse cōprehendi præcepto tempus clausum, vt est ἡ θύρα κεκλείσθω, quod aliud est quam ἡ θύρα κλειέσθω. Nam κλειέσθω cum dico, ostendo hactenus patuisse cum vero dico κεκλείσθω, hoc impero vt claudendi officium iam pera-

ctum sit: quod & Latinitas iubendum nouit, cum περιφραστικῶς dicit, *ostium clausum sit*. Hinc iam per omnia præteriti tempora declinatio vagatur, sed vtroque perfecto simul iuncto. Dicunt enim παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ, νενίκηκε νενικηκάτω, & ἐνενίκησο νενικήσθω. quod quam necessarium sit, hinc sumpto argumento requiratur. Præponamus senatum pugnaturo consuli vel militibus imperare conficiendi belli celeritatem, πρὶν ὥρας ἕκτης ἡ συμβολὴ πεπληρώσθω, ἢ ἡ μάχη πεπλήσθω, ἢ ὁ πόλεμος νενικήσθω. Futurum quoque suum Græci cum aoristo iungunt, quia iisdem signis indicatiuo vtrumque dinoscitur. Nam si aoristus desinat in σα, futurum in σω terminatur, ἐλάλησα, λαλήσω: si hoc in ξα, illud in ξω, ἔπραξα, πράξω: si in ψα, in ψω, ἔπεμψα, πέμψω. Ergo λάλησον, πρᾶξον, πέμψον, assignatur simul vtrique tempori, quod vtriusque signa demonstrant. Tertia vero persona magis aoristum respicit quam futurum. facit enim λαλησάτω, πραξάτω, πεμψάτω, cum σα, ξα, ψα, χαρακτῆρες sint ἀορίστου. Idem sonat & plurale ποιήσατε: cuius tertia persona rursus cum additamento tertiæ singularis efficitur ποιησάτωσαν. Et vt hoc idem tempus, id est, futurum imperatiui, passiuum fiat, sumitur aoristus infiniti, & nulla omnino litera mutata, tantumque accentu sursum ad præcedentem syllabam tracto, futurũ imperatiuum passiuum fit, ποιῆσαι ποίησαι, λαλῆσαι λάλησαι. Cuius tertia persona fit de tertia actiui mutato τ in θ, ποιησάτω ποιησάσθω: sicut & ποιήσατε ποιήσασθε, & ποιησάτωσαν ποιησάσθωσαν.

De coniunctiuo modo.

Coniũctiua Latinorũ, quæ ὑποτακτικὰ Græcorum, causam vocabuli ex vna eademque origine sortiuntur. Nam ex sola coniunctione quæ ei accidit, coniunctiuus modus appellatus est. vnde & Græci ὑποτακτικὴ διὰ τὸ ὑποτάσσεσθαι vocitauerunt. Apud quos hoc habet præcipuum hic modus, quod omne tempus eius actiuum primam personam singularem in ω mittit, ἐὰν ποιῶ, ἐὰν πεποιήκω, ἐὰν ποιήσω: adeo vt & illa verba quæ in μι exeunt, cum ad hunc modum venerint, redeant ad illa in ω desinentia, de quibus deriuata sunt, τιθῶ, τίθημι, & in coniunctiuo ἐὰν τιθῶ. item διδῶ, δίδωμι, ἐὰν διδῶ. Ὑποτακτικὰ Græcorum syllabas quæ in aliis modis breues fuerunt, in sua declinatione producunt, λέγομεν, ἐὰν λέγωμεν: sed & ει diphthongum in η mutant, λέγω, λέγεις, ἐὰν λέγω, ἐὰν λέγῃς. & quia natura verborum omnium apud Græcos hæc est, vt ex prima persona in ω exeuntium, secunda in duas vocales desinat, ideo ἐὰν λέγῃς cum ι ascripto post η profertur, vt duarum vocalium salua sit ratio. Tertia vero persona de secunda fit retracta vltima litera, ἐὰν ποιῇς, ἐὰν ποιῇ. & quia, vt diximus, amore productionis ο pluralis indicatiui in ω mutant, λέγομεν, ἐὰν λέγωμεν, in secunda quoque persona ε in η transferunt, λέγετε ἐὰν λέγητε. Tertia, ἐὰν λέγωσιν: quia omne verbum apud Græcos quod exit in μεν, mutat μεν in σι, & personam tertiam facit. Horum passiua de actiuis ita formantur, vt primæ personæ actiuæ si addas μαι syllabam, passiuum eiusdem temporis facias, ἐὰν ποιῶ, ἐὰν ποιῶμαι, ἐὰν πεποιήκω, ἐὰν πεποιήκωμαι, ἐὰν ποιήσω, ἐὰν ποιήσωμαι. Item actiui tertia, secunda passiui est, ἐὰν ποιῶ, ἐὰν ποιῇς, ἐὰν ποιῇ, ἐὰν ποιῶμαι, ἐὰν ποιῇ. hæc eadem actiui tertia, addita sibi ται syllaba passiuam tertiam facit, ἐὰν ποιῇ, ἐὰν ποιῆται. Græci in coniunctiuo modo tempora bina coniungunt. Proprium Latinorum est, vt modo indicatiua pro coniunctiuis, modo cõiunctiua pro indicatiuis ponant. Cicero de Legibus tertio, *Qui poterit socios tueri*. Idem Cicero in primo de Republi *Libenter tibi Læli, vti eum desideras, equidem concessero*.

De optatiuo modo.

De hoc modo quæstio Græca præcessit, si præteritum tempus possit ad-

admittere, cum vota pro rebus aut præsentibus aut futuris soleant accitari, nec in specie possint transacta reuocari; pronuntiatumque est præteritum quoque tempus optanti necessarium, quia sæpe in longinquis quid euenerit nescientes, optamus euenisse quod nobis commodet. Qui enim Olympiacæ palmæ desiderium habuit, domi residens ipse, certatum equos suos cum aurigante filio misit, transacto iam die qui certamini status est, exitum adhuc nesciens, & desiderium votis adiuuans, quid aliud dicere existimandus est, quam εἴθε ὁ υἱός μου νενικήκοι. Hæc & quæstio & absolutio cum Latinitate communis est, quia in causa pari hæc vox esse deberet optantis, *vtinam filius meus vicerit*. Sed rari Latinarum artiũ auctores admiserunt in optatiuo declinationem præteriti perfecti, *vtinam vicerim*. In hoc enim modo Latini tempora Græcorum more coniungunt, imperfectũ cũ præsenti plusquãperfectũ cũ perfecto: & hoc assignant duob. antecedentibus, quod in coniunctiuo præteriti imperfecti fuit, *vtinam legerem:* hoc duobus sequentibus, quod in coniunctiuo plusquãperfecti fuit, *vtinam legissem*: & hoc dant futuro, quod habuit coniunctiuus præsens, *vtinam legam*. Sunt tamen qui & præterito perfecto adquiescant, *vtinam legerim*. quorum sententiæ Græca ratio, quam supra diximus, opitulatur. In Græco optatiuo quæ in μι exeunt, actiua tantum sunt; quæ in μην, passiua tantum vel passiuis similia, λέγοιμι, λεγοίμην Sed quæ in ην exeũt præcedente vocali, modo actiua modo passiua sunt, & non nisi ex illis verbis veniunt quæ in μι exeunt. τιθείην διδοίην. Passiua autem & de hisdem verbis fiunt, vt δοθείην, τεθείην: & de exeuntibus in ω, vt τυφθείην, δαρείην. Actiua ergo quæ in μι exeunt, mutant μι in μην, & passiua faciunt λέγοιμι, λεγοίμην: quæ vero in ην exeunt, μ interferunt, & in passiuum transeunt, τιθείην τιθείμην, διδοίην διδοίμην. Græci omne tempus optatiui modi maius syllaba proferũt quam fuit in indicatiuo, ποιῶ ποιοῖμι πεποίηκα πεποιήκοιμι, ποιήσω ποιήσοιμι. Aoriston enim prætereo quem Latinitas nescit. Ideo ἐλάσμι & ἐλάσαιμι apud Græcos legimus, quia propter necessarium augmentum syllabæ ἀπὸ τοῦ ἐλῶ fit ἐλάσμι, & ἀπὸ τοῦ ἐλάσω fit ἐλάσαιμι. Omne apud Græcos optatiuum singulare habet sine dubio in penultima diphthongum quæ per ι componitur, λέγοιμι, γράφοιμι, τιθείην, διδοίην: vnde est ἐλάσαιμι, post α scribitur ι, ne sine hac vocali optatiui penultima proferatur. Græca quæ in μι exeunt, ι vltimum in ν mutant, & fiunt pluralia, ποιοῖμι ποιοῖμεν, γράφοιμι γράφοιμεν. Semper apud Græcos pluralis prima persona aut vnam vocalem habet in penultima præcedentem, vt τιθείημεν, διδοίημεν: aut duas vt λέγοιμεν, γράφοιμεν. sed priora, fine mutato in σαν, tertiam personã de se efficiunt; sequentia vero μ subtracto, idem faciũt, τιθείημεν τιθείησαν, λέγοιμεν λέγοιεν. Passiua Græcorũ quæ in μην exeunt, hãc ipsam syllabã in ο mutant, & secundam personã faciunt, ποιοίμην ποιοῖο, γραφοίμην γράφοιο. quæ vero exeunt in ην, ν in ς mutãt & faciunt secundam, τιθείην τιθείης, διδοίην διδοίης. Ipsa vero secunda persona si in ο exit, addit τ, & facit tertiam, ποιοῖο ποιοῖτο, γράφοιο γράφοιτο: quæ in ς desinit, hoc amittit, & facit tertiam, τιθείης τιθείη, διδοίης διδοίη.

De infinito modo.

INfinitum modum, quem ἀπαρέμφατον dicunt, quidam Græcorum inter verba numerare noluerunt, quia nullius ἐγκλίσεως verbum verbo alterius iunctum efficit sensum. Quis enim dicat, βουλοίμην λέγω, λέγοιμι βούλομαι, γράφοιμι τρέχω? Aparemphatum vero cum quolibet modo iunctum, facit sensum, θέλω γράφειν, θέλε γράφειν, ἐὰν θέλω γράφειν, εἰ θέλοιμι γράφειν. Similiter & apud Latinos dici non potest *velim scribo, debeam curre*, & similia. Dicuntque aduerbium esse magis, quia infinitum, sicut aduerbium, præponitur & postponitur verbo, vt γράφω καλῶς,

ἀπαρέμφατα sua actiua in αι desinentia per omnes semiuocales literas proferunt, excepto ζ, τεῖλαι, νεῖμαι, χεῦαι, σπεῖραι, νοῆσαι, λέξαι, γράψαι. excepta sunt εἶπαι καὶ ἐνεγκαι, quæ sola non semiuocales sortita, sed mutas. Passiua vero per vnam tantum literam θ proferuntur, præmissa aut liquida, κεκάρθαι, πτίλθαι, ἐρράνθαι: aut σ, λέγεσθαι, φιλῆσθαι: aut altera ex mutis quæ vocantur δασεῖαι, id est, siue χ, vt τετύχθαι, siue φ, vt γεγράφθαι. Cum Latini nullum infinitum monosyllabum habeant, Græci paucissima habent quæ referantur ad solam secundã συζυγίαν περισπωμένων, vt πνεῖν, θεῖν. etenim πνεῖν, χεῖν, ῥεῖν, non sunt integra, sed ex collisione contracta. fuit enim integritas, πνέειν, χέειν, ῥέειν, & medio ε subtracto in vnam syllabam sunt redacta, & ex rhemate verborum veniunt πνέω, χέω ῥέω. Nullum enim Græcum verbum ἀπαρέμφατον ex verbo in ω desinente factũ non eundem numerum syllabarum tenet qui in prima positione verbi fuit, νοῶ νοεῖν, τιμῶ τιμᾶν, χρυσῶ χρυσοῦν, τρέχω τρέχειν, πλέω πλεῖν. sic χέω χεῖν, ῥέω ῥεῖν, ex quibus πνεῖν, χεῖν, ῥεῖν sunt facta. Ἀπαρέμφατα quæ in ν desinunt, si de verbo sunt perispomeno, amisso ν, & accepta syllaba σθαι, faciunt ex se passiua, ποιεῖν ποιεῖσθαι, τιμᾶν τιμᾶσθαι, δηλοῦν δηλοῦσθαι. quod si sint de barytono, etiam ι amittunt, λέγειν λέγεσθαι, γράφειν γράφεσθαι. Fiunt & de indicatiuo passiuo. Mutat enim τ in σ & θ, & facit ἀπαρέμφατον. Nec solum hoc in præsenti tempore, sed & in præterito & futuro, φιλεῖται φιλεῖσθαι, πεφίληται πεφιλῆσθαι, φιληθήσεται πεφιληθήσεσθαι. Est & alia diligentior obseruatio circa παρακείμενον. Nam quotiens in penultima habet κ, tunc amissa vtraque syllaba & accepta σθαι in passiuum transit πεποιηκέναι πεποιῆσθαι, γεγελακέναι γεγελάσθαι, πεπλυκέναι πεπλύσθαι aut interdum θαι solá accipit sine σ, sed tunc quotiens ante κ, liquida reperitur, vt πεπτικέναι πτίλθαι, κεκαρκέναι κεκάρθαι, ἐρραγκέναι ἐρράνθαι. Vnde intelligitur in hoc verbo γ quod fuit ante κ, διωξάμενον fuisse. Quod si παρακείμενος actiuus habuit in penultima aut φ, aut χ, tunc quoque θ accipit, γεγραφέναι γεγράφθαι, τετυχέναι τετύχθαι. Latini futuri infinitum faciunt adiuncto participio vel magis gerundi modo, *ire* seu *iri*; & vel in passiuo *doctum iri*, vel in actiuo *doctum ire* pronunciant ἀπαρέμφατα quæ in σθαι exeunt, aut tertium a fine acutum sortiuntur accentum, vt λέγεσθαι, γράφεσθαι: aut secundum, vt πτίλθαι, κεκάρθαι: aut circumflectunt penultimam, vt ποιεῖσθαι, νοεῖσθαι. Ἀπαρέμφατον quod in σθαι exit, si habeat in penultima υ, modo præsentis temporis est, modo præteriti perfecti: & hanc diuersitatem discernit accentus. Nam si tertius a fine sit, præsens tempus ostendit, vt ἔλυσθαι, ῥήγνυσθαι, ζεύγνυσθαι: si secundus, præteritum perfectum, vt λελύσθαι, ἐζεῦχθαι. vnde εἴρυσθαι si in capite habeat accentum, σημαίνει ἕλκεσθαι, quod est præsentis; si in penultima sit, σημαίνει εἰλκύσθαι, quod est præteriti: νῆα κατειρύσθαι. In ἀπαρεμφάτοις compositio non mutat accentum, sed hunc composita custodiunt qui simplicibus adhærebat, φιλεῖσθαι καταφιλεῖσθαι, κεῖσθαι κατακεῖσθαι. Denique καταγράψαι, quia & actiui aparemphati est & passiui imperatiui, cũ est aparemphatum in verbo habet accentum, καταγράψαι: & cum est imperatiuum, ad præpositionem recurrit, κατάγραψαι. In infinito Græco præteritum perfectum si dissyllabum fuerit, omnimodo a vocali incipit, ὦφθαι, εἶρχθαι. Si ergo inueniantur dissyllaba huiusmodi a consonantibus incipientia, manifestum est non esse integra, vt πάρθαι, βλῆσθαι, δέχθαι. quorum integra sunt πεπάρθαι, βεβλῆσθαι, δεδέχθαι. Græci aparẽphato nonnunquam pro imperatiuo vtuntur: Latini pro indicatiuo. Τυδείδῃ τεῷ Διόμηδες ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι. id est, μάχου. hic pro imperatiuo. At pro indicatiuo Sallustius; *Hic vbi primum adoleuit, non se luxuria neque inertiæ corrumpendum dedit, sed vt mos gentis illius est, iaculari, equitare, & cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus esse. Idem pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire, plurimum facere, mi-*

De frequentatiua.

FRequentatiua forma compẽdio Latinitatis obsequitur, cum vno verbo frequentationem administrationis ostendit. Hæc forma nonnunquam vno gradu, nonnunquam duobus deriuatur, vt *cano*, *canto*, *cantito*: nec tamen est in posterioribus maior quam in prioribus frequentationis expressio. Sicut nec in diminutiuis secũdus gradus minus priore significat, *anus, anilla, anicula*. *Sternuto* frequentatiuum est a principali *sternuo*. Propertius, *Candidus Augustæ sternuit omen amor*. *Pulto* sunt qui accipiãt pro eo quod est *pulso*. & ἀθισμὸν quendam Latinitatis existiment vt apud illos θάλασσα θαλάττα, πλήσσω πλήττω: sed *pultare* est *sæpe pulsare*, sicut *tractare* est *sæpe trahere*. *Eructat* frequentatiuum est a principali *erugit aqua vis*. & *grassatur* iteratio est a *graditur* Sallustius, *Cum inferior omni via grassaretur*. Sunt quædam huius formæ sine substãtia principalis *cyathissare*, *tympanissare crotalissare* Sunt quę magis moram quam iterationem explicant, —*hastamq; receptat Ossibus hærentem*. Hic enim recipiendi difficultas sub specie frequentationis exprimitur. Hanc formam in Græcis verbis inuenire non potui.

De vsurpatiua.

HAnc quidam gerundi modi vel participalẽ vocãt quia verba eius pæne omnia similia participiis sunt, & sola significatione distantia. Nã *vado salutatũ*, hoc est dicere *vado salutare*, aut *vt salutem*. itẽ *ad salutandum eo*, participium esse iam desinit, nisi adieceris vel *hominem*, vel *amicum*. hac enim adiectione participii vim tenebit, sed tunc cum ex verbo est habente passiuam declinationem, vt, *ad videndum*, *ad salutandum*. *Ad declamandum* vero cum dico, non possum adiicere *illum*, quia *declamor* Latinum non est. Hæc forma Latinitati non solum præstat ornatum, sed illud quoque vt aliquid habere videatur quæ Græci iure desiderent.

De generibus verborum.

QVod Græci διαθέσεις ῥημάτων vocant, hoc Latini appellant genera verborum. Affectus enim Græco nomine διάθεσις nuncupatur. Græci igitur διαθέσεις hac distinctione definiunt. Quæ in ω exeunt actiuã vim significãtia, & iungũtur casibus vel genitiuo, vel datiuo, vel accusatiuo, & accepta μαι syllaba transeunt in passiua; hæc actiua dixerunt: vt ἄρχω σου, κελεύω σοι, τιμῶ σε. hæc assumpta μαι passiua fiunt. Contra παθητικὰ dixerunt quæ in μαι desinentia significant passionem, & necesse habent iungi genitiuo cum præpositione ὑπὸ, ac possunt amissa μαι syllaba in actiuum redire, ἄρχομαι ὑπό σου, κελεύομαι ὑπό σου, τιμῶμαι ὑπό σου. Cui ex supra scriptis diffinitionibus vna defuerit, nec ἐνεργητικὸν, nec παθητικὸν dicitur. Sed si in ω exit, οὐδέτερον vel ἀπολελυμένον vocatur, vt est ζῶ, πλουτῶ, ὑπάρχω, ἐργάζω. In his inuenies aliqua aperte & absolute actum, aliqua designare passionem. Nam τρέχω, ἀριστῶ, περιπατῶ, de agente dicuntur: νοσῶ autem & ὀφθαλμιῶ sine dubio passionem sonant. Sed neque actiua illa dicuntur, quia & nulli de supradictis casibus iungi possunt, nec μαι recipiunt. Nam nec τρέχω σε, nec ἀριστῶ σε, nec περιπατῶ σε dicitur: nec potest transire in τρέχομαι ὑπό σου, ἀριστῶμαι ὑπό σου, περιπατοῦμαι ὑπό σου. Sed nec νοσῶ & ὀφθαλμιῶ quãuis verba sint passionis, dici παθητικὰ possunt. quia nec in μαι desinunt, nec quisquam significatur passionis auctor, nec subiungitur illis ὑπό σου quod propriũ passiuorum est. nã & in actiuo & in passiuo debet omnimodo duæ. & administrantis & sustinentis, subesse personæ. Hæc igitur quia vtroque nomine carent, apud illos οὐδέτερα vel ἀπολελυμένα dicuntur; sicut apud Latinos *volo*, *viuo*, *valeo*. Sed sicut aliqua apud Græcos in ω exeuntia significant passionem, ita multa reperies

in μαι desinentia, & actiuam tantum habent significationem: vt κνίδομαί σου, φείδομαί σου, ἐπιμέλομαί σου, ἱππάζομαί σου, μάχομαί σοι, διαλέγομαί σοι, δωροῦμαί σοι, χαρίζομαί σοι, εὔχομαί σοι, ἄγαμαί σε, περιβλέπομαί σε. Sunt apud Græcos communia quæ ab illis μέσα vocantur, quæ dum in μαι desinant, & actum & passionem vna eademque forma designant; vt βιάζομαί σε, & βιάζομαί ὑπό σου, ἀνδραποδίζομαί σε, & ἀνδραποδίζομαι ὑπό σου. Sola quoque passiua hoc nomine, id est, μέσα, vocantur, vt ἠλειψάμην, ἠσθόμην, ἐλυσάμην. hæc enim licet τῆς μέσης διαθέσεως dicant, nihil tamen aliud significant nisi πάθος. Nam hoc est ἠλειψάμην quod ἠλείφθην, hoc est ἠσθόμην quod ἤσθην. Item ἐγραψάμην, ἐφάμην, ἰδόμην, μέσα appellant, cum nihil significent præter actum. hoc est enim ἐγραψάμην quod ἔγραψα, nec vnquam dicitur * περιεγραψάμην. & hoc ἐφάμην quod ἔφην. hoc est ἰδόμην quod ἴδον. Ergo & illa quæ superius diximus, φείδομαί σου, κνίδομαί σου, ἱππάζομαι μάχομαι, διαλέγομαι, περιβλέπομαι, δωροῦμαι, χαρίζομαι, ἔρχομαι, ἄγαμαι, cum actum solum significent, μέσα tamen appellantur: licet his similia Latini non communia, sed deponentia nominent. Est & hæc Græcorum a Latinitate dissensio, quod cum Latini nunquam verbum commune dicant, nisi quod sit simile passiuo: Græci tamen quædam & actiuis similia μέσα dixerunt, vt πέπηγα quod μέσον dicitur, & sub actiuo sono solam significat passionem. hoc est enim πέπηγα quod πέπηγμαι. πέπληγα vero, ἀφ' οὗ τὸ πεπληγὼς ἀγρευτὴν, καὶ κίκοτα, ἀφ' οὗ τὸ ἀμφοτέρω κεκοπὼς, tam de actu quam de passione dicuntur. Lectum est enim & πεπληγώς σε & πεπληγὼς ὑπό σου, πεπληγὼς ἀγρευτὴν, & ῥάβδῳ πεπληγυῖα. Similiter apud Latinos quædam modo neutra, modo fiunt deponentia, vt *labo labor. fabricor fabrico, ructo* & *ructor*. quod etiam Græci non ignorant, βουλεύομαι βουλεύω, πολιτεύομαι πολιτεύω.

De defectiuis verbis.

TAm apud Græcos quam apud Latinos deficiunt verba in declinatione. Tribus enim modis dicunt verborum euenire defectum, aut intellectu exigente, aut literis non conuenientibus, aut vsu desistēte. In primis duob. necessitati, in tertio vero reuerētiæ obsequimur vetustatis. Intellectu deficiunt illa quæ dicuntur πεποιημένα, id est, quæ ad similitudinem soni alicuius expressa sunt, vt λίγξε βιός, σίζε ὀφθαλμός, & similia. In his enim verbis nec vlla persona, nec modus declinationis quæritur. Literarum inconuenientia deficiunt, quotiens verbum habet ante ω, μ vel μν. hæc enim secundum regulam suam proferri vel in παρακειμένῳ, seu ὑπερσυντελικῷ, vel in ἀορίστῳ, seu μέλλοντι non possunt. vt νέμω cum regulariter fieri debuisset νένμκα, ἐνενέμκειν, quia nō potuerunt hæ literæ conuenire, intercessit η, νενέμηκα, ἐνενεμήκειν. item ἐνεμέθην vel νεμεθήσομαι eandem sumpsere literā propter euphoniam. ἐνεμήθην, νεμηθήσομαι. Item in tertia persona singulari quæ τ habet in vltima syllaba, accepta ν facit pluralem λέγεται λέγονται, μάχεται μάχονται. Verum κέκαρται in plurali declinatione ν non potuit admittere, ideoque defecit. sic ἔσταλται, sic κέκοπται, & alia mille, & remedium de participio mutuata sunt. Alia sunt apud illos quæ consuetudo destituit, vt omnia verba quæ desinunt in νω, λανθάνω, αἰσθάνω, μανθάνω, quæ non nisi vsque ad præteritum imperfectum declinantur. Similiter & quæ in σκω, γηράσκω, πιπίσκω, γαμίσκω, πιπράσκω. Nā φ legimus διδάξω, a themate est nō διδάσκω, sed διδάχω, cuius indicium est διδαχή. Idē patiuntur quæ in νω exeunt dissyllabis maiora, ὀμνύω ὤμνυμι, πηγνύω πήγνυμι, ῥηγνύω ῥήγνυμι. Similiter imperfectum prę teritū non excedunt & quæ in εω exeunt, vt ὠθέω, γαμηθέω, βρωθέω. necnon & quæ ex monosyllabo per ἰῶτα geminantur, vt πρῶ πιπρῶ, βῶ βιβῶ, χρῶ κιχρῶ. Hæc omnia vsque ad imperfectum tempus possunt extendi, non plus. Apud Latinos deficiunt *inquam* & *sum*. nā sequentes personæ analogiam primæ personæ non seruant. alterum enim facit *inquam, inquis, inquit*, alterum *sum, es, est*.

&

& illud quidem in reliquis omnibus defecit temporibus, *sum* vero in aliud transit, vt tempora compleat, *eram*, *fui*, *ero*. Sunt quæ in prima solum persona deficiunt, *ouas*, *ouat*, *ouo* enim lectum non est. Similiter *daris datur*. *Soleo* nescit futurum. *Verro* perfectum ignorat. *Genui* ex quo themate venit, nullus scit, licet Varro dixerit *genunt*. Nec mirum. Nam & apud Græcos tã præterita inuenies quam futura quæ præsenti careant, ἄνωγα, ἔδραμον, οἴσω.

Explicit defloratio de libro AMBROSII MACROBII THEODOSII, *quam* IOHANNES *carpserat ad discendas Græcorum verborum regulas.*

ΤΟ ΡΗΜΑ ΕΝΕΡΓΗΤΙΚΟΝ ΤΗΣ ΟΡΙΣΤΙΚῆς ἐγκλίσεως κατὰ τὴν τρίτην συζυγίαν τῶν περισπωμένων.

ἐνεστῶτος.

ποιῶ,	ποιεῖς,	ποιεῖ·
ποιοῦμεν,	ποιεῖτε,	ποιοῦσι.

παρατατικοῦ.

ἐποίουν,	ἐποίεις,	ἐποίει·
ἐποιοῦμεν,	ἐποιεῖτε,	ἐποίουν.

παρακειμένου.

πεποίηκα,	πεποίηκας,	πεποίηκε·
πεποιήκαμεν,	πεποιήκατε,	πεποιήκασι.

ὑπερσυντελικοῦ.

ἐπεποιήκειν,	ἐπεποιήκεις	ἐπεποιήκει·
ἐπεποιήκειμεν,	ἐπεποιήκειτε,	ἐπεποιήκεισαν.

μέλλοντος.

ποιήσω,	ποιήσεις,	ποιήσει·
ποιήσομεν,	ποιήσετε,	ποιήσουσι.

Imperatiuus ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ.

ποίει,	ποιείτω·
ποιεῖτε,	ποιείτωσαν.

παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ.

πεποίηκε,	πεποιηκέτω·

πεποιήκασι, πεποιηκέτωσαν.

ἀορίστου καὶ μέλλοντος.

ποίησον, ποιησάτω.
ποιήσατε, ποιησάτωσαν.

Coniunctiuus, ὑποτακτικὸς, ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ.

ἐὰν ποιῶ, ἐὰν ποιῇς, ἐὰν ποιῇ·
ἐὰν ποιῶμεν, ἐὰν ποιῆτε, ἐὰν ποιῶσι.

παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ.

ἐὰν πεποιήκω, ἐὰν πεποιήκῃς, ἐὰν πεποιήκῃ·
ἐὰν πεποιήκωμεν, ἐὰν πεποιήκητε, ἐὰν πεποιήκωσιν.

μέλλοντος.

ἐὰν ποιήσω, ἐὰν ποιήσῃς, ἐὰν ποιήσῃ·
ἐὰν ποιήσωμεν, ἐὰν ποιήσητε, ἐὰν ποιήσωσιν.

Optatiuus ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ.

εἰ ποιοίην, ποιοίης, ποιοίη·
ποιοῖμεν, ποιοῖτε, ποιοῖεν.

παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ.

εἰ πεποιήκοιμι, πεποιήκοις, πεποιήκοι·
πεποιήκοιμεν, πεποιήκοιτε, πεποιήκοιεν.

ἀορίστου.

εἰ ποιήσαιμι, ποιήσαις, ποιήσαι·
ποιήσαιμεν, ποιήσαιτε, ποιήσαιεν.

μέλλοντος.

εἰ ποιήσοιμι, ποιήσοις, ποιήσοι·
ποιήσοιμεν, ποιήσοιτε, ποιήσοιεν.

Infinit. ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ.

ποιεῖν.

παρακειμένου & ὑπερσυντελικοῦ.

πεποιηκέναι.

ἀορίστου.

ποιῆσαι.

μέλλοντος.

ποιήσειν.

QVoniam Macrobius Theodosius librum de differentiis deq; societatibus verborum vtriusq; linguæ, Græcæ scilicet atque Latinæ, composuit, in quo varie confuseq; verborum regulas miscuerit; visum mihi est primo eundem eiusdem eodem quo ipse vsus est ordine breuiter deflorare, aliquádo permutatis, sæpius eiusdem quibus & ille vtendo sermonibus: deinde singularum coniugationum regulas in quantum ex rationibus prædicti auctoris colligi potuerunt, exponere. In quib. si quis multa nos prętermisisse perspexerit, sciat illud nō nostra desidia esse factum, sed quia de his quæ intacta videntur, aut ambiguam, aut nullam

Iam potuimus inuenire rationis auctoritatem. Quædam tamen inseruimus, quæ nobis ex proportione aliorum verisimilia fieri visa sunt. Cũ igitur Græci coniugationum suarum numerũ denario contineant, verborum tamen omnium bina diuisio est: aut enim in περισπώμενα, id est, in ea quæ vltimã circumflectunt, aut in βαρύτονα, hoc est penultimam grauẽ habentia, diuiduntur. Addunt quidam tertiam speciẽ, quam * ὀξύτονον vocant, id est, acutalem. habet enim, vt dicunt, acutũ in vltima. Macrobius vero duas tãtum species ostẽdit. Vnam in his quibus, vt diximus, vltimam semper circumflexus tenet accentus, atque ideo περισπωμένη meruit appellari, quæ dum inmutabiliter in penultima grauem teneat, nullum tamẽ in fine certũ potest habere sonum. Deniq; barytona dicitur. i. tono extranea in vltima, non quia non habeat, sed quod certum stabilemque habere non possit. Aliquando namq; grauatur, aliquando vero acuitur, nunquam tamẽ circumflectitur. Hoc etiam videtur non esse transeundũ, quod cum quorundã auctoritas sola perispomena ipsiusque tertiæ speciei quam illi addunt verba ω naturaliter producto terminari cõtendat: barytona vero semper ο naturaliter correpto: omnia Græcorum verba vna eademq; litera producta scilicet ω Theodosius finiri pronuntiet. Inde fit vt illorum finem accẽtus discernat, non tempus. Videtur quoq; idem simili ratione velle, non tamen affirmare, omnia Latinorũ verba rationabilius secundũ Græcã formã ο pducto cõcludi q̃ correpto, cũ iuxta pene omnes dichronũ sit. Prima igitur species in tribus coniugationibus concluditur, in quibus circũflexus vltimam tanquam perpetuã possidet sedem. Secunda vero sex vel septem videtur comprehendere syzygias, quatũ penultimas graui accentu non dubitant naturaliter esse possessas. Quorũ omnium regulas modo generales modo speciales, nõ tamen plene docendas esse promisimus in qua tamẽ pmissione lectorẽ præmonemus ne plus quærat, quia nec plus inueniet quam quę pertinẽt ad declinationem conformationemq; verborum, in quibus pene tota huius libelli vtilitas, si aliquãtula quidem est, versatur. Hinc iam tractare incipientes, primo de perispomenis dicemus. quorum prima ω producto primę personę in ει diphthongum conuertens, secundam efficit personam, vt φιλῶ φιλεῖς, ipsa autem secunda ς ablato tertiam gignit, φιλεῖ. Notandumq; quod omnes personæ singulares in hac coniugatione, sicut & in aliis duabus eiusdem speciei, & æqualem syllabarum numerum teneant, & circumflexũ semper in vltima custodiant. Prima etiã pluralis a singulari prima egreditur. conuersa scilicet ω in ου diphthongum & adiecta syllaba μεν, φιλῶ φιλοῦμεν: secunda pluralis a tertia singulari addita τε, φιλεῖ φιλεῖτε: tertia vero pluralis a prima eiusdem numeri nascitur murata με in σι, φιλοῦμεν φιλοῦσιν. Sic igitur verbum actiuum præsentis temporis indicatiui modi primæ coniugationis circumflexibilium flectitur, φιλῶ, φιλεῖς, φιλεῖ, pluraliter φιλοῦμεν, φιλεῖτε, φιλοῦσιν. Passiui quoq; generis prima persona singularis ab actiua prima singulari fit conuerso ω in ου & adsumpta μαι, φιλῶ φιλοῦμαι. secunda semper minor vna syllaba quam prima inuenitur, & in ῆ desinit, φιλοῦμαι φιλῇ. tertia vero a prima eiusdẽ generis mutato μ in τ, & diphthongo ου in ει diphthongum conuersa, φιλοῦμαι φιλεῖται, semperq; prima & tertia æqua syllabæ fiunt. Prima persona pluralis a prima plurali actiua abiecta ν, & addita θα, vbique fit, φιλοῦμεν φιλούμεθα. secunda pluralis actiua mouet τε vltimæ suæ in σθε & ῆσθε, fitq; passiua, φιλεῖτε φιλεῖσθε. tertia pluralis a tertia singulari passiua oritur addito ν ad τ, & penultima primæ personę singularis seruata, φιλεῖται φιλοῦνται. Igitur passiui verbi declinatio sic est, φιλοῦμαι, φιλῇ, φιλεῖται: pluraliter φιλούμεθα, φιλεῖσθε, φιλοῦνται.

DE ORTHOGRAPHIA
LIBER BEDÆ VVLGO ADSCRIPTVS.

A Litera, etiam nota prænominis est, cùm Augustum sola significat. B, propinqua est p literæ, quæ sæpe mutatur: vt suppono, oppono. C, nota est prænominis, cum Cæsarem significat: item numeri, cum centum. D litera, propinqua est consonantib. his, c g l p r m t, quia hæ succedunt in locum eius: vt, accipe, aggrega, alliga, appare, arripe, committe. attende. nota prænominis, cum Decium sola significat: item numeri, cum quingentos. L sola, Lucium significat. M sola, Marium. N sola, numerum: præposita G, Gneum. P sola, Publium, & cum R, populum Romanum: & subiecta R, rempublicã: & præposita C, patres conscripti, siue post consulatum. Q litera, etiam nota est nominis, cum Quintum sola significat: item honoris, quum Quæstorem: populi, quum Quirites. T, nota est prænominis, quum Titum sola significat. V adiuncta c, quum virga iacente superposita, Vir clarissimus. V geminata cum virga iacente superposita, Verbi gratia. V geminata cum c duplici, Viri clarissimi.

ANte præpositio, multa significat: nã & tempus significat, cum dicitur. *Ante me non est formatus Deus, & post me non erit.* Et præsentiam: vt, *Ante conspectum gentium, reuelauit iustitiam suam*: id est, coram gentibus. Et dignitatẽ: vt, *Posuit Ephraim ante Manasse*: &, *Qui post me venit, ante me factus est*: i. mihi prælatus. Aula, Latine domus regia est, Græce atrium: vnde notandum, quod in Psalmo vbi legimus: *Adorate Dominum in aula sancta eius*, non palatium aulæ nomine, sed atrium Græco vocabulo debet intelligi. Ausculto suasori, & ausculto præcepta magistri. Ausculto autẽ & audio, ex vno Græco sermone vertuntur, quod est ἀκύω. Arrha Latine dicitur, arrhabon Græce. Agon Græce, Latine certamen. Ἀγρὸς Græce, Latine aruum. Ἄσφαλτος Græce, Latine bitumen. Acer, acerrimus, non acrissimus. Agilis, agillimus, non agilissimus: & in aduerbiis acerrime & agillime. Audeo, audes, perfectum facit, ausus sum. Adiuuo Perfectæ formæ est: Adiuto Frequentatiuæ. Aceruo, Aggero, Accumulo, ex vno Græco verbo σωρεύω. Æger, animo: ægrotus, corpore: vtrunq; per æ diphthongũ scribendum. Aboleo, aboleui Arceo, arcui. Alibi, alio loco. Alias, alio tempore significat: attamen inuenimus. Alias, nonnunquam pro aliter, siue pro alio loco positum. Abstineo me cibo. Alienus sum crimine. *Anteibat sapientia Salomon cunctis mortalibus.* Iulianus ait Admoneo interfectorem cædis & cædem. Æqualis, alterius staturæ par est. Æquabile, quod æquari potest. Appetens cibum, & appetens cibi. Ambrosius: *Cancer vt appetens cibi, ita proficiens est periculi.* Accuso sacrilegum, & insimulo, ex vno Græco venit κατηγορῶ. Animaduerto in te, & vindico in te, ex vno Græco κολάζω. Aer singulari tantum numero gaudet: & quamuis aera dicamus, tamen ceteris casibus non vtimur. Autumnus genere masculino: & Autumnum dicitur neutro: vtrunq; numero singulari. Aurichalcum & Orichalcum dicimus & hoc singulariter tantũ. sic & cætera metalla. Ab & Ex præpositiones, si sequens verbum a vocali incipiat, integre efferuntur: vt ex oppido ab illo. si consonantes sequantur, extremã literã perdunt: vt, Effero a sacerdote. Hæ aũt præpositiones ita differunt, cũ dicit quis a theatro se venire, nõ ex ipso theatro, sed de loco qui est ꝓximus theatro, se

tro, se venire significat. Qui vero ex theatro se venire dicit, ex ipso theatro significat. Ad, & In, præfatis præpositionibus pares sunt cōtraria potestate: quia in forum ire, est in ipsum forum intrare: ad forum autē ire, ad locum foro proximum: vt in tribunal, & ad tribunal venire, non vnum est, quia ad tribunal venit litigator: in tribunal vero prætor aut iudex. Ancillor, blandior & adulor, vnum significant, quod est Græce κολακεύω, & datiuū casum trahunt. Aufero, eximo, adimo, subtraho, subduco: ex vno Græco transferuntur, id est, ἀφαιροῦμαι. Abdico, verbum potest accusatiuum nomen siue pronomen cum datiuo trahere. Ambrosius, *Qui se abdicant secularibus illecebris.* Alius nomen, datiuum dupliciter efferet, & alii, & alio, habes in sacra scriptura: *Dico huic Vade, & vadit: & alio Veni, & venit.* Et rursum: *Et vni dedit quinque talenta: alii autem duo, alii vero vnum.* Ægyptum, cum in scriptura diuidere vis, p sequenti syllabæ iunges. Aspectum, c sequenti syllabæ: affectum similiter, & afflictum, cæteraq; huiuscemodi. Assuere, & assumētū panni, per s, non per d scribendū similiter Assumere, per s. Alleuat, per l. Aggredior per g. Assari, ab antiquis dicebatur: nunc as dicitur, nō assis. Sane assis geniniuus est. Allium, & doliū, per i scribendū, non per e, sicut oleū. Virgilius *allia, serpillum*, per i dixit. Ambo, & duo, neutraliter: ambos & duos masculine. Nonnulli tamen Græcos sequuti, dicunt hos duo, & hos ambo: quia illi τοὺς δύο, & τοὺς ἄμφω dicunt. Virgilius: *Verum vbi ductores acie reuocaueris ambo.* Anguis cum sit masculini generis, dixerunt tamen & feminino Ouidius. Varro Atacinus. Acer, facit pluralem acri. acris pluralem acres. Absconditus, non absconsus. Alter, de duobus: vnus de pluribus. quamuis legamus, Vnus, ex duob. Audacter, Latinum est: sed audaciter, melius: quia nomina x litera terminata, in aduerbiis citer assumunt, vt atrox, atrociter: ferox, ferociter Accersit, qui euocat: arcessit, qui accusat. Aceruus, moles est. Acerbus, immaturus aut asper. Adficimur honore: & adficimur iniuria. Apparet, qui videtur: adparet, qui obsequitur: non regulari ratione, sed discernendi gratia intellectus. Arbor, omne lignum dicitur: arbusta, non nisi fructifera. Auenæ, sterile germen: habenæ, retinacula iumentorum. hoc, de habendi potestate: illud, de occupandi auiditate dictum. Accidunt mala, contingunt bona, eueniunt vtraque. Aduocatur, daturus patrocinium: euocatur, præbiturus obsequium: inuocatur, præstaturus auxilium. Adportare, est aliquid afferre: comportare, in vnum locum conferre: deportare, deponere: exportare, tollere. Agnoscimus, quæ nobis exciderant: cognoscimus, ignorata & inuisa. Altum, & sursum & deorsum significat. Aquatam potionem, recte dicimus, quæ aquam aliunde recipiat: aquosum autem, locum qui ex se aquam fundat. Album, naturę tantum est: candidum, frequenter & studii: nam & corpori & animo aliquoties assignatur. albos ergo capillos, carnem candidam, recte dicimus. Aluus virorum, recte dicitur: vterus mulierum: venter, in vtroque sexu. Acceptor, & accipiter. Virgilius enim *accipiter* dicit. Lucillius autem, *Acceptoris & vngues.* Apud, per d scribendum: caput per t, quia facit capitis. Armarium, locus vbi quarumcunque artium instrumenta ponuntur. Armamentarium, vbi tantum tela armorum. Accedit, per e, ab ambulando. Accidit, per i, ab euentu.

Beelzebub, nō belsebul, aut belsebud. Belial, nō Beliar. Byrsa, βύρσα Græce, Latine corium. Bellus bellissimus, cōparatiuum nō habet: sed pro eo dicet dum magis bellus, & econtrario minus bellus, id est, minus pulcher. Buccina est, qua signum dat buccinator. Buccinus, ipse canor ex hac editus. Buccina, pastoralis est, & cornu recuruo fit, vnde & κεράτινη Gręce vocatur. Tuba autem de ære vel argēto efficitur, & solennitatibus concrepat. Baptism⁹, baptismi, genere masculino: & Baptisma, baptismatis, neutro: & Baptis-

mum,baptismi, æque neutrum. Barbam hominis, barbas pecudum dices Buxus, arbor est:buxū,materia ipsa. Balneū,veteres dixerunt,siue balineum:nihil enim differt,sed in priuatis. publicis autē feminini generis, & quidem numero semper plurali.Beluæ.i feræ,per b incipiant. Barathrū,singulatiter tantum effertur. Sic autē vocabant gentiles locum apud inferos.Blāditię & bigę,sicut & trigæ,&quadrigæ,pluraliter tātum efferuntur :sed in nostrorum literis scriptorum & bigam inuenimus,& quadrigam.

CAna,& Simō Cananæus per simplicē c.Chanaan & mulier.Chananæa aspiratione addita. κυνόμυια, per y scripta, caninā muscā significat,κυνὸς.n. Grece,canis dicitur: κοινόμυια per diphrh œ, cōmunē muscā. κοινὸν.n grece,cōmune est:vnde cœnobiū a cōmunitate nomē accepit, ꝙ in Exodo,& in Psalterio imprimis translatum esse arbitramur, vt omnis generis musca significaretur: sed similitudine soni per incuriā contigisse, vt cynomia pro cœnomia scriberetur. Coitus, generaliter omnia coeuntia,siue itineris, siue cōcordiæ,siue cōnubiorum. Cardu⁹,trium syllabarum est,vt arduus,fatuus, mortuus:ideoq; similiter declinandum est, hui⁹ cardui, huic carduo, & hunc carduum, pluraliter, hi cardui, horum carduorum, his carduis.Cubicularius,custos cubiculi: Cubicularis vero, lectus cubiculo aptus. vt caligarius artifex,caligarius clau⁹.Clunes,femin.genere dixit Melissus sed Verrius Flacc⁹,masculino gen.dici ꝓbat. Cōmodamus amico ꝓ tēpore equum,vestē, seruum, hanc ipsam rem quam dedimus, recepturi:Mutuo damus pecuniam,triticum,vinum,& his similia,quę mutata recipi necesse est. Canities, non canitia dicenda Camara dicitur, vt Verri⁹ Flac.affirmat:non camera,per e.sed Lucret. *cameris ex teretib.* dicendo,etiam cameram dici posse,ostendit.Curricul⁹ masculine: diminutio est a curru. Curriculum autē neutraliter, spacium ad currendum aptū, vel ipsum currendi officium.Clype⁹ masculino genere,in significatione scuti ponitur:neutrali autem, imaginem significat: sed autoritas vtrumq; variat. Caseus masculini generis est:sed Pomponi⁹ neutraliter dixit, *caseum molle*. Cuspis,cuspidis:non cuspes. Capparim feminino genere dixit Varro : nam & Græce feminino dicitur ἡ κάππαρις, Cassidem dicimus nos ab eo, quod est hæc cassis: sed multi cassida dicunt, vt & Propertius : *Aurea cui postquam nudauit cassida frontem.* Et Virgilius: *Aurea vati cassida.* Capo nunc, sed Varro de Sermone Latino ait: *Ex gallo gallinacio castrato fit capus.* Cingula hominum.gen. neutri est: nam & animalium genere femin. has cingulas dicim⁹ Capax,qui facile capit:capabilis,qui facile capitur. Collocant,per l scribendū: non conlocat per n. Calumnia, est crimen falsum, cum nobis aduersarius, aut malū quod non fecimus, obiicit: aut bonum quod fecisse probamur, in contrarium interpretari conatur. Consulo tibi, prospicio,prouideo, ex vno Græco veniunt, quod est φροντίω. Contemno hostē: despicio,sperno, aspernor, ex vno græco veniunt, quod est καταφρονέω. Commeio lectum, & permeio, comminxi & perminxi. Comitor amicum,& amicis. Corinthium ciuem dicimus: Corinthiacum vas. Cominus gladiis pugnamus :eminus iaculis: quia illud a manu non recedit, hoc a manibus emittitur. Clypeus armorum : clypeum imaginis est. Cadit quis etiam in plano: decidit ex alto. Cęrulus naturæ color est:cæruleus fingitur.ita alterum est, alterum fit. Claritas tam luminis est,quam perspicuitatis: claritudo generis. prior itaque splendoris. posterior nobilitatis est. Cruciatus,est dolor corporis: vel cum homo ab altero cruciatur. Cruciamentum,quod cruciat. Cerno & cresco,in eundem perfectum cadūt, creui. Cædo, cecidi, per æ diphthongū, *Ceditur & tilia ante iugo.* Virgilius. Cedo, cessi,per e simplicem. Cupio,cupiui facit, & cupi. Cic. pro Cluen. *Et filium & hunc, cum maxime filium interfectum cupit*: pro cupi-

cupiuit. Calūnior innocēti, nō innocentem: tametsi quidam interpretum græcam locutionem secuti, accusatiuum posuerint, dicentes: Et orate pro persequentibus & columniantibus vos. Cur aduerbiū sępius indicatiuum verbum trahit. Greg: *Disceptiendū, est cur quadā die factū aliquid cōrā Domino dicitur* Clauus similiter; quæ est purpurata vestis & declinatur genere feminino. Callum quoque & cœnum, singularis numeri sunt. Cani, cancelli & calles, singularem numerum non habent. Casses autem, retia dicuntur. Caulę, similiter cerimoniæ. Cunæ & compedes. & in neutro genere, castra, cibaria, crepundia, cunabula. Cruor, plurale non habet. Virgilius plurali cruores atque atros significabat. Contagium, & contagia, neutro genere sunt dicenda: & hæc contagia, feminino. Comœdia, carmina quæ in conuiuiis canuntur: quia comessatio Græce κῶμος dicitur κάνταμος Græce, Latine fiscella. Calamus Græce, Latine harundo. Canon Græce. Latine regula. Cados Græce: Latine situla. Cunabula, sunt panni infantiæ: sed Io. Constantinopolitanus episcopus scribit Lazarum in monumento cunabulis inuolurum. Cantator & cantatrix, a verbo cāto. A verbo cano, recte dicitur cantor atque cantrix. Comburo, per m scribendū, non per n. Compara similiter & cōpono, cæteraq; huiusmodi. Cōspectus, cū diuidendū est, c sequēti syllabę iūges. Cōplaceo, non conplaceo: cōmoratus, non cōmoratus. Cōprehendo, per m. Camelus, per vnū l scribendū. Cōmodat, & cōmēdat per m. Cōputrescit, per m. Cōplures, per m. Columna, cum in scripto diuidenda est, in sequenti syllaba nectis. Calumnia similiter. Celo, celas, id est, abscondo, per simplicem e scribendum. Cælo, cęlas, cum picturam significat, per diphthongum æ scribendum, vnde cælum melius intelligitur dictum, ab eo quod cælati instar, multifaria sit siderū varietate depictum: quā qđ inuisibilia & incerta mortalibus celet arcana. Cantharus, animal est: Cantharum, camara, domus. Clamo clamoris, simplicis est: Cōclamo, simul cum multis est: etiā acclamo, murmurandi est. Proclamo, laudandi vel deprecādi exultatio, Declamo, rhetorizandi. Exclamo, quando pro viribus vocem eleuo. Curro hoc tātum significat, quod in itinere positus, nullam facio cōperendinationem. Curso aūt. paulo citius, aliqua necessitate extorquente festinare cogor: cursito vero. quādo hostem me insequentem fugio. Circa. ad visibilem materiam, vel locum pertinet. Erga aūt, ad animum spectat: maxime cum aliquē propensiorem affectum gerat. Circū. ad tempus refertur. Circiter, ad numerū. Carcer, vbi homines coercētur: singulariter. Carceres, vnde curr⁹ effunduntur: vtrumq; masculine. Cepit, de capiendo scribimus. Cæpit, de incipiēdo. Cæpit. per diphth. Incepta per simplicē e Columbæ, q̄ mansuefieri possunt, & domib assuescere. Palumbes, feræ, & saxis syluisq; inhabitantes. Conscribere, est multa simul scribere. Exscribere, q aliis sit trāsferre. trāscribere cū ius nostrū in aliū trāsit. Inscribere, accusarionis est: Describere, dictionis vel ordinationis. Cōsuescimus bona: insuescim⁹ mala, adsuescimus vtraq;. Crassari, corporis & saginæ: Grassari, animi & crudelitatis.

Dilibuit vnguento: non delibuit. Disertus, orator est: desertus, derelictus. Delator, qui defert ad accusandum: Dilator, qui differt ad proferendum. Deluit, purgat: diluit, temperat. Deduco, de amico producendo: Diduco autem, est distraho. Dimidiatum calicem bibi: non dimidium dicere debemus. non enim ipsum vas bibis, sed quod intra vas est. Donamus & illi quod damus, & illum cui damus. Delictum, peccatum aliquod dicimus. Delectum, militiæ, aut alicuius examinis electionem appellamus. nam & diligi, affectionis est: delegi, iudicii. Dæmon per diphthon. notandus: Deus, per e solum. Damnatus & addictus, & absolutus. Virg *Quem damnet labor.* id est, virtus sua absoluat, aut victo-

tem faciat. Dolium, per i scribendum, non doleum per e. Dilectio & diligo, per i: & quæ declinantur ex eis, per e scribenda. Domuncula, conclauium domus: domicilium, nidum auis. Descendo montes, dicere potest: id est, per montes, vel in montes: Descendo scalas, aut piscinam: id est, per scalas, & per piscinam. Degredior monte, dicimus recte: & significam⁹ de monte. Discrucior & crucior animi & animo & animũ. Decus, honoris: decor, formæ est. Delicię & diuitię, non habent numerum singularem. Denarius, Latine masculini generis est: Denarion, Græce neutri. Dialogus Græce, disputatio Latine. Drama Græcum, neutri gen. Latine fabula. Defunctus, cum scripto diuiditur, c sequenti syllabæ iungenda. Didymus. i. geminus, prima syllaba per i, secunda per y scribenda. Deliramentum, non deleramentum: quia a verbo liro. i. sulco, originem trahit. & sicut boues, cum a recto sulcandi actu declinant, delirare dicuntur: sic & homines, qui de bonis ad mala, corda diuertunt. Diluculum, non deluculum: quia modicam diei lucem ostendit. Desiderium, est rerum absentium, & nondũ adeptarum. concupiscentia, vtrorũq;. Concupiscuntur. n. quæ habentur, & quæ non habentur. nam concupiscendo fruitur homo rebus, quas habet: desiderando autem, absentia concupiscit. Dito, diuito, id est, locuplero: græce πλουτίζω. Decorio, decoriaui: & Decumo, decumaui, vnum est: Græce, δεκατῶ. Dimitere, est derelinquere. Demittere, est deorsum mittere. velut: *Quis demisit lapidem angularem eius*? Dominor tui, & dominor tibi. Dogmata Gręce, Latine decreta. Dogmarizo, decerno siue censeo. Dum, coniunctio, aliquãdo indicatiuũ verbum trahit. Greg. *Nesciẽtia dum nouit, & nõ diligit, inflet.* itẽ: *Dũ intuetur, quod illa aliquãdo nõ habuit, tẽperet dolorẽ, quod quum fit.* Doleo vicẽ tui, & tuã, & doleo tibi. Greg. papa de Benedicto patre, *cũ persecu: orẽ suum amaret, magis illi, quã sibi doluit.* Dum coniunctio, aliquando modum coniunctiuum, aliquando trahit indicatiuum: vt, *Dum anxiaretur cor meũ:* &c, *Dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* & beatus papa Gregorius: *Amici ergo beati Iob, dum percussionum genera distinguere nesciunt, percussum pro culpa crediderunt.* Item aliquoties dum, vt, significat. vt Poeta: *Tityre, dum redeo, breuis est via, pasce capellas.* Desperatus, per e scribendum. dispersus per i. Discedo, per i: descendo, per e. Diastole Græce, Latine interdictum. Est autem nota ad pedem literę posita, quę male coniuncta separet, ne puer legens erret: vt, *Libera per vitreos mouit vestigia cãpos.* Domus, ablatiuum casum dupliciter effert: & in o videlicet, & in u. sed a domo genitiuus pluralis fit domorum: a domu, domuum.

EGeo victus & victum & victu. Eripio flammæ hominem. Egredior domo & ciuitate. Error, est rei virium, vt, amor, dolor. Erratio, certæ viæ. Erratrix, personam respicit, vt Venatrix; Erratica hedera vitii. Eloquentia & elegantia, singularia semper. Exuuię, exequię, excubię quę Gręce νυκτοφυλάκια dicũtur. Extra quoque tantum pluralia. Emporia, fem. gen. & est Græcum, Latine mercatu. Emolumentum, per e simplicem scribendum. Æmulatio, per ę diphthongum. Equo sedeo datiuo casu & ablat. sine præpositione dicendum: & equum sedeo, accusatiuo: & in equo, & super equum similiter. Emanat fons siue terra aquam, id est gignit ac producit: & emanat aqua de fonte siue de terra. id est profluit. Greg. *Qui loc⁹ a Romana vrbe quadraginta ferme miliarib. distans, frigidas ac perspicuas emanat aquas.* Et iterum de eodem sepulchro: *Illius fragrantia suauitatis emanauit.* Exprobrat, qui commemorat quæ præstitit. Obprobrat, qui obprobrium obiectat: hoc est vitium. Expectatur venturus: spectatur, qui videtur, vel probatur. Exercitus laboribus: exercitatus studiis. Extruere, est in altum struere: instruere aciem vel actionem: adstruere, adfirmare construere, instruendo coniungere: substruere

struere, re aliqua supra posita subterstrue re. Excubiæ, per b: exuuiæ, per u scribendæ. Eorundem & earundem, per n, non per m.

Fimbria genere fem. & fimbrium dicitur neutro. Fides, fidei, de credulitate. Fides, fidis, de chorda vtraque est longa. Flemina sunt, vbi abundant crura sanguine. Flemina cum in manibus, vel in pedibus callosis sulci sunt. Fastus, de superbia facit fastuum genit. pluralem. Fastos, de libris, facit fastorum. Fungi, agere est: defungi, peragere. Fremor, est murmur hominum: fremitus, ferarum. Flauum, dicimus rubeum: sicut, *flaua Ceres*. Furuum, nigrum: fuluum, nigro rubeum: sicut fuluum leonem dicimus, fuluam aquilam, & fuluum aurum, vt *fuluas pugnas de nube tuentem*, quæ haberet igneum aliquid de cælesti, & sordidum de lugubri. Fuluum certe aurum, cui ad decorem splendoris sui, nigelli aliquid addatur. Forum, neutro genere, dicimus locum rebus agendis destinatum: vel cum commercium significamus. Foros, masculine, tabulata nauium, vbi remiges sedent. Fornax, genere feminino dici debet: quia per diminut. facit fornacula, non fornaculus. Phalanx, militum dicitur. Phalanga, fustis, cui quid deligatur. Fedus, quod est deformis, per e solam scribendum. Fœd⁹, quod est pactum, cum œ diphthongo. Formosus, sine n, sicut speciosus. Fructum cum dicis, siue scribis, c secundæ syllabæ iunges: Factum & fictũ, similiter, & cętera huiusmodi. Falso & nomen, & verbum, & aduerbium est: Nomen, ablatiui casus, ab hoc falso: verbum, primæ coniugationis Falso, falsas: aduerbium, vt falso loqueris. Flagitia, quæ in dominum peccam⁹: facinora, quæ in hominem. Flagro amore, & ardeo amore, ex vno Græco venit, καίομαι Fidens sum animi, & animo. Fidus, amicus erit: fidelem, famulum dicito. item, fidelis sit, vt domino seruus: Fidus, natura. ita alter tempore cognoscitur, alter semper inuenitur. Fimus & fumus, pluralem numerum nõ habent. Fames, similiter. Fœnum & fel: fur, fures & freni, masculina semper pluralia. sed & frena & frenum inuenimus. Far, frumentũ, & cætera frugũ nomina, semper singularia: quãuis frumẽta & hordea legamus. Fauces, singularẽ nõ habẽt, quãuis & faux inuenimus. Fidus, fidissimus, cõparatiuũ non habet, sed pro eo dicendũ, magis fidus: itẽq; econtrario, minus fidus. Facilis, facillimus, non facilissimus: sic & difficillimus, & in aduerbiis facile, facilime: difficile, difficilius: nec dicimus faciliter, aut difficiliter, tametsi veteres dixerunt. Fulgeo & fulcio, eundem habent perfectum, fulsi. Frico, fricas, fricui. Frigo frigis frixi. Facinus & facinora, non solum peccata, sed aliquando etiam bona opera designat, nomen a faciendo figuratum. Fratres, dicuntur non solum mares ex eisdem parentibus nati: sed etiã masculi & feminæ, siue plures vtriusque sexus, eodẽ patre, & eadem matre generati, fratres promiscue vocantur.

Gula dicendum, non gyla: quia y literam nulla vox nostra adsciscit. Gobius, piscis: nonnunquã legitur gobio. Gaudium, animi lætitia: exultatio etiam verborum, atq; membrorũ. Gremium, dicimus interius accinctę vestis secretum: sinum exterius, sinuatæ vestis receptaculũ. Gluten neutri generis, glutinis, glutini. sed & *glutinũ*. Sallust. dicit, glutini, glutino. Git, monoptoton, & pluralem numerum non habet. est autem neutri generis, & per omnes casus declinatur. Gracilis gracillimus. non gracillissimus. Gaudeo, gaudes, perfect. habet gauisus sum.

Hilarus, facit pluralem hilari. Hilaris, pluraliter hilares. Hospes, & qui recipit, & qui recipitur. Horrendum dicim⁹ & despicabile aliquid, & admirãdum, vt, *Oculos horrenda in virgine fixos*. Herbidũ locum dicimus, in quo herba est, etiamsi aridus esse consueuit. Herbosum, qui herbam facile generat, etsi ad tempus aridus sit. Haurio & haustus, per aspirationẽ scribenda. Harenam similiter, quia ab hærẽdo, vel ab hauriendo aquã dicta est. Ha-

bescit, qui a naturæ vsu tepescit: hebetescit, qui amittit aciem. Hi, pronomē plurale, per vnum i scribēdum. His, similiter per vnum i. Holocaustoma, nū. sing. holocaustomata, Hamo, hamas, & nomen hamus cum aspiratione scribenda. sic & humo. perfect. humaui. Herbescit ager, cum herbā generat: sicut adolescit & pubescit, cū spicæ proximat. Humilis, econtrarius superbo dicitur, & est vitius animi, & contrarius sublimi, quod est conditionis. Sed & locus humilior, qui inferius iacet, solet appellari humiliatus: etiam in pressuris, afflictus appellatur.

INtempesta nox, est media nox, quādo quiescendum est. hinc vtiq; dicta, quia inopportuna est actioni vigilantium. Tēpestiuum enim veteres dixerunt opportunum, & intempestiuum, inopportunū, ducto a tempore vocabulo, nō a perturbatione aeris, quę cōsuete tēpestas vocatur. Quanquā isto verbo licenter vtātur historici, vt dicant ea tēpestate, quod volunt eo tēpore intelligi. Immaturitas, nocturnum tempus est, quod nō est maturum, id est, opportunum, vt agatur aliquid vigilando, quo etiam vulgo dicitur hora importuna: Græce ἀωρία. Præueni in immaturitate: ἐν ἀωρίᾳ Nihil vero interest ad sententiā. vtrum in maturitate, an in immaturitate dicatur, quomodo nihil distat vtrū quis dicat, egisse se aliquid galli cantu, an in galli cantu. Iuuentus & senectus, plur. num. inflectuntur. Iuuenis & iuuenior, non recipiunt superlatiuum: sicut nec senex, nec senior. Solent autē iunior & senior ad se inuicē dici, minor & maior: etsi neuter ipsorum senili accessit, aut propinquauit ætati. Ambrosius: *Iunenior est herbis sol, iunior fœno*. Interior & intimus, nō habet positiuū gradū. Inferior & infim⁹, similiter. Ipsum, neutro genere dicendum nō ipsud, vt illud & istud: quēadmodum veteres nominatiuū masculinum nō ipse dicebāt sed ipsus. Impingo, facit perfectum impinxi, & impegi. Immunes periculi, & immunes a periculo. Indigus & prodigus per vnum u scribenda, Indiga & prodiga, sine u. August. *Auaritia pecuniā cōgregat, luxuria spargit: ista indiga est, illa prodiga*. Incredibile, qđ credi non potest. Incredulus, qui credere non vult. In præpositio, significat modo id ꝙ & valde aduerb. & vim verbi, cui ꝓponitur auget: vt, increpuit, insonuit, infregit. modo qđ non: vt, inualidus, infirmus. modo ponitur ꝓ eo quod est inter: vt, *Benedicta tu in mulierib.* modo pro aduersus: vt, duo in tres, & tres in duos diuidentur. modo pro spacio temporali, cum significat vsq;: vt diximus, a mane in nocte: & volumus intelligi, vsq; in noctem. Interest & refert producta re vnum idēque significāt, quod gręce dicitur διαφέρει, dicimusq; ita: interest mea, & refert mea: interest eius, & refert illius: interest & refert nostra, interest & refert illorum. Impleor vini & vino. Intueor te, & in te. Incurro te, & in te. Incurri & incucurri. Inuideo diuitē: inuideo ei & pulchritudinē. Iratus, ex offensa est: iracundus, natura. itaq; ira repentino motu nascitur. Iracundia, perpes vitiū est. Ignis, ablatiuum & in e & in i mittit. Iuga montiū, pluralia semper: iugum. n. est iumentorum. Sed Virg. *Hoc superare iugū*. Intestina & incunabula, pluraliter tantum. Iocum, singulariter neutrale: pluraliter hi ioci, & hæc ioca. Instar illius rei, dicere debemus: non ad adinstar. Illuuies, sordium est: ingluuies ventris. illud a non lauando, hoc ab ingluendo dictum. Insita, arbor est, cui incisæ alienum germen includitur. Adsita, cui incolumi, aliud quod sustineat, adiungitur. Inuideo tibi diuitiis, nō diuitias. Inermus, facit pluraliter inermi: inermis pluraliter inermes. Illius similis, ad mores refertur: illi similis, ad vultum. Inuidus, qui inuidet: inuidiosus, qui sustinet. Idem, correpte neutrum: idem, producte masculinum in vtroque numero. Interpretor, & quæ deriuantur, siue decliuantur ab eo, per simplicem e scribenda. Imberbi dicuntur, non imberbes: sic etenim Varro: *Imberbi iuuenes*. sed & Cic. *Imberbum* per vm dixit, non imberbem.

Titus

Titus Liuius autem *imberbis* singulatiter. Imputtibile, per m scribendū, non per n. Imponio & immitto similiter. & huiusmo di similia. Irrigo, non inrigo. Impleo, non inpleo. Immundus nō inmundus. Inquilini, non habentes propriam domum. Incolæ, siue aduenę, vtiq; ex vno gręco verbo, quod est *πάροικοι*, in sacris literis interpretata habemus ex his deriuātur nomina, incolatus & inquilinatus. Trahit autē inquilinus, sicut & peregrinus, nonnunquam nomē datiui casus: vt August. de reprobis: *Sunt autē & ipsi peregrini & inquilini huic terræ, sed nō de populo Dei.* Imponere, est rem aliquā siue corporalē seu incorporalem alteri rei superponere. sed imponere, pro fraudem facere, aliquādo dicitur. vnde impostura vocatur, cum argentum vel aurum viliori metallo adulteratur: & qui hoc facit, impostor vocatur. vnde etiam vulgo, qui aliquid fraudis facit, aut simulationis, impostor solet appellari. Gregor. Papa: *Cepit illum simulatorem, & verbo rustico, impostorē clamare.* Vnde habes in sacra Scriptura: *Quare imposuisti mihi? nonne pro Rachel seruiui tibi?* Et in Reg. *Quare imposuisti mihi, tu es enim Saul,* hoc est: quare me in simulatione decipere, & fraudem facere voluisti. & August *Et ideo sibi miser imponit, sibi .n. fraude facit, & perdit meliora, amādo peiora.*

LArge & largiter, Iulius Modestus: vtrūq; rectè dicitur: sed large esse qualitatis, largiter quantitatis. Libidinosus, a libīdine per b. Liuidus, a liuore per u proferendus. Larba, per b. Ludificor stultum & deludor: quia venit ex vno Græco ἐμπαίζω. præteriti perfecti, ludificatus sum. Veteres vero ludificaui dixerunt. Labium, superius dicunt: labrum inferius: rostrum, non nisi quod incuruum est. Latere & absconsum esse aliquid dicimus, & late patere. Virg *Et scuta latentia condūt.* Lepus, animal est: lepos, iucunditas, voluptas: vnde & gratum aliquid lepidum dicimus. Limen, ædium est, limes regionū. Largitas, humanitas est: largitio, ambitionis. Ligat quis vinculo: legat testamento. Loqui, hominis est: obloqui, obtrectatoris, sicut obiicit, opponit: alloqui, persuadentis, hortantisque vel iubentis: eloqui, oratoris. Laurentius, Cælius, & talia plura, quæ nominatiuum casum in ius habent genitiuum singularis numeri in ii duplicem mittunt, vocatiuum singularem in simplicem i: vt hic Laurentius, Cælius: huius Laurentii, Cęlii: o Laurēti, Cæli, sic & filius, hui⁹ filii, o fili: aut certe vocatiuū in ie: vt hic impius, huius impii, o impie. Notandum sane in Actib. Apost. vbi Cornelius vidit angelū Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi: *Corneli.* hic vocatiuus rectè per simplicem i profertur, in Græco autem per ie, Cornelie scriptum est. Limus, lux, labes, lætum, pluralem numerum non habent. Liberi, quando filios significat, & latebræ, singularem non habent. Lac, liquamen, lenticula, lens, sing. semper. Locus, singulariter masculinum: pluraliter hæc loca. Luter Græcum λουτήρ, masculini generis, latine labrum. Luceo & lugeo, in eundem perfectum deueniunt, luxi. Libero te periculo, libero a molestia. Lino, facit præteritum linui & liniui.

MArgarita, feminino genere, & margaritum neutro dicendum. In Prouerbiis: *Inauris aurea, & margaritum fulgens.* Malogranatum, & malum granatum consuete dicimus, & vtroq; modo declinantur hoc modo: malogranatum, hui⁹ malogranati, & hęc malogranata, horum malogranatorū, his malogranatis, &c. & rursum: hoc malogranatum, huius maligranati, & hæc malagranata, horum malogranatorum, &c. Miseret me senis, misereor senis, misereor senē: misertus pauperis, per genitiuū: miseratus pauperem per accusatiuum. Miseror autem, cōpatior significat, deniq; Græce dicitur συμπάσχω. Mereo honorē, & mereor: & miles meret stipendiū, Memini, & memor sum honoris, & honorē. Maritima, sunt loca mari vicina. marina, nauis, vel belua. Meto tui, & tuo. Materies artificiorū: materia cōsiliorū. Alii cōtra referunt materiē esse animi.

materiam arboris: materiem, qualitatem ingenii, materiā fabris aptam. Mas, in positione: masculus in deminutione, nō mascellus, vt quidam. Muscus, herba quæ in parietibus vel in corticib. arborum hęret, singulariter tantū effertur, memoria, malitia, murmur similiter. Minæ, manubiæ, mœnia, mapalia, quæ sunt casæ Afrorum, plutalia semper. Mare pluralē numerum non habet nisi tantum maria. Mel & mulsum, & mutia, id est ζάρος, & cętera liquida preciosa, tantum singularia: quamuis mella & vina legamus. Mature maturius, maturissime dicendum. inuenimus apud autores etiā maturrime dictum. Munio, munis, perfe. facit munii & muniui Memini, meministi, meminit: meminimus, meministis, meminerunt, & præsenti tempore, & præterito imperf. vno eodemq; modo declinatur, ideo corruptum siue defectiuum vocatur. Mulceo & mulgeo, in vnum perfectum perueniunt mulsi. Maiestas cum scribis vel dicis, s sequenti syllabæ cōplicari debet, sic in similib Miramur opera, admiramur virtutes. Minores esse res aliquas aut homines dicimus. Minoris emptu aut æstimatu quippiam recte scribimus. Memini me facere dicēdum, nō fecisse. nam memini, sermo est totus præteriti temporis. qui anteactā rem in præsens reuocat: & si dixeris, Memini me fecisse: duo prætetita simul iungis. Virg. vno tantum loco: *Namque sub Aeoliæ memini me turrib altis Corycium vidisse senem.* q poetę pro necessitate metri vsurpare licuit. Meracā potionem dicimus, quæ merum aliunde recepit: merosum aūt vinum appellamus. Muliebre, dicitur a muliete aliquid factum: muliebriarium. per mulieres ordinatum, & per viros gestum. Merula, non merulus dicēdum. Matthæus & Matthias per duo t scribenda quia Græci per τ & θ scribunt. Mœstum animo, tristem aspectu dicim⁹. Malus. nauis, masculinum: Malus, arbor frugifera, femininum est. Mendum neutraliter: Varro in admirandis dixit, *magnū mēdum*: sed Ouid. feminine: *Nocte latent menda.* Item, *Eximet ipse dies omnes e corpore mendas.* Ergo mendum in mendacii significatione dicitur: menda, in culpa operis vel corporis. Munificus, est tāquam beneficus & maleficus: munifex autem tanquam opifex & artifex. itaq; munific⁹ munera largitur: munifex autem munere fungitur. Morticina, non dicuntur nisi mortuorum: mortalia vero, etiam viuentium corporum nomen est.

NImis, dicitur quicquid plus fuerit quam oportet. nam parum est, quod minus est quam oportet: & horum in medio modus est, quod dicitur, Satis est. Cū itaq; vtile sit in vita & moribus, vt ampli⁹ quam oportet, nihil omnino faciamus: profecto veram esse sententiam, *Ne quid nimis*, fateri potius quam negare debemus. Sed aliquando Latina lingua hoc verbo sic abutimur, vt nimis, ꝓ eo quod est valde, & positum inueniamus in literis sacris, & ponamus in sermonibus nostris. nam & in Psalmo: *Tu præcepisti mandata tua custodire nimis.* non nisi valde intelligimus, si recte intelligimus. Et, *nimis te diligo*, si alicui charissimo dicimus, non vtiq; plus quam oportet sed valde nos diligere intelligi volumus. Deniq; illa Græca sententia, *Ne quid nimis*, non habet verbum hoc quod hic legitur. ibi enim est ἄγαν, quod est nimis: hic autem σφόδρα, quod est valde. Sed aliquando, vt dixim⁹, pro eo quod est valde, & dictum inuenimus, & dicimus. vnde etiam nōnulli Latini codices non habent: *Tu præcepisti mandata tua custodire.* Noceo, obsum, incommodo, malefacio, officio, in vna significatione ponuntur, quod Græce dicitur βλάπτω: & cuncta datiuum cas. trahunt. Nullus est tam in re, quam in persona: Nemo in persona dicitur, vt ne homo. Natales, id est nobilitates. Nuptiæ, nonæ, nares, nundinæ, nugæ, nęniæ, pluralia tātum: & nar inuenimus: neuias autem dicunt epitaphia, id est carmina, quæ in memoriam mortuorū in tumbis scribuntur. Nequam & nugas, omnis generis & numeri sunt, & per omnes casus currunt,

runt, semper equaliter dicta: quamuis Augustin. dicat, *nuge, nugarum, nugis*. ferunt autem, quia nugas Hebræus sermo sit, & idem apud eos, quod apud nos significat. id est leuis & prauæ mentis homines. Noui, nosti, nouit. nouimus, nostis, nouerunt: sic declinantur præsenti, & præterito perfecto: cui similia sunt, odi & memini. Noceor, noceris, recte dicitur: quamuis aliqui grãmaticorũ asseuerent, non debere dici noceor, sed nocetur mihi: neq; enim Hieron. grãmaticorũ regulã ignorabat, qui in propheta Abacuc, ita transferre non timuit: *Et non saluabis, dum noceor*. Necto, nexi præterito. Noctu, temporis est aduerb. nocte, nomen est. Nubunt feminæ: vir enim ducit, mulier nubit: quia pallio obnubit caput genasq;. Nongentos, non nungentos: ab nouem Nequam, non malũ significat, sed inutilẽ. Nubo, nupsi, Nuptiæ, cum vocalis sequitur, b debet esse: quum consonãs, p. Nascitur, quod vtero decidit: enascitur quod de terra ac de aqua exurgit. Nihil, aduerb est: nihili nomẽ, homo enim nullius momenti dicitur. Nauis, vnius ratis nomen est: nauigium, omnis classica profectio. Nauclerus, omnis consortii naualis exercitus: nauigator ipse primari⁹ profectionis: nauta vero, omnis qui laborem facit nauigandi. Nauis, ablatiuum per e & per i effert.

ORganum, vnius musici proprie nomen est: sed generaliter omnia musicorum vasa organa possunt dici. Ioãnes Constantinopolitanus episcopus: *In salicib. in medio eius suspẽdim⁹ organa nostra. idẽ citharam, psalterium, lyram* &c. Organarius autem est, qui vtitur organo. Obriza obrizę, generis fœminini: & obrizũ, obrizi, neutri. Origo, originis, initiũ est. Origo, origonis, neutrum est, & est velũ nauis: in plurali numero origona. Obtineo laudem, & impetro, ex vno Græco venit ἐπιτυγχάνω. Obiurgo, increpo, corripio ex vno Græco trãsferũtur ἐπιπλήσσω. Homilia Græcum est, Latine sermo vel colloquium. Ocium & silentium, ex vno Græco, id est, ἡσυχία. Ordibo & ordiar telam, vtroq; modo dixerunt. Ostrea, feminini generis non ostreũ neutrali. Ocimũ consuetudo neutraliter dicit: sed Æmili⁹ Macer ait: *Inter præteritas numerabitur ocimus herbas*. Ordior hanc rem, & ingredior, & incipio: ex vno Græco venit ἄρχομαι. Onus iumentorum: sarcina est hominũ. Optimates, qui Grǽce dicuntur ἀριστοκράται, pluraliter solum proferuntur. Oblitus nostri, non nos: veteres tamẽ & hoc modo dixerũt. Oliua, arbor est: olea, fructus: oleum, liquor. Odi, odisti, odit: odimus, odistis, oderunt, & præsenti perfecto, & preterito perfecto tempore sic declinatur: ideo defectiuum dicitur.

PEtra, & Grǽcum & Latinum nomen est, vnum idemq; in vtraq; lingua significans: vnde & Petri apostoli nomen, in vtraq; lingua candẽ inuictę fidei significantiam a petra deriuatã continet. Platea, similiter in vtraq; lingua vnũ idemq, significans: sed vt etymologiæ ratio probat, a Græca origine nomẽ tractum, atq; a latitudine deriuatum est: quoniã Grǽce πλατὺ dicitur latũ. Pro præpositio, significat ante: vt, *Soli pro portis Messap⁹, & acer Atinas Sustentãt aciẽ*. Ponitur & pro præpositione in: vt dicimus, pro rostris, pro tribunali: & ꝓ eo qđ est ἀντὶ apud Græcos: vt, *Pro dulci Ascanio veniat*. & pro eo quod est ὑπὲρ: vt, *Vnum illud tibi, nate dea, proq; omnib. vnũ Predicã*. Pudet me amoris. Pœnitet me muneris. Piget me profectionis. Patiens sum laboris. Pertæsum est me iniuriæ. Plenus sum bonorum, & bonis. Præeo illi. Palpor & palpo equo. Præcurro pretori. Procuro pupillo, & curo pupillum. Potior fructus, & fructu dicitur. apud antiquos, potior hanc rem. Pręda victos spoliat. Rapiua subito venit. Pax singulariter solum effertur. Sallustius Paces retulit: *indicia, bella atq; paces*. Prosapia id est, ingenuitas, quę Grǽce vocatur εὐγένεια, sing. tantũ numero gaudet, Pelag⁹ similiter. Pugillares, pceres, primores, posteri, pluralia tantũ: sed nostri autores pugillarẽ singul. dixe-

rūr. sic & in genere feminino. Plagas i., retes & Primitię,& in neutro. Pręcordia, palaria, cum miles ad palos exercetur. Procastria, quæ ante castra sunt. Porrum, sing. neutrale: pluraliter hi porri. Prouerbium, Latine παροιμία, generis feminini. inde nomen apud Septuaginta interpretes libri Salomonis, παροιμίαι. Pius & piissimus, comparatiuum gradum non recipiunt. Potior & potissimus, positiuum non habet. Proprius, non habet comparatiuum, aut superlatiuum, sed pro his magis proprius, & maxime proprius: sic econtrario, minus & minime. Pauco & pasco, in eundem concurrunt perfectum, paui. Pendeo, pendes, pependi. sin autem habuerit præpositioné, non sic declinantur: sed suspendo, suspendis, suspendi. Passim, vbique significat: ex vno enim Græco declinantur, quod est πανταχῆ. Perinde, æqualiter: ex vno Græco ὁμοίως. Pello, pelli, & pepuli: depello, depuli Peto, petiui, & petii. Prospiciens periculi, vice nominis ponitur participium: & prospiciens periculum. Perendie dicitur, sicut hodie vel cras. Perendinus dies, sicut hodiernus, hesternus, crastin⁹. Potamus eum cui potum porrigimus: & potamus vinum, quod bibimus. Primitię tantum pluraliter. Probo verbum, duplicem signific. habet. Probam⁹ enim quod eligimus: idem approbamus. Probamus autem, quæ qualia sint, tentauimus: vt, *Proba me Deus, & scito cor meum.* Pecto caput, non pectino: pextum, non pectinatum: pexi memet, & pectam cras. Pręsagio, præsagis, præsagiunt. Pauperies damnum est: paupertas, ipsa conditio. Patrium dicimus a patria: paternum a patre. Pinnas mutorum: pennas auium dicim⁹. Pecus, omne animal, excepto homine, vocitandum est. Polenta, nō pulenta dicendum est: eo quod ad vsus hominum poliatur. Procemium cum diphthongo. Precium, premo, precor, per simplicem e Prehendo quoque & interpretor. Precari est rogare: deprecari, excusare vel purgare. Virgili⁹: *Equidem merui, nec deprecor, inquit.* Pluris dicimus, quod maiore summa taxatur. Plures de multitudine. Plures comparatiui gradus est, cuius positiuum multi. Poculum, vas est: potio, quod hauritur. Pignera, pignora filiorum & affectionum. Procul, & longe dicitur, & prope: *Clypeo excussa sagitta, proculque Antorem egregium.* Pertinacia, malæ rei perseuerantia dicitur: constantia, bonæ. Percussum corpore dicimus: perculsum animo. Periculum ad discrimen pertinet: periculum ad experimentum. Postulatur aliquid honeste: poscitur improbe. Cic, in Fru. *Incipiunt postulare, poscere, minari.* Pubes, cum in iuuentutis significatione & lanuginis, & partis in qua pubertas est, ponitur: huius pubis facit: at quum ætatem significat, huius puberis: nec tamen adiecta præpositione dicimus impuberis, sed impubis. *Comitemq. impubis Iuli*, Virgilius dixit. Sed Cicero ait: *Filiumq. eius impuberem.* Pulmentarium & pulmentum dicitur: nam Cato in Originum tertio libro, *laserpitium pro pulmentario habet*: idem, *multo pulmento vsi.* Podagrosus, a podagra dicitur: sed & podagricus, a pedum ægrotatione. Pugillares & masculino genere, & semper pluraliter dicas: quia pugillus est, qui plures tabulas continet. Item Laberius in Piscatore, singulariter *hoc pugillar* dixit. Pauus, paui & pauo, pauonis. Panniculæ, πηνίκιον pānus est. Lucilius: *Foris subtegminis pannus est.* Paropsides, feminino genere dicuntur, a pulmētario videlicet, quod ὄψον vocant. Palūbes, Virgilius feminino genere dixit, *Aeria quo concessere palumbes.* sed Lucilius masculino, *Macrosq. palumbes.* Varro autē in Scauro *palumbi* dicit, quod consuetudo quoque vsurpauit. Pometa dicimus, vbi poma nascuntur: vt olivueta. Pomaria autem, vbi seruātur. Pene quod est coniunctio per e. Pœna, quæ est supplicium per œ: similiter & Pœnus, id est, Afer. Prægnantem cum scripto diuidis, g secundæ syllabæ nectis: pignus & pugna similiter. & cætera huiusmodi. Propter, in diuisione scribendi, p secundæ syllabæ iungis: prospere, s secundæ. Partio, prædo, popu-

populo, actiuo genere nonnunquã profeuntur: item hæc ipsa communis generis verbo sępius inueniuntur, partior, populor, prædor. Pono, simpliciter aliquid statuens: dispone aliquid operis impensioris vel consilii facturus. Est etiã disponere, fœderis ineundi. Propono, nonnũquã ad interrogandã quæstionẽ: appono adiectionis est: impono, insuendi: superpono, aliquẽ cẽsum vel laborẽ vnicuicũq; indicens. Præpono, aliquid pręferens: sic & antepono. Postpono, aliquid inferius indicãs: cõpono, ornandi, aut eloquii aut artificii est: sepono, separandi. suppono, aliquid subtus inducẽs: depono, labefactãdi est, vel vita excedendi. Peregrinus, nomen sæpe sociũ & coniũctũ sibi nomẽ aliud datiui casus, vt sancti dicuntur peregrini huic seculo. Præstolari, non præstulari: quia venit a verbo pręsto sum. Puppis, accusatiuũ casũ in em. & in im mittit: ablatiuũ in e & in i. Psallo, pfectũ facit psallui. Potior, potitus sum: & perfruor, perfructus sum, ex vno Græco veniũt, quod est ἀπολαύω. Pascuas genere feminino: & pascua neutro pluraliter dicimus. Primitiæ, numero tantum plurali dicuntur, sed aliquoties singulari intelligendæ, sicut in Apostolo: *Primitiæ Christus.*

QVod, & Quia, & Qur, & Quare, verbis subiuncta, aliquando indicatiuũ verbũ trahunt, aliquando cõiunctiuũ. Gregorius, *Nouerat, quia sine culpa esse vix possent.* & rursum: *Nouerat quia diluendi sunt sacrificiis.* & rursum: *Recessit a malo, nõ quia a faciendo continuit, sed quia veniẽdo reprobauit.* Itẽ dicit: *Quod hoc numero requies designatur.* itẽ, *Nonulli sese intrinsecus: quia per eos gratia purgationis deriuatẽ, extollũtur.* Quoties, toties, septies, sine n. Quicquid & quicq̃, in priori syllaba per c scribendũ, nõ per d. Quanquã, in priore per n. Quorundã, sicut eorũdẽ per n. Querela per vnũ l. Quatenus aduerbiũ loci, vel tẽporis. i. quousq;, per e. Quatin⁹, cõiunctio causalis. i. vt, per i scribendum. Quæritur, de inquirẽdo: queritur, deplorãdo. Quæst⁹, lucri: questus, lachrymarũ. Querimonia quoq; per simplicẽ e scribẽda. Queror de te: queror de illo: itẽ conqueror. Quo vadis? ad quẽ locum significat. Qua vadis? qua via dicitur. Quo, aliquando pro vbi ponitur. Augustinus: *Inuenis domum famosam, quo boni habitant*; id est, vbi habitant. Quot, ad numerum pertinet, sicut & tot. Quanti & tanti, ad mensuram: sed nostri autores aliquoties quantos, pro numero ponunt. Gregorius: *Sed cum rete magnis piscib. plenum dicitur, Additur & quantis, scilicet 150 tribus.* Quantus, quam magnus dicitur. Quotus, cuius ætatis: vnde & quota luna dicitur. Augustin⁹: *Quotus quisq; apparere atque existere potest, qui non conuincatur esse peccator:* id est, in qua ætate, quo dierum vel annorum numero.

RAdius, masculino, non radium neutro. Rubor, coloris est: robur, virtutis: robor, arboris. Rapio tibi pecunias. Redoleo vnguentũ. Regiũ dicitur, quod regis fuit: regale, qd̃ rege dignũ est. Rabies, tantũ numero sing. Reliquiæ, & rostra, vbi cõcionatur, tantũ pluraliter. Remediũ, submouet imminentia pericula: medicamentũ, sanat illata. Remediũ itaque ne pericliremur: medicamẽtũ ad subita pericula optatur. Roseũ per se: rosariũ mixtũ. Rudis, cõparatiuũ & superlatiuum non habet: sed pro his vtimur aduerb. magis & maxime: vt, magis rudis, & maxime rudis. Recens feci, dicimus: non recenter, vtentes nomine pro aduerbio: ῥυθμὸς Græce, Latine modulatio. ῥυθμίζω, modulor.

SVper, præpositio modo ponitur pro De: vt *Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.* Modo & pro prępositione Pro: vt, *Nihil super imperio moneor.* Et pro Insuper, & Amplius: vt, *Cui neq; apud Danaos vsq; locus, & super ipsi Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.* Et pro Desuper: vt, *Et super e vallo prospectant Troes.* Et pro Superest: vt, *Illi autem neque fuga iam super vlla pericli.* Interdum & Vltra, significat: vt, *Super Garamantas & Indos Proferet imperium.* Sub;

præpositio significat modo Supra: vt, *corpora saltu Subuciunt in equos* id est, supra iaciunt. Modo pro præpositione In: vt, *Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo*. id est, in teplo. Significat & Prope: vt, *classemque sub ipsa Antandro*. Ponitur nonnunquam pro Clam: vt, *Subripuit* id est, clā rapuit. Similis sum tui moribus: similis tibi, facie. Studio tibi feci: id est, dum studeo tibi. Studio tui feci: id est, te studente. Sartrix, vel Sertrix, quæ sarcit. Subigo hostē perfectæ formæ est. Subagito, frequentatiuę. Salubre ad locū refertur, & ad cibū. Salutare consiliū est. Ita salubre nō nocet: salutare pdest. Supellex, sanies, socordia, sitis, & in neutro sulphur, scrupulum, sinapi, siler, singularia tantum sunt, sed Virgilius, *sulphura viua*: & Terentius masculine scrupulum retulit. Sentes, id est spinæ, & sarcinæ, quum vasa significat, & sarcinæ, id est auxilia: & scopæ & salinæ & scalæ, & in neutro spōsalia, semper pluralia: sed nostri scalā dixerunt. Sponte mea venio, nō habet plures casus. Si amem, ames, amet, declinatio est verbi coniunctiui: sicut quum dicim⁹, Quum amem, ames amet. Scylla, nomē habet a spoliando, siue vexando nautas. Spolio est. n. Latine: Græce dicitur scyllo σκύλλω & vexo. Sanno, sannis, sannui. hoc sannium, querela. Sors sortis, sors sordis, dicitur, Ambrosius: *Mundat vasa, ne sors aliqua vini gratiā decoloret*. tametsi negant quidam, sordem nominatiuum casum habere. Si, vel Etsi, nonnunquā indicatiuum verbum trahunt. Gregorius: *Frustra miraculum foris ostendimus, si deest quod intus operetur*. Item, *Quæ etsi ad perfectionem non pertinent, fidem tamen tenent*. Sensus, nomen est quartæ declinationis & participium præteriti temporis, a verbo passiuo, quod est sentior: cuius etiam perfectum est, sensus sum, es, est: non sentiens. Sectutus, non secaturus: a verbo quod est seco. Scamna sunt, quę lectis altioribus apponuntur. Scabella, quę lectis paruulis vel sellis ob ascensum apponuntur Scabellum aūt & Suppedaneū dicitur, quod sub pedib. fit. Stercerates agros nō stercorates dicas, quib. stercus ad fœcundandū infertur. Solemnē quem dicis siue scribis m sequēti syllabę connectis. Somniū similiter. Sæuus, sæuio, sæui, sæuisti, per æ diphthongum. Sero, seui, seuisti, per e simplicē. Sagena per e, quę retia significat. Sagina per i positum, pro pingnedine. Sol, in vtroque numero declinatur: sed singulariter sol, ipsum luminare significat. at soles, ipsos dies nominamus, in quibus sol totum illuminat populum. nonnulli tamen veterum ipsa carmina Soles nominare: sicut Horatius in principio cuiusdam voluminis, quod ita exorsus est: *Soles meos omni ecclesiæ vestre commendo*. Et Maro: *Sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles*. Secūdū, præpositio est imitationis. Post, temporis, siue ordinis. Segnities, vitii. Segnitia, frigoris. Subscribo epistolis. Supplico similiter: vt, Supplico diuinæ pietati. Simplex, ablatiuum & in i & in e mittit: genitiuum pluralem in um & in ium: vt ab hoc simplice vel simplici, horū simplicum & simplicium. Suauis, ablatiuum casum in e & i mittit. Stachys, στάχυς Græce, Latine spica. Sandali Græce neutro genere, caliga Latine. Sertum & corona, ex vno Græco transferuntur id est, στέφανος. Solium, proprie sedes regalis est, vnde Græce βασιλικὸς θρόνος vocatur. Senex & senior, superlatiuum gradum non habent. Sobrius, nec comparatiuum recipit, nec superlatiuum: sed pro his dicimus, magis sobrius & maxime sobri⁹. Senecta & senium, duo nomina senectutis sunt. & discernūtur a Græcis, apud quos aliud nomen habet grauitas post iuuentutē, aliud post ipsam grauitatem veniēs vltima ætas. *Nam presbyter dicitur grauis: & γέρων senex. quia vero in Latina duorum istorum nominum disiunctio defecit, de senectute ambo sunt posita, senecta & senium*. Hæc Augustin⁹. At Gregorius: *Vndecima vero, inquit, est ætas quæ decrepita vel veterana dicitur: vnde Græci valde seniores non γέροντας, sed presbyteros vocant*.

vocant. Suspiro, verbum trahit nomen datiui casus & accusatiui: vt, Suspiramus patriæ cœlesti, & præpositione addita, Suspiramus ad vitam immortalem. Subducimus & quæ retro subtrahimus, & quæ in promptu offerimus. Supremus, summus & vltimus, & superiorem & inferiorem significat. Superest, quod eminet. Supra, quod aliquid substractum habet. Subter est, quod re aliqua superiore premitur. Subtus, quod demissum ab altiore non tangitur. Seruitium, multitudo seruorum. Seruitus, conditio est seruiendi: sed veteres indifferenter seruitium & pro seruitute posuerunt. Sinapi, sicut & gummi, Græcum est, & pluraliter. Sinapi, cuius genitiuus cum s profertur, cæteri casus similes sunt nominatiuo. Sibilus dici oportet: Virg. in Bucolicis: *Nam neque me tantùm venientis sibilus Austri*. Sed & neutro genere quidam dixerunt: vt Cornelius Seuerus: *Et suauiter concordant sibila sana dracones*. Macer Theriacon, *longo resonantia sibila collo*. Serenus, *suaue sibilum*. Sal, & masculino genere & neutro dicitur. Saturitas, in cibo tantum dicitur, in cæteris verò satietas: sed Virg. *Odii saturata quieuit*. Simiam, authores doctiores dixerunt etiam in masculino. Strigem hanc, in significatione auis dicas: striga autem castrense vocabulum est, interuallum turmarum significans, in quo equi stringuntur: vnde etiam strigosi dicuntur corpore macilento. Stirps, in significatione sobolis, feminino genere dicitur: sed cùm materiam significat, masculino modo stirpem recisum dixerunt: tamen etiam in significatione sobolis, masculino genere, vt Pacuuius: *Qui stirpem occidit meum*. Sero rumores, id est, diuulgo: & sero, seui. Sero, id est, claudo (vnde & sera dicta est) serani. Terentius, *Tu abi, atq; ostium obsera intus*. Suffragor, non suffrago: & suffragatus sum, nõ suffragaui. Sorbeo, sorbui, non sorbsi. Somnio, non somnior: somniaui, non somniatus sum. Sanguis est, dum manat: effusus verò, cruor. Sumimus ipsi: accipimus ab alio. Sic quum damus, dicendum Accipe: cum permittimus ipsi tollere, dicendum Sume. Scorpio, bellica res est: at scorpius, animal. Scribo, scripsi, scriptum: cùm vocalis sequitur, b debet esse: cùm consonans, p. Sacer & venerandus, & execrandus. Virg. *Auri sacra fames*. Suffragia populi, & quæ honorant dicuntur, & quæ damnant.

Testor, aliquid confirmans sententiam: contestor, cum quadam autoritate affirmans: protestor, manifeste cauendo denuncians: obtestor, aliquem iure compellens: attestor, ad testimonium vocans, qui sit dignitate vel authoritate eminens: detestor, aliquid execrandum respuens. Trux, ablatiuum in ĩ & in e mittit: genitiuum pluralem in u & in um. Therion, Græcè θηρίον, Latinè Fera. vnde theriaca, quia feraliter occidit. Taciturnitas, loquelæ contraria est: silentium, confusis vocibus siue tumultibus. verum sciendum, quia sileo & taceo, & conticeo & reticeo, ab vno Græco veniunt σιωπάω. Tenax beneficii: id est, memor gratiæ. Torques nomen, generis communis. nam & in Mario Liuius genere masculino, & Cicero *torquem* feminino posuere. Triumphat nos Deus, cùm superandi hostes auxiliũ tribuit. *Deo* (inquit ille) *gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu*. & iterum, *expolians principatus & potestates, triumphans illos in semetipso*. Transmigro, quum de loco ad locum iter facio. Item Transmigro dicitur, cùm additamento accusatiui casus, cùm aliquem de loco ad locum transfero: vt, *Nabuchodonosor transmigrauit Iudæos de Ierusalem, & emigrabit te de tabernaculo*. Porro exemplũ verbi superioris, *transmigra in montem sicut passer*. Transmigrans participium, æquè dupliciter: & de loco ad locũ transiens aliquis, & alium de loco ad locum transferens intelligitur. Turtur, & masculino genere & feminino profertur. Tunc tẽporis aduerbium est, cum ordi-

nis. Terga hominum sunt, & singulari numero tergum. Tergus quadrupedum, pluraliter facit tergora id est, coria. Tinguere dicendum, non tingere. Temeritas, sine cõsilio: audacitas, post consilium. Temperantia animorum: temperatio rerum: tempeties auratum. Tapete, tapetis, & tapeti: & pluraliter tapetia, tapetium, *tapetibus altis*. sed & hoc tapetum, huius tapeti, huic tapeto: & pluraliter tapeta, tapetorum, tapetis. Virg. *Instrates alipedes, pictisq; tapetis.* Sed & masculino genere dicit: *Pictosq; tapetos*. Turbo, si sit proprium, Turbo, turbonis facit. nam siue ventus, siue quo ludunt pueri, hic turbo dicitur. Virgil. *Torto sub verbere turbo*. Tumulus & tumens, tellus, & mons breuis, & sepulchrum æquè vocatur. Teloneum, per t simplicem, nõ thelonium, aspiratione addita. Est autem Græcè τέλος. Latinè vectigal. Tabes, tantum singulariter dicitur. Tendiculæ & tenebræ tantum pluraliter.

VSquequaque, omnimodo significat: pro quo in Psalmo Greco, ἕως σφόδρα, legimus: quod significantius Latinè potest, vsque valde, interpretari. Vt, modò temporis aduerbiũ est, & significat postquã. modò qualitatis, & significat quemadmodum. modò optandi, & significat vtinam. modò mirandi, & significat ô quàm. modò coniunctio causalis: vt volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum. Vacat mihi, Grece. σχολάζω. Vaco militia, perfectum vacaui. Vulgus, neutri generis est, & pluralem numerum non habet, sed Virgilius masculine vulgum extulit: vt, *Hinc spargere voces in vulgum ambiguas.* Vas, vadis, generis masculini: Vas, vasis, neutri, de masculo. Vis duplicem habet significationem: & virtutis videlicet, quæ Græce δύναμις dicitur: & violentiæ, quæ Græce βία vocatur. Vecordia & virus, tantum singulariter efferuntur. Vepres & verbera, & viscera, non habent singularem declinationem, nisi tantum verbere & viscere. Virgilius. *Et torto volitans sub verbere turbo.* Et Oui[illegible]. *Viscere diuiso.* Vtor diuitiis & diuiti[illegible] Virg. semper singulariter. Veruex, id [illegible] ouis, ab u litera incipiendum Vlterior & vltimus, positiuum gradum non hab[illegible]t Verus, ad naturæ tantum verita[illegible]e fertur. Verax autẽ dicitur, qui non mentitur. vnde verus dæmon dici potest verax autem non potest. Vallestria agro[illegible], sicut & campestria dicuntur. Veto culpam, & veto a culpa, id est prohibeo à culpa. Sedulius: *Pomisq; vetaret acerbis*. id est, à pomis. Et Fortunatus: *Non veto coniugium, sed praefero virginis alnum*. Vultus mutatur: facies manet. Væ, datiuum & accusatiuum sequi debet: vt, Alius, *væ populo Maurorum, væ populum Maurorum*. Vterq;, de duobus dicimus: vtrique, de binis aut de pluribus ex vtraque parte positis. Vterque venit, vtrique venerunt. Veneunt, qui venduntur. Vltus, & vindicatus & punitus. Velocitas pedum & corporum: celeritas animorum & factorum. Vlcus, quod nascitur. Vulnus, quod per alium fit. Vultur dixit Virgilius in sexto. Sed & *vulturius*, Lucilius primo. Vrgeo, non vrgo. Virgilius: *Quibusve vrgentur pœna*. Vngo, vnxi, quomodo pingo, pinxi: vtrunque sine u: attamen deriuatum u addit: vt, *pinguis vnguine ceras*: ita vt vnguentum, non vngentum dicatur. Verbum, est omne quod lingua profertur & voce[illegible] sermo autem, cuius nomen ex duobus compositum, serendo & mouẽdo, comptior ac diligentior fit: sententia verò quæ sensu concipitur. Porrò loquela, cum quadam eloquentia dictionis, ordo profertur. Oratio, quum vsque ad manuum artem describendus oratoris sermo peruenit.

SCRI-

SCRIPTORVM ET LIBRORVM NOMINA QVÆ AB his Auctoribus referuntur.

I

L

V.

INDEX VOCVM GRÆCARVM HOC OPERE OCCURRENTIUM.

B.

Γ.

Δ.

E.

εἰς pro

H.

Θ.

I.

K.

Zzzz

οὐχ ἧττ-

RERVM

RERVM ET VERBORVM TOTO HOC GRAMMAticorum opere contentorum Index amplissimus.

aduer-

annue

cassis

continuatio

D

F.

H.

habitus

I.

K.

lucus

Metrum

ossum

poste-

pronomi-

Ceeee

S.

symple-

totcu-

F I N I S.